MANTISSA

IN

VOLUMEN TERTIUM

SYSTEMATIS VEGETABILIUM

CAROLI A LINNÉ

EX EDITIONE

JOAN. JAC. ROEMER M. D. etc.

ET

JOS. AUG. SCHULTES M. D. etc.

CURANTIBUS

JOS. AUG. SCHULTES M. D. ET PROF.

ET

JUL. HERM. SCHULTES M. ET CH. D.

Linnean
QK91
.C615
1827
v.3
c.1

Mo. Bot. Garden,
1897.

STUTTGARDTIAE

SUMTIBUS J. G. COTTAE.

1827.

ILLUSTRISSIMO.

AYLMER. BOURKE. LAMBERT.

Equ. F. R. S. F. S. A. Vice - Praesidi. Soc. Linneanae. P. P. Acc. Membr.

ALMAE. FLORAE.

Q U A E S T O R I.

CANDIDISSIMO.

SCHULTES. Pater. et. Filius.

GRATI. D. D. V. V.

(VOLUMEN VII., HEXANDRIAM complectens, proxime comparebit.)

MANTISSA.

Classis IV.

TETRANDRIAE,

MONOGYNIAE,

GENERA.

Pag. 1. n. 405. Dipsacus. *) Addatur:

Obs. Character reformatus apud *Wallroth Sched. crit.* p. 46: „*Receptaculum* paleatum: paleae spinescentes. *Anthodii* simplicis polyphylli fo-

---

*) Dipsacearum *genera* sequenti schemate proponunt cli *Mertens* et *Koch* in *Röhling's Deutschlands Flora I. p.* 741

A. Receptaculo communi paleaceo.

α) *Anthodium imbricatum, foliolis exterioribus brevioribus; calyx proprius exterior apice:*

a. 4-vel pluridentatus, dentibus cartilagineis, interior pelviformis, multidentatus. *Genus* 1. Lepicephalus (*Scabiosa alpina, tatarica* L. (*elata Hornem.*) *centauroides, syriaca, Vaillantii, transylvanica, uralensis, corniculata.*)

b. campanulatus, scariosus, interior pelviformis, multidentatus. *Genus* 2. Cerionanthus. (*Scabiosa leucantha, rigida* etc.)

β) *Anthodium polyphyllum, stellato-expansum, calyx proprius exterior apice*

a) edentulus; interior pelviformis, subrepandus. Dipsacus.

b) denticulatus et 1-2-setosus; interior pelviformis, multisetosus, setis plumosis. *Genus* 3. Pterocephalus *Lag.* (*Scabiosa diandra*)

c) quadrilobus, lobis herbaceis; interior pelviformis, 5-setosus vel integer. *Genus* 4. Succisa. (*Scabiosa succisa, australis* etc.)

d) rotatus vel campanulatus, scariosus, integer; interior patelliformis, integer vel 5-setosus, setis scabris vel plumosis. *Genus* 5. Asterocephalus. (*Scabiosa altissima, banatica, gramuntia, amoena, dichotoma, columbaria, lucida, lejocephala, suaveolens, styriaca,* (quae illis Sclerostemma) *atropurpurea, maritima Gouan, setifera,* (quae illis Cyrtostemma) *ucranica, graminifolia, brachiata* (*Knautia palaestina L.*) *sicula, palaestina, stellata, prolifera, tomentosa, cretica, caucasica, grandiflora,* (quae illis Trochocephalus.)

B) *Receptaculo setoso; calyce proprio exteriore denticulato, interiore pelviformi, multidentato-setoso.*

a) Anthodium stellato-expansum. *Genus* 6. Trichera. (*Scabiosa integrifolia, hybrida, montana, arvensis, sylvatica, ciliata.*)

b) Anthodium erectum. *Knautia orientalis.*

C) *Receptaculum subvillosum; calyx proprius exterior 4-8-dentatus; interior patelliformis, multisetosus, setis plumosis.*

a. Anthodium stellato-expansum. *Scabiosa dumetorum. Knautia Lag.*

b) Anthodium erectum. *Knautia plumosa* (*Scabiosa Willichi.*)

liola receptaculi paleis majora, et cum illis difformia. *Cor.* tubulosa, 4-fida. *Semen* columnare, tetragonum, arillatum, integrum: anguli obtusi, aequales. *Coronula* simplex, cyathiformis, sericea, decidua." Apud *Coulter, Mém. Dips. p.* 21. „*Calycis limbus* subcyathiformis. *Involucellum* tetraëdrum, 8-foveolatum. *Stigma longitudinale*, involucri foliola bracteas superantia."

n. 406. Cephalaria. Addatur:

Obs. Character generis (quod cum *Vaillant* illi Succisa audit) apud *Wallroth Sched. crit. p.* 46 sequens: „*Receptaculum* commune subglobosum, paleatum. *Anthodium* imbricatum, polyphyllum: foliola paleis receptaculi minora, et cum illis conformia. *Cor.* 4-fida. *Semina* subtetragona, arillata: anguli superne producti s. spinescentes. *Coronula* cyathiformis, decidua." Pycnocomon *Wallr. in litt.* Cerionanthus *Schott.* „Cephalariam *papposam, plumosam, involucratam* et Scabiosam *pterocephalam* junxit sub Pterocephalo *Vaill.* sequente charactere." *Receptaculum* subvillosum. *Anthodium* simplex, oligophyllum. *Semina* compressa, arillata: anguli obtusi. *Coronula* aristata: aristae plumosae." Cephalariae character apud *Coulter Mém. Dips. p.* 24: „Calycis limbus subcyathiformis, discoideusve. *Involucellum* tetraëdrum, 8-foveolatum, interdum compressum; involucrum imbricatum bracteis brevius. *Stigma* longitudinale." Pterocephali vero (ad quem ducit Knautiam *palaestinam* et *plumosam* L., Knautiam *spathulatam Lag.*, Sc. *niveam* et *brevem*, Tricheram *dumetorum* et Cephalariam *diandram* cum Scab. *pterocephala*) character sequens apud *Coulter l. c. p.* 31: „calycis limbus papposo plumosus."

n. 407. Trichera. Addatur:

Obs. Character emendatus apud *Wallroth Sched. crit. p.* 47 (cui Scabiosa *Vaill.* est): „*Receptaculum* commune convexum, villosum. *Anthodium* simplex, polyphyllum. *Cor.* 4-fida. *Sem.* compressum, integrum, pedicellatum. *Coronula* decidua, aristata: aristae stuppeo-pilosae." Tricheram *arvensem* et *hybridam* cum *ciliata* et Scabiosa *amplexicauli*, et cum Knautia *orientali* et *propontica* sub genere Knautiae conjungit cls. *Coulter Mém. Dips. p.* 28 sequente charactere: „calycis limbus subcyathiformis, involucellum compressum, 4-foveolatum, semen arcte cingens, stipite brevi munitum."

Pag. 2. n. 408. Scabiosa. Addatur:

Obs. Character generis apud *Wallroth Sched. crit. p.* 46 (quod illi Asterocephalus *Vaill.*) „*Receptaculum* commune ventricosum, cylindricum, paleatum. *Anthodium* simplex, polyphyllum. *Cor.* 4-5-fida. *Semina* tetragona, utriculata, striata: utriculus apice in radium membranaceo-scariosum, persistentem expansus. *Coronula* persistens, aristata: aristae scabriusculae." Sclerostemma *Schott.* Character Scabiosae apud *Coulter Mém. Dips. p.* 33: „*Calycis limbus* setis sub-5, hinc inde abortientibus; *involucellum* 8-foveolatum, saepius subcylindricum." Huc sub *Sect.* 1.: *Asterocephali:* Sc. *caucasica, cretica, graminifolia, prolifera, stellata, monspeliensis, Vahlii, aleppica, ucranica, Olivieri.* Sub *Sect.* 2: *Viduae:* Sc. *atropurpurea.* Sub *Sect.* 3: *Succisae:* Sc. *africana, columbaria, suaveolens, dichotoma, urceolata, succisa, australis.*

n. 409. Knautia. Addatur:

Obs. Character emendatus apud *Wallroth Sched. crit. p.* 47. „*Receptaculum* nudum. *Anthodium* simplex, polyphyllum, pauciflorum. *Semen* compressum, basi callosum: anguli pectinato-spinescentes. Cum Trichera nomine Knautiae conjunxit cls. *Coulter.* Confer Tricheram.

n. 410. Allionia. Addatur:

Obs. Characterem generis sic reformavit cls. *Kunth: Involucrum* triflorum, persistens, monophyllum, campanulatum, 5-dentatum (in Allionia *Loefl.*) aut triphyllum (in Wedelia *Loefl.*) *Cal.* corollaceus, limbo 4-fido, irregulari. *Stam.* 4. *Sem.* basi calycis demum indurata, apice clausâ, tectum. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. II. p.* 214. Genus Wedeliae fortasse restituendum ob involucrum triphyllum. Cls. *Nuttall*, qui Triandriae inseruit nomine Calymeniae, petit: *involucrum* calyciforme 5-partitum, persistens, demum auctum, et tunc peltato-campanulatum, 1-3-5-florum. *Cal. proprius* illi o. *Cor.* subcampanulata, plicata, 5-partita, laciniis emarginatis, tubo persistente, calycino. *Stam.* exserta. *Sem.* 1. obconicum, 5-sulcatum, testâ coriaceâ. Videtur illi idem cum Oxybapho.

Pag. 3. n. 414. Pyrostria. Addatur:

Obs. Character emendatus apud *Jussieu Mém. Mus.* 6. *p.* 397. „*Cal.* minimus, sub-4-dentatus. *Cor.* subcampanulata, patens, semiquinquefida, fauce tomentosâ. *Stam.* 4. *Stigma* capitatum. *Fructus* pyriformis, parvus, 8-striatus, non carinatus, foetus 8 nucibus monospermis. Numerus loculorum quandoque varius."

n. 415. Myonima. Addatur:

Obs. Character emendatus apud *Jussieu Mém. Mus.* 6. *p.* 397. „*Cal.* minimus, limbo subinteger. *Cor.* tubo brevi, limbo obtuse 4-partito. *Stam.* 4 antheris oblongis, exsertis. *Stigma* crassiusculum. *Drupa* sicca, cerasiformis, depressa, non coronata, foeta nuce 4-loculari, 4-spermâ; seminibus hinc concavis, inde convexis."

Pag. 4. n. 423. Urceolam inter et 424 Salvadoram ponantur:

n. 423 a. Stigmatococca. *Cal.* quadrifidus, laciniis ovatis, erectiusculis, persistens. *Cor.* rotata, quadrifida, tubo brevi, laciniis ovalibus. *Filamenta* filiformia, *antherae* exsertae. *Stylus* subulatus, *stigmate* simplici. *Bacca* globosa, monosperma. *Reliqu. Willdenow. Ms.* (Nominis ratio non liquet).

n. 425. Witheringia. Addatur:

Obs. Character emendatus apud *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth III. p.* 10: *Cal.* urceolato-campanulatus, 4-5-divisus. *Cor.* rotata, tubo brevi, limbo 4-5-diviso. *Stam.* 5, rarius 4. *Antherae* conniventes, longitudinaliter dehiscentes. *Stigma* subcapitatum. *Bacca* bilocularis, calyce persistente suffulta. — Rectius ergo Pentandriae insereretur.

Pag. 5. n. 428. Cephalanthus. Addatur:

Obs. Character emendatus apud *Jussieu Mém. Mus.* 6. *p.* 402. „Flores in globum dense collecti supra receptaculum sphaericum, villosum: singulis *Cal.* angulatus, 4-fidus. *Cor.* tubulosa, gracilis, 4-fida. *Stamina* 4 brevia, vix exserta. *Stylus* longe exsertus: *stigma* capitatum. *Caps.* inverse pyramidata, coronata, 4-locularis, 4-partibilis, loculis (2 interdum abortivis) indehiscentibus, monospermis."

Post n. 429. Lasiostoma, inseratur:

429 a. Leuconotis. *Cal.* inferus, 4-partitus. *Cor.* tubulosa, superne angustior, limbo 4-lobo. *Stamina* 4 inclusa, laciniis corollae alterna. *Ovarium* simplex, biloculare, oculis disporis. *Stylus* 1, brevis. *Stigma* annulatum, apice conico. *Bacca* 1-3-sperma. *Semina* exalbuminosa, embryone inverso. *Jack Trans. Linn. Soc.* XIV. P. I. p. 121.

Familia Apocynearum *Brown.*

429 b. Gardneria. *Cal.* urceolaris, laciniis 4 concavis, orbicularibus, ciliatis, alternatim imbricatis. *Cor.* plana. *Stamina* partim in tubum cohaerentia. *Bacca* bilocularis. *Semina* 2 solitaria, urceolata. *Wall.* in *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* 1. *p.* 400.

Sectionis Familiae intermediae Rubiaceas inter et Apocyneas, de qua cls. *Rob. Brown* in *Prodr. Fl. Holl.* 1. *p.* 455. Fructu convenit cum Gaertnera *Lam.*, Pagamea Juss., et Baconia *Decand.*; germinatio Psychotriae, Coffeae, Ixorae; semen Pavettae vel Ixorae. *Wall. l. c.*

n. 430. BACONIA. Addatur:

Obs. Character emendatus a *Jussieu Mém. Mus.* 6. p. 375. „*Cal.* urceolatus, 4-lobus. *Cor.* infundibuliformis, fauce barbatâ, limbo 4-partito, patente. *Antherae* subsessiles, longae, exsertae, post fecundationem contortae. *Stigma* 1. *Bacca* sphaerica, exsucca, umbilicata seminibus hinc planis, foveatis, inde convexis. — *Embryo* linearis, minimus in cavitate infera perispermi." *Ovarium*, primo superum ab ipso dictum, dein inferum ipse recognovit.

Post n. 431. SCOPARIAM inseratur:

431. a. CHILIANTHUS. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* tubulosa, 4-fida. *Stam.* corollae inserta. *Caps.* 1-locularis, 4-valvis, 4-sperma. *Burchell.*

Pag. 6; post n. 433. CENTUNCULUM, inseratur:

n. 433 a. CALANDRINIA. *Cal.* diphyllus, persistens, foliolis subrotundo-ovatis, concavis, subaequalibus. *Petala* 3-5 hypogyna, aequalia, in C. *acauli* imâ basi connata (?). *Stamina* 4-6 receptaculo vel basi petiolorum inserta. *Filamenta* libera. *Antherae* biloculares, longitudinaliter dehiscentes. *Ovarium* superum, uniloculare, ovula crebra fundo ovarii per podospermia linearia affixa. *Stylus* 1. *Stigma* clavato-capitatum, tripartitum. *Capsula* oblongo-elliptica, calyce persistente obtecta, unilocularis, trivalvis, polysperma. *Semina* turgide lenticularia, structurâ TALINI. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen.* et *spec. red. Kunth.* VI. *p.* 77. COSMIA *Domb. Juss.*

Differt a TALINO praesertim numero staminum et calyce persistente. Dicata in memoriam *J. Lud. Calandrini.*

n. 435. POLYPREMUM. Addatur:

Obs. „*Cal.* superus, limbo 4-partito. *Cor.* rotata, 4-loba, lobis obcordatis. *Stamina* brevissima. *Stigma* 1. *Caps.* infera, compressa, emarginata, 2-locularis, bivalvis, polysperma. *Chaiaver* Indorum tinctoriale idem cum O. *umbellata.*" *Jussieu Mém. Mus.* 6. *p.* 382. An O. *umbellata* huc, cum hîc de eadem sermo sit?

n. 436. BUDDLEIA. Addatur:

Obs. Character emendatus apud *Humb.* et *Bonpl. nov. gen.* II. *p.* 278: *Cal.* aequalis. *Cor.* campanulata aut tubulosa, limbo quadrifido, regulari. *Stigma* capitatum aut clavatum. *Caps.* bilocularis, septicido-bivalvis; (raro quadrivalvis) valvulis bifidis; placentâ centrali demum liberâ.

n. 439 post FRASERAM inseratur:

439 a. OBOLARIA. *Cal.* o., seu bracteae 2. *Cor.* campanulata, 4-fida, segmentis integerrimis, subinde margine crenatis. *Stam.* aequalia, e sinubus corollae. *Stigma* emarginatum. *Caps.* ovata, 1-locularis, bivalvis, polysperma, seminibus minutis. *Nutt. gen. p.* 103.

OBOLARIAM, quam divus Eques DIDYNAMIAE *Angiospermiae* inseruit, et OROBANCHI affinem dixit *Willdenow*, esse omnino *tetrandram*, et e familia GENTIANEARUM *Nuttall* l. c., eidem assentiente clo. *Darlington*, hujus plantae perscrutatore indefesso.

Post n. 442. Diplantheram, inserantur:

n. 442 a. Hemiphragma. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* infundibuliformis; limbo patente, 5-fido, subaequali. *Stam.* 4 aequalia, antheris nudis, liberis. *Stigma* simplex, acutum. *Bacca* globosa, exsucca, incomplete bilocularis, polysperma, dissepimento placentifero sursum fisso. *Wallich* in *Linn. Trans.* XIII. *p.* 611.

Familia Scrophularinarum. An Didynamiae Angiospermiae? An Solanearum?

n. 442. b. Aragoa. *Cal.* 4-5-phyllus. *Cor.* hypocrateriformis, limbo 4-partito, patente, regulari. *Stam.* 4, summo tubo inserta, exserta. *Germen* ovatum, disco hypogyno impositum. *Styl.* unicus. *Stigma* subgloboso-obtusum *Caps.* calyce persistente cincta, bilocularis, 4-valvis, loculis 4-spermis. *Semina* bina superposita, peltata, membranâ reticulatâ involuta et alata.

Humb. et *Bonpl. nov. gen.* et *spec. dig. Kunth* III. *p.* 120. Bignoniaceis affinis.

Pag. 8. n. 445. Penaea clo *Jussieu Mém. Mus.* V. p. 247. Familiae Epacridearum videtur, si semina cum perispermio, aut saltem affinis.

Post n. 446. Blaeriam ponatur:

446 a. Arcytophyllum. *Cal.* persistens, laciniis linearibus, distantibus. *Cor.* monopetala, incrassata, semiquadrifida, laciniis ovatis, recurvis, supra trisulcatis. *Stamina* tubo inserta. *Antherae* biloculares, incumbentes. *Stigmata* 2 ovata, plana. *Caps.* ovata, calyce tecta, bilocularis: loculis hinc planis, inde convexis; bivalvis; *Semina* plurima.

n. 447 a. Buchia. *Calyx* bipartitus. *Corolla* subinfundibuliformis, limbo quadripartito, aequali. *Stamina* quatuor, aequalia, subinclusa. *Stigma* tripartitum. *Fructus* exsuccus, trilocularis, loculis monospermis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen.* et *Spec.* II. *p.* 218.

Pericarpium tenuissime membranaceum. *Semina* subrotunda, hinc convexa, inde angulata, laevia; structura interna ignota. *H.* et *B.* Affinis Mattuschkaeae.

Nota. Ad hanc sectionem spectaret Convallaria *bifolia* et *canadensis,* quae genus novum clo. *Rafinesque:* Styrandra. Perigonium patens, tetraphyllum, coloratum, caducum, aequale. *Stam.* 4 aequalia subhypogyna. *Germen* bilobum, stylo filiformi, stigmate obtuso. *Bacca* globulosa, bilocularis, polysperma. *Sem.* dissepimento affixa. *Rafin. Prodr. nov. gen.* in *Journ. d. Phys.* T. 89. p. 102.

Pag. 9. n. 448. Chomelia. Addatur:

Obs. „*Cal.* turbinatus, parvus, 4-fidus. *Cor.* tubo longo, gracili, limbo 4-fido, patente. *Drupa* coronata, foeta nuce 2-loculari, 2-spermâ. Ixorae congener *Lam.:* an recte?“ Character emendatus a *Jussieu Mém. Mus.* 6, *p.* 375.

n. 449. Malanea. Addatur:

Obs. Character a *Jussieu Mém. Mus.* 6. *p.* 376 emendatus: „*Cal.* minimus, 4-dentatus. *Cor.* parva, rotata, 4-loba, patens. *Filamenta* limbo corollae aequalia, exserta; *antherae* subrotundae. *Drupa* Berberidis, sicca, tenuis, ovata, coronata, nuce 2-loculari, 2-spermâ. — Frutex scandens, sarmentosus, ramulis pendulis; foliorum margo saepe revolutus; flores in extremis ramulis axillares, spicati, in spicis passim glomerati. Hujus congener sequens Antirhea *) ex *Schreb. Lam. Willd.*"

n. 450. Scolosanthus. Addatur:

Obs. Character emendatus a *Jussieu Mém. Mus.* 6. *p.* 377. „*Cal.* 4-fidus, parvus. *Cor.* multo longior, tubulosa, 4-fida. *Stam.* imo tubo inserta: *Antherae* lineares, non exsertae. *Drupa* piperiformis, coronata, foeta putamine osseo, 1-spermo (compresso 2-spermo. *Rich.*) Catesbia *parviflora Lam. ill.* t. 67. f. 2, non *Sw.*, hujus habitus, sed drupa non polysperma."

n. 457. Pavetta. Addatur:

Obs. Character emendatus ex *Jussieu Mém. Mus.* 6. *p.* 375: „*Cal.* minimus, 4-dentatus. *Cor.* tubo gracili, limbo acute partito, patente. *Antherae* subsessiles, exsertae. *Bacca* pisiformis, 2-locularis, 2-sperma *Gaertn.* (1-locularis, 1-sperma *Linn.*) seminibus hinc planis, unisulcis, inde convexis. — In Pav. *caffra Thunb.* (*crinita Houtt.*) flores subcapitati, receptaculo piloso impositi. An vere congener Pav. *pentandra Sw. Willd.*, antea Psychotriae consociata? An et Coffea *paniculata Aubl.*, quae tetrandra? Ixorae addenda, ex *Lam.* et *Andr.* t. 78 Pavetta *indica* (*Rheed.* 5. t. 10.), sola species Linnaeana: an recte?

451 a. Declieuxia. *Cal.* ovario adnatus, limbo libero, 4-partito. *Cor.* infundibuliformis, 4-fida, regularis, laciniis patenti-reflexis, fauce barbatâ. *Stam.* fauci inserta, exserta. *Stigma* bifidum. *Drupa* dipyrena, didyma, compressa, calyce persistente coronata, pyrenis chartaceo-coriaceis, monospermis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 352. *t.* 281.

Houstonia *Willd.* Hinc Canthio et Chiococcae, inde Psychotriae affinis, diversa numero partium etc. Dicta in memoriam div. *Declieux*, hortulani gallici, qui primus Coffeae arbores Americae (Martinicae) intulit, et, carens in trajectu aquâ, exiguam hujus, quae vix fallendae siti sufficeret, copiam arbores suas inter et se humanissime dividebat.

Obs. Character emendatus in *Jussieu Mém. Mus.* 6. *p.* 377: „*Cal.* 4-fidus, laciniis linearibus, bibracteolatus. *Cor.* longior, infundibuliformis, fauce barbatâ, limbo 4-partito, patente. *Stam.* exserta. *Stigma* bifidum. *Bacca* didyma, compressa, coronata, disperma, seminibus chartaceo-coriaceis. Chiococcae affinis. Confer etiam cum icon. *Plum.* 156. f. 1., ad Pavettam *pentandram* relata, cui fructus similis."

451 b. Tetramerium. *Cal.* urceolatus, 4-dentatus. *Cor.* subhypocrateriformis, tubo cylindrico superne ampliato, limbo 4-partito patente, fauce imberbi. *Stam.* 4 inclusa. *Germen* subuniloculare, dispermum: dissepimento medium versus evanescente, ovulis erectis appositis. *Stylus* erectus. *Stigma* bifidum. *Bacca* depresso-globosa, calyce persistente umbili-

*) Antirheae characterem nunc sequentibus posuit ill. de *Jussieu* ibidem *p.* 377. „Antirhea. *Antherae* oblongae, subsessiles, non exsertae. Caetera ut in Melanea. Praeterea habitus diversus, caules non scandentes, flores non in spicis glomerati, sed cymosi, ut in Laugeria. An inde a Melanea distinguenda? Folia 3-4 verticillata in M. *verticillata*, quae in ins. Borbonica feliciter adversus sanguinis profluvium adhibita, nomine inventoris *Bois de Losteau* salutata.

cata, monosperma. *Semen* endocarpio membranaceo undique cinctum. Embryo lateralis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 373.

Hujus generis videtur clo *Kunth*, praeter TETRAMERIUM *odoratissimum* (quod vide sub COFFEA *occidentali* in *Syst. Veg. ed. nostr. T.* V. *p.* 200.) COFFEA *paniculata Aubl.* (*Syst. Veg. ed. nostr. T.* V. *p.* 196) et fortasse COFFEA *subsessilis Ruiz* et *Pav.* (*Syst. Veg. ed. nostr.* V. *p.* 201.)

Obs. Character emendatus a *Jussieu* in *Mém. Mus.* 6. *p.* 376. „*Cal.* 4-dentatus. *Cor.* tubulosa, limbo 4-partito, patente, magno. *Stam.* vix exserta. *Drupa* sphaerica, parva, sicca, limbo calycis umbilicata, abortu 1-sperma, semine conformi infra foveato et decussatim 4-sulco. (COFFEA *occidentalis Jacq.* s. *Pavetta Brown Jam.*, eadem cum IXORA *americana* L.) Congeneres ex Persoon „(cui POTIMA)" COFFEA *acuminata* et *subsessilis*." Confer FRÖLICHIAM.

n. 452. POLYOZUS. Addatur:

Obs. Character emendatus a *Jussieu Mém. Mus.* 6. *p.* 374. „*Cal.* 4-dentatus. *Cor.* tubo brevi, fauce lanuginosâ, limbo 4-fido. *Antherae* 4 oblongae, subsessiles. *Stigma* magnum. *Bacca* infera (1-locularis ex *Lour.*) disperma. — Genus videtur RUBIACEUM, non admissâ tamen specie alterâ, cui folia bipinnata etc."

n. 453. FARAMEA. Addatur:

Obs. Character emendatus a *Jussieu* l. c. „*Cal.* turbinatus, 4-dentatus. *Cor.* tubulosa, 4-fida. *Stam.* inclusa. *Stigma* bilobum. *Bacca* disperma."

453 a. HYDNOPHYTUM. *Cal.* integer. *Cor.* limbo 4-fido, fauce pilosa. *Stamina* 4, brevia, fauci inserta. *Stigma* bifidum. *Bacca* disperma. *Jack Trans. Linn. Soc.* XIV. *P.* I. *p.* 124.

Familia RUBIACEARUM.

n. 454. BOUVARDIAE addatur:

Obs. Characterem generis hujus, ad quod sine dubio vocat AEGINETIAM *Cavan.*, sequentibus characteribus circumscripsit *Kunth* in *Humb.* et *Bonpl. nov. gen.* III. *p.* 383: *Cal.* superus, 4-partitus, corollâ multo brevior. *Cor.* tubulosa, limbo 4-partito, patente. *Stam.* inclusa. *Germ.* turbinatum. *Stigma* bilamellatum. *Caps.* dicocca, calyce coronata, 2-locularis, superne loculicido-bivalvis. *Sem.* crebra, compressa, margine membranaceo-cincta. Character emendatus apud *Jussieu Mém. Mus.* 6. *p.* 383. „*Cal.* 4-fidus, basi bibracteolatus. *Cor.* tubulosa, fauce villosâ, limbo 4-fido. *Antherae* in fauce subsessiles. *Stigma* bifidum. *Caps.* (semi-infera *ex Salisb.*) bipartibilis in coccos s. loculos polyspermos; semina orbiculata, alata. — Affinis RONDELETIAE, sed numerus partium quaternarius et calyx bracteolatus. Huc HOUSTONIA *coccinea Andr.* t. 106. et forte *Humb. Bonpl.* III. 383. AEGINETIA *longiflora Cav.* et praeterea RONDELETIAE tetrandrae, nempe: R. *virgata, pilosa Sw., triflora Vahl, leucophylla, discolor H. B.*"

Pag. 10. n. 455. IXORA. Addatur:

Obs. Character emendatus a *Jussieu Mém. Mus.* 6. *p.* 375. „*Cal.* minimus, 4-fidus. *Cor.* tubo longo, gracili, limbo obtuse 4-partito. *Antherae* subsessiles, exsertae. *Bacca* 2-locularis, 2-sperma. — Fructus Ix. *coccineae* ex *Rheede* 1-2-4-spermus; Ix. *americanae* ex *Brown Jam.* 1-spermus; Ix. *ternifoliae Cav.* folia 3 verticillata. PAVETTAE affine genus recognoscendum, cujus congener ex *Lamarck* CHOMELIA *Jacq.* et PAVETTA *indica* L.; ex *Willdenow* CHOMELIA *fasciculata Sw.*; ex nobis LONICERA *corymbosa* L., quae LORANTHI species ex *L'Héritier*." „Vix rite distinguendum genus a PAVETTA; nam bacca, quae in IXORA bilocularis, loculis dispermis dicitur, monente *Gaertner* loculis monospermis est. In I. *parviflora* semen solitarium constanter in loculo quovis. Nisi itaque stigma respicias in IXORIS constanter bifidum, in PAVETTA simplicissimum, obtusum, commode genera ambo in unum combinari possent." *Roth nov. pl. spec. p.* 90.

n. 456. Petesia. Addatur:

Obs. Character emendatus apud *Jussieu Mém. Mus.* 6. *p.* 393. „*Cal.* 4-dentatus. *Cor.* infundibuliformis, 4-loba. *Antherae* subsessiles, tubo insertae. *Bacca* parva, globosa, coronata, bilocularis, polysperma. — Hic supersunt P. *carnea Forst.*, et forte P. *spicata Sw.*, *tomentosa Jacq.* An addenda *Poutaletje Rheed* 4. t. 57. ex *Linnaeo* Lawsoniae „(*purpureae*)" adjicienda; sed in icone certe monopetala? Species aliae capsulares, 4-andrae (P. *Lygistum*) ad Manettiam; 5-andrae (Petesiae *Brown Jam.*, Petesia *stipularis* L.) ad Rondeletiam compelluntur. Si generice restitueretur Webera *Gaertn. fil.* supra Rondeletiae addita (non Webera *Willd.* *) hic subjiceretur Petesiae, utpote baccata, 4-andra.",

n. 457. Catesbaea. Addatur:

Obs. Character emendatus apud *Jussieu Mém. Mus.* 3. *p.* 393. „*Cal.* minimus, 4-dentatus. *Cor.* infundibuliformis, tubo longo, limbo dilatato, 4-lobo. *Stamina* longa, imo tubo inserta; *antherae* oblongae, exsertae. *Stigma* 1. *Bacca* pruniformis aut multo minor, coronata, bilocularis (1-locularis ex *Linnaeo*), polysperma, dissepimento et receptaculo seminifero ut in Fernelia dispositis. C. *parviflora* Sw. similis habitu Scolosantho, sed polysperma."

n. 458. Froelichia. Addatur:

Obs. Character emendatus in *Jussieu Mém. Mus.* VI. *p.* 376. „*Cal.* 4-dentatus. *Cor.* longior, tubulosa, limbo 4-partito, patente, laciniis apice incrassatis. *Antherae* subsessiles, vix exsertae. *Bacca* ovata, exsucca, suberosa, subcompressa, limbo calycino umbilicata, 1-sperma (abortu?) semine conformi, arillato s..coriaceo. — *Embryo* in perispermo carnoso centralis, eodem triplo minor, radiculâ brevi, inferâ. Affinis Tetramerio et forte congener."

n. 459. Hoffmannia. Addatur:

Obs. Character emendatus a *Jussieu Mém. Mus.* 6. *p.* 383: „*Cal.* 4-dentatus. *Cor.* hypocrateriformis, tubo brevissimo, limbo magno, 4-partito. *Antherae* subsessiles, exsertae. *Caps.* baccata, oblonga, coronata, subtetragona, bilocularis, bivalvis, polysperma."

n. 460. O-Higginsia. Addatur:

Obs. Character emendatus apud *Jussieu Mém. Mus.* 6. *p.* 394. „*Cal.* 4-dentatus. *Cor.* infundibuliformis, 4-loba. *Stamina* brevia, fauci inserta. *Stigma* 1, exsertum. *Bacca* oblonga, subtetragona, coronata, bilocularis, polysperma. — Inflorescentia ut in Hamelia et Malanea. An inde alterutri affinis, et in capsula potius multilocularis aut tantum 2-sperma? Nacibeae „(Manettiae:)" dubie adjicienda O-H. *verticillata Ruiz-Pav.*, cujus pedunculi 3-flori. Sabiceae congener O. *aggregata Ruiz-Pav.* floribus verticillatis, et baccâ 4-loculari insignita."

n. 460 a. Euosma. *Cal.* superus, 4-dentatus. *Cor.* subrotata, 4-fida. *Stam.* 4 fauci inserta, exserta. *Stylus* erectus. *Stigma* incrassatum. *Fructus* 4-locularis, loculis polyspermis. *Humb.* et *Bonpl.* red. *Kunth pl. aequin.* II. *p.* 165. *t.* 134. sub Euodia. (Bertieriae affinis. An O-Higginsia? Euosma *Willd. Reliqu. Willd.*)

Obs. Nomen ab ill. *Humb.* et *Bonpl.* inditum mutandum, cum jam sit antiquissima Euodia *Forst.* et *Lam.* Character emendatus apud *Jussieu Mém. Mus.* 6. *p.* 399. „*Cal.* 4-dentatus. *Cor.* subrotata, 4-loba. *Stam.* 4, tubo inserta. *Stigma* incrassatum. *Ovarium* coronatum, 4-loculare, polyspermum. *Fructus* immaturus, an baccatus. Genus in fructu recognoscendum, habitu Hameliae."

Pag. 10. n. 460 b. Punophila. *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* campa-

---

*) Pace ill. *Jussieu* Webera *Gaertn. fil.* *p.* 71. t. 193. f. 5. eadem cum Webera *Willd.* „Ne maximam in re botanica nominum confusionem adaugeamus, Weberae nomen, a clo *Schreber* inditum, retineri satius esse duximus." *Gaertn. fil.*

nulato-rotata, 4-fida. *Stylus* stigmatibus duobus. *Caps?* bilocularis. *Willd. Ms.*

n. 461. Ernodea. Addatur;

Obs. Character emendatus a *Jussieu Mém. Mus.* 6. *p.* 373: „*Cal.* limbo 4-partito. *Cor.* tubulosa, profunde 4-fida, lobis angustis. *Stigma* emarginatum. *Bacca* pisiformis, coronata: semina hemisphaerica." Char. ex *Swartz*, qui congeneres dicit Hnoxiam I. *Brown. Jam.* et Thymelaeam *Sloane.*

n. 462. Siderodendron. Addatur:

Obs. Character emendatus a *Jussieu Mém. Mus.* 6. *p.* 374. „*Cal.* minimus, 4-dentatus. *Cor.* tubulosa, longa, 4-fida. *Stam.* brevia. *Stigma* crassiusculum (bisulcum ex *Vahl*). *Bacca* coronata; semina hinc plana, marginata, inde convexa."

Pag. 11. n. 463. Patabeae addatur:

Obs. Cls. *Kunth* characterem generis reformavit sequentibus in *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 375: *Flores* cymosi, bracteis magnis coloratis. *Cal.* ovario adnatus, limbo libero, 4-5-dentato. *Cor.* infundibuliformis, limbo 4-5-fido, regulari, patente, fauce barbatâ. *Stam.* 4-5 inclusa. *Ovarium* inferum. Stylus *stigmate* bifido. *Fructus* Psychotriae?" Character emendatus apud *Jussieu Mém. Mus.* 6. *p.* 401. *Flores* capitati, bracteis distincti, capitulo extus squamoso. *Cal.* 4-5-dentatus. *Cor.* tubulosa, 4-5-fida. *Antherae* 4-5 subsessiles. *Stigma* 4-fidum. *Fructus* forte Psychotriae ex *Humb.* et *Bonpl.*, ideo 2-locularis, dispermus. Congener aut affinis Lonicera *bubalina Linn. fil.*, arbuscula vere Rubiacea, stipulata, cui capsula bilocularis, coronata; cetera similia, numero quina."

n. 464. Coccocypsilo addatur:

Obs. Cls. *Kunth* in *Humb.* et *Bonpl. nov. gen.* III. *p.* 405 characterem generis posuit sequentibus: *Cal.* superus, 4-partitus, persistens. *Cor.* hypocrateriformis aut infundibuliformis, limbo 4-fido. *Stam.* fauci inserta, inclusa. *Stigma* bifidum. *Bacca* ovata, coronata, bilocularis: loculis polyspermis. *Sem.* lenticulari-angulata, aptera. Huc vocat Tontaneam *Aublet*, dubitans tamen, utrum in T. *guyanensi* stamina vere exserta; Condaliam *Ruiz* et *Pav.*, dubitans circa Condal. *obovatam* et *sessilem*, et Bellardiam *Schreb.*, de qua non dubitat, licet eadem cum Tontanea; *Lygistum* denique *Lam.* Character emendatus ex *Jussieu Mém. Mus.* 6. *p.* 394. „*Cal.* 4-fidus, laciniis linearibus. *Cor.* longior, infundibuliformis, 4-loba. *Stamina* imo tubo inserta; *antherae* oblongae vix exsertae. *Bacca* sicca, pisiformis, bilocularis, polysperma, seminibus dissepimento integro affixis. — Congener Sicelium *Brown Jam.* (an infra Tontaneae „[Bellardiae]" rectius sociatum?) et forte Condalia *Ruiz. Pav.*, confirmantibus *Pers.* et *Humb. Bonpl.* Minus forte consonant hic adjecta: 1° in *Humb. Bonpl.* Ligistum *spicatum Lam. ill.*, infra sociatum Gonzaleae; 2° in *Humb. Bonpl.* Tontanea „(Bellardia)" infra memorata; 3° in *Willdenow* Fernelia, discrepans corollâ et fructu majore, ac intus dissimili, nec non caule arborescente."

n. 465. Fernelia. Addatur;

Obs. Character emendatus ex *Jussieu Mém. Mus.* 3. *p.* 394. „*Cal.* 4-fidus, laciniis subulatis. *Cor.* parva, 4-loba, tubo brevi. *Stamina* tubo inserta, inclusa. *Bacca* cerasiformis, coronata, vix carnosa, polysperma, bilocularis; receptaculum seminiferum, centrale, sphaericum, marginatum, dissepimento verticali ambiente, et loculos discernente. Randiae affinis, sed 4-andra. Coccocipsili congener ex *Willdenow*, tamen diversa."

n. 466. Gonzaleae addatur:

Obs. Cls. *Kunth* in *Humb.* et *Bonpl. nov. gen.* III. *p.* 415. Gonzaleae characterem emendavit sequentibus: *Cal.* urceolatus, 4-fidus, persistens. *Cor.* subinfundibuliformis, tubo elongato, limbo 4-partito, patente. *Stam.* inclusa. *Stigma* capitato-4-lobum. *Drupa* depresso-globosa, subtetracocca, tetrapyrena, pyrenis chartaceis, unilocularibus, polyspermis. Character emendatus apud *Jussieu Mém. Mus.* 6. *p.* 400. „*Cal.* 4-dentatus. *Cor.* infundibuliformis, tubo oblongo, ad faucem villoso, limbo 4-partito. *Stamina* 4 brevia, non exserta: *antherae* sagittatae. *Stigma* 4-fidum. *Bacca* coronata, subsphaerica, subtetragona, includens cocculos 4 os-

seos, polyspermos, seminibus minutis. Congener, fatente autore, Buena *Cav.* t. 571, frutex gujanensis pariter racemiflorus et 4-locularis, polyspermus. Utrique habitus Lygisti *spicati Lam. ill.* (Barleria *hirsuta Jacq. obs.* t. 32), quod ex *Lamarck* biloculare, dispermum (inde Bertierae forsan affine); ex aliis biloculare, polyspermum; sed analogiâ docente potius 4-loculare, loculis polyspermis, inde addendum Gonzaleae. Congener etiam aut affinis Tepesia *Gaertn.* fil. Habitu diversum Lygistum *Brown Jam.* (Lygistum *axillare Lam.*, Petesia *Lygistum*) ex *Brown* 4-loculare, 4-spermum, sed ex *Swartz* biloculare, polyspermum, ideo adjiciendum Naciebae s. Manettiae."

466. a. Omphalococca. *Cal.* campanulatus, limbo dilatato, integerrimo. *Cor.* infundibuliformis, tubo filiformi sursum parum ampliato, limbo plano, laciniis lanceolatis, obtusis. *Stamina* basi parum dilatata, fauci tubi inserta, corollâ duplo longiora. *Antherae* oblongae, erectae. *Germen* depresso-globosum. *Stylus* filiformis longitudine corollae. *Stigma* bifidum. *Bacca* (capsula baccata) 4-locularis, calyce persistente. *Reliqu. Willdenow. Ms.*

n. 467. Mitchella. Addatur:

Obs. Character emendatus a *Jussieu* in *Mém. Mus.* 6. *p.* 373. „*Flores* 2 coadunati. Utriusque *calyx* 4-dentatus, alteri hinc adnatus. *Cor.* distincta, infundibuliformis, limbo 4-partito, patente. *Antherae* vix exsertae. *Stylus* longus: *stigma* 4-fidum. *Bacca* ex duarum 4-5 spermarum coalitione subdidyma, umbilicis distinctis, 8-sperma, seminibus carne interpositâ segregatis. Embryo minimus lobis brevibus, radiculâ crassiore inferâ, in basi perispermi subcartilaginei. — Genus habitu simile Nerterae, et affine praecipue Nerterae *tetraspermae H.* et *B.*, similiter stigmatibus et seminibus 4, et embryone minimo: ideo Rubiaceis dispermis recto adjunctum, non obstante numero seminum quaternario."

n. 469. Hedyotis. Addatur:

Obs. Cls. *Kunth*, novas huic generi species jungens, in *Humb.* et *Bonpl. nov. gen.* III. *p.* 389. characterem generis sic emendavit: *Cal.* superus aut semisuperus, rarissime subinferus, 4-partitus. *Cor.* infundibuliformis aut rarius hypocrateriformis, limbo 4-partito, patente. *Stam.* saepius exserta. *Stigma* bifidum. *Caps.* calyce coronata, didyma, bilocularis, apice loculicido-bivalvis, loculis oligospermis. *Semina* lenticulari-compressa, aptera. Character emendatus apud *Jussieu Mém. Mus.* 6. *p.* 382. „*Cal.* 4-fidus. *Cor.* infundibuliformis, 4-fida. *Caps.* globoso-didyma, coronata, apice transversim dehiscens. — Huc Houstoniae fructu infero in loculis polyspermo ex *Mich.* et *Humb. Bonpl.*, et Peplis *tetrandra Jacq.* „(Dunalia) cujus laciniae calicinae bifidae et loculi dispermi. In quibusdam calyx semisuperus, laciniis longioribus." — „*Cor.* infundibuliformis, tubo calyce plerumque longiore, characterem distinctivum praebet ab Oldenlandia, huic generi quam proxime cognata." *Roth nov. pl. spec. p.* 92. E contrario vero conjungendum esse genus hocce cum Houstonia et Oldenlandia suadet *Aug. St. Hilaire Mém. Mus. Ann.* V. *fasc.* 4. *p.* 329. *)

Pag. 12. n. 470. Oldenlandia. Addatur:

Obs. Character emendatus apud *Jussieu Mém. Mus.* 6. *p.* 382. „*Cal.* 4-fidus. *Cor.* vix tubulosa, profundius 4-fida. *Caps.* coronata, parva, inter dentes calicinos dehiscens. Congeneres ex *Willdenow* et *Retz* Heuchera *dichotoma Linn. Murr.*, et Aeginetia *multiflora Cav.* An inde removenda Oldenl. *digyna Retz*, utpote pentandra, distyia? Oldenlandiae *strictae* (Listeria *Neck.*) corolla infundibuliformis, ut in Hedioti, sed capsula obovata, non didyma." — „Huic generi, tam in prioribus *Linnaei* operibus, quam in *Spec. Pl.* a *Willdenow* editis, corolla 4-petala pro charactere adscribitur, quâ notâ, ab Hedyote proxime cognata, corollâ monopetalâ infundibuliformi gaudente, optime distinguitur.

*) Dunaliae genus sequente charactere constituit cls *Sprengel*: „*Cal.* 4-dentatus, dentibus 2-fidis. *Cor.* 4-fida. *Caps.* globosa, 2-locularis, 4-valvis, loculis 2-spermis." *S. V. p.* 366.

In conspectu vero generum cuique systematis classi praemisso, OLDENLANDIA unacum HEDYOTE subdivisioni: *floribus monopetalis* adscribitur. Quomodo haec contradictio solvenda?" *Roth nov. pl. spec. p.* 96.

n. 471. HYDROPHYLAX. Addatur:

Obs. Character emendatus a *Jussieu* in *Mém. Mus.* 6. *p.* 372: *Cal.* 4-fidus. *Cor.* infundibuliformis, fauce barbatâ, limbo angulato, 4-lobo. *Stam.* exserta. *Bacca* exsucca, non dehiscens, oblonga, coronata, 4-angularis, aut angulis 2 oblitteratis fere anceps, 2-locularis, (loculo 1 saepe abortivo) seminibus oblongis, hinc bisulcis, inde convexis. SARISSUS *Gaertn.* congener videtur SCIPHIPHORAE *Gaertn.*, cui fructus ex *Gaertn. fil.* drupaceus, siccus, 8-sulcatus, calycino limbo integro coronatus, scissilis in 2-nuces 1-spermas.

Pag. 12. n. 472. MANETTIAE adde:

Obs. Characterem hujus generis sic emendavit *Kunth* in *Humb.* et *Bonpl. nov. gen.* et *spec.* III. *p.* 387: *Cal.* profunde 4-aut 8-, rarius 5-10-fidus. *Cor.* hypocrateriformis, fauce constrictâ, barbatâ, limbo 4-rarius 5-fido, patente. *Stam.* 4-5, fauci inserta, inclusa. *Stigma* bifidum. *Caps.* dicocca, calyce coronata, bilocularis, septicido-bivalvis. *Sem.* margine membranaceo. Character NACIBEAE ,,(i. c. MANETTIAE) emendatus apud *Jussieu Mém. Mus.* 6. *p.* 384. ,,*Cal.* 4-8-fidus. *Cor.* tubulosa, fauce coarctatâ, limbo 4-partito, intus hirto. *Stamina* medio tubo affixa, non exserta. *Caps.* coronata, ovata, compressa, bivalvis, valvis navicularibus, margine introflexis, quasi bicapsularis, et ideo bilocularis (1-locularis ex *Linn.*), polysperma, seminibus orbiculatis, margine membranaceis, columellae intra singulam valvulam centrali annexis. — Interdum M. *racemosae* corolla 5-fida, 5-andra ex *Ruiz Pav.* Congener ex *Vahl* 1. OPHIORRHIZA *Forsk;* 2. forte O-HIGGINSIA *verticillata Ruiz Pav.*, licet frutescens et ex descriptione baccata, ceterum similis. 3. PETESIA *Lygistum* L. (LAGISTUM *Brown Jam.*); LYGISTUM *axillare Lam. ill.*, MANETTIA *Lygistum Sw.;* ex *Brown Jam.* 4-locularis, 4-sperma; ex *Swartz* bilocularis, polysperma, seminibus imbricatis."

n. 473. CARPHALEA. Addatur:

Obs. Character emendatus a *Jussieu Mém. Mus.* 6. *p.* 383. *Cal.* turbinatus, 4-fidus, laciniis oblongis, spathulatis, scariosis, persistentibus. *Cor.* tubo filiformi, longo, fauce ventricosâ, intus hirtâ, limbo 4-partito, laciniis angustis. *Antherae* subsessiles, fauci insertae, oblongae. *Stigma* 1? *Caps.* coronata, 2-locularis, polysperma, bivalvis, dissepimento valvis opposito, bipartibili, et iisdem semiseptiferis fere continuo. Habitus SERISSAE. An AEGINETIA *longiflora Cav.?* CARPHALEAE affinior quam BOUVARDIAE? Cum ill. de *Jussieu* consentit etiam censor in *Leipz. Litt. Zeit.* 1820. n. 10. Sed semina in AEGINETIA membranâ cincta!

n. 474. BELLARDIA. Addatur:

Obs. Character emendatus ex *Jussieu Mém. Mus.* 6. *p.* 394. ,,TONTANEA. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* infundibuliformis, 4-fida. *Antherae* exsertae. *Bacca* parva, ovata, coronata, bilocularis, bipartibilis, polysperma, seminibus marginatis, dissepimento (parallelo ex *Aubl.*) affixis. — Addenda COCCOCYPSILO ex *Humb.* et *Bonpl.;* an recte? Congener SICELIUM *Brown Jam.* ex *Jacq.*, *Scop.*, *Lam.*"

n. 475. COUSSAREA. Addatur:

Obs. Character emendatus a *Jussieu Mém. Mus.* 6. *p.* 376. ,,*Cal.* (an vere) 5-dentatus. *Cor.* tubo brevi, limbo acuto, 4-partito. *Antherae* oblongae, subsessiles, exsertae. *Stigma* 4-5-fidum (an recte?). *Bacca* testam fovens 1-spermam (abortu?), semine coriaceo. PECHEYA *Scop.*"

475 a. MYRMECODIA. *Cal.* subinteger. *Cor.* 4-fida, tubo intus ad insertionem staminum pilosa. *Stamina* 4, corollâ breviora. *Stylus* staminibus longior. *Stigma* simplex. *Bacca* ovata, 4-locularis, 4-sperma. *Jack Trans. Linn. Soc.* XIV. *P.* I. *p.* 122.

Familia RUBIACEARUM *Juss.*

475 b. LASIANTHUS. *Cal.* 4-(raro 5-) partitus, laciniis li-

nearibus. *Corolla* infundibuliformis, pilosa. *Stamina* 4 (raro 5). *Stigmata* 4, linearia, crassa. *Bacca* tetrapyrena. *Jack Trans. Linn. Soc.* XIV. *P.* I. *p.* 125.

Familia RUBIACEARUM *Juss.*

475. c. HELOSPORA. *Calyx* 4-dentatus. *Corolla* tubulosa limbo 4-partito. *Stamina* inclusa. *Stylus* 4-sulcus, apice 4-fidus. *Stigmata* 4. *Bacca* calyce coronata, polysperma, seminibus duplici serie cruciatim dispositis, nidulantibus, linearibus, parum curvis. *Jack Trans. Linn. Soc.* XIV. *P.* I. *p.* 127.

Familia RUBIACEARUM *Juss.* Arborescens glabra, pedunculis axillaribus unifloris, aestivatione valvatâ.

Pag. 13. n. 478. RORIDA deleatur: est CLEOME *Roridula Poir.*

Obs. Ad finem hujus sectionis ponatur LINNAEA *borealis*, a clo *Nuttall. Cl.* IV. O. I. inserta.

n. 479. HOUSTONIA.

Obs. De hoc genere, a *Jussieu* non admisso, confer *Obss.* ad HEDYOTIN et KNOXIAM.

Pag. 14. n. 480. RUBIA. Addatur: *)

Obs. Character emendatus a *Jussieu Mém. d. Mus.* 6. *p.* 370: „*Cal.* 4-5-dentatus. *Cor.* campanulata, 4-5-fida. 4-5-andra. *Cocci* baccati, subrotundi, glabri (aut scabri aut pilosi). — Cal. RUB. *acalyculatae Cav.* integer, nec dentatus.

---

*) RUBIACEARUM FAMILIAM uberrime exposuit ill. *de Jussieu* l. c. et sequente schemate disposuit:

SECT. I. *Fructus* dicoccus, coccis monospermis indehiscentibus. (*Stylus, ex Rich.*, profunde bipartitus, quasi duplex.) *Stamina* 4, rarius 5 aut 3. — Folia plerumque verticillata. Caulis in plurimis herbaceus, in paucis frutescens aut suffrutescens:

1) SHERARDIA. 2) ASPERULA. 3) GALIUM. 4) CRUCIANELLA. 5) VAILLANTIA. 6) RUBIA. 7) PHYLLIS. 8) ANTHOSPERMUM. 9) GALOPINA.

SECT. II. *Fructus* bilocularis, loculis monospermis, capsularis intus dehiscens, aut baccatus. — Caulis in paucis herbaceus, in plurimis frutescens aut arboreus.

§. *Stamina* 4:

10) KNOXIA. 11) PLOCAMA. 12) RICHARDIA. 13) SPERMACOCE. 14) DIODIA. 15) HYDROPHYLAX. 16) ERNODEA. 17) MITCHELLA. 18) NERTERA. 19) SIDERODENDRUM. 20) POLYOZUS. 21) FARAMEA. 22) BACONIA. 23) CHOMELIA. 24) IXORA. 25) PAVETTA. 26) DECLIEUXIA. 27) TETRAMERIUM. 28) FROELICHIA. 29) COUSSAREA. 30) MALANEA. 31) ANTIRRHEA. 32) SCOLOSANTHUS.

§§. *Stamina* 5:

33) STENOSTEMUM. 34) RUTIDEA. 35) CHIOCOCCA. 36) PSYCHOTRIA. 37) CHASSALIA. 38) COFFEA. 39) CANTHIUM. 40) RUDGEA. 41) RONABEA. 42) PAEDERIA. 43) COPROSMA. 44) DYSODEA. 45) CHIMARRHIS. 46) MACHAONIA.

SECT. III. *Fructus* bilocularis, loculis polyspermis, capsularis intus dehiscens aut baccatus. — Caulis in paucis herbaceus, in plurimis frutescens aut arboreus.

§. *Fructus capsularis. Stamina* 4.

47) HEDYOTIS. 48) OLDENLANDIA. 49) POLYPREMUM. 50) BOUVARDIA. 51) CARPHALEA. 52) HOFFMANNIA. 53) NACIBEA (Manettia).

§§. *Fructus capsularis. Stamina* 5.

54) RONDELETIA. 55) TULA. 56) DENTELLA. 57) DANAIS. 58) VIRECTA. 59) MUSSAENDA. 60) MACROCNEMUM. 61) SICKINGIA. 62) CINCHONA. 63) EXOSTEMMA. 64) PORTLANDIA.

§§§. *Fructus capsularis. Stamina* 6—7.

65) COUTAREA. 66) HILLIA. 67) STEVENSIA.

§§§§. *Fructus baccatus. Stamina* 6.

68) CASSUPA. 69) DUROIA.

n. 481. Galium. Addatur:

Obs. Character emendatus a *Jussieu Mém. d. Mus.* 6. *p.* 369: „*Cal.* 4-dentatus. *Cor.* rotata, 4-fida (rarissime 3-fida, 3-andra). *Cocci* subrotundi, laeves in Galio T., aut asperi in Aparine T. non coronati." — Flores saepe polygami.

n. 482. Vaillantia. Addatur:

Obs. Character emendatus a *Jussieu Mém. d. Mus.* 6. *p.* 370: „*Cal.* subinteger. *Cor.* vix tubulosa, plana, 4-partita. *Coccus* saepe unicus globosus, altero abortivo, laevis, aut in Aparine T. (Eyselia *Neck.*) verrucosus, vel hispidus. Flores masculi intermixti, 3-4-partiti, 3-4-andri, pistillo abortivo." Apud nos Galium.

n. 483. Asperula. Addatur:

Obs. Character emendatus a *Jussieu Mém. d. Mus.* 6. *p.* 369: „*Cal.* 4-dentatus. *Cor.* infundibuliformis, 4-fida (raro 3-fida, 3-andra). *Cocci* globosi, vix baccati, non coronati, coaliti." — Flores saepe polygami!

n. 484. Sherardia. Addatur:

Obs. Character emendatus a *Jussieu l. c. p.* 369: „*Cal.* 4-dentatus. *Cor.* infundibuliformis, 4-fida. *Cocci* oblongi, sicci, coronati, hinc plani, inde convexi." — Corolla Sh. *muralis* (Aspera *Mönch* „[Vaillantia *muralis* S. V. ed. notr.]") rotata, stigma globosum, coccorum apex setosus. — Sh. *foetidissimae Cyr.* (Putoriae *Pers.* Asperulae *calabricae L'Herit.* „[et nobis]".) caulis lignosus; folia opposita stipulâ mediante, non verticillata; fructus subbaccatus, bipartibilis, odor foetidus. — Sh. *fruticosa Sw.* forte Diodiae congener."

---

§§§§§. *Fructus baccatus. Stamina* 5.

70) Posoqueria. 71) Tocoyena. 72) Stigmanthus. 73) Pomatium. 74) Oxyanthus. 75) Genipa. 76) Gardenia. 77) Amajova. 78) Randia. 79) Stylocorina. 80) Bertiera. 81) Hippotis.

§§§§§§. *Fructus baccatus. Stamina* 4.

82) Petesia. 83) Catesbaea. 84) Fernelia. 85) Coccocypsilum. 86) Tontanea. 87) Higginsia. 88) Serissa.

SECT. IV. *Fructus* multilocularis loculis monospermis, baccatus aut drupaceus. *Stamina* 4-5, aut plura definita. — Caulis plerumque frutescens.

89) Nonatelia. 90) Ancylanthus. 91) Erithalis. 92) Psathura. 93) Cuviera. 94) Vangueria. 95) Pyrostria. 96) Myonima. 97) Laugeria. 98) Mathiola. 99) Guettarda.

SECT. V. *Fructus* multilocularis, loculis polyspermis, baccatus. *Stamina* 4-5, aut plura definita. Caulis saepius arborescens aut frutescens.

100) Euosmia. 101) Hamelia. 102) Piringa. 103) Isertia. 104) Polyphragmon. 105) Sabicea. 106) Gonzalea. 107) Patima.

SECT. VI. *Flores* aggregati supra receptaculum commune, saepius involucratum. *Stamina* 4, 5 aut 6. *Fructus* capsularis aut baccatus, bi-aut quadrilocularis, loculis mono-aut rarius polyspermis. — Caulis frutescens aut rarius arborescens.

108) Canephora. 109) Patabea. 110) Evea. 111) Cephaelis. 112) Morinda. 113) Cephalanthus. 114) Nauclea. 115) Adina. 116) Schradera.

Genera Rubiaceis *affinia.*

117) Pagamea. 118) Gaertnera. 119) Bellonia.

Genera imperfecta, ideo dubie Rubiacea.

120) Psydrax *). 121) Grumilea. 122) Tarenna. 123) Stipularia.

---

*) Cum Psydrax et Tarenna genera numero staminum ignoto, et ab ill. de *Jussieu* sub Rubiaceis potius quam alibi recensentur, juvabit quoque hîc potius quam alibi eàdem charactere a *Jussieu l. c. p.* 405—6 adduci.

„Psydrax. *Cal.* superus, 5-dentatus. *Cor.* 5-fida. *Stamina? Ovarium? Bacca* infera vestigio limbi calycini coronata, intus fungosa, 2-locularis s. foeta 2 ossiculis rugoso-scruposis, 1-spermis. *Embryo* filiformis, lobis linearibus longis, radiculâ breviore adscendente, in perispermo carnoso centralis. *Gaertn.* I. 125. t. 26."

„Tarenna. *Cal.* superus, limbo 4-partito persistente. *Cor.? Stam.? Ovarium? Bacca* infera, coronata, bilocularis, loculis 4-6-spermis; semina receptaculo utrinque in receptaculum fungosum prominulo affixa, hinc angulata, inde convexa. *Embryo* parvus, radiculâ lobis orbiculatis foliaceis longiore, in basi dorsali perispermi carnosi. *Gaertn.* 1. 139. t. 28. An Rubiaceis an Caprifoliaceis addenda?"

n. 485. Spermacoci subscribatur:

Obs. Cls. *Kunth* in *Humb.* et *Bonpl. nov. gen.* III. *p.* 341. Spermacocem cum Diodia conjunxit, monens hanc nonnisi calyce bipartito differre ab illa, in qua in speciebus compluribus calyces bi- et quadripartiti promiscue observantur. Hinc characterem Spermacocis sic reformavit: *Cal.* superus, 4-partitus, rarius 4-fidus, laciniis subaequalibus, aut 2 minoribus, nullisve. *Cor.* infundibuliformis aut hypocrateriformis, limbo 4-partito, aequali, fauce interdum barbatâ. *Stam.* exserta. *Stylus* stigmate bifido. *Caps.* dicocca, calyce persistente coronata, coccis monospermis, interne longitudinaliter dehiscentibus. Cls. vero *Meyer, Essequebo p.* 81, characterem Spermacoces reformavit sequentibus ob Borreriam: „*Cal.* 4-fidus, persistens. *Cor.* infundibuliformis. *Caps.* bilocularis, non bipartibilis, loculamento altero apice dehiscente, altero clauso. *Semina* solitaria. Huc a clo *Meyer:* Spermacoce *tenuior, latifolia, hispida.* — *Jussieu* vero denuo reformavit in *Mém. Mus.* 6. *p.* 372: „*Cal.* 4- aut raro 2-dentatus. *Cor.* infundibuliformis, 4-fida. *Stylus* saepe bifidus. *Capsulae* 2 connatae, oblongae, apice bicornes. — *Cal.* 4-fidus tum in S. *alata* et *sexangulari Aubl.* (Gruhlmannia *Neck.*), utrâque dicarpâ, ovario supra 4-glanduloso; tum in S. *hispida* L. (Covalia *Neck.*) monocarpâ, biloculari; tum in S. *orbiculari* (Chaenocarpo *Neck.*), monocarpâ, monospermâ, forsan abortu."

n. 485 a. Borreria. *Cal.* 2-4-fidus, persistens. *Cor.* infundibuliformis. *Caps.* bilocularis, bipartibilis. *Dissepimenta* incompleta e valvularum marginibus inflexis. *Sem.* solitaria, basi internâ affixa. *Meyer Essequeb. p.* 79.

Involucrum polyphyllum, foliolis per paria oppositis, exteriora basi membranâ margine setosâ cauleque perforatâ conjuncta; interiora simplicia, basi setosa, proxima sensim minora, bitrifida, tandem in setas subulatas desinentia. Cal. proprius tubulosus, laciniis subulatis, interjectis saepe setis totidem brevissimis. Cor. laciniis aequalibus patentibus vel incurvatis. Filamenta 4, incisuris limbi corollae inserta. Antherae postice bilobae. Stylus filiformis. Stigma obtusum, emarginatum. *Caps.* laciniis calycis aristata. Semina ventre sulco longitudinali. Proxime affinis Diodia et Spermacoce. (Vide characteres emendatos). Cum Borreriae genus a divo *Achario* in Lichenibus constitutum consistere nequeat, in honorem cl. *Guilelmi Borrer*, Lichenographi britannici, dixit cls. *Meyer* l. c.

n. 485. b. Psyllocarpus. *Cal.* 8-fidus, laciniis 2 multo longioribus. *Cor.* infundibuliformis, fauce barbatâ, limbo 4-partito. *Stam.* 4 inclusa. *Stylus* brevissimus, *stigmate* clavato. *Caps.* bilocularis, bivalvis, loculis monospermis. *Sem.* peltata, chartacea, compressa. *Mart.* et *Zuccarin. nov. pl. gen. Fasc.* III. *p.* 44.

Genus Borreriae *Meyer* affine, dissepimento completo et a valvulis secedente seminibusque alatis peltatis distinctum.

n. 486. Knoxia. Addatur:

Obs. Character emendatus a *Jussieu Mém. Mus.* 6. *p.* 371: „*Cal.* 4-fidus. *Cor.* tubulosa, filiformis, limbo 4-fido. *Fructus* partibilis in 2 coccos (hinc dehiscentes?) subrotundos, acuminatos, hinc planos, inde convexos, axi filiformi supra annexos." — Congeneres videntur Houstoniae species ovario infero certo instructae, ac in loculis monospermae, praecipue H. *purpurea*, depulsis ad Hedyotim speciebus polyspermis, et ad Gentianeas H. *coeruleâ* aliisque quibus est ovarium superum.

n. 487. Diodia. Addatur:

Obs. Character emendatus (ob Borreriam) a clo *Meyer Essequeb. p.* 81:

„*Cal.* 2-4-fidus, persistens. *Cor.* infundibuliformis. *Caps.* 2-locularis, bipartibilis, loculamentis clausis. *Sem.* solitaria, ventre mediis dissepimentis affixa. Huc, a clo *Meyer*, D. *virginica*, *scandens*, *sarmentosa.* „Ill. de *Jussieu* vero characterem in *Mém. d. Mus.* 6. *p.* 372 sic emendavit: „*Cal.* 2-fidus (raro 4-fidus, laciniis 2 alternis minutis, ex *Gaertn.*). *Cor.* tubulosa, infundibuliformis, 4-fida; *Caps.* ovata, tetragona, coronata, 2-locularis, 2-valvis. — Genus vix discrepans a Spermacoce, huic consociatum a *Kunth.* Capsula D. *virginicae* maturior bipartibilis. D. *verticillatae* folia 5-8 verticillata. Congener ex *Sw.* Sherardia *fruticosa*, habitu et flore proxima: an et Tapanhuacanga *Vand.* et Anonymos *Walth.* (Disperma *Gmel.*) discrepans tantum corollae limbo inaequali, stigmate simplici, fructu bipartibili, floribus bracteatis?"

Pag. 15. n. 488. Crucianella. Addatur:

Obs. Character emendatus apud *Jussieu l. c. p.* 370. „*Cal.* integer, limbo sulcato, 2-3-bracteatus, bracteis brevior. *Cor.* filiformis, tubulosa, 4-5-fida, 4-5-andra. *Cocci* oblongi, non coronati. Flores dense spicati, terminales aut rarius corymbosi."

Pag. 16 post n. 497. Samaram ponatur:

n. 497 a. Asteropus. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* tetrapetala, calycem aequans. *Stam.* 4. *Filamenta* dilatata. *Antherae* subrotundae, (circa stigma) cohaerentes. *Stigma* multifidum. *Fructus* superus, capsularis, villosus. *Sprengel N. Entd.* III. *p.* 64.

Familia naturalis? Pteleam inter et Samaram ponenda.

Pag. 17. n. 501. Fagara. Addatur:

Obs. Character emendatus: *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-petala, patens. *Stam.* 4. *Stigma* capitato-subbilobum. *Caps.* 1-locularis, monosperma, bivalvis. *Nees* et *Mart. Fraxinellae* in *Nov. Act. N. C.* XI. *p.* 185.

Pag. 17. n. 505. Canscora. Addatur:

Obs. Genus hoc Pladeram olim dixit *Solander* in Ms., quo nomine receptum a *Roxburgh Fl. ind.* ed. *Car.* et *Wall.* 1. *p.* 416 sequente charactere: *Cal.* cylindricus, 4-dentatus. *Cor.* infundibuliformis, et limbo irregulari. *Stam.* alterum longius. *Stigma* bilobum. *Caps.* supera, 1-locularis, bivalvis. *Semina* numerosa. Huc referuntur ab illo: Exacum *heteroclitum Linn.*; Canscora *diffusa R. Br.* (Exacum *diffusum L.*) Exacum *alatum Roth;* Canscora *perfoliata Lam.;* Hopea *dichotoma Vahl.*

Pag. 19. post n. 515. Ludwigiam ponatur:

n. 515 a. Epactium. *Cal.* 4-dentatus, subtetragonus. *Cor.* 4-petala. *Stigmata* 2 dilatata. *Caps.* bilocularis, polysperma. *Reliqu. Willdenow Ms.*

n. 516 post Sirium addatur:

n. 516 a. Santalum. *Cal.* semisuperus, campanulatus, 4-fidus. *Cor.* 0. *Nectarium* squamae 4, staminibus alternae. *Germen* uniloculare, monospermum, semen inferne affixum, *Bacca* monosperma. *Embryo* inversus cum perispermate.

Roxburgh Fl. ind. ed. Car. et *Wall.* I. *p.* 464 (qui Sirium *myrtifolium* omnino esse Santalum.)

Pag. 20. n. 523. Eriphia Familiae Besleriarum de *Juss. Mém. Mus.* IV. *p.* 247.

Pag. 21. n. 524. Evea. Addatur:

Obs. Character emendatus apud *Jussieu Mém. Mus.* 6. *p.* 401. „Involucrum

4-phyllum, foliolis 2 extimis latioribus, 8-10-florum, floribus parvis supra receptatulum paleaceum aggregatis. *Cal.* proprius turbinatus, 4-dentatus. *Cor.* infundibuliformis, 4-fida. *Antherae* 4 oblongae, subsessiles, non exsertae. *Fructus* — — Affinis Cephaëli."

Pag. 23. n. 535. Guevina. Familiae Proteacearum, monente de *Jussieu Mém. Mus.* IV. *p.* 247.

Pag. 28. n. 563 a. Symplocarpos. *Spatha* ventricoso-ovata, acuminata. *Spadix* subglobosus, tectus floribus hermaphroditis. *Cal.* profunde 4-partitus, persistens, segmentis cucullatis, truncatis, demum incrassatis, spongiosis. *Pet.* o. *Styl.* pyramidalis, tetraqueter: *stigma* simplex, minutum. *Semina* solitaria, receptaculo spongioso inserta. Symplocarpos *Salisb. Nutt. gen. p.* 105. Spathyema *Rafinesqu. Obs.*

n. 565. Krameria Familiae Polygalearum nunc cum? ill. de *Jussieu Mém. Mus.* IV. *p.* 247.

Pag. 30. post n. 570. Anisacantham inseratur:

n. 570 a. Cryptocarpus. *Cal.* campanulatus, 4-5-dentatus. *Stam.* 4 exserta. *Antherae* didymae. *Stylus* simplex. *Sem.* calyce persistente inclusum, laeve.

Humb. et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth.* II. 187. Familia Chenopodearum *Dec.*

n. 576. Cometes. Familiae Atriplicearum ill. d. *Jussieu Mém. Mus.* IV. *p.* 248.

Pag. 31 post n. 580. Dilobejam inseratur:

n. 580 a. Siparuna. *Mas. Cal.* 4-fidus. *Cor.* o. *Stam.* 4-10. *Fem. Cal.* inaequaliter 4-fidus: laciniis conniventibus. *Cor.* o. *Germ.* superum. *Styl.* brevis. *Stigmata* 8. *Vahl. Eclog.* III. *p.* 43.

n. 580 b. Hedycarpus. *Perianthium* 4-(raro 5-) partitum, inferum. *Stamina* 4 (raro 5). *Ovarium* 3-loculare, loculis disporis. *Stigmata* 3. *Capsula* baccata, 3-valvis, 3-locularis; seminibus arillo sapido tunicatis. *Embryo* inversus, albumine inclusus. *Jack. Trans. Linn. Soc.* XIV. *P.* I. *p.* 118.

Pag. 32. n. 590. Pagamea. Addatur:

Obs. Character emendatus apud *Jussieu Mém. Mus.* 6. *p.* 404. „*Cal.* turbinatus, 4-dentatus, semisuperus. *Cor.* semisupera, tubo brevi, limbo 4-lobo. *Discus* ovario infra circumpositus et adnatus, corollifer. *Antherae* 4, epipetalae, subsessiles, non exsertae. *Ovarium* latâ basi adnatum fundo calycis, inde subsemi-inferum; stylus profunde bifidus; stigmata duo. *Bacca* basi latâ adhaerens calyci cupulaeformi, intra discum assurgens, apice 4-sulca, foeta 2 ossiculis vere 1-spermis, uno nonnunquam abortivo. A Rubiaceis veris discrepat ovario partim tantum infero, favente disco in coordinatis diversam quandoque calycis cohaerentiam determinante. Dicitur minus recte a *Vahl* congener Laugeriae."

Pag. 33. n. 591. Nerteriae addatur:

Obs. Cls. *Kunth* in *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 378 characteri generis addidit: „*Stylus* profunde bi-aut-quadripartitus. *Drupa* baccata, sphaerica, di-aut tetrapyrena, pyrenis monospermis, coriaceis."

— Character emendatus a *Jussieu Mém. Mus.* 6. *p.* 373. „*Cal.* subinteger, vix 4-dentatus. *Cor.* infundibuliformis, 4-fida. *Stylus* profunde bifidus (2 ex *Smith*); *stigmata* 2. *Bacca* pisiformis, punctulo umbilicata, 2-locularis, 2-sperma (4-sperma), stylo 4-partito in N. *tetrapyrena H. B.*, seminibus hinc planis, inde convexis. Congener tum *Erythrodanum Aub. Pet. Thou.*, tum Gomezia *Mut.*, ac ideo Gomozia *L. Fil. Schreb. Juss. gen.* tetrandra, baccata, male dicta polysperma, forsan factitia, nec assimilanda Tulae infra memoratae similiter polyspermae, sed pentandrae et capsulari."

n. 591 a. Anthospermum. *Cal.* limbus minimus, 4-dentatus (*Linnaeo* praetervisus.) *Cor.* (*cal. Linn.*) tubo brevi, limbo 4-partito. *Fructus* oblongus in 2 coccos partibilis. *Juss. Mém. Mus.* 6. *p.* 370.

(Frutices aut herbae; folia verticillata; flores minimi, axillares, sessiles. Genus ex *Linnaeo* apetalum et dioïcum, sed certius ex B. *Jussieu* monopetalum et hermaphroditum, adjunctis simul floribus tum masculis, tum femineis. Habitus quidam Spermacoces. A. *aethiopici* (Tournefortia *Ponted.*, Ambraria *Heist.*) caulis frutescens, et folia linearia. *Juss.* l. c.)

n. 591. b. Galopina. *Cal.* integer, non prominens. (o ex *Thunb.*) *Cor.* 4-fida, laciniis revolutis, 4-andra, antheris oblongis erectis. *Styli* 2. *Fructus* minimus, in 2 coccos subglobosos, muricatos partibilis. *Juss. Mém. Mus.* 6. *p.* 371.

Herba annua, oppositifolia. Flores oppositi et laxe paniculati, terminales, bibracteolati. *Thunberg* hanc postea ad Anthospermum, obstante licet habitu dissimili et reluctante *Willdenow*, reduxit: an recte? *Juss.* l. c. *).

n. 592. Microlaena. Addatur:

Obs. Character emendatus ex *Trinius fund. agrost.* p. 33. „Racemus laxus, paniculaeformis. *Cal.* minutissimus, biglumis, remotus, 3-florus: flosculi pedicello lanuginoso communi insidentes. *Neutri* 2 inferiores. *Cor.* 1-valvis, nervosa, subulata. *Hermaphroditus* intermedius: *Cor.* bivalvis: valvula inferior acuminata. *Lod.* seqq. oppositae, alternantes. *Sem.* tectum.

Pag. 34. n. 596. Tetrarrhena. Addatur:

Obs. Character emendatus ex *Trinius fund. Agrost.* p. 195. „*Spica* racemosa, simplex, aequalis. *Cal.* 3-florus, flosculis multo brevior. *Neutri* 2 inferiores. *Cor.* 1-valvis, membranacea. *Hermaphroditus* intermedius: *Cor.* 2-valvis, hyalina, mutica. *Lod.* sqq. oppositae. *Semen* oblongum, tectum."

n. 596 a. Antenoron. *Cal.* 4-fidus, *Cor.* o. *Stam.* 4. *Germen* 1, liberum. *Styli* 2, persistentes. *Fructus* monospermus, ovatus, striatus, stylis coronatus. *Rafinesque Fl. Ludov. p.* 28. *Poir. Enc. meth. ill. gen. Suppl. p.* 556.

(Genus affine Atraphaxi, cui fors adjungendum: differt numero staminum.)

*) Galopinae character genericus olim erat apud *Thunberg* et *Willdenow*: *Cal.* o. *Cor.* supera, 4-fida. *Sem.* 2, muricata.

TRIGYNIA.

597 a. HYMENELLA. *Cal.* 4-partitus, patens. *Pet.* 4, oblonga, integra, calycis longitudine. *Stam.* 4, petalis alterna, basi coronulâ petaloideâ 8-dentatâ juncta. *Ovarium* ovatum. *Styli* 3. *Caps.* 3-locularis.

TETRAGYNIA.

Pag. 36 post n. 607. MYGINDAM inseratur, si placet cum *Link Enum. alt. p.* 149.

n. 607 a. PORTENSCHLAGIA, quae ELAEODENDRON *australe Vent.* (*Syst. Veg. ed. nostr.* V. *p.* 344. *n.* 3.)

n. 608. GONOCARPUS. Affinitas cum CERCODIACEIS *Juss. Mém. Mus.* IV. *p.* 248.

n. 608. a. TETRACTYS. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Stam.* 4. *Antherae* oblongae, basi insidentes. *Caryopses* 4, acutae. *Spreng. N. Entd.* III. *p.* 53.

THALICTRO, HYDRASTI, KRAFFIAE vicinum, inter ILICEM et MYGINDAM ponenda. *Spreng. Famil.* RANUNCULAC. *Dec.* videtur.

n. 608 b. GEOHERPUM. *Cal.* o. *Cor.* campanulata 4-fida. *Styli* 4. *Bacca* infera tetrasperma. GEOHERPUM *Willd.* in *Reliqu. Ms.*

Pag. 37. n. 611. RUPPIA.

Obs. Character emendatus: „Monoica. *Cal.* et *Cor.* o. ♂. *Antherae* sessiles, nudae, transversim dehiscentes. ♀. Germinum clavaeformium sessilium acervuli 2, segregati, fastigiati lateralesque, antheris circumdati. *Styl.* o. *Stigm.* peltata crenulata. *Nuculae* hinc gibbae, hinc sinuatae, acuminatae, uniloculares, non dehiscentes, monospermae, demum longe pedicellatae, intus uniformes.“ *Wallroth Ann. bot. p.* 151.

n. 611 a. OTTOA. *Flores* amentacei, racemosi, squamis distinctis. *Cal.* o. *Cor.* o. *Stam.* 4. *Antherae* ovatae, biloculares. *Stigmata* 4. *Achenium* inferum, quadrangulare. *Albumen* corneum; Embryo axilis rectus; radicula supera. OTTONIA *Sprengel N. Entd.* I. *p.* 255.

Familia *Piperacearum.*

Obs. Cls. *Sprengel* OTTONIAM dixit in honorem viri praestantissimi, D. OTTO, h. bot. berol. directoris. Sed cum jam sit OTHONNA et HOTTONIA, quo facilius distinguatur auribus, OTTOAM potius diximus.

MANTISSA.

Classis IV.

TETRANDRIAE,

MONOGYNIAE,

SPECIES.

n. 404. GLOBULARIA.

Pag. 38. n. 1. Globularia *salicina.* Addatur synonymon: *Cavanill. anales de Cienc.* III. *p.* 13. Globularia *longifolia Link Enum. alt. p.* 123 (coroll. albescentibus.) *Bot. Reg.* 685. Alypum *olandri Quorumd.*

n. 2. Globularia *Alypum.* Addatur synonymon: *Cavan. Anal. de Cienc.* III. *p.* 12.

Pag. 39. n. 4. Globularia *linifolia Lam.* addatur synonymon: Gl. *vulgaris Brotero* (*fide* *prengel* . V. *p.* 377.).

n. 5. Globularia *vulgaris.* Addatur synonymon: *Bertolon. Amoen. p.* 124. G. caule herbaceo; foliis radicalibus obovatis, retusis, petiolatis; caulinis lanceolatis. *Bot. Mag.* 2256. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* II. *p.* 221.

Obs. Folia amariuscula. Magnitudine foliorum radicalium maxime variat, quae in exemplari nostro, petiolo incluso, raro pollicem superant, dum *Pollich* eadem 4½ poll. describit. Dentes 3 in apice folii saepissime omnino desunt, et semper multo minus distincti sunt, quam in G. *Alypo.* Teste *Scopolio* folia anni praecedentis sunt emarginata cum mucrone, juniora tridentata. *Sims.* Mexicanam non differre ab europaea nisi magnitudine omnium partium, *Kunth* l. c.

Pag. 40. n. 8. Globulariae *nanae* addatur:

Obs. „Est omnino varietas β Globulariae *cordifoliae* n. 7., ad quam transfer cum omnibus synonymis pro ejus varietate β, et adde: Gl. *cordifolia;* fol. spathulatis, margine crispulis, integerrimis retusisve; pedunculis brevissimis. *Bertol. Amoen. ital. p.* 335. *n.* 35." *Bertolon. in litt.* „Ipse *Decandolle* determinavit plantam herbarii mei pro sua Glob. *nana.* In diversis vero speciminibus Gl. *cordifoliae* ex Austria, Cenisio etc. detegere non valui firmos characteres, queis haec species differat a nostra.

Tota differentia ex proportione partium, eaque tam levis, ut vix altera planta alterius varietas dici possit." *Bertol. Amoen. l. c.*

n. 10. GLOBULARIA *bellidifolia.* Addatur:

Obs. Crenae sub lente minimae *Brochi Bibl. ital. n.* 83. *p.* 213.

Pag. 41. n. 12. GLOBULARIAE *incanescenti* addatur synonymon: *Bertolon. Amoen. p.* 334. *Zannoni rar. stirp. hist. edit. Monti p.* 122. *t.* 84.

Obs. Cls. *Sprengel S. V. p.* 376 huc trahit *punctatam Lapeyr.*; at specimina nostra *incanescentis*, in alpibus apuanis a clo *Bertoloni* lecta, pulverulenta, minime vero calloso-punctata sunt.

n. 405. DIPSACUS.

Pag. 41. p. 1. DIPSACUS *fullonum.* Addatur synonymon: D. capitulo ovato, anthodium reflexum excedente; paleis lanceolatis, brevibus, rigidis, recurvis; foliis inferioribus ovato-lanceolatis, basi attenuatis, superioribus connatis, serratis. *Wallr. Sched. crit. p.* 48. *Smith Engl. Flora p.* 48. *Engl. bot. t.* 2080. D. coronâ obsoletâ; capitulo cylindrico; bracteis recurvis; fol. connatis, integris, subcoriaceis. *Coulter Mém. Dips. p.* 22?

„Semina e Chili attulit D. *de Chammisso*, quae plantam protulere a vulgata vix diversam. Paleae longiores erant ac rigidiores, infra minus hirtae. et margine magis aculeatae." *Link Enum. p.* 126. „Nullo charactere pretii a *sylvestri* distinguenda." *Coulter.*

n. 2. DIPSACUS *sylvestris.* Addatur synonymon: D. capitulo conico, anthodio inflexo breviore; paleis linearibus, rectis, corollas excedentibus; foliis radicalibus petiolatis, superioribus connatis, oblongis, serratis. *Wallr. l. c. Smith Engl.* Flora. I. *p.* 193. D. coronâ obsoletâ; capitulo cylindrico, bracteis rectis, involucro debili capitulo longiori? fol. connatis, integris laciniatisve. *Coult. Mém. Dips. p.* 22 cui: *δ. comosus*, paleis recurvis, ciliatis. D. *comosus Hoffm.* et *Link Fl. lusit. p.* 81. D. *laciniatus Brot. lus. p.* 141. *M. a Bieberst. taur. cauc. Suppl. p.* 98. *Röhl. deutsch. Fl. Mert. Koch.* I. *p.* 736. *Dict.* Sc. Nat. F. 5. *Engl. Bot. t.* 1032. *Fl. Dan. t.* 1448. *α.* involucro adscendente, capitulo longiore. *Bess. Enum. pl. Volh. p.* 6. *β.* involucro patente, capitulo breviore, foliisque pallidioribus. *Bess. l. c.* *γ.* fol. pinnatifidis. *Röhl. D. Fl. l. c.* *δ.* floribus albis. *β Röhl. l. c.*

„Praecipua diagnosis a foliis repetenda, nam et *laciniatus* quandoque *involucro* capitulo longiore instruitur et *sylvestris* eodem breviore." *M. a Bieb. l. c.*

n. 3. DIPSACUS *laciniatus.* Addatur:

Obs. Clo *Coulter Mém. Dipsac. p.* 22, nonnisi *sylvestris γ* est „foliolis involucri lineari-lanceolatis, rigidis, capitulo subaequalibus; foliis saepius sinuato-laciniatis."

Pag. 42. n. 4. DIPSACUS *Gmelini.* Addatur synonymon: D. coronâ membranaceâ; capitulo ovato; involucro debili, deflexo. *Coulter Mém. Dips. p.* 23. *Link Enum. p.* 126. *Jacq. Eclog. t.* 106.

Folia serrato-pinnatifida. Capitulum subcomosum. *Link.* Capitulum semper ovatum, centrale maturans saepe D. *piloso* duplo majus; folia vix connata, integra laciniatave. *Coulter l. c.*

n. 5. DIPSACUS *pilosus.* Addatur synonymon: D. capitulo subrotundo anthodium inflexum aequante; paleis rectis, pilosis, corollas superantibus; foliis ovatis, acuminatis, serratis, basi appendiculatis. *Wallr. l. c.* D. coronâ obsoletâ; capitulo globoso; involucro deflexo, bracteas vix superante. *Coulter Mém. Dipsac. p.* 23. *Engl. Bot.* 877.

n. 6. DIPSACUS *ferox.* Addatur synonymon: D. coronâ perbrevi, membranaceâ; capitulo centrali cylindrico, lateralibus debilitate saepius rotundatis. *Coult. Mém. Dips. p.* 23. *Link Enum. p.* 126. *Jacq. Eclog. t.* 107.

n. 9. DIPSACUS *inermis Wall.*; foliis oblongis, serratis, villosis, petiolatis, sublobatis; caulinis connatis; capitulis globulosis, villosis; paleis cuneatis, subulato-acuminatis, vix tubum corollae excedentibus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 367. *β*? foliis omnibus pinnatifide lobatis.

Rad. magna, fibrosa, cinerea. Caulis erectus, gracilis, fistulosus, 4-ped. et ultra, multangularis, brachiatus, inferne pilis reflexis, mollibus dense obsitus, praecipue ad angulos costatos. Folia inaequaliter duplicato-serrata, utrinque molliter villosa, setis sparsis: radicalia pedalia, 3 poll., acuta, basi attenuata, subdecurrentia in petiolo longo gracili, subinde lobo profundo ad basin solitario vel gemino: paria foliorum 2-3 remota in caule, folia 5-6 poll., acuminata, indivisa, plerumque magis villosa, in cyathum basi connata. Pedunculi longi, graciles, erecti, medio ut plurimum pare foliorum brevium angustorum. Capitula fere rotunda, obtusa, pollicis diametro, involucro e foliis 6-8 linearibus, canaliculatis, recurvis, ciliatis, pollicaribus. Receptaculum ovatum, foveolis quadratis ad insertionem florum, paleis membranaceis pallidis, pilosis, cuneatis, concavis, patentibus, apice rotundatis, mucrone recto lanceolato, purpurascente, ciliato, longitudine paleae. Cor. ochroleuca, pubescens, laciniis subaequalibus. Stamina patentia, longa. Semina ut in *laciniato.* Affinis *piloso*, sed formâ et magnitudine foliorum et involucri distinctus. *β* fors species distincta, magis glabra, foliorum laciniae lanceolatae, acuminatae. *Wall. l. c.* *Circa Katmandu et Gossain Than,* D. *Gardner; a Saharunpore Boream versus,* Dr. *Gowan.*

Obs. Coulter Mém. Dipsac. p. 23 monet D. *inermem* a *Wallich* cum *Decandolle* communicatum: („Coronâ obsoletâ, capitulo globoso, involucro bracteas vix superante deflexo; foliis petiolatis, appendiculatis „(sublobatis)") a *piloso,* quo paulo mitius, distinctu difficillimum, forsitan

non vere diversum. *Sprengel* S. V. p. 377 sine dubio eundem esse cum *piloso*, in quo certe, aeque ac *strigosum* huc ducens instar synonymi, fallitur.

n. 10. DIPSACUS *divaricatus Presl*; foliis radicalibus oblongis, sublyratis, ciliatis; caulinis connatis, interrupte pinnatifidis: laciniis divaricatis, inferne pinnatifidis; paleis arcuatis. *C. B. Presl in Delic. Prag.* I. *p.* 117.

Radix biennis. Caulis solitarius, erectus, firmus, sulcatus, aculeis parvis rectis copiosis muricatus, foliosus, inferne simplex, superne in ramos oppositos floriferos divisus, 2 ped. Folia glabra: radicalia sinuata, obtusa, dentata, pedalia vel ultra; caulina laciniâ terminali lineari elongatâ, apice subcaudatâ, lateralibus divaricatis, latere inferiore inciso-pinnatifidis. Flores in summitate caulis, longe pedunculati, et in apicibus ramulorum ex axillis foliorum; pedunculi sulcati, muricibus parvis, copiosis, rectis, sub capitulo setaceis aculeati, simplices. Capitula subovata v. elliptica. Involucrum universale 8-10 phyllum, foliolis inaequalibus lanceolato-linearibus, spinosis, carinâ et margine spinoso-ciliatis, capitulo brevioribus. Flosculi pallide rosei. Paleae ex ovatâ basi in mucronem subulatum spinosum arcuatum desinentes. Habitus D. *laciniati* et *ferocis*; a priore differt: 1) foliis radicalibus sublyratis, ciliatis; 2) foliis caulinis interrupte pinnatifidis etc.; 3) paleis arcuatis; a posteriore: 1) foliis radicalibus sublyratis, inermibus; 2) caulinis connatis, interrupte pinnatifidis; laciniis divaricatis, inferne inciso-pinnatifidis, terminali subcaudatâ; 3) involucro capitulo breviore, foliolis lanceolato-linearibus; 4) paleis arcuatis; 5) aculeis parvis, rectis, muriciformibus, nec tam copiosis, ut in D. *feroci*. *Ad margines agrorum prope Panormum Siciliae.*

Obs. Cls. *Sprengel S. V. p.* 377. trahit ad *laciniatum* hanc speciem, a quo certissime distincta; et huc adhuc, instar synonymi, ducit *D. sinuatum*, aeque diversum, et plantam mere alpinam.

n. 406. CEPHALARIA.

Pag. 43. n. 1. CEPHALARIA *alpina*. Addatur synonymon: C. coronae dentibus 8, aristatis, subaequalibus; antheris ad dehiscentiam viride striatis; bracteis acuminatis, pubescentibus; corollulis subaequalibus, flavis. *Coulter Mém. Dips. p.* 24. SUCCISA *alpina Spreng. S.* V. *p.* 378.

Obs. Cls. *Sprengel* huc trahit Sc. *leucantham Scop.*, quae fruticoso caule et circa Duino in apricis, minime vero in alpibus.

n. 2. CEPHALARIA *graeca*. Addatur: SCABIOSA *flava Sibth.* in Addendis.

Obs. Coulter dubitat an ab *alpina* diversa; etiam *Sprengel*; addit tamen ipse Herbarii Linnaeani nunc possessor, immortalis *Smith*: „cum *alpina* lecta, et confusa."

n. 3. CEPHALARIA? *ustulata*. Addatur synonymon: SUCCISA *ustulata Spreng. S.* V. 379.

Pag. 44. n. 4. CEPHALARIA *rigida*. Addatur synonymon: C. coronâ membranaceâ; bracteis obtusis; foliis ovatis, serratis. *Coulter Mém. Dips. p.* 26. *Link Enum. p.* 44. (Qui

folia auriculata non videt in sua.) SUCCISA *rigida Spreng. S. V. p.* 379.

n. 5. CEPHALARIA? *attenuata.* Addatur synonymon: SUCCISA *trifida Spreng. p.*379.

n. 6. CEPHALARIA *scabra.* Addatur synonymon: SUCCISA *scabra Spreng. p.* 379.

Pag. 45. n. 7. CEPHALARIA *transylvanica.* Addatur synonymon: C. coronae dentibus 8, aequalibus, brevibus; bracteis aristatis; aristis purpureo-nigrescentibus. *Coulter Mém. Dips. p.* 25. SCAB. *transylvanica Maur. prodr. Fl. rom. p.* 74. *Reichenbach ic. pl. rar. t.* 121. SCAB. *syriaca d'Urville* et SCAB. *tatarica Vivian.* (utraque fide *Coulter l. c.* in *Herb. Decand.*) SUCCISA *transylvanica Spreng. S. V. p.* 378.

Obs. Div. *Schott in litt.* ad *Römer* monuit mire variare foliis et vestitu, ut icon *Allioni* vix hujus loci videatur; specimina italica, Romae lecta, caule multo teneriore esse, superne glabro, foliisque multo angustioribus. Etiam cls. *Coulter l. c.* Sc. *transylvanicam Allion. pedem.* t. 48 ad *centauroidem* (quam confer), et huc potius Sc. *Trentam Hacq.* s. Sc. *Haquetii Lam.* cum *Viviani* ducit, qui vero, ut ipse *Coulter* docuit, *transylvanicam* veram non novit.

n. 7 a. CEPHALARIA *joppica*; foliis pinnatifidis, glabriusculis, ciliatis; laciniis serratis; pedunculis elongatis; paleis receptaculi submucronatis. SCABIOSA *joppica Reichenb. H. bot. t.* 15. SUCCISA *joppica Spreng. S. V. p.* 378. SCABIOSA *transylvanica Sieber palaest.*

Similis C. *transylvanicae*, et nonnisi foliis glabriusculis serratis, nec hirsutis dentatis; paleis submucronatis, nec cuspidato-aristatis, capitulisque florum fere duplo minoribus diversa. Corollae in specimine nostro ochroleucae. *Sieber prope Ioppe ad sepes.*

n. 8. CEPHALARIA *ambrosioides.* Addatur synonymon: *Coulter Mém. Dips. p.* 28 (cui fors a *centauroide* non diversa.). SUCCISA *ambrosioidès Spreng. p.* 379.

n. 9. CEPHALARIA *bidens.* Deleatur hic, et transferatur ad TRICHERAS, post *hybridam.*

n. 10. CEPHALARIA *syriaca.* Addatur synonymon: C. coronae dentibus 8, 4 aristatis, 4 iisdem alternantibus perbrevibus; bracteis aristatis, aristis rufescentibus; corollulis aequalibus. *Coulter Mém. Dips. p.* 25. *β.* capitulis sessilibus. SCAB. *syriaca Cavan. descripc. p.* 345. SUCCISA *syriaca Spreng. S. V. p.* 378.

Synonymon *Lagascae* et *Tournef.* potius ad C. *Vaillanti* spectare videntur, quae clo *Sprengel* varietas *syriacae.*

Pag. 46. n. 11. CEPHALARIA *Vaillanti.* Addatur synonymon: SCABIOSA *Vaillanti M. a Bieb. taur. cauc. Suppl. p.* 99. *Link*

Enum. p. 127. *C. syriaca α. capitulis pedunculatis. Coult. p.* 25. LEPICEPHALUS *syriacus Lagasc. gen.* et *spec.* 8.

„A *syriaca* potissimum pedunculis elongatis dignoscitur. Caules et pedunculi inprimis sub flore et in nostra hispidi, folia vero utrinque villosa." *M. a Bieb. l. c.*

Pag. 47. n. 12. CEPHALARIA *leucantha.* Addatur synonymon: C. coronâ membranaceâ: bracteis exterioribus obtusis, interioribus vix acuminatis; foliis pinnatifidis. *Coulter Mém. Dips. p.* 26. quo teste: CEPHALARIA *leucanthema* (*S. V. ed. nostr. n.* 13.) et CEPHALARIA *albescens* (*ibid.* n. 14.). SCABIOSA *leucantha Seb.* et *Maur. Fl. rom. prodr. p.* 74. *Bertolon. Amoen. p.* 124, et hoc teste, *Decand. Fl. fr.* n. 3298. *Vivian Fragm. p.* 15. *t.* 17. SUCCISA *leucantha Spreng. S. V. p.* 379.

Obs. „Secundum Hortum et Herbarium Willdenowianum Sc. *leucantha* non differt ab *albescente Enum. p.* 148. Nec differt, quam e vicinia Massiliae spontaneam possidemus. Nomine Sc. *carschianae* accepimus varietatem paullo hirsutiorem." *Link Enum. p.* 148. Haec eodem loco lecta, ubi *leucantha Scop.* Confer *Obs.* sequentem, et priorem ad *alpinam.*

Pag. 48. n. 13. CEPHALARIA *leucanthema.*

Obs. Expunge synonymon *Decandolli.* A clo *Steudel* et *Coulter* cum synonymis trahitur ad *albescentem*, quae sane potius huc, quam ad *leucantham*, cum in hac foliorum laciniae lineares, in *leucanthemate* vero lanceolatae. Clo *Sprengel* eadem cum *leucantha.*

n. 14. CEPHALARIA *albescens* monente clo *Link Enum. p.* 127 eadem cum *leucantha;* fors potius cum *leucanthemate.*

Pag. 49. n. 15. CEPHALARIA *centauroides.* Addatur synonymon:

C. *centauroides;* coronae dentibus 4-8, obsoletisve; bracteis muticis, luteo-albidis: exterioribus obtusis, interioribus acuminatis. *Coulter Mém. Dips.* 25. *α.* dentibus 4-8 erectis, quo teste (praeter synonyma nostra): SCAB. *tatarica Beaupré Herb. Dec. Link Enum. p.* 127. SUCCISA *centauroides Spreng. S. V. p.* 379.

Obs. „Synonymon *Allioni* „(a *Coulter* iterum hic laudatum)" delendum, quod certe spectat ad CEPHALARIAM *transylvanicam n.* 7." *Bertolon. in litt.* Sunt qui CEPHALARIAM *laevigatam* ad *cretaceam* potius spectare asserunt; sed cls. *Link* l. c. monet Sc. *laevigatam* „quae in horto colitur (in *Herb. Willd. laevigata* non est) a *centauroide* non differre." Sic et specimina nostra.

n. 16. CEPHALARIA *corniculata.* Addatur synonymon: C. *centauroides β. corniculata;* dentibus distortis. *Coulter Mém. Dips. p.* 26, et, hoc teste, praeter synonyma nostra, SCABIOSA *uralensis Murr.* (*S. V. ed. nostr. p.* 50. *n.* 17) fide specimin. a *Steven* in Caucaso lecti in *Herb. Decand.* Clo *Sprengel* nequidem varietas est *centauroidis.*

Pag. 50. n. 17. CEPHALARIA *uralensis.* Addatur synonymon: SCABIOSA *uralensis M. a Bieber. st. taur. cauc. Suppl. p* 99.,

et hoc teste: SCAB. *leucantha* *Marsch. casp. app. p.* 208. SUCCISA *uralensis Spreng. S. V. p.* 378.

Obs. „Ubi apud peregrinatores nostrates commemoratur Sc. *tatarica*, vulgo *uralensis* intelligenda est, quae magnâ copiâ in Rossiae meridionalis campis apricis vastis nascitur; *tatarica* vero subalpinis inprimis Caucasi adscripta esse videtur.“ *M. a. Bieb. l. c.* Confer *corniculatam*.

n. 18. CEPHALARIA *humilis*. Addatur synonymon: SUCCISA *humilis. Spreng. S. V.* 379.

n. 19. CEPHALARIA *decurrens*. Addatur synonymon: SUCCISA *decurrens Spreng. S. V.* 379.

Pag. 51. n. 20. CEPHALARIA *cretacea*. Addatur: C. *centauroides* γ, *cretacea:* dentibus abortientibus. *Coulter Mém. Dips. p.* 26. (fid. specim. *Steven* in *Herb. Decand.*) SUCCISA *laevigata Spreng. S. V. p.* 379.

Obs. „Culturâ experimentum instituendum, an mera *uralensis* varietas, qualem reputat *Treviranus.*“ *M. a. Bieb. suppl. taur. cauc. p.* 99. Specimen nostrum SCABIOSAE *centauroidis* a *Sieber* in Creta lectum omnino *cretacea* est.

n. 21. CEPHALARIA *tatarica*. Addatur synonymon: C. coronae dentibus 8, aristatis, subaequalibus; antheris ad dehiscentiam viride striatis; bracteis acuminatis, pubescentibus, apicibus sphacelatis? corollis radiantibus flavis. *Coulter Mém. Dips. p.* 24. SCABIOSA *tatarica M. a Bieb. taur. cauc. Suppl. p.* 98. SUCCISA *tatarica Spreng. p.* 378.

Obs. Synonymon *Hornemanni* ad *alpinam* potius spectare videtur; exco. *M. de Bieb.* vero omnino hujus loci, quo monente, *Gmel. jun. it. p.* 159, sub *tatarica* apud *Linnaeum* militans, certe ad *uralensem* amandandus, quam confer. Clo *Coulter* SCAB. *tatarica* L., *altissima Mill.* et *gigantea Ledeb.* varietas β sunt: „gigantea, 12-ped,“ additque, TATARICAM forsitan non vere esse distinctam ab *alpina*, et *Linnaeum* minus recte monuisse „bracteas esse deciduas in β.“

n. 21 a. C.? *marina*. SCABIOSA? *marina*. (*Linn. Mant.* 329.) „Cal. imbricatus, hemisphaericus, squamis ovatis, obtusis.“ *Coulter Mém. Dips. p.* 28. SCABIOSAE non convenit character. *Coult.*

Pag. 52. n. 22. CEPHALARIA *diandra*, (PTEROCEPHALUS *diandrus Spreng. S. V. p.* 383) fide *Coulter*, eadem ac sequens.

n. 23. CEPHALARIA *papposa*, cui addatur synonymon: PTEROCEPHALUS *papposus;* calycis plumis 20 — 24, linearibus, undique pilosis, involucello aequalibus; involucelli pilosi nervis 2-3 in aristam praelongam, coronae vicem gerentem, saepius productis. *Coulter Mém. Dips. p.* 32. quo teste huc: PTEROCEPHALUS *diandrus Lag.* (CEPH. *diandra* S. V. ed. nostr.) fid. specim. auct. in *Herb. Decand.*; CEPH. *involucrata Sibth.* et *Smith Fl. gr.* (S. V. ed. nostr. n. 24); SCABIOSA *divaricata;* cor. 5-fid. radiant.; calycis simplicis laciniis inaequalibus; coronâ obsoletâ; pappo plumoso; fol. pin-

natifidis, lobis distantibus. *Clarke Reis.* III. *Spreng. N. Entd.* III. *p.* 163. PTEROCEPHALUS *Vaillanti Spreng. S. V. p.* 383 (qui huc ducit ASTEROC. *intermedium Lag.* et SCAB. *plumosam Link.*)

Pag. 53. n. 24. CEPHALARIA *involucrata*, fide *Coulter l. c.* eadem cum *papposa.* PTEROCEPHALUS *involucratus Spreng. S. V. p.* 384.

n. 25. CEPHALARIA *Willichii* (quae nunc PTEROCEPHALUS *plumosus Coult.* et *Spreng. S. V. p.* 383) ad TRICHERAS, monente ipso *Link Enum. p.* 130, transferenda, et jungenda cum SCABIOSA *plumosa n.* 26.

n. 26. CEPHALARIA *plumosa*, monente clo *Link Enum. p.* 130, omnino genuina SCABIOSA est.

n. 408. TRICHERA.

Pag. 54. n. 1. TRICHERA *arvensis.* Addatur synonymon:

KNAUTIA *arvensis;* capitulis multifloris, coronae dentibus minimis; calycis ciliis 8-16, subaristatis. *Coulter Mém. Dips. p.* 29. SCABIOSA *arvensis Bertolon. Amoen. p.* 10 et 125. *Wahlenb. Fl. upsal. p.* 49. *Hayne off. Gew.* V. 38. *Svensk Bot. t.* 322. *Smith Engl. Flora* I. *p.* 195.

An Sc. *montana Mill.* nostra T. *arvensis* δ.? Hujus nunc ι Sc. *integrifolia Roth. Fl. germ.*, cum ι *Besseri* species propria, sequens n. I. a. *Boennighausen Fl. monast. prodr. p.* 40 varietates duas: alteram *hetero-* alteram *homophyllam* distinguit.

Obs. Cls. *Bertoloni* hujus sequentes enumerat varietates: β. fol. glabris nitidis. δ. foliorum inferiorum segmentis ovatis, dentatis; foliis superioribus integris vel inferne laciniatis. (Huc, fide specim. ab illo refertur: SCABIOSA *hybrida All. Auct. Fl. ped. p.* 9. ex *Herb. Molin.;* Sc. *integrifolia* variet. fol. laciniat. *Savi Pis.* 1. *p.* 162. *t.* 2. *fig.* b, c. *Bot. Etrusc.* 1. *p.* 120 ex *Herb. ejus.*) Ergo etiam Sc. *arvensis* β *Sebast.* et *Maur. Prodr. Fl. rom. p.* 74. ε. foliis omnibus indivisis. S. *integrifolia Sav. Pis. l. c. t.* 2. *f.* 1. (*Seb.* et *Maur. Prodr. Fl. rom. p.* 74.) S. major, communior hirsuta folio non laciniato *J. Bauh. hist.* 3. *lib.* 25. *p.* 2. fig. solitaria in p. 3. Huic proxima Sc. *longifolia W. K.* Variare floribus carneis et albis, ih *Röhling Deutsch. Flor. Mert.* et *Koch p.* 747. Cls. *Coulter* sub KNAUTIAE *arvensis* suae α: *vulgari:* fol. pubescentibus hispidisve, pinnatifidis subintegrisve, jungit *collinam Requien*, fid. specim., et sequentem *campestrem* et *montanam*, quas vero non videtur vidisse. K. *arvensis* suae β jubet esse Sc. *canescentem H. Taur.;* fol. hirsute canescentibus, nervis albidis; fid. specim. *Herb. Decand.* γ. *integrifoliam* L., δ. *sylvaticam* L., ε. *longifoliam W. K.* esse jubet; quod nimium sane videtur. Contra vero SCAB. *arvensis* γ. *dubia Mönch* (*Willd. Spec.* I. *p.* 550) illi p. 41 species propria est, quam tamen ignotam sibi fatetur. SCABIOSA *collina, montana* et *mollis* (omnes *Herb. Schleich*) nil nisi TRICHERAE *arvensis* varietates, fide speciminum nostrorum ab ipso *Schleicher* *).

---

*) Cls. *Sprengel* TRICHERIS *Schrad.* nomen pristinum SCABIOSAE reddidit, nostrasque species TRICHERAE sub nomine SCABIOSAE adducit in *S. V. p.* 378: qui tamen SCABIOSAM *australem*, quam haud ita facile distingues a *succisa*, TRICHERIS i. e. SCABIOSIS suis, inserere potuerit, non perspicimus.

n. 1 a. TRICHERA *campestris;* corollulis 4-fidis, aequalibus, foliis hirsutis; radicalibus obovatis, integris, pinnatifidisque; caulinis obovato-lanceolatis, incisis; superioribus lanceolatis, acutis, dentatis; caule hispido. SCABIOSA *campestris Bess. Enum. Volh. p.* 7. Sc. *arvensis* sine radio *Cat. Krzem.* 1811. (TR. *arvensis i S. V. ed. nostr. l. c.;* clo *Coulter* nequidem varietas *arvensis.*)

Differt ab *arvensi* corollulis constanter aequalibus, nec cultura mutatis. Stellula seminum octoradiata. *In Volhynia.* D. *Andrzeiowski.*

1 b. TRICHERA *hirsuta;* corollulis 4-fidis; calycibus tubo corollularum et fructibus hispidis; fol. decurrenti-pinnatis, foliolis pinnatifidis, cauleque hirsutis. *La Peyrouse Abr. d. Pyrén. p.* 59. *Suppl. p.* 21. Sed exclus. Sc. *collina Requien Vaucl. ed.* 2. *p.* 248, (quae fid. specim. *Requien* in *Herb. Decand.* TR. *arvensis*, monente *Coulter Mém. Dips. p.* 29, clo *Spreng. S. V. p.* 378 vero *collina Requ.* omnino *hirsuta Lap.*)

1½-2 ped. Rad. simplex, fusiformis, fol. radicalia pinnatifida, decurrentia, pilis longis, albis. Caules simplices, nudi, bifidive, foliorum pari. Flos solitarius, laete purpureus. Calycis foliola lata, integerrima, obtusa, hirsuta; proprii setacea, caduca, hispida, ut fructus et corolla. *La Peyr.* qui *in Prades, ad pedem Canigou.* ♂.

Pag. 55. n. 2. TRICHERA *Salcedi* videtur KNAUTIA *arvensis γ. integrifolia Coulter Mém. Dips. p.* 30. *cum?*

n. 3. TRICHERA *sylvatica.* Addatur synonymon: SCABIOSA *sylvatica M. a Bieb. taur. cauc. Suppl. p.* 100. *Link Enum. p.* 130. (qui folia superiora glabra petit.) Sc. *virgae pastoris Mill. Dict. IV. p.* 98. (ex synonymo *Bauhin. Pin. p.* 270.) KNAUTIA *arvensis γ. sylvatica;* corollulis rubris subaequalibus, fol. integerrimis pubescentibus. *Coulter Mém. Dips. p.* 30.

Obs. Cls. *Coulter* ad *γ. sylvaticam* suam ducit: Sc. *sylvaticam* L., et, fide specim. Bertoloniani in *Herb. Decand.*, Sc. *integrifoliam Savi t.* 1. *f.* 1.; Sc. *hybridam Bouchet Herb. Decand.*; Sc. *arvensem β Decand. Fl. fr.* (fid. *Herb. Decand.*); et illi rectius, quod nobis minus, Sc. *pannonica Jacq.* ad *integrifoliam Linn.* spectare videtur. *Rara ad Caucasum*, monente exc. *M. a Bieberst.*

Pag. 56. n. 4. TRICHERA *legionensis.*

Obs. Clo *Coulter Mem. Dips. p.* 30, cum? tamen, KNAUTIA *arvensis γ. integrifolia* videtur. Clo *Sprengel S. V. p.* 379. ASTEROCEPHALUS *legionensis* est.

n. 5. TRICHERA *ovatifolia* clo *Coulter l. c.* KNAUTIA *arvensis γ. sylvatica* videtur.

n. 6. TRICHERA *dumetorum.* Addatur synonymon: PTEROCEPHALUS *dumetorum;* calycis plumis 20-24, lineari-

bus, undique pilosis, involucello vix duplo longioribus; coronâ obsoletâ; involucello pubescente; foliis integerrimis, petiolatis. *Coulter Mém. Dips. p.* 32. *Spreng. S. V. p.* 385. *β. pusillus,* nanus, capitulis solitariis. *Coult. l. c.*

Specimen a div. *Broussonet in Teneriffa* lectum capitulis subcorymbosis, *β* ab *Olivier* in Oriente, subsolitariis est: caeterum simillimum.

n. 7. TRICHERA *longifolia.* Addatur synonymon: KNAUTIA *arvensis, ε, longifolia:* corollulis subaequalibus lilacinis; fol. integris, glaberrimis, oblongis. *Coult. Mém. Dips. p.* 30., et, hoc teste, Sc. *integrifolia Sect. helv.* I. *p.* 72.

Obs. Cls. *Mertens* et *Koch* in *Röhling's Deutschl. Fl. p.* 748 *β* videtur *sylvaticae,* quod nobis haud ita.

Pap. 57. n. 8. TRICHERA *montana.* Addatur synonymon: SCABIOSA *montana Link Enum. p.* 150. qui *β.* corollis coeruleis notat,

Obs. Mirum, hanc nequidem varietatem esse *arvensis* apud *Coulter Mém. Dips. p.* 19.

n. 9. TRICHERA *pubescens.* Addatur synonymon: SCABIOSA *pubescens Link Enum. p.* 130. quo teste etiam: SCAB. *subpubescens Hort.* SCABIOSA *carpathica Fisch.* var. (fide *Spreng. S. V. p.* 377.) KNAUTIA *arvensis γ. integrifolia Coulter Mém. Dips. p.* 29.

Pag. 58. n. 1. TRICHERA *ciliata.* Addatur synonymon: SCABIOSA *ciliata Link Enum. p.* 130. Sc. *sylvatica Roth bot. Bem.* S. 148. (fid. *Mert.* et *Koch* in *Röhl. Deutschl. Flor. p.* 749.; vix tamen homonyma *Jacq. obs. t.* 72.)

n. 10 a. TRICHERA *diversifolia;* foliis radicalibus oblongis, crenatis; superioribus lyratis; summis lanceolatis, integerrimis; pappo setaceo. SCABIOSA *diversifolia Spreng. S. V. p.* 377.; *N. Entd.* I, *p.* 279. vero sub SUCCISA *diversifolia Baumg. Fl. transylv.* I. *p.* 75. (excl. syn. *Kitaib.*)

Caulis herbaceus, simplex, suborgyalis, teretiusculo-angulatus, calami scriptorii crassitie, pilosus. Folia infima in petiolum decurrentia, acutiuscula, utrinque cano-pilosa, dodrantis, palmum fere lata. Pedunculi corymbosi, hispidi. Anthodium squamis ovato-lanceolatis, ciliatis. Corollulae 4-fidae, irregulares, radiantes, sublilacinae. Semina angulato-compressa, oblonga. Pappus setis 8. Magnopere fallitur *Baumgarten*, dum hanc *bannaticam Kit.* credit, quae verus ASTEROCEPHALUS, corollulis 5-fidis, anthodio subsimplici, pappo membranaceo etc. Propior SCAB. (TRICHERA) *montana M. B. Jacq. Ecl.* 60., quae differt foliis omnibus integriusculis. SCAB. (TRICHERA) *pubescens Kit.* et *ciliata* mihi accedunt proxime, sed folia caulina vere lyrata nulla vidi; itaque novam omnino credo speciem, donec culturá transeuntem videro. *Spreng. l. c.* *In pratis montosis Transylvaniae.*

n. 11. TRICHERA *hybrida.* Addatur synonymon: KNAUTIA *hybrida;* capitulis multifloris, coronae dentibus 12-15 perbrevibus; calycis ciliis 20-24 obsoletis. *Coulter Mém. Dips. p.* 31. (cum nostris synonym.)

Obs. Huic cls. *Bivona Manip.* 4. *p.* 23. jungit tanquam varietatem Sc. *integrifoliam Linn.;* cui consentit cls. *Savi* in *Bibliot. italiana, Novembr.* 1820, *p.* 211, qui suam Sc. *integrifoliam Fl. pis.* T. 1. *p.* 162, fide specim. Herb. *Allioni* a clo *Balbis* communicati, eandem novit cum *hybrida All.*, monens tamen hanc esse varietatem e seminibus constantem. Recte sane *Savi* Sc. *integrifoliam Linn.* maximis premi dubiis fatetur, cum *Linnaeus* ad hanc citet *Scab. mont. latifol. non laciniat. rubr. C. Bauh. pin. p.* 270. cum *Sc. latifol. purpurasc. flore Clus. hist.* 2. *p.* 2. *f.* 2; idemque *Bauhini* supra citatum synonymon ducat ad Sc. *sylvaticam* cum *Scab. latif. rubra non laciniata Bauh.*, quae *Scab. rubra austriaca Lobel. ic.* 538, i. e. figurae Clusii supra laudatae copia est. SCABIOSAM *arvensem Tenor.* hujus esse loci monet idem *Bivona.* TRICHERAE *arvensis* varietatem esse *Bertoloni* in *Amoen. p.* 10, quam confer. Cls. *Poiret* ad *integrifoliam*, cum? licet, ducit: „Sc. annuam, fistulosam, centauroidem *Cupan. H. Cath.* Sed haec sine dubio ducitur a *Miller* ad suam Sc. *centauroidem*, corollulis 4-fidis, fistulosis, aequalibus; squamis calycinis acutis; caule paniculato; fol. rigidis, pinnatifidis. *Dict. IV. p.* 98, quam caule rigido, 3-ped., apice ramoso; floribus parvis, pallide purpureis, et in *Hispania* et *Lusitania* vulgarem dicit. An ergo hujus loci?

n. 11 a. TRICHERA *bidens.* Huc transferatur CEPHALARIA *bidens* (*Syst. Veg.* ed. nostr. *p.* 43. *n.* 9.) cum diagnosi et synonymia.

Recte *Coulter Mém. Dips. p.* 27. dubitavit, an CEPHALARIA, an KNAUTIA: TRICHERA est, ut fide speciminis a *Sieber* in Creta lecti videmus. Caulis $1^1/_2$ ped., inferne setis reversis hirtus. Folia inferiora 3-4 poll., fere *Brassicae Erucae*, pilosa; superiora integerrima, lanceolata, amplexicaulia. Pedunculi teretes, hirsuti. Calycis hirsuti foliola ovato-lanceolata, acuminata, hirsuta. Corollae (siccatae) ochroleucae. Antherae fulvae. Semina hispida, appendiculis 2 parvis, acutis auriculata.

Pag. 59. n. 12. TRICHERA *integrifolia.* Addatur synonymon: KNAUTIA *arvensis γ, integrifolia;* corollulis radiantibus, purpurascentibus?, fol. integris. *Coult. Mém. Dips. p.* 29.

Obs. „Quid sit Sc. *integrifolia Linn. Spec. n. p.* 142 difficile dictu: synonymon *C. Bauhini* et *Clusii* ibidem citatum ad Sc. *sylvaticam* spectare videtur." *Bertol. amoen. p.* 10. Sc. *integrifoliam Roth* e *Flor. tubing. Gmel.* non occurrere ibidem, *Mert.* et *Koch* testantur in *Röhling Deutschl. Flor. p.* 758. Cls. *Coulter* cum *integrifolia* conjungit *pubescentem S. V. ed. nostr.*, quod nimis nimii videtur; cum? vero adscribit *legionensem* et *Salcedi*, et, quod mirum sane, cum? SCAB. *bellidioidem* et *serratam Lam.!* Specimina nostra Kitaibeliana in Pannonia et in Littorali lecta omnino *Linnaei* plantam exhibent.

n. 13. TRICHERA *Willichii.* Huc ponatur cum tota synonyma, monente *Link:*

CEPHALARIA* *Willichii S. V. ed. nostr. p.* 53. *n.* 25. SCABIOSA *Willichii Link Enum. p.* 130., quo teste etiam SCABIOSA *plumosa S. V. ed. nostr. p.* 70. *n.* 26. KNAUTIA *plumosa Linn. Mant.* 197. (ergo etiam *Marsch* a *Bieb. taur. cauc. Suppl. p.* 103.) PTEROCEPHALUS *plumosus;* calycis plumis 11-13 linearibus, undique pilosis, involucello vix duplo longioribus, coronâ obsoletâ. *Coult. Mém. Dips. p.* 31., qui,

praeter synonyma a nobis sub C. *Willichii* Sc. *plumosa* allata, laudat quoque PTEROCEPHALUM *marcescentem Mönch.*

Obs. „Ad TRICHERAS *Schraderi* potissimum spectat, et *a* Sc. *Willichii Link* non mihi videtur differre. Flosculi subaequales. Calyculi margo loco coronulae ciliis minutis: in fructu denticulis. Setae centrales 12 plumosae, heluolae. Receptaculum villosum, paleis nullis." *M. a Bieb.*

n. 14. TRICHERA *brevis;* calycis plumis 14-16 linearibus, undique pilosis, involucello paulo longioribus; coronâ membranaceâ, perbrevi, patulâ. PTEROCEPHALUS *brevis Coulter Mém. Dips. p.* 32.

In *Herb. Decand.* cum PT. *plumoso* confusa, cui valde affinis. Folia pinnatifida caulesque pubescentes; corollae aequales involucrum vix superantes. *Habitat?*

n. 408, SCABIOSA.

Pag. 59. n 1. SCABIOSA *dichotoma.* Addatur synonymon: Sc. involucelli tubo subcylindrico; coronâ tubo dimidio breviore, nervis 20-24; calyce sessili setis patulis brevissimis inclusis, capitulis globosis in dichotomia sessilibus; flosculis 4-fidis; foliis integris, inferioribus crenatis. *Coulter Mém. Dips. p.* 39. *Link Enum. alt. p.* 127. ASTEROCEPHALUS *dichotomus Spreng. S. V. p.* 380.

Pag. 60. n. 2. SCABIOSA *australis.* Addatur synonymon: Sc. involucelli tubo lagenaeformi; coronâ obsoletâ; calyce sessili setis abortientibus; capitulis ovatis; flosculis aequalibus; involucri foliolis ovato-elongatis, acuminatis, subintegris; inferioribus saepe in petiolos appendiculatis. *Coult. Mém. Dips. p.* 40. *Pollin. pl. rar. veron.* in *Diar. Brugnatelli* 1816. *p.* 23. *Link Enum. alt. p.* 127. Sc. *repens Noc.* et *Balb. Fl. ticin.* I. *p.* 68. *t.* 2. *Moretti Osserv.* in *Bibliot. ital.* 1818. *Dec. p.* 367, quo teste (et monente etiam *Bertolon. in litt.*) Sc. *pseudaustralis S. V. ed. nostr. p.* 61. *n.* 5., quae Sc. *australis β* floribus pallide rubellis, *Mert.* et *Koch Röhling Deutsch. Fl. p.* 745. Sc. *inflexa Bess. Enum. Volhyn. p.* 7. *β.* fol. sinuato-dentatis. Succisa angustifolia palustris. *Triumf. obs. de ort. p.* 76. ic.

Occurrere rarius floribus ochroleucis. *Mert.* et *Koch l. c.*

n. 3. SCABIOSA *succisa.* Addatur synonymon: Sc. involucelli tubo tetraëdro; coronâ perbrevi, undulatâ; setis conniventibus; foliis integris; flosculis aequalibus; involucri foliolis 2-3-seriatis. *Coulter Mém. Dips. p.* 40. *Wahlberg Fl. gothoburg. p.* 20. *Wahlenb. Fl. upsal. p.* 50. *Svensk Bot. t.* 422. *Heyne off. Gew.* V. 37. *Smith Engl. Flor.* I. *p.* 194. ASTEROCEPHALUS *Succisa;* foliis radicalibus ovato-lanceolatis, utrinque acuminatis, integerrimis; caulin... connatis subintegris; angulis seminum

eradiatorum spinescentibus, aristis coronulae nudis; radice praemorsâ, fasciculatâ. *Wallr. Sched. crit. p.* 52, cui Sc. *succisa* L. α. *hirsutus;* caule, pedunculis foliisque utrinque hirsutis; β. *glabratus;* caule foliisque utrinque glabris, caulinis superioribus inciso-dentatis. S. *glabrata Schott S. V. ed. nostr. p.* 61. *Röhling Deutschl. Mert.. Koch p.* 744. (qui etiam varietatem floribus carneis) SUCCISA *pratensis Spreng. S. V. p.* 378.

Variat fol. integerrimis et serratis, glabris et pilosis; fl. caeruleo, roseo et albo. *Wahlberg l. c.* et *Coulter.*

Obs. Brotero in *Fl. lusit. p.* 145 plures hic jungere species videtur, tum ait: „variat foliis hirtis et glabris, serratis, crenatis, incisisve." Idem et sub Sc. *Columbaria.*

Pag. 61. n. 4. SCABIOSA *glabrata.* Addatur:

Obs. Sc. *Succisae* varietas videtur clo *Wallroth Sched. crit. p.* 52.; uti *Coulter Mém. Dips. p.* 40 et *Mert. et Koch* l. c. Attamen cls. *Link* in *Enum. alt. p.* 127 eandem speciem esse jubet, licet „valde affinem" *Succisae;* et cls. *Sprengel S. V. p.* 378 nequidem varietatem!

n. 5. „SCABIOSA *pseudaustralis* deleatur, et cum synonymis suis transferatur ad *australem.*" *Bertolon. in litt.* et *Moretti Bibl. ital.*

n. 6. SCABIOSA *amplexicaulis* potius TRICHERA; immo clo *Coulter Mém. Dips. p.* 31 TR. *arvensis* varietas videtur: clo *Sprengel* vero *S. V. p.* 379 nonnisi SUCCISA *amplexicaulis.*

Pag. 62. n. 7. SCABIOSA *stricta.* Addatur:
ASTEROCEPHALUS *strictus Spreng. S. V. p.* 380.

Obs. Eandem esse speciem cum Sc. *norica* (S. V. *ed. nostr. p.* 65. n. 16) et *lucida* (ibid. *n.* 17) quidam in *Bot. Zeit.* 1819. N. 115, *Link* in *Enum. alt. p.* 128, *Coulter Mém. Dips. p.* 38, *Sprengel l. c.* asserit; quod nobis saltem in n. 7 et 17 haud ita videtur, fide plurium speciminum, quae ab ipso divo *Kitaibel* tulimus.

n. 8. SCABIOSA *silenifolia* (ASTEROCEPH. *silenifolius Spreng. S. V. p.* 380.) clo *Coulter Mém. Dips. p.* 38. eadem cum *stricta*, et cum hac Sc. *Columbariae α lucidae α* est.

Pag, 63. n. 9. SCABIOSA *gramuntia.* Addatur synonymon: Sc. pubescenti-virens; fol. radicalibus, oblongis, crenatis, caulinis superioribus pinnatifidis, laciniis linearibus, calyculo plicato, margine extenso; pappo 1-5-seto, deciduo. *Bertol. Amoen. p.* 11. *Seb.* et *Maur. prodr. Fl. rom. p.* 75. SUCCISA *bipinnata Mönch.* ASTEROCEPHALUS *gramuntius Spreng. S. V. p.* 383.

Obs. Cls. *Bertoloni* huc ducit instar synonymorum: Sc. *ceratophyllam Tenor. Fl. neap.* 1. *p.* 31. *n.* 17. *t.* 8, et Sc. *agrestem W.* et *K. t.* 104, hanc tamen cum? Illi hujus β. herbâ luxuriante, foliorum caulinorum segmentis latioribus, incisis: SCABIOSA *uniseta Savi Pis.* 1. *t.* 1. h. f. Sc. *tenuifolia β coerulea Savi Bot. Etrusc.* 1. *n.* 150. Sc. *Columnae Tenor. Fl. Neap.* 1. *p.* 29. *n.* 25. *t.* 7. Sc. *uniseta Tenor. Fl. Neap.* 1. *p.* 30. *n.* 26. Sc. *columbaria Desfont. Atl.* 1. *p.* 120 ex evidenti descriptione. ♉. flore prolifero: Sc. *Columnae A. Tenor. Fl. Neap.*

1. *p.* 29. Sc. *mollissima Viv. Anal. bot.* 1. *p.* 2. *p.* 161. *n.* 29 (humilior.) Addit: „Species polymorpha, non confundenda cum Sc. *Columbaria*, quae probe distinguitur fol. caulinis pinnatifidis tantum, segmentis foliorum superiorum linearibus, integerrimis, et calyculi proprii margine involuto. Sc. *gramuntia* est molliter pubescenti-virens, nec albo-tomentosa, ut *pyrenaica*, segmentis foliorum caulinorum superiorum angustissimis gaudet in locis siccis, dilatatis et incisis in demissioribus. Calyculus proprius membranaceus, plicis radiosis, margine prorsus extenso. *Linnaeus* videtur eam non bene cognovisse, tum recepit in *Sp. pl. ed.* 1. sub nomine Sc. *triandrae* T. 1. p. 99. n. 9. et in editione 2. signo † notavit. Synonymon *C. Bauh.* (Sc. capitulo globoso, fol. in tenuissimas lacinias divisis, *Pin.* 271.) ad Sc. *Columbariam* perperam retulit."

Pag. 64. n. 10. Scabiosa *gracilis* fors *Columbaria* videtur clo *Coulter Mém. Dips. p.* 41.

n. 11. Scabiosa *capillata.* Addatur synonymon: Scabiosa *mollis Link Enum. alt. p.* 128.

„Folia inferiora lyrata, mollia, tomentosa; superiora pinnatifida, laciniis linearibus, glabriusculis." *Link.*

n. 12. Scabiosa *rupestris* deleatur, utpote eadem, nunc monente exc. *M. a B.*, cum *isetensi.*

Pag. 64. n. 13. Scabiosa *Columbaria.* Addatur synonymon: Sc. viridi-pubescens; fol. radicalibus oblongis, dentatis, caulinis superioribus pinnatifidis, laciniis linearibus; calyculi margine inflexo; pappo 5-seto. *Bertolon. Amoen. p.* 125. *Smith Engl. Flor.* I. *p.* 195. Asterocephalus *Columbaria;* foliis radicalibus ovatis, obtusis, longe petiolatis, crenatis, membranaceis, utrinque pedunculisque subtrifidis elongatis, pubescentibus; caulinorum pinnis linearibus, planis, subintegerrimis, cauleque glabriusculis; aristis coronulae semen subaequantibus, denigratis. *Wallr. Sched.* cret. *p.* 49. *Spreng. S. V. p.* 382 (qui huc trahit *leiocephalam Hoppe; styriacam* Vest; *grandifloram Scop.* var. species sane diversas). Succisa *Columbaria Mönch Meth.* Columbaria *vulgaris Presl.*

Obs. A *Wallroth* l. c. sequentes enumerantur varietates: *α. pratensis;* foliis radicalibus caulinisque inferioribus ovato-oblongis, parce crenatis, in petiolum longum attenuatis, hirsutiusculis; intermediis inciso-serratis, basi pinnatis; summis pinnato-laciniatis. *Var.* fol. superioribus cauleque glaberrimis et hirsutis. *β. campestris;* foliis radicalibus ovatis, inciso-serratis, in petiolum decurrentibus; caulinis inferioribus decussive laciniatis, superioribus bipinnatis. *γ. degenerans;* foliis radicalibus ovatis, obtusis, crenatis, basi auriculatis sublyratisve; caulinis mediis bipinnatis, pinnis oblongis, acutis, incisis; superioribus linearibus, subintegerrimis. *δ. interruptus;* foliis inferioribus interrupte simpliciterque pinnatis: pinnis ovatis, obtusis, subintegris, decussive decurrentibus; superiorum pinnis linearibus, elongatis. *ε. laciniatus;* foliis omnibus pinnatis: inferiorum radicaliumque pinnis oblongis, basi attenuatis, inciso-crenatis; superiorum sensim angustioribus. Ad hujus varietates spectare adhuc Sc. *unisetam Sav.* et africanam quamdam in *Herrmann; Smithii* descriptionem ob setas fuscas coronulae a thuringiaca sua quadantenus alienam esse; folia caulina non esse setacea, quae *suaveolenti* potius propria, et caulem potius glabrescere. *Wallr. l. c. Link Enum. alt. p.* 128 hanc „variis nominibus saepe accepisse monet, et petit:" folia radicalia simplicia, pauca, caulina composita; cal. simplicem; receptaculi pilosi paleas lanceolatas, concavas; cor. caeruleam; semina aristis coronata; pilos in summis pedunculis et basi caulis reversos;" nullasque distinguit varietates. Scabiosam *columbariam δ* alpinam, unifloram, *Fl. cauc. l. c.*

in hortis botanicis occurrere passim nomine *pyrenaicae*, et hujus varietatis synonymon esse Sc. *Columbariam* var. 2. *Scopol. carn.* ed. 2. *n.* 140 exc. *M. a Bieb. t. c. Suppl. p.* 101. Conferatur: Sc. *agrestis, canescens, gramuntia, holosericea, lucida, ochroleuca, grandiflora, pyrenaica.* Cls. *Coulter*, more suo solito, sub una specie, nescimus quot alias conjungit. Illi, *Mém. Dips. p.* 38, SCAB. *Columbaria:* involucelli tubo subcylindrico, coronâ tubo dimidio breviore, nervis saepius 20, calyce sessili, setis exsertis abortientibusve, et adjicit: „folia inferiora subintegra, superiora saepius pinnatifida laciniatave, corollulae radiantes," et sequentes ab illo huc vocantur varietates: „α. *lucida*, setis longis exsertis, saepius nigris, foliis glabris, capitulis subglobosis. Sc. *lucida Vill.*, *stricta W.* et *Kit.*, *silenifolia W.* et *Kit.*, *nitens* seu *lucida Ait.* β. *amoena*, fol. laciniatis, corollulis lilacinis. Sc. *amoena Jacq. Eclog.* γ. *ochroleuca:* fol. laciniatis pinnatifidisve, corollulis luteo-albidis. Sc. *ochroleuca Linn.* δ. *vulgaris*, setis exsertis, capitulis ovatis globosisve, fol. inferioribus subintegris, pubescentibus, superioribus pinnatifidis. Sc. *Columbaria* L., *polymorpha Weig.* α et β., Sc. *commutata S. V. ed nosr. n.* 14., Sc. *grandiflora* Scop., Sc. *banatica W. Kit.*, Sc. *agrestis W. Kit.*, Sc. *Columnae Tenor.*, Sc. *longipedunculata*, Sc. *ceratophylla Tenor.*, Sc. *norica Wulf.* ε. *gramuntia*, flosculis quadrifidis. Sc. *gramuntia* L. „Varietas addit" male a δ *vulgari* distincta. Cultam vidi in *Hort. Genev.* flosculis 4-6-fidis, setis rarius irregularibus nervisque coronae purpurascentibus." ζ. *pauciseta*, setis ex parte omninove abortientibus. Sc. *uniseta Sav.* η. *pyrenaica*, caulibus paucifloris, fol. tomentosis: Sc. *pyrenaica All.*, Sc. *canescens W. Kit.*, Sc. *daucoides Desf.*, *incana Schult.* S. V. n. 19., Sc. *tomentosa Cav.* ϑ. *holosericea*; foliis dense tomentosis, albidis. Sc. *holosericea Bertol.*

n. 13 a. SCABIOSA *integrata Hoffmannsegg* et *Link*, foliis infimis oblongis, integris: inferioribus lyratis, summis pinnatifidis nullisve; corollulis 5-fidis, radiantibus. *Hoffmannsegg* et *Link Fl. portug.* 2. *p.* 88. *Coulter Mém. Dips. p.* 42.

Valde affinis *Columbariae* et *grandiflorae.* *Coult.* *In Lusitania.* ♃.

Pag. 65. n. 14. SCABIOSA *commutata* clo *Coulter* eadem ac Sc. *Columbaria* δ. *vulgaris.*

n. 16. SCABIOSA *norica.* Addatur synonymon: SCABIOSA *lucida Schleich.* (fide speciminis *Schleicheriani*).

Obs. Cls *Link Enum. alt. p.* 128 huic jungit instar synonymorum Sc. *lucidam Vill.* (*S. V. ed. nostr. p.* 66. *n.* 17.) et *strictam* (*ibid p.* 61. *n.* 7.) addens: „valde affinis *Columbariae*, differt praesertim fol. radicalibus pluribus, simplicibus, integris. Cor. caeruleae." Adsentiunt cli *Mertens* et *Koch* in *Röhling Deutschl. Flor. p.* 752. et *Moretti Bibl. ital. n.* 82. *p.* 64. Clo *de Vest Bot. Zeit.* 1820. *p.* 360 nunc nil nisi *Columbariae* varietas videtur. Etiam exc. *M. a Bieb. taur. cauc. Suppl. p.* 101. varietas est longi-papposa *columbariae*, et *Coulter Mém. Dips. p.* 38 eandem Sc. *Columbariae* δ. *vulgarem* esse jubet. Confer *holosericeam.*

Pag. 66. n. 17 SCABIOSA *lucida* clo *Coulter Mém. Dips. p.* 38. Sc. *Columbaria* α. *lucida* est. ASTEROCEPHALUS *lucidus Spreng. S. V. p.* 380. (Confer *noricam* et *strictam.*)

n. 18. SCABIOSA *canescens.* Addatur synonymon: ASTEROCEPHALUS *suaveolens;* foliis radicalibus ovato-oblongis, in basin attenuatis, caulinorumque pinnis integerrimis, crassiusculis, glabriusculis; aristis coronulae semine minoribus rectis, rigidulis, concoloribus. *Wallr. Sched. crit. p.* 51.

Spreng. S. V. p. 380. SCABIOSA *suaveolens Reichenb. ic. pl.* rar. 76. S. *canescens Wallr. Ann. bot. p.* 143. *Link Enum. alt. p.* 128. *Röhling Deutschl. Fl. Mert. Koch.* I. *p.* 755. Sc. *Columbaria η pyrenaica Coult. Mém. Dips. p.* 39. (qui *suaveolentem Desf. mediam g.* et *Columbariam odoratam* excludit.) Sc. *polymorpha b. Rochel Herb.* (fide spec.) Confer Sc. *sphacioticam.*

Obs. Hujus varietates 3 a clo *Wallroth Sched. l. c.* enumerantur:

α. *hirsutus;* caule procero pedunculisque hirsutis, floribus fragrantissimis. β. *canescens;* caule pedunculisque illum subaequantibus pubi tenui incanescentibus. γ. *virens;* caule pedunculisque glabriusculis. Sc. *canescens W. K., suaveolens Desf., columbaria odorata Thuill., et Columbaria β Linn.* illi omnino hujus synonyma, ut etiam clo *Reichenbach* Sc. *suaveolens Desf.* et *canescens Kit.* eadem planta; quod nobis haud ita. Cls. *Link l. c.* eandem valde affinem *noricae* dicit, et praesertim caule pilis parvis adpressis scabro distinguit. Varietatem floribus ochroleucis et albis notant cli *Mertens* et *Koch l. c.*

n. 18 a. SCABIOSA *suaveolens Desf.;* involucelli tubo subcylindrico; coronâ brevissimâ nervis 16; calyce sessili, setis patulis brevibus vix exsertis; capitulis ovatis; caulibus strictissimis; foliis caulinis pinnatifidis, pinnulis linearibus longis, radicalibus integerrimis, ovato-elongatis. *Coulter Mém. Dips. p.* 39. quo teste: *Desfont. Cat H. Paris. p.* 110. *Decand. Fl. franc. n.* 3307. Sc. *Columbaria odorata Thuill. Fl. paris. ed.* 2. p. 72. Sc. *media Gerard hist.* 720. *Circa Fontainebleau.* ♃.

n. 18 b. SCABIOSA *styriaca Vest;* tenue villosa; corollulis radiantibus 5-fidis; caule ramosissimo, multifloro; foliis omnibus pinnatis, pinnis lanceolatis, paucis dente instructis; seminum calyculo interiore minimo, columnari excavato. *De Vest bot. Zeit.* 1821. *p.* 146. *Röhl. Fl. Deutschl. Mert. Koch. p.* 755.

Differt a *canescente*, praeter characteres datos, absentiâ pilorum, (?) foliolis involucri in flore patentissimis, ab omnibus indigenis absentiâ setarum calyculi centralis, et laciniâ mediâ radiantium corollularum acutâ. — Caulis teres, tenuissimo tomento canescens, admodum ramosus, ramis, ut in PSYLLIO, fasciculatis, spithamaeis, immo pedalibus. Anthodii foliola linearia 10-12, flore minora. Cor. pallide coerulea, corollulis in radio ringentibus, laciniâ mediâ oblongâ, acutâ. Paleae lanceolatae receptaculi oblongo-cylindrici semina aequant octangula, coronata membranâ marginali, integerrima, in centro verticis destituta setis, sed instructa columellâ urceolatâ. Nullibi pili recti. *De Vest.* *In Styria inferiore in monte St. Donati.*

Obs. SCABIOSA *lejocephala Hoppe;* coroll. radiantibus anthodio longioribus; foliis radicalibus crenatis lyratisve, caulinis ad medium usque pinnatifidis; laciniis linearibus: inferiorum foliorum pinnatifido-serratis pinnatifidisve, superiorum integerrimis; calyce exteriore membranaceo, interiore mutico. *Rohl. Fl. Deutsch. Mert. Koch. p.* 753 vix a *styriaca* diversa videtur. Sc. *styriacam* non viderant viri clli, et specimini suo folia radicalia deerant. Eandem a fratribus *Presl* nomine Sc. *junceae* tulisse in speciminibus pariter imperfectis monent. Fors haec et *styriaca* nonnisi *gramuntiae*

varietas, in qua pappus subinde unisetus, et deciduus. Tulimus hanc olim nomine *proliferae* e *Hort. paris.*

Pag. 67. n. 19. SCABIOSA *incana* clo *Coulter Mém. Dips. p.* 39. Sc. *Columbariae η pyrenaica est.*

Obs. An huc: Sc. *incana S. V. ed. nostr. p.* 521. *n.* 79, quam div. *Römer* serius, *incanae* nostrae immemor, e Ms. ill. de *Schlechtendal* inseruit?

n. 20. SCABIOSA *agrestis.* Addatur synonymon: *Reichenbach ic. pl. rar. t.* 91. ASTEROCEPHALUS *agrestis Spreng. S. V. p.* 383. *β. corollis ochroleucis. Lang.*

β. Foliis supremis linearibus, integerrimis; seminibus octangulis, angulis villosis, membranâ plicatâ, setis 5 atris longitudine seminis. *D. Lang*, qui in collibus ad Tárkány Pannon.

Obs Clo *Bertolon. in litt.* sine dubio Sc. *gramuntia* videtur, et hujus *β.* Sc. *Columnae* et *columbaria Desf.*, *γ.* vero Sc. *Columnae* A *Tenor.* Clo *Coulter Mém. Dips. p.* 38. Sc. *Columbaria δ vulgaris* est. Species certe distincta, et culturâ persistens. Cls *Reichenbach l. c.* ab hac excludit SCAB. *Columnae* et *longipedunculatam*, sed omnino eandem esse cum *Columbaria ε M. Bieb.* et *lejocephala Hoppe* affirmat.

Pag. 68. n. 21. SCABIOSA *amoena.* Add. synonymon: Sc. corollulis calyce longioribus; laciniis integris crenulatis; foliis caulinis pinnatifidis, radicalibus lyratis. *Jacq. Eclog.* 59. et hoc teste: Sc. *longipedunculata Fisch. gorenk.* Sc. *Columbaria β. amoena Coult. Dips. p.* 38. ASTEROCEPHALUS *amoenus Spreng. S. V. p.* 381.

n. 22. SCABIOSA *ochroleuca.* Addatur synonymon: ASTEROCEPHALUS *ochroleucus;* caule pedunculisque elongatis, hirsutiusculis; foliis radicalibus lyrato-pinnatifidis, utrinque pubescentibus; caulinorum pinnis planis, linearibus; aristis coronulae semen subaequantibus, fuscescentibus. *Wallr. Sched. crit. p.* 50. (quo monente excludendum syn. *Morison a Linnaeo* huc ductum.) *Spreng. S. V. p.* 383. SCAB. *Columbaria δ. Mert. et Koch* in *Röhlings Deutschl. Flor. p.* 751. (quibus ibidem Sc. *columbaria β.* est Sc. *tenuifolia Roth* s. *rubella Opiz.*) Sc. *columbaria γ. ochroleuca Coulter Mém. Dips. p.* 38.

Obs. Sc. *unisetam Savi* ad *gramuntiam* spectare monet *Bertol. Amoen. p.* 69: hinc ergo hîc excludenda.

n. 22 a. SCABIOSA *Scopolii H. Vind.;* foliis radicalibus integris pinnatisque, hirtis; caulinis subbipinnatis; calyce corollis radiantibus minore. *Link Enum. alt. p.* 128.

„Affinis *ochroleucae,* at folia inferiora integra. Caulis erectus, teres, 1-2 ped., pilis reversis superne confertis. Folia infima oblonga, crenata, pilis sparsis, rigidis, appressis; superiora subbipinnatifida, laciniis linearibus, hinc inde incisis. Pedunculi elongati, scabri. Cal. phyllis linearibus, pilis adpressis. Paleae obverse lanceolatae. Cor. ochroleucae. Calycis aristae fuscae. *Link.* An Sc. *ucranicae* synonymon quaerit *Coulter Mém. Dips. p.* 42. *In Europa australi.* ♃.

Pag. 69. n. 23. SCABIOSA *banatica.* Addatur synonymon: SCABIOSA *polymorpha α. Rochel Herb.* (fid. specim.) ASTEROCEPHALUS *banaticus Spreng. S. V. p.* 383. (qui huc trahit Sc. *Columnae Tenor.*)

Obs. Clo *Coulter* nonnisi COLUMBARIA ♂ *vulgaris* est, quam confer quaesumus. SCABIOSAE *diversifoliae Baumg.* synonymon hic excludendum esse monet *Sprengel N. Entd. I. p.* 279, cum TRICHERA sit.

n. 24. SCABIOSA *brachiata.* Addatur synonymon: PTEROCEPHALUS *brachiatus Spreng. S. V. p.* 384. PTEROCEPHALUS *palaestinus?* calycis plumis 8-10, subulatis, lateribus pilosis, coronâ membranaceâ. *Coulter Mém. Dips. p.* 31.

„An huc SCAB. *plumosa Hoffm.* et *Link*, quae Sc. *gramuntia Brot.*, et CEPH. *plumosa Röm. Schult.?*" quaerit *Coulter*, a quo huc, cum? licet, instar synonymi ducitur, sequente illum *Sprengel.*

n. 25. SCABIOSA *Sibthorpiana*, quae, fide speciminum sane diversa, et cujus synonymon: SCAB. *decemaristata;* corollulis 5-fidis, inaequalibus; anthodio simplici suboctophyllo; foliis radicalibus ovato-lanceolatis, dentatis: caulinis basi pinnatifidis; summis integerrimis, villosis; calyce proprio externo 5-dentato: dentibus limbum membranaceum sustinentibus; interno stipitato, 10-radiato, setis recurvis plumosis. *Portenschlag in litt.*

Tubus corollae niveo-tomentosus. *Portenschlag*, qui in *montium Marian Dalmatiae rupibus legit.* ♃.?

Pag. 70. n. 26. SCABIOSA *plumosa* monente *Link Enum.* p. 130 delenda, et jungenda cum TRICHERA *Willichii.*

n. 27. SCABIOSA *rutaefolia.* Addatur synonymon: Sc. corollulis subaequalibus; foliis pinnatifidis, crassiusculis, basi connatis, ciliatis; laciniis linearibus, subdentatis; involucro monophyllo; calyculo brevi, extenso; stellulâ 5-radiatâ. *Sebast.* et *Maur. prodr. Fl. rom. p.* 74. *Link Enum. alt. p.* 130 (quo teste omnino eadem cum Sc. *urceolata*, adsentiente *Coulter Mém. Dips. p.* 39). PYCNOCOMON *rutaefolium Hoffm.* et *Link Fl. portug.* 1. *p.* 94.

Obs. Etiam occurrere in Lusitania, *Brotero Fl. lusit. p.* 146, qui addit. „corollae albae," (cum *Seb.* et *Maur.* easdem petant carneas), et monet: „variare foliis inferioribus bipinnatis, calycibus 5-8-fidis, corollis plurimis 4-dentatis, uti in varietate a clo Comite de *Hoffmannsegg* detecta prope *Taviram.*"

n. 28. SCABIOSA *urceolata.* Addatur synonymon: Sc. involucelli tubo tetrahedro; coronâ obsoletâ; calycis sessilis setis abortientibus; involucri foliolis coalitis; foliis pinnatifidis. *Coulter Mém. Dips. p.* 39. (qui huc trahit *divaricatam Lam.* et *rutaefoliam Vahl*, in hac consentiente *Link*

Enum. alt. p. 130. et *Spreng. S. V. p.* 382, cui ASTEROCEPHALUS *urceolatus.*)

Pag. 71. n. 29. SCABIOSAE *crenatae* addatur synonymon: ASTEROCEPHALUS *crenatus Spreng. S. V. p.* 382. SCABIOSA *coronopifolia Link Enum. alt. p.* 129. δ. cor. ochroleucis.

Obs. Huc, fide *Sprengel n. Entd.* 1. *p.* 71, SCABIOSA *coronopifolia Bernard. Bivon. Stirp. rar. Sicul. Manip.* 3. et *Scab. montana fruticosa Cupan. hort. cath. p.* 196. Si cls. *Sprengel l. c.* dubitat, utrum Sc. *coronopifolia Sibth.* et *Smith* eadem cum *crenata Cyrill.*, specimina in herbario divi *Römer* dubium hocce solvent, quod etiam speciminibus e *horto taurin.* missis docebit, Sc *Columnae Tenore* ad *agrestem Kitaib.*, (seu *gramuntiam Bert.*) nec huc spectare, ut clo *Sprengel l. c.*, nos carpenti, videtur. Cls *Steudel* huc adhuc, cum? licet, ducit Sc. *longipedunculatam.*

Pag. 72. n. 30. SCABIOSA *daucoides* clo *Coulter Mém. Dips. p.* 39. Sc. *Columbariae* η *pyrenaica* est; clo *Sprengel S. V. p.* 383. ASTEROCEPHALUS *daucoides.*

n. 31. SCABIOSA *grandiflora.* Addatur:

Obs. Clo *Bertoloni* proxima *Columbariae*, nisi fors eadem, videtur; et cl *Coulter Mém. Dips. p.* 38 est Sc. *Columbariae* δ *vulgaris.*

n. 32. SCABIOSAE *pyrenaicae* addatur synonymon: *Bertol. amoen. ital. p.* 12. *n.* 4. et *p.* 126. SCAB. *tomentosa Vitm. Summ.* I. *p.* 285. Sc. *Columbaria* η *pyrenaica Coult. Mém. Dips. p.* 39. („Deleatur vero synonymon *Barrelier icon.* 223. et *Obs.* n. 4.“ *Bertolon. in litt.*)

Obs. „SCAB. *mollissima Viv.* in *Obs.* 2. ad. *gramuntiam* ✱. *Bertol.* spectat. Sc. *pyrenaicam All. ped.* 3. *t.* 25. *f.* 2. (quam in *Gmelin S. V. p.* 229 legimus sub Sc. *tomentosa*) *t.* 26. *f.* 1. nullimode ejus *pyrenaicam* ostendere, sed *holosericeam* potius macriori statu, quare etiam diu habuisse *holosericeam* hanc pro *pyrenaica*, et *pyrenaicae* nomine divulgasse:“ *Bert. l. c. p.* 85. Sc. hanc *pyrenaicam Allion* etiam div. *La Peyrouse* in *Fl Pyr. Abr. p.* 60 et *Suppl.* 22. varietatem *Columbariae* dicit, eidemque addit synonymon; Sc. *pyrenaica canescens fl. coeruleo Tournef. Herb.*

Pag. 73. n. 33. SCABIOSA *holosericea.* Addatur synonymon: *Bertolon. amoen. p.* 85. SCABIOSA *laxiflora*, caule pilis reversis; foliis inferioribus lyratis, superioribus bipinnatifidis; pedunculis longissimis scabris; paleis spathulatis, setis calyculo stellato multo longioribus. *Link Enum. alt. p.* 128. Sc. *lucida* β. *Röhl. D. Fl. Mert. Koch. p.* 753. Sc. *Columbaria* ϑ. *pyrenaica Coult. Dips. p.* 39.

„Pubes sericea in hortis evanescit. Sc. *laxiflora* in *Herb. Willd.* non est; forte cum *agresti* confusa, a qua differt setis calyculo multo longioribus. Nimis affinis *banaticae;* at corollae coeruleae.“ *Link* l. c. *Mertens* et *Koch* ad hanc *holosericeam*, praeter *laxifloram*, ducunt *pyrenaicam Schleich.* Huc videtur spectare Sc. *neglecta;* squamis calycinis linearibus, radium superantibus; pedunculis longissimis; foliis omnibus lyratis *Hornem. H. R. hafn. p.* 127, quam nomine *pyrenaicae* habuit. Confer *Obs.* ad Sc. *pyrenaicam.* Cum genuina *banatica* nullam affinitatem videmus: culta, quae glabrescit, passim nomine *daucoidis* occurrit. SCABIOSA *laxiflora Link* a

Sprengel S. V. p. 383 eadem dicitur cum *mollissima Decand.*: hinc illi ASTEROCEPHALUS *mollissimus* audit; et Sc. *holosericea* illi ASTEROCEPHALUS *holosericeus*, et eadem cum *pyrenaica Allion.*

Pag. 74. n. 34. SCABIOSA *sicula*. Addatur synonymon: ASTEROCEPHALUS *siculus Spreng. S. V. p.* 381.

n. 34 a. SCABIOSA *rhizantha Vivian.*; corollulis radiantibus 5-fidis; foliis radicalibus (primis) ellipticis, caulinis pinnatis: pinnis omnibus linearibus; flore altero radicali pedunculato, reliquis rameis. *Viviani tent. Flor. lybic. p.* 6. *t.* 3. *f.* 1.

Rad. simplex. Caules plures, adscendentes, teretes, villosi, subaequales. Folia radicalia in petiolum attenuata, crenulata; caulinorum pinnae oppositae alternaeve, obtusae, remotae, in petiolum decurrentes, integerrimae: interiores parum minores. Pedunculus radicalis 1-florus, nudus, longitudine caulis, erectus: reliqui flores axillares, longe pedunculati. Cal. hirsutus, 5-partitus, laciniis linearibus corollam subaequantibus. Corollulae coeruleae in radio 15 Millimetr., extus hirsutae, laciniis 3 exterioribus longioribus ovato-acutis, interioribus brevioribus, obtusis. Corollulae disci triplo minores. Stam. corollulis paullo breviora. Stylus longitudine staminum. Stigma crassiusculum. Calyculus membranaceus obsolete 5-lobus, setulis 5 coronatus. Receptaculum bracteis linearibus acuminatum. *In montibus Cyrenaicae.* ⊙.

Pag. 75. n. 35. SCABIOSA *Biebersteinii*. Addatur synonymon: *M. a Bieb. taur. cauc. Suppl.* 3. *p.* 101.

„Caulis in planta minus vegeta simplex, in vegetiore saepe ramosus. Pubes omnium partium e villis copiosis adpressis, intermixtis pilis longioribus patulis, tuberculo minuto impositis, versus apicem pedunculi et in calyce communi copiosioribus. Setae stellulares atropurpureae, calyculo duplo longiores. An tamen a *sicula* diversa?" *M. a Bieb. l. c.* Clo *Sprengel* eadem cum *micrantha Desfont.!*

n. 36. SCABIOSAE *maritimae* addatur synonymon: ASTEROCEPHALUS *maritimus Spreng. S. V. p.* 382.

Obs. „Synonyma *J. Bauhini* et *Morisoni* excludantur: pace auctorum omnium ex autopsia loci affirmare possum eadem spectare ad Sc. *argenteam* L." *Bertolon. in litt.* Sc. *maritima Wulf.* (apud nos l. c. in nota) ad *argenteam* spectare videtur *Bertol. Amoen. p.* 234; clis *Mertens* et *Koch* vero, in *Röhling's Deutsch. Flor. p.* 757, fide speciminis (quod corollis coeruleis) ad *ucranicam*; clo *Coulter* Sc. *maritima Linn.* eadem est ac *atropurpurea*, et *maritima Wulf.* eadem ac *sicula Linn.* SCAB. *maritimam* L. ab ejusdem *argentea* diversam esse ipsius descriptio abunde docet.

Pag. 76. n. 38. SCABIOSAE *albae* addatur.

Obs. Nec novis cli *Trevirani* curis in *Link Jahrb.* 2. *p.* 6 satis enucleata, qui *albam* Scop., ASTEROCEPHALUM *pilosum Lag.*, *eburneam* et *argenteam Smith*, *ucranicam Linn.* unam eandemque asserit esse speciem, cum clo *Smith* vix unquam in operibus suis unam eandemque plantam bis proposuisset, et *ucranica* ochroleuca sit, cum *argentea* ex albo coerulescat. — Potius *albam Scop.* eandem esse cum *argentea* (*ed. nostr. n.* 47) clo *Bertoloni in litt.* crederemus. Confer *ucranicam.*

n. 39. „Scabiosa *ceratophylla* deleatur, quia pertinet ad Scab. *gramuntiam n.* 9. Confer *Amoen. ital. p.* 11." *Bertolon. in litt.* Clo *Coulter Mém. Dips. p.* 38 nonnisi Sc. *Columbariae δ. vulgaris* est. *Sprengel* vero in *S. V. p.* 383 eandem dicit cum Sc. *pilosa*, et est illi Asterocephalus *pilosus*.

Pag. 77. n. 40. Scabiosa *stellata*. Addatur synonymon: Sc. involucelli basi elongatâ, foveolis obovatis basi aequalibus, coronae patulae basi duplo longiori, nervis 40; calyce limbo pedunculato, setis discum versus incrassatis, superne nigris, coronae aequalibus, at ratione pedicelli exsertis. *Coult. Mém. Dips. p.* 34, cui hujus synonymon: Sc. *rotata M. Bieb.* et: *β. fol. pinnatifidis*: setis discum versus fuscis, corollis subaequalibus. *γ. simplex:* caulibus subunifloris, foliis pinnatifidis. Sc. *simplex Desfont. S. V. ed. nostr. p.* 77. *n.* 41. Asterocephalus *stellatus Spreng. S. V. p.* 381 (qui hujus varietatem esse Sc. *monspeliensem.*)

Folia integra, serrata laciniatave; corollulae radiantes? *Coulter*, a quo in speciem restituitur.

n. 40 a. Scabiosa *monspeliensis;* involucelli basi vix elongatâ, foveolis linearibus apertis aequali; coronae basi duplo longiori nervis 32-36; calycis limbo pedunculato, setis longe exsertis.* *Coulter Mém. Dips. p.* 35. *S. V. ed. nostr. Obs.* 2. ad Sc. *stellatam. In Gallia merid.* et *Barbaria. Coult.*

n. 40 b. Scabiosa *rotata M. a Bieb.;* corollulis 5-fidis aequalibus; foliis caulinis tripartitis: lobis lanceolatis, integerrimis, extimo maximo; calyculi coronâ dilatatâ, setas centrales subaequante; caule ramoso. *M. a Bieb. Fl. taur. cauc.* III. *p.* 102 et, se teste: Sc. *stellata Fl. taur. cauc. n.* 247 (excl. synon.) Asterocephalus *rotatus Spreng. S. V. p.* 381.

Maxime quidem affinis *stellatae*, et fructu simillima; attamen diversa foliis caulinis non inciso-serratis, verum auriculato-tripartitis, lobis integerrimis et corollulis non radiantibus. Capitula fructifera globosa, ut in *stellata. M. a Bieb. l. c.* Clo *Coulter* nequidem *stellatae* varietas.

n. 40 c. Scabiosa *Vahlii Coult.;* involucelli basi vix elongatâ, foveolis obovato-linearibus aequali; coronâ patulâ basi duplo longiore et ultra; nervis 32-36; calycis limbo longe pedunculato; setis coronâ brevioribus inclusis. *Coulter Mém. Dips. p.* 35.

Corollulae radiantes; caules divaricati, altiores, argentei, glabriusculi; folia subintegra, dentata, in petiolo auriculata laci-

niatave. *Coulter.* *E Barbaria Hispaniave* misit *Vahl.*

n. 40 d. SCABIOSA *aleppica Coult.;* involucelli basi vix elongatâ, foveolis linearibus aequali; coronae patulae basi ter longioris nervis 20-24; calycis limbo longe pedunculato; setis coronâ brevioribus, inclusis. *Coult. Mém. Dips. p.* 35.

Corollulae radiantes; caules humiles, divaricati, argentei, glabriusculi; folia laciniata laciniis integris. *Coult.* *Bagdad inter et Aleppo legit Olivier.*

n. 41. SCABIOSA *simplex* est *γ stellatae Coulter Mém. Dips. p.* 35. ASTEROCEPHALUS *simplex Spreng. S. V. p.* 383.

Pag. 78. n. 42. SCABIOSA *prolifera.* Addatur synonymon: Sc. involucelli obconici basi elongatâ, foveolis obovatis aequali; coronâ patulâ basin superante, nervis 32-36; calycis limbo pedunculato, setis coronae vix aequalibus; foliis integris; capitulis in dichotomia saepius subsessilibus. *Coult. Mém. Dips. p.* 34. *Link Enum. alt. p.* 78. ASTEROCEPHALUS *prolifer Spreng. S. V. p.* 380.

„Folia antice serrata. Rami laterales florentes majores. Cor. flavae." *Link.*

n. 43. SCABIOSA *eburnea.* Addatur synonymon: ASTEROCEPHALUS *eburneus Spreng. S. V. p.* 382.

n. 44. SCABIOSA *atropurpurea.* Addatur synonymon: Sc. involucelli basi globosâ, striatâ; tubi obconici foveolis oblitteratis; coronâ inflexâ; setis longe exsertis. *Coulter Mém. Dips. p.* 37., quo teste: Sc. *calyptocarpa St. Amans Fl. Agin. p.* 61. Sc. *maritima Linn.* (S. V. ed. nostr. fid. specim. Monsp. lecti.) Sc. *setifera Lam.* (S. V. ed. nostr. n. 65.) et τῳ ζ addatur: Dr. Friedr. *Nees Bot. Zeit.* 1819. *p.* 51, (a quo huc trahitur: *Scabiosa prolifera Tabernaem. p.* 549. *Lobel icon. p.* 539. Joh. *Bauh. hist.* III. *p.* 5., SCABIOSA vero *prolifera Hermann. parad. Batav. p.* 223, quae floribus sessilibus flavis, foliis integris, excluditur.) ASTEROCEPHALUS *atropurpureus Spreng. S. V. p.* 381.

Culturae certe filia, nec, ut videtur clo *Nees*, species propria, *vivipara* salutanda.

Pag. 79. n. 45. SCABIOSA *cochinchinensis.* Addatur synonymon: ASTEROCEPHALUS *cochinchinensis. Spreng. S. V. p.* 380.

n. 46. SCABIOSA *pectinata.* Addatur synonymon: *Coulter Mém. Dips. p.* 37. ASTEROCEPHALUS *pectinatus Spreng. S. V. p.* 382.

n. 47. SCABIOSA *argentea.* Addatur synonymon: *Link Enum. p.* 129. *Bertolon. Amoen. it. p.* 234. *n.*

13. Sc. *ucranica* α; involucri foliolis brevibus. *Coult. Mém. Dips. p.* 79. ASTEROCEPHALUS *argenteus Spreng. S. V. p.* 382 (qui huc *ucranicam All.* et *albam Scop. ducit.*)

Foliola linearia. Cor. ochroleucae aut rubentes. *Link.* Conf. *Obs.* ad Sc. *ucranicam.*

Pag. 80. n. 48. SCABIOSA *pilosa* monente *Moretti Bibl. ital.* 1818. Decembr. eadem ac *ucranica;* Sc. *ucranica* α *Coult. l. c.*

n. 49. SCABIOSA *micrantha.* Addatur synonymon: *Link Enum. alt. p.* 129 (ubi sphalmate patria *America* pro *Armenia* legitur). SCAB. *ucranica* δ flosculis aequalibus capitulisque ovatis. *Coult. Mém. Dips. p.* 35. ASTEROCEPHALUS *micranthus Spreng. S. V. p.* 381 (qui huc ducit Sc. *Biebersteini!*)

n. 50. SCABIOSA *tomentosa.* Addatur synonymon: SCAB. *columbaria* η. *Coulter Mém. Dips. p.* 39 (quod videsis.) ASTEROCEPHALUS *tomentosus Spreng. S. V. p.* 381.

n. 51. SCAB. *nivea.* Addatur synonymon: PTEROCEPHALUS *niveus Coult. Mém. Dips. p.* 32. (Confer KNAUTIAM *spathulatam.*)

Pag. 81. n. 52. SCABIOSA *africana.* Addatur synonymon: Sc. involucelli tubo obconico, coronâ tubo dimidio breviore, nervis 24-28, calyce sessili, setis exsertis. *Coult. Mém. Dips. p.* 37. SUCCISA *incisa Mönch.* ASTEROCEPHALUS *africanus Spreng. S. V. p.* 380.

Folia subintegra varieve incisa erosave, pubescentia; caulis fruticosus? statura variabilis. *Coulter l. c.*, a quo huc instar synonymorum trahuntur:

n. 53. SCABIOSA *indurata*, (quae ASTEROCEPHALUS *induratus Spreng. S. V. p.* 380) una cum

Pag. 82. n. 54. SCABIOSA *altissima*, quae ASTEROCEPHALUS *altissimus Spreng. S. V. p.* 383, cui huc videtur spectare *laciniata Lichtenst.*

n. 55. SCABIOSA *nitens.* Addatur:

Obs. A clo *Coulter Mém. Dips. p.* 42. SCAB. *Columbariae* α, ac eadem cum *lucida Vill.*, *stricta* et *silenifolia W. H.* dicitur, quod sane non est.

n. 56. SCABIOSA *limonifolia.* ASTEROCEPHALUS *limonifolius Spreng. S. V. p.* 380. An *creticae* affinis? quaerit *Coulter l. c. p.* 42.

n. 57. SCABIOSA *palaestina.* Addatur synonymon: *Coulter l. c. p.* 36. SCABIOSA *fimbriata Mill. dict.* IV. ASTEROCEPHALUS *palaestinus Spreng. S. V. p.* 380.

Pag. 83. n. 58. SCABIOSA *lyrata*. Adde. *Coulter Mém. Dips. p.* 37. ASTEROCEPHALUS *lyratus Spreng. S.* V. *p.* 381.

n. 59. SCABIOSA *ucranica*. Addatur synonymon: Sc. involucelli basi hemisphaericâ, foveolis ovato-linearibus aequali, coronae nervis 20-24. *Coulter Mém. Dips. p.* 35. *Treviranus* in *Link Jahrb.* II. *p.* 6. *Link Enum. p.* 129. *Moretti Osserv.* in *Bibliot. ital.* 1818. *Decemb. p.* 7. *Röhling Deutschl. Fl. Mert. Koch* I. *p.* 756, quibus: β. floribus ochroleucis. γ. floribus ochroleucis, radio caerulescente. δ. floribus roseis. ε. floribus caelestino-caeruleis (quae illis, fid. specim., Sc. *maritima Wulf.*) ASTEROCEPHALUS *ucranicus Spreng. S.* V. *p.* 382.

Obs. SCABIOSAM *ucranicam* et *argenteam* distinctas esse species, tum auctoritas *Linnaei*, tum possessoris Herharii sui, ill. *Smith* in *Fl. graec.* evicit; tum *Hort. Berol.* Mira interea auctorum hic dissensio: Cls *Bertoloni Amoen. ital. p.* 234 n. 13. ad *argenteam* ducit tanquam synonymon: Sc. *ucranicam Allion.*, *albam Scopol.*, *maritimam Wulf.* Contra vero *Moretti* et *Röhling ll. cc.* ad *ucranicam* ducunt instar synonymorum: SCABIOSAM *albam Scop.*, *maritimam Wulf.*, ASTEROCEPHALUM *pilosum Lagasc.* (Sc. *pilosam S. V. ed. nostr. p.* 80. *n.* 48) et *Moretti* insuper Sc. *Gmelini St. Hil.*, Sc. *stellatam Ruchinger Fl. Lid. Venet. p.* 42 cum *argentea Desfont.*, quae etiam exc. *M. a Bieberst.* vix differre ab *ucranica* videtur in *Fl. taur. cauc. Suppl. p.* 101. Dubitant interea *Mertens* et *Koch*, utrum Sc. *argentea* ad eorum γ re verâ spectet. Cls *Link ucranicae* addidit: „Caulis basi saepe rubens. Folia summa linearia, axillaribus pinnatifidis. Cal. comm. corollis ochroleucis, subpurpurascentibus longior.“ *Coulter l. c.* majus adhuc specierum glomus sub Sc. *ucranica* involvit. Illi *ucranicae* „α. involucri foliolis brevibus est: Sc. *Gmelini St. Hil.*, *alba Scop.*, *pilosa S. V. ed. nostr. argentea Linn.* β. *umbellata:* flosculis pedunculo proprio instructis, involucello setisque foliaceis (Venetiis lecta a *Moricand*). γ. *sicula:* involucri foliolis elongatis: Sc. *sicula* L. (cum nostra synonymia), *maritima Wulf.* (fid. spec. Herb. *Séringe* a *Römer* communicati) δ. *micrantha:* flosculis aequalibus capitulisque ovatis. Sc. *micrantha Desf.* ε. coronâ lacerâ, nervis ultra membranam productis. ζ. coronae margine subaequali, nervis non productis. η. coronâ brevi, semine minori, fauce constricto. Varietates „addit“ minime bene inter se distinguendae, scilicet una alterave ab involucello deducta, caeteris ab involucro corollave indistincte combinatis.“

n. 59 a. SCABIOSA *Olivieri Coult.;* involucelli basi hemisphaericâ, foveolis obovatis aequali; coronâ integrâ, patulâ, basin vix superante; nervis 20-24; calyce subsessili setis longe exsertis. *Coult. Mém. Dips. p.* 36.

Nulla *Dipsacearum* gracilior. Capitula minima, pauciflora. Caules pedales, decies usque dichotomi, luteo-argentei, glabri; folia integra, auriculatave, sessilia. *Coult.* *Bagdad inter et Kermancha legit Olivier.*

n. 60. SCABIOSA *isetensis*. Addatur synonymon: *Hornem. H. hafn.* 1815. *p.* 129. *Marsch. a Bieb. taur. cauc. Suppl. p.* 100 et, se teste: Sc. *rupestris Fl. taur. cauc. n.* 342. *Syst. Veg. ed. nostr.* III. *p.* 64. *n.* 12. ASTEROCEPHALUS *isetensis S.* V. *p.* 383.

„Folia linearia: inferiora bipinnatifida, superiora pinnatifida.“

Vahl Ms. „Corollulae purpureae, exsiccatione videntur albae. Paleae capillares, apicem versus crassiores, corollularum disci tubum subaequantes. Varietas foliorum laciniis nonnihil latioribus, quam potissimum descripsit et delineavit *Gmel. l. c.* in cretaceis *ad Wolgam infra Saratow.*“ *M. a Bieb.*

Pag. 84. n. 61. SCABIOSA *caucasica.* Addatur synonymon: *Jacq. Fragm. p.* 81. *n.* 252. *t.* 125. *f.* I. Sc. involucelli basi elongatâ foveolis ovatis longiore; coronae erectae basi brevioris nervis 24, calycis limbo sessili setis exsertis. *Coulter Mém. Dips. p.* 33. *α.* fol. caulinis pinnatifidis. *Coult. l. c. Link Enum. alt. p.* 129 quibus testibus hujus varietas:

n. 62. SCABIOSA *elegans Spreng.* cum syn. Sc. *caucasica β. elegans;* fol. omnibus pinnatifidis. *Coulter l. c.*

Obs. „Ad Sc. *caucasicae* varietatem foliis caulinis quoque indivisis, quam inter spontaneas non vidi, culturâ fortassis ortam, referenda: Sc. *caucasica Bot. Mag.* 886. *Ait. Kew. ed.* 2. *I. p.* 230. *Schult. observ. p.* 20. SCAB. *elegans Spreng. Pug.* 2. *p.* 24. *Römer Schult. S. V.* III. *p.* 84. ... Sc. *connata Hornem. l. c.* Calycem communem flosculis longiorem pro diagnosi Sc. *caucasicae* ab *elegante* ponit cls *Sprengel;* equidem in spontanea mea calycem semper radio breviorem video.“ *M. a Bieb. Fl. taur. cauc. Suppl. p.* 102. Sc. *grandifloram Dietr. Lexik.* 8. *p.* 575. ab *elegante* (s. *caucasica Sims*) haud esse diversam, monet cls. *Dietrich* in *Nachtrag* VII. B. *p.* 556. Attamen Sc. *caucasica Sims.* „corollulis 5-fidis radiantibus; foliis lanceolatis, utrinque attenuatis, hispidis, basi connatis; calycibus internis externos bis superantibus“ *Bot. Mag.* 886 a *caucasica* differt ex descriptione: foliis utrinque hispidis, omnibus subintegerrimis simplicibusque, nec glabris et caulinis pinnatis, et ab ipsa *elegante* foliis utrinque hispidis, lanceolatis, subintegerrimis, opacis nec oblongis, inciso-serratis, nitidis, villosiusculis, caule simplici nec ramoso abludit. An huc Sc. *caerulea,* floribus radiantibus; corollis 5-fidis; fol. omnibus lanceolatis, integris; caulinis oppositis, sessilibus; radicalibus congestis, in petiolum dilatatum decurrentibus. *Kielm.* et *Straub. Diss. Tubing.* 1814. „A *graminea* differt foliis haud lineari-lanceolatis. Caulis herbaceus, pilosus, simplex, bi-trichotomus, circiter 3-ped., floribus 1-2 terminalibus, longissime pedunculatis, pedunculis teretibus, pilosis. Folia radicalia circiter sex, 5 poll., varius pilosa: caulina decussata, margine praesertim basique villosa. Flores ampli; corollulis radii irregularibus quinquefidis caeruleis, labio exteriori lato trilobo, lobo medio crenato; corollulis disci albidis et sensim versus centrum magis regularibus, quinquefidis, staminibus quatuor, corollulis disci longioribus, antheris purpurascentibus; stylo unico coerulescente, stigmate obtuso incrassato, germine infero villoso, perianthio duplici supero coronato, exteriori paleaceo albo polyphyllo, interiori quinque-setaceo vel aristato nigro, calyce communi multifloro 15-16-phyllo, foliolis in duas series congestis, interioris seriei minoribus, omnibus flosculis radii breviribus. Receptaculum commune paleaceum, foveis seminum notatum. Semina angulata, villosa, perianthiis persistentibus coronata. Cls. *Sprengel S. V. p.* 381. sub ASTEROCEPHALO *caucasico* jungit Sc. *caucasicam, elegantem* et *connatam,* quam varietatem singularem dicit.

n. 64. SCABIOSA *pumila.* Addatur synonymon: ASTEROCEPHALUS *pumilus Spreng. S. V. p.* 382.

Pag. 85. n. 65. SCABIOSA *setifera.* Addatur synonymon: *Link Enum. alt. p.* 128. ASTEROCEPHALUS *setifer Spreng. S. V. p.* 381.

Affinis *Columbariae,* at multo major, magisque glabra. *Link.* Clo *Coulter Mém. Dips. p.* 37 eadem est, ac Sc. *atropurpurea.*

n. 66. SCABIOSA *pterocephala.* Addatur synonymon: PTEROCEPHALUS *perennis Coulter Mem. Dips. p.* 53. *Vaill.*

act. paris. 1722 *p.* 184. PTEROCEPHALUS *Parnassi Spreng. S. V. p.* 384.

n. 67. SCABIOSA *cretica.* Addatur synonymon: Sc. involucelli basi elongatâ, foveolis linearibus aequali; coronâ patulâ oblique truncatâ, basi vix duplo longiore; nervis circiter 24 (20-28), calycis limbo sessili, setis 4-6 albidis, inclusis; foliis lanceolatis, integerrimis, pubescentibus. *Coult. Mém. Dips. p.* 85. SCABIOSA *frutescens Mill. Dict.* IV. *n.* 19. ASTEROCEPHALUS *creticus Spreng. S. V. p.* 380. τῷ β addatur: SCAB. *cretica Mill. l. c. p.* 98.

Pag. 86. n. 68. SCABIOSA *graminifolia.* Addatur synonymon: Sc. suffruticosa; corollulis 5-fidis, radiantibus; fol. linearibus, integerrimis, holosericeis; caule annotino, inferne folioso, simplicissimo. *Bertol. Amoen. p.* 337. Sc. involucelli basi elongatâ foveolis linearibus aequali; coronâ patulâ basin vix superante, nervis 24; calycis limbo pedunculato, setis coronae aequalibus; foliis linearibus, integerrimis, holosericeis. *Coulter Mém. Dips. p.* 34. *Bot. Reg.* 835. *Röhl. Deutschl. Fl. Mert. Koch.* I. *p.* 757. SUCCISA *graminifolia Mönch Meth.* ASTEROCEPHALUS *graminifolius Spreng. S. V. p.* 330.

n. 69. SCABIOSA *sphaciotica.* Addatur synonymon: ASTEROCEPHALUS *sphacioticus Spreng. S. V. p.* 383. An, ut videtur clo *Steudel,* Sc. *canescens Spreng.?*

n. 69 a. SCABIOSA *Webbiana Don*; sericeo-cana; foliis inferioribus petiolatis, subrotundis cuneatisve, rugosis, crenatis; superioribus pinnatifidis; flosculis uniformibus, involucro longioribus. *Don* in *Bot. Reg. t.* 717. ASTEROCEPHALUS *Webbianus Spreng. S. V. p.* 382.

Cespitoso-stolonifera, dense sericea atque canescens. Rad. fusca, ramosa, lignosa, capillaceo-fibrosa. Caules numerosi, teretes, erecti, 2-5-poll., stolonibus saepius non florigeris, foliosis, reflexo-villosis, basi suffrutescentes atque purpurascentes. Folia plurima opposita, patula, in apice stolonum conferta, mollia, sericea, utrinque canescentia, rugoso-venosa; inferiora et stolonum cuneato-obovata, repando-crenata, $^1/_2$ poll., latitudine fere aequali; summa subsessilia, pinnatifida, laciniis ovatis, integerrimis, terminali maximo, saepe dentato, nunc trilobo. Petioli anguste lineares, 1-$1^1/_2$ poll., supra canaliculati, subtus convexi. Pedunculi solitarii, elongati, filiformes, uniflori, stricti, pollicares pedalesque, villis reflexis sericeo-cani. Flos ochroleucus, magnitudine Sc. *Columbariae,* disco convexus. Involucrum incanum, simplici serie 8-10-phyllum: foliolis inaequalibus, lineari-lanceolatis, obtusis, integerrimis aut dente utrinque unico, alternis saepius minoribus. Rec. convexum, paleis lineari-lanceolatis, acutis, villosis, calycem aequantibus. Cal. simplex, lato-campanulatus, limbo patulo, eroso.

Don. Affinis *tomentosae* et *sphacioticae*, a quibus characteribus datis satis distincta. *In Ida Phrygiae. D. Barker Webb.* ♃.

n. 70. SCABIOSA *coronopifolia*, (quam divus *Römer* adjecit suâ manu) delenda, utpote eadem ac SCABIOSA *crenata n.* 29. *p.* 71.

n. 71. SCABIOSA *saxatilis.* Addatur synonymon: ASTEROCEPHALUS *saxatilis Spreng. S.* V. *p.* 379.

Pag. 521. n. 79. SCABIOSA *incana.* Addatur.

Obs. Si haec re verâ distincta ab *ucranica*, nomen mutandum, cum jam sit *incana* antiquior (*p.* 67. *n.* 19) a qua, saltem ex diagnosi brevissima, diversa videtur; fors *affinis* dicenda. Confer *Obs.* ad n. 19.

Quid SCABIOSA *arenaria* flor. albo calyce longiore. *Forsk. Fl. aeg. arab. p.* LXI.
lutea Fisch. et? *Desf.*
nudicaulis Sieb.
squamaeflora Sieb.
villosa Schousb.

n. 409. KNAUTIA.

Pag. 87. n. 1. KNAUTIA *orientalis.* Addatur synonymon: KN. capitulis 5-8-floris; corollulis radiantibus, rubris, involucro cylindrico longioribus; coronae dentibus 12-15 perbrevibus; calycis ciliis obsoletis; fol. subintegris. *Coulter Mém. Dips. p.* 28. KNAUTIA *trichotoma Mönch Meth. p.* 487. KNAUTIA *propontica Spreng. S.* V. *p.* 384.

n. 2. KNAUTIA *propontica.* Addatur synonymon: *Coulter Mém. Dips. p.* 29.

„Verisimiliter a KN. *orientali* non diversa, cum *Linnaeus* citet Sc. *orientalem Tilli t.* 48 ad *proponticam:* at illi corollulae involucro duplo longiores sunt, nulloque KN. *orientali* non convenit."

n. 2 a. KNAUTIA *Urvilleana Coult.*; corollulis subaequalibus, dilute caeruleis, involucro patulo vix longioribus, coronae dentibus 2 subaristatis. *Coulter Mém. Dips p.* 29. KNAUTIA *orientalis d' Urville Enum.* 14. *n.* 119 fide spec. auct. in *Herb. Decand.*

Calycis cilia perbrevia; caules divaricati; folia inferiora pinnatifida, superiora linearia. Species ab *orientali* diversissima. *Coulter.* *In insula Levi.* ☉.

n. 3. KNAUTIA *spathulata.* Addatur synonymon: PTEROCEPHALUS *spathulatus Coulter Mém. Dips. p.* 32. *Spreng. S.* V. *p.* 384. (qui huc ducit SCABIOSAM *niveam Agardh.*)

410. ALLIONIA.

Pag. 88. n. 1. ALLIONIA *violacea.* Addatur synonymon:

A. involucro 5-dentato. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* II. *p.* 214.

Rarissima circa Novam-Barcellonam.

n. 2. ALLIONIA *incarnata.* Addatur synonymon: A. involucro triphyllo. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* II. *p.* 214. *Dict. d'hist. nat.* 24. *Cah. ic.*

Frequentius in salsis maritimis circa Cumanam.

n. 3. ALLIONIA *hirsuta.* Addatur synonymon: CALYMENIA *hirsuta Nutt. nov. gen.* I. *p.* 26. *n.* 4.

Obs. Fors *ovatae* varietas. *Nutt.*

n. 4. ALLIONIA *linearis.* Addatur synonymon: CALYMENIA *angustifolia;* caule tereti, erecto, glabro; involucro „plerumque trifloro" pedunculisque pubescentibus; foliis linearibus, sessilibus, raro subdenticulatis; floribus aggregatis, paniculatis axillaribusque. *Nutt. nov. gen.* I. *p.* 26. *n.* 5. *T. Nuttall* in *Fraser Catal.* 1813.

Rad. tuberosa, ut in *hirsuta.* Caulis 2-ped., superne parum ramosus. Folia glabra. Flores pallide rubri. Semina, ut in omnibus, clavata, obconica, quidquam rugosa, 5-sulcata. *Nutt.* *In collibus ad confluentiam Tetoon-river* et *Missouri; forte etiam in montibus.* ♃.

n. 4. a. ALLIONIA *decumbens;* caule tereti, decumbente, humili; foliis integerrimis, angustis, sessilibus, linearibus; pedunculis omnibus axillaribus, parum pubescentibus; involucro trifloro. *Nutt. nov. gen.* I. *p.* 26 (sub CALYMENIA *decumbente*). *n.* 6.

Forte *linearis* varietas; sed perstat culturâ. Caules plures semper decumbentes, non ultra 6 poll. alti. Pedunculi breves. Folia crassiuscula, evenia, 2 poll., 2 lin. lata, obtusiuscula. Flores parvi, pallide rubri, evanidi. Involucrum fructusque, ut in *lineari. Nutt.* *In collibus altis, sterilibus, lapidosis prope munimentum Mandan ad Missouri.* ♃.

n. 5. ALLIONIA *ovata.* CALYMENIA *pilosa;* caule suberecto, piloso; foliis ovatis ovato-lanceolatisque, obtusis, integerrimis; floribus subpaniculatis, axillaribus terminalibusque; involucro subtrifloro. *Nutt. nov. gen.* I. *p.* 26. *n.* 3.

Proxima *nyctagineae.* Folia subinde pilosa. Flores pallide rubri. Stamina exserta. *Nutt.* *Ad Missouri prope Arikaree.* ♃.

Pag. 89. n. 6. ALLIONIA *nyctaginea.* Addatur synonymon: CALYMENIA *nyctaginea Nutt. nov. gen.* I. *p.* 26. *n.* 1.

Rad. magna, tuberosa. Tota glabra. Caulis articulatus. Flores plerumque corymboso-aggregati, terminales axillaresque: in caulibus imperfecte evolutis axillares semper. Involucrum 5-fidum, 3-5-florum. *Nutt.*

n. 7. Allionia *albida* Walt. Addatur synonymon: Calymenia *albida* Nutt. *l. c.*

n. 411. PATRINIA.

Pag. 89. n. 1. Patriniae *sibiricae* synonymis addantur: *Link Enum. alt. p.* 131. V. lutea humilis. *Amman. Ruth.* 18. *n.* 25. *t.* 3. Fedia *sibirica Gaertn. fruct.* II. *p.* 37. *t.* 86. *f.* 3. F. *ruthenica. Sweet Hort. suburb. p.* 8. Patrinia *coronata Fischer Hort. Gorenk.* 43. Val. *ruthenica Bot. Mag.* 2325. Valerianella *lutea Mönch.*

Folia minus divisa, obtusiora. Minor *rupestri. Link. Hab. in monte Altaï.* ♃. *Link.*

n. 2. Patrinia *rupestris.* Addatur:

Obs. Sims in *Bot. Mag.* sub Valeriana *sibirica*, *t.* 714. distinguit quidem depictam ibi Valerianam *sibiricam Linn.* a *ruthenica Willd.*, odore jasmineo pollentem; attamen *sibiricam Linn.* non sejungit a *sibirica Willd.*, ut *Jussieu* apud *Dufresne*, sed utramque eandem esse affirmat synonymiâ suâ, quam auget Valeriana *rupestri Pall. it.* 3. *p.* 215 et Fedia *sibirica Gaertn. Sem.* 2. *p.* 37. *t.* 86. Sed adeo discrepat descriptio, et a nostris speciminibus icon, ut fere P. *intermediam Hornem.* crederemus. Clo *Sims* „rad. ♃.; folia radicalia numerosa, elongato-lanceolata, dentato-pinnatifida, glauca, subtus venosa, petiolis carinatis; caulina sessilia, rigidiora, horizontalia, plicata, superiora fere integerrima, inferiora dentata. Caulis erectus, subcompressus, ramis horizontalibus. Bracteae 3 inaequales, subulatae sub germine. Cor. flava, tubo rugoso, segmentis integerrimis, rotundatis. Filamenta pilosa, longitudine corollae, quatuor semper. Antherae globosae, flavae. Stylus simplex longitudine filamentorum. Semen ovale, foliolo paleaceo annexum, fors bracteae dilatatae."

n. 5. Patrinia *scabiosaefolia H. Gorenk.*; foliis radicalibus oblongis, acutis, serratis, in petiolum attenuatis lyratisque; caulinis pinnatifidis. *Link Enum. alt. p.* 131.

Caulis 2-3-ped. Folia radicalia 15 lin. ad 2½ poll.; petioli 3 poll., pilis sparsis: caulina pauca. Cor. flava. Link. Patriniam *serratulifoliam Fisch.* parum differre, monet *Spreng. S. V. p.* 385. Nobis prorsus ignota. *In Davuria.* ♃.

MATTUSCHKEA.

Pag. 91. n. 1. Mattuschkea *Perama.* Addatur diagnosis: Foliis sessilibus, oppositis; infimis minoribus ovatis, superioribus oblongis, remotis.

n. 2. Mattuschkea *hispida Humbl.* et *Bonpl.*; foliis ternis, linearibus; calycibus bipartitis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen.* et *Spec.* II. *p.* 219.

Herbula erecta, 5-9 poll., ramosa aut subsimplex; ramis sparsis cauleque teretibus? filiformibus, hispidis. Folia sessilia, linearia, aut lineari-lanceolata, angustato-acuminata, integerrima, trinervia, hispidula, rigidiuscula, 2-4 lin., ⅓-½ lin. lata. Capitula subglobosa, in apice ramulorum solitaria, magnitudine pisi. Flores vix 2 lin., sessiles, ebracteati? Calyx basi urceolato-tetragonus; laciniis linearibus, aequalibus, margine hispido-ciliatis. Corolla flavida; tubo cylindraceo, superne paulo ampliato, calycem superante; limbo quadripartito,

patente; laciniis oblongis, acutis, aequalibus; fauce villosâ. Stamina summo tubo corollae inserta, inclusa. Filamenta brevissima. Antherae lineares. Stylus glaber, exsertus. Stigma capitatum. Fructus 1-2-locularis? in fundo calycis; loculis monospermis. Pericarpium tenuissimum? Semina minutissima, triangularia, fusca, laevia. A M. *hirsuta* haud diversam crediderim, nisi differret foliis angustioribus, ternis, calycibusque bipartitis. *Kunth l. c.* Attamen etiam in *galioide* calyx bipartitus dicitur. *Rarissima in arenosis, humidis, prope Atures Orinocensium.* ⊙.

n. 3. MATTUSCHKEA *galioides Humb.* et *Bonpl.;* foliis oppositis et ternis, linearibus, glabris; calycibus bipartitis. *Humb. et Bonpl. nov. Gen.* et *Spec.* II. *p.* 220.

Herbula erecta, ramosa, 8-9 poll.; ramis sparsis, pilosiusculis; floriferis elongatis, filiformibus. Folia sessilia, angustato-acuminata, integerrima, trinervia, rigida, 1/3 aut 1/2 lin. lata. Capitula in ramis superioribus terminalia, solitaria, subrotunda, magnitudine pisi minoris, erecta. Flores sessiles, ebracteati, paulo minores quam in *hispida.* Calyx laciniis linearibus, basi paulo dilatatis, ciliato-hispidis. Corolla flava, glabra; tubo cylindraceo, superne paulo ampliato, calycem duplo superante; limbo quadripartito, patente; laciniis oblongis, acutis, aequalibus; fauce villosa. Stamina summo tubo imposita, cum laciniis corollae alternantia, inclusa. Filamenta brevissima. Antherae lineares. Stylus capillaceus, glaber, exsertus. Stigma subcapitatum, emarginatum. Fructus ignotus. A praecedente *hispida* facile (?) distinguitur caule ramosiore foliisque glabris. *Kunth.* *Prope Esmeralda, in ripa Orinoci fluminis.*

n. 4. MATTUSCHKEA *incana Sello;* foliis oppositis, lineari-lanceolatis, enervibus, incanis; capitulis terminalibus pedunculatis; calyce 2-4-partito. *Spreng. S.* V. *p.* 419. *In Brasilia. Sello.*

n. 414. PYROSTRIA.

n. 1. PYROSTRIA *Commersoni.* Addatur diagnosis: P. foliis oppositis, sessilibus, lanceolatis, obtusiusculis, integerrimis; racemis axillaribus, oppositis, folio duplo brevioribus.

n. 2. PYROSTRIA *hexasperma Roxb.;* foliis oppositis, breviter petiolatis, oblongis, acutis, integerrimis; corymbis axillaribus dichotomis, etiam intra stipulas cuspidatas, pilosas; drupâ hexaspermâ. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 403.

Rami juniores pilis fuscis. Folia approximata, subpilosa, 3-4 poll. Stipulae intrafoliaceae. Pedunculi oppositi stipulaeque petiolis multoties longiores, singulus desinens in paniculam parvam bis dichotomam, corymbiformem e spicis recurvis secundis. Bracteae subulatae, uniflorae. Flores parvuli, pilosi. Corollae tubus gracilis, cylindricus, villosus, contractus. An-

therae dorso affixae fauci tubi. Stylus corollâ brevior, stigmate simplici. Drupa rotunda, 6-costata, magnitudine pisi: nucibus subcylindricis. *Roxb. l. c.* A. P. *Commersoni* nonnisi numero seminum differre videtur clo *Sprengel. In insula Honimoa.*

n. 415. MYONIMA.

n. 1. MYONIMA *obovata.* Addatur synonymon: M. *borbonica Raeusch.*

Pag. 92. MYONIMIS addatur:

n. 3. MYONIMA *cordata Willd.*; foliis cordatis, ellipticis, obtusis, sessilibus, supra reticulato-venosis. *Reliqu. Willdenow. Ms.*

In Madagascar. Aubert du *Petit-Thouars.*

n. 4. MYONIMA *oblongifolia Willd.;* foliis petiolatis, oblongis, costatis, pedunculis petiolum vix superantibus. *Reliqu. Willdenow. Ms.*

- - - ♄ - - -

n. 5. MYONIMA *grandiflora Willd.;* foliis lanceolatis, basi attenuatis, floribus subsolitariis foliorum longitudine. *Reliqu. Willdenow. Ms.*

An hujus generis? Flos 2 poll., limbo quadrifido, laciniis tubo dimidio breviore. Bacca 4-sperma. - - - ♄ - - -

PETITIA.

n. 1. PETITIA *domingensis.* Addatur diagnosis: Foliis obovato-oblongis, acuminatis, longe petiolatis.

Distinctio sane levis, sed alia non eruenda ex descriptione. Petioli in hac pollicares, et ultra. Folia subtus non incano-tomentosa, ut videtur clo. *Sprengel,* sed omnino tomentosa in specimine nostro jamaicensi.

n. 2. PETITIA *quinduensis Humb.* et *Bonpl.;* foliis obovato-lanceolatis, acuminatis, (breviter petiolatis). *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen.* et *Spec.* II. *p.* 201.

Arbor biorgyalis; ramis inferioribus pendulis; junioribus subteretibus, laevibus, puberulis, viridibus. Folia decussato-opposita, breviter petiolata, integerrima, membranacea, reticulato-venosa, glabra, 3 poll. et longiora; nervus medius superne subpubescens. Paniculae corymbosae, axillares, oppositae, longe pedunculatae, bracteolatae. Pedunculus 1-1½ poll., puberulus, patens. Flores pedicellati. Calyx turbinato-campanulatus, puberulus. Corolla infundibuliformis, albida; tubus calyce sextuplo longior, cylindraceus; faux sensim ampliata; limbi laciniae ovato-oblongae. Stamina exserta. Antherae ovatae, biloculares, erectae. Ovarium ovatum. Stylus indivisus, staminibus brevior. Stigma acutum. Fructum non observavi. *Kunth l. c. Crescit in scopulosis temperatis Andium Quinduensium, juxta El Moral,* alt. 1065. hex. ♃.

Mo. Bot. Garden,

n. 3. P. *tenuifolia Willd.*; foliis oblongis, acuminatis, simpliciter nervosis, membranaceis. *Reliqu. Willdenow. Ms.*

An eadem cum *quinduensi? In Amer. meridionali.* ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

n. 417. AQUARTIA.

n. 1. AQUARTIA *tomentosa.* Addatur synonymon: SOLANUM *Aquartia;* caule ramoso aculeato; foliis subovatis, obtusis, tomentosis; calycibus corollisque 4-fidis. *Dun. Syn. p.* 29. *n.* 173.

n. 2. AQUARTIA *microphylla.* Addatur synonymon: SOLANUM *microphyllum;* caule ramoso; fol. minimis, ovatis, integris, tomentosiusculis; floribus quadridivisis. *Dun. l. c. n.* 172.

Obs. Specimen a clo *Bertero* in S. Domingo lectum, et a clo *Balbis* nobiscum communicatum nomine A. *microphyllae*, ab hac foliis, etiam nudo oculo stellato-tomentosis, nec tantum tomentosiusculis, a *tomentosa* foliorum parvitate et aculeis rectis differt. An distincta species? Folia vix 3 lin. longa, nervo interdum subtus et supra aculeo munito folio parum breviore.

n. 3. AQUARTIA *solanacea Willd.;* foliis lato-ellipticis, acuminatis. *Reliqu. Willd. Ms.*

Prope Carthagenam. Humb. et *Bonpl.* ♄.

Obs. Etiam clo *Sprengel* AQUARTIAE sunt mera SOLANA.

n. 418. ROUSSOA.

n. 1. ROUSSOA *simplex.* Addatur diagnosis: Foliis obovatis, acutis, dentatis. *Sprengel. S. V. p.* 419.

n. 2. ROUSSOA *salicifolia Sello;* foliis lineari-lanceolatis, elongatis, integerrimis, glabris. *Spreng. S. V. p.* 410.

In Monte Video. Sello.

420. CALLICARPA.

Pag. 93. n. 1. CALLICARPA *americana.* Addatur synonymon: *Link Enum. alt. p.* 114. C. *globiflora* R. et P. (fide *Spreng. S. V. p.* 419.)

n. 1 a. CALLICARPA *Bonplandiana;* ramis foliisque subtus albido-tomentosis, ovato-ellipticis, longe acuminatis, denticulatis, basi acutis; corymbis dichotomo-ramosissimis, petiolo multo longioribus. C. *acuminata Humb.* et *Bonpl. nov. gen.* II. *p.* 252. C. *acuminata;* fol. ovatis, acuminatis, denticulatis, basi integerrimis, subtus tomentosis, cymis dichotomis, elongatis, axillaribus. *Rel. Willd. Ms. Spreng. S. V. p.* 420.

C. *americanae* proxima; differt foliis duplo majoribus, breviter petiolatis, corymbisque multo majoribus, praeter characteres

datos. Frutex ramis tetragonis, ad nodos compressis, albido-tomentosis, pilis stellatis. Folia decussato-opposita, supra glabra, subtus albo-tomentosa, pilis stellatis, 6-7 poll. Petioli $^1/_2$ poll., canaliculati, tomentosi. Corymbi axillares, oppositi, foliis paulo breviores; bracteis subulatis, oppositis. Pedunculi 2 poll. et ramuli pedicellique pilis stellatis tomentosi. Flores suaveolentes, bracteati. Cal. campanulatus, minimus, sub-4-dentatus, pilosiusculus. Cor. rotato-campanulata, limbo 4-fido. Drupa baccata, rubra, sphaerica, calyce persistente cincta, ossiculis monospermis. *Kunth l. c. In calidis regni Nov. Granat. prope Honda.* ♄.

Obs. Nomen mutandum erat ob antiquiorem *acuminatam Roxburgh.*

n. 1 b. CALLICARPA *subintegerrima Humb.* et *Bonpl.;* ramis foliisque subtus floccoso-tomentosis, ellipticis, acuminatis, apicem versus subdenticulatis, basi acutis; corymbis dichotomo-ramosissimis, petiolos superantibus. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* II. *p.* 252. C. *mollis;* fol. ovato-oblongis, utrinque acutis, apice subdentatis, supra glabris, subtus tomentoso-mollibus. *Reliqu. Willd. Ms.*

Acuminatae et *americanae* simillima, differt tantum characteribus datis: ab *acuminata* foliis minus acuminatis, subintegerrimis, corymbis brevioribus, minus diffusis. *C. macrophylla Vahl* differt foliis crenatis. Frutex? ramis teretibus, floccoso tomentosis, albidis, pilis stellatis. Folia basi acuta, supra glabra, reticulato-venosa, 7-9 poll., juniora utrinque incano-tomentosa. Petioli $^1/_2$ poll., tomentosi. Corymbi bracteati. Pedunculi pollicares et ultra, tomentosi. *Kunth l. c. In regno Novo-Granat.?* ♄.

n. 1 c. CALLICARPA *discolor Willd.;* foliis oblongis, utrinque attenuatis, subtus cano-pubescentibus, integerrimis. *Reliqu. Willdenow. Ms.*

In Javita. ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

n. 2. CALLICARPA *tomentosa* deleatur monente *Link Enum. p.* 124, utpote eadem cum sequente *cana;* et hujus loco fiat:

n. 2. CALLICARPA *arborea Roxb.;* arborea: foliis longe petiolatis, oblongis, ventricosis, utrinque multum attenuatis, integerrimis, subtus pilosis; paniculis axillaribus subglobosis, dichotomis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 405. *n.* 1.

Arbor magna, trunco suberecto, anno nono 33 poll. in peripheria, ramis patentibus, ramulis obtuse tetragonis, farinosis. Folia opposita, juniora valde farinosa, 6-poll. cum petiolo $^1/_4$ longitudine foliorum. Paniculae solitariae et etiam geminae, major in pedunculo longitudine petioli, sexies octies dichotomae, ramulis omnibus tetragonis. Flores parvi, numerosi, laete purpurei vel lilacini, foetentes. Bracteae minutae. Cal. campanulatus, obsolete 4-dentatus, extus farinosus. Cor. tubus calyce multo longior, lacinià limbi alterâ augustiore. Fila-

menta corollâ duplo longiora, antheris fuscis, longitudine styli opposite incurvati. Stigma capitatum. Bacca globosa, nitida, laete purpurea, succulenta, magnitudine grani minoris *Piperis nigri.* Sem. extus convexa, interiore integumento duritie nucis. Perispermum ovatum, amygdalinum. *Roxb. l. c.* *In Chitttagong, etiam circa Katmandu in Nepala.*

Pag. 94. n. 3. CALLICARPA *cana.* Addatur synonymon: C. fruticosa, pubescens; foliis ovatis, glanduloso-dentatis, serratis, subtus pubescentibus; paniculis axillaribus subglobosis; stigmate bifido; baccis purpureis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 406, et hoc etiam teste, C. *americana Lour.* *Link Enum. alt. p.* 124. *Bot. Mag.* 2167. CALLICARPA *tomentosa Willd.* (*S. V. ed. nostr. p.* 93. *n.* 2.) fide *Link l. c.*

Folia breviter petiolata, late cordata et oblonga, reticulata, supra atro-viridia, subtus pallidiora. Cymae dichotomae, vix petiolis longiores, villosae. Flores numerosi parvi, pallide rubri. Bracteae subulatae, caducae. Cal. lanatus. Cor. campanulata, divisionibus subcordatis. Filamenta adscendentia, tubo corollae longiora, longitudine styli declinati. Stigma bifidum. Bacca parva, rotunda, glabra, intense purpurea. *Roxb. l. c.* Differre monet cls *Sims* ab *americana* caulibus foliisque subtus multo magis tomentosis, et praesertim racemis laxioribus, cum baccae in *americana* formâ unius fructus condensatae sint. *In Malabaria, Cochinchina, Java, Sumatra, et Sunda.*

n. 3 a. CALLICARPA *incana Roxb.;* fruticosa, ramis junioribus hirsutis; foliis lanceolatis, obtuse serrulatis, acumine integerrimo, acuto, subtus hirsutis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 407. *n.* 4. Mashandari *Asiat. Research.* IV. 233. C. *dentata Roth S. V. ed. nostr. n.* 21. *Nov. sp. p.* 91. (fide *Sprengel.*)

Frutex sat magnus, pubescentiâ longâ molli albâ stellatâ. Affinis *macrophyllae*, sed folia nunquam aeque lata ratione longitudinis, magis acuta, apice integerrima, cum in *macrophylla* folia crenata, ad apicem usque, magis obtusa. *Roxb. l. c.* *Prope Calcuttam.* ♄.

Obs. Descriptiò a clo *Roth* data sequens: „Rami teretes, petioli, cymaeque dense cinereo-tomentosae. Folia ovata, digitalia et palmaria, acumine lanceolato, pollicari, integerrimo, basi obtusa, rotundata, integerrima, caeterum *acute* dentata, dentibus triangularibus, supra pilis simplicibus scabriuscula, subtus stellatis cinereo-tomentosa. Petioli crassi, 3 lin. Cymae oppositae paulo supra axillas pedunculo tereti, fere pollicari, apice bifido. Pedicelli breves, repetito-dichotomi. Bracteae sub cymae divisuris oppositae, lineares, tomentosae. Flores numerosi, densi, exigui. Cal. tomentosus, 4-dentatus. Cor. tubuloso-campanulata, 4-fida: laciniis rotundatis. Stam. corollâ duplo fere longiora. Antherae subrotundae, didymae. Stylus corollâ duplo fere longior. Stigma subcapitatum, excavatum.“ Confer sequentem.

n. 4. CALLICARPA *lanata.* Addatur synonymon: C. arborea, junioribus partibus omnibus farinosis; foliis oppositis, ovatis, integerrimis, pubescentibus; corymbis axilla-

ribus, exacte dichotomis; corollis obliquis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 406. C. *Tomex Poir.*

Arbor sat magna, trunco erecto, cortice glabro, cinereo, ramis paucis, junioribus subtetragonis. Folia in acumen attenuata, 9-10 poll., 5-6 lata. Petioli teretes, 2-3 poll. Corymbi erecti, bracteis parvis. Flores numerosi, parvi, purpurei. Calycis limbus quadrisulcatus. Cor. tubus inclinatus. Stylus declinatus. *Roxb. l. c.* *In montibus Circar.*

Obs. Cls. *Sprengel S. V. p.* 420 sub *lanata* conjungit: CALLICARPAM *pedunculatam R. Br.*, *incanam Roxb.*, et *dentatam Roth*, quod sane nimis.

n. 5. CALLICARPA *macrophylla.* Addatur synonymon: C. fruticosa, pubescens; foliis oppositis, ovato-lanceolatis, serrulatis, reticulatis, subtus hirsutis; corymbis axillaribus dichotomis, petiolo quidquam longioribus; baccis minutis albis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 408.

Frutex 4-8 ped., trunco vix ullo, ramis pluribus, teretibus, erectis, tomento albo tectis. Folia petiolata, lanceolata et oblongo-lanceolata, acumine tenui, rugosa, supra molliter pubescentia, 6-9 poll., 2-3 lata. Stipulae o. Petioli circiter pollicares, pubescentes. Corymbi subglobosi, pubescentes, foliis breviores. Bracteae lanceolatae, una sub singula corymbi divisione. Flores numerosi, parvi, rosei Cal. lanatus, laciniis acutis. *Roxb. l. c.* *In Silhet* et *Chittagong.*

n. 5 a. CALLICARPA *acuminata Roxb.*; fruticosa, partibus tenerioribus pubescentiâ stellatâ hirsutis; foliis late lanceolatis, utrinque attenuatis, acuminatis, remote repandis, denticulatis; paniculis axillaribus, longe pedunculatis, dichotomis, folio brevioribus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 408. *n.* 6. C. *Heynii Roth. nov. Spec. p.* 82. (fide *Sprengel n. Beytr.* III. *p.* 141, et *Syst. Veg. p.* 420.)

Paniculae longius pedunculatae, quam in speciebus reliquis; folia adultiora supra glabra; 4-5 poll., 2 fere lata. *Roxb. l. c.* *In Silhet.* ♄.

Obs. C. *Heynii* differt ab *acuminata* praeter characteres datos: foliis rugosis, ad venas tantum pubescentibus, caeterum glabris; cymis brevioribus, densioribus. *Roth.* An ergo hujus loci?

Pag. 95. n. 6. CALLICARPA *globiflora* eadem videtur clo *Sprengel S.* V. *p.* 419 cum *americana.*

Pag. 96. n. 10. CALLICARPA *Heynii* videtur clo *Sprengel* eadem cum *acuminata, Roxb.* quod vix. Confer *Roth nov. pl. spec. p.* 82.

n. 11. CALLICARPA *longifolia.* Addatur synonymon: C. fol. lanceolato-acuminatis, superne serratis, adultis, glabriusculis; pedunculo petiolum paululum superante. *Hooker Exot. Fl.* 183. *Bot. Regist.* 864.

Obs. Cls. *Sprengel S. V. p.* 413 huc instar synonymi C. *japonicam Thunb.* attulit, quam tamen jam div. *Vahl* distinxerat. C *longifolia Roxb.* longe alia planta est monentibus *Hooker* et *Lindley. ll. cc.*

n. 11. a. CALLICARPA *Roxburghiana;* fruticosa, ramis erectis debilibus; foliis longiuscule petiolatis, late lanceolatis, serrulatis, supra glabris, subtus pubescentibus; paniculis axillaribus dichotomis longitudine petiolorum; baccis albis. C. *longifolia Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 409.

In Prince of Wales Island.

n. 11 b. CALLICARPA *cuspidata Roxb.;* fruticosa, partibus junioribus foliisque breviter petiolatis, ellipticis, dentatis, cuspidatis, subtus lanatis; corymbis axillaribus, divisionibus eorumdem calycibusque granulis sub lanâ parvis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 409. *n.* 8.

Folia semper acute dentata, in acumen longum acutum attenuata; baccae parvae, glabrae, purpureae. *Roxb. l. c.* *In Moluccis.* ♄.

n. 11 c. CALLICARPA *lanceolaria Roxb.;* fruticosa, pilosa: foliis lanceolatis, utrinque attenuatis, serrulatis, acuminatis; paniculis axillaribus breviter pedunculatis, subglobosis; bacis albis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 409. *n.* 9. *Link Enum. alt. p.* 124.

Frutex elegans, foliis quam in congeneribus indicis angustioribus, valde attenuatis basin versus, supra fere glabris, subtus valde hirsutis. Flores numerosi, parvi, purpurei. *Roxb. l. c.* *In sylvis Silhet.* ♄.

n. 11 d. CALLICARPA *pentandra Roxb.;* fruticosa, partibus tenerioribus farinosis; foliis oppositis, intermedio singulo alterno, oblongis, integerrimis, cuspidatis; corymbis axillaribus; floribus pentandris; stigmate 3-4 lobo. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 409. *n.* 10.

In Moluccis. ♄.

Pag. 97. n. 14. CALLICARPA *japonica.* Confer *longifoliam n.* 11.

n. 15. CALLICARPA *purpurea.* Addatur synonymon: C. fruticosa; ramulis partibusque junioribus obsolete squamosis; foliis subsessilibus, lanceolatis, acuminatis, serratis, basi cuneatâ subintegerrimis, supra glabris, subtus glandulose punctatis; corymbis axillaribus, parvis, dichotomis; floribus glandulosis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 410. CALLICARPA *dichotoma Raeusch.*

Videtur proxime affinis *japonicae;* sed differt defectu glabritiei, staminum et pistilli brevitate, stigmate acuto; flores denique eleganter purpurei, in *japonica* albi. Fruticosa, patens, ramis teretibus, cortice scabro, griseo. Ramuli graciles, pube ferrugineà, stellatà, subsquamosà; juniores farinosi. Folia lanceolata et ovata, 2 poll., utrinque attenuata, basi tamen magis, sine omni pilo pubeve: glandulae in dorso parvae, fus-

cae, nitentes, tritae aromaticae. Petioli brevissimi. Corymbi supra axillares potius, globosi, bis terve dichotomi, foliis multoties breviores, pedunculi breves, divaricati, farinâ inspersi squamisque minutis lanceolatis. Flores fragrantes, purpurei, punctis glandulosis. Cal. turbinatus, dentibus parvis, obtusis. Cor. calyce triplo longior, infundibuliformis, laciniis ovatis, obtusis. Filamenta corollâ fere duplo longiora, purpurea, antheris aurantiacis. Stigma subcapitatum. Baccae parvae, purpureae, demum rubrae, semin. 1-2. *In China. Roxb. l. c.*

Pag. 98. n. 20. CALLICARPA *pedunculata* clo. *Sprengel S. V. p.* 420 videtur eadem, ac *lanata.* *

Quid CALLICARPA *macrocarpa Raeusch.?*
— — *sinensis Noisette?*

421. WALLENIA.

Pag. 98. n. 1. WALLENIA *laurifolia.* Addatur:

Obs. Folia in specimine nostro, in Domingo a Do *Bertero* lecto, ovato-oblonga, obtusa potius quam acuminata. Flores albi potius videntur fuisse, et calyces rubelli.

n. 3. WALLENIA *angustifolia Nees* et *Mart.*; foliis lanceolatis, obtusiusculis; paniculis lateralibus terminalibusque. *Nees* et *Mart. N. Act. N. Cur.* XI. *p.* 87.

Differt a *laurifolia Sw.*: ramis crebris junioribus ancipitibus; foliis angustioribus, $1^1/_2$ poll., obtusiusculis, nec acuminatis; paniculis axillaribus folio brevioribus. Cal. et Cor. alba, punctis resinosis rubicundis; cor. rotata, laciniis reflexis, oblongis. Bacca 1-sperma. *Nees* et *Mart. In Brasilia. Ser. Princ. Max a Neovid.* ♄.

Pag. 99. post n. 423, URCEOLAM, inserantur:

423 a. STIGMATOCOCCA.

n. 1. STIGMATOCOCCA *solanacea Willd.; Reliqu. Willdenow. Ms.*

Caulis frutescens, ramosus; folia alterna, oblonga, basi attenuata, petiolata, crenulata, glabra; flores terminales, paniculati. Panicula ramis cymosis. *In Para Brasiliae.* ♄. Com. a *Hoffmannsegg.*

n. 424. SALVADORA.

n. 424. n. 1. SALVADORA *persica.* Addatur synonymon: *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 404.

Obs. Planta *Roxburghi* alia videtur quam illa *Forskåli* ex descriptione. „Truncus distortus, 8-10 ped. ad ramos usque, pedis diametro; cortice scaberrimo, fisso, acerrimo; ramis patentibus pendulis, ut in *Salice babylonica.* Folia opposita, petiolata, ovalia vel oblonga, integerrima, glabra, utrinque lucida, avenia, 1-2 poll., 1 lata. Paniculae terminales et ex axillis supremis. Flores parvi, flavicanti-virides. Bracteae minutae. Cal. persistens. Cor. tubus brevis, segmentis oblongis, revolutis. Filamenta tubo corollae sub fissuris inserta, limbo breviora. Stylus o, stigma scabrum. Bacca minima, pipere nigro multo minor, glabra, rubra, succulenta, sapore aromatico forti, *Nasturtii.*" *Roxb. l. c. In Circare rarior.* ♄.

n. 1 a. SALVADORA *paniculata Zuccar.*; foliis ovatis, obtusis, crassis; paniculâ ramosissimâ. *Zuccarini in litt.*

Frutex cortice glabro, ramis oppositis, teretibus, glabris, laevibus. Folia opposita, petiolata, integerrima, venosa, glaucescentia. Paniculae rami decussati; ramuli inferiores quaterni, superiores oppositi. Flores breviter pedicellati. Cal. Cor. Stam. S. *persicae*, cui valde affinis. Stigma umbilicato-peltatum. Bacca immatura monosperma. *Zucc.* *Ad Senegal.* D. Thom. *Doellinger.* ♄.

n. 425. WITHERINGIA.

Pag. 100 et Pag. 522. n. 1. WITHERINGIAE *solanaceae* subjungatur:

n. 1 a. WITHERINGIA *aspera Spreng.*; caule scandente, teretiusculo, aspero; foliis oppositis (brevissime) petiolatis, ovatis, integerrimis, asperis; pedunculis racemosis folia aequantibus; floribus secundis. *Spreng. N. Entd.* I. *p.* 266. *S. V. p.* 676.

Caulis fruticosus? (in S. V. *herbaceas* inter) pilis brevissimis rigidis. Folia palmum longa, 2 poll. lata, acuta, subtus praesertim aspera. Pedunculi *axillares*, digitales longioresque, teretes, asperi, medio bracteis oppositis. Pedicelli secundi, basi bracteis lineari-setaceis, brevioribus suffulti, nutantes. Cal. 5-fidus, laciniis lanceolatis, acutis. Cor. pollicaris, tubo longo medio constricto, limbo plicato. Filamenta 5 brevissima, gibbo corollae s. stricturae inserta. Antherae sagittatae, in conum coalitae, apice membranaceae, lateribus dehiscentes, intra tubum reconditae. Bacca bilocularis, supera. W. *solanacea* proxima differt pedunculis umbellatis, et caule subangulato. *Spreng.* *In Brasilia.*

Pag. 522. n. 2. WITHERINGIA *macrophylla Dun.*; fruticosa; ramis subangulatis, tenuissime puberulis; foliis (oblique) ovato-ellipticis, subacuminatis, subrepandis, glabriusculis; superioribus geminis, altero (duplo) minore; umbellis sessilibus, petiolo duplo brevioribus; filamentis barbatis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. dig. Kunth.* III. *p.* 11. *n.* 2.

Frutex inermis; folia alterna, basi inaequalia et acuta, margine integerrima et subrepanda, reticulato-venosa, tenuiter membranacea, glabra, subtus pallidiora, inque nervo et venis primariis subpuberula, 8 fere poll., vix 4 poll. lata. Petioli 14-15 lin., graciles, canaliculati, subpuberuli. Umbellae extraaxillares (?), multiflorae. Pedunculi uniflori, filiformes, apice paulo incrassati, glabri, 4-5 lin. Flores magnitudine floris SOLANI *nigri.* Calyx urceolatus, obsolete 4-dentatus, glaber. Corolla rotata, virescens, glabra; tubo brevissimo; limbo 4-partito; laciniis oblongis, acutis, aequalibus. Stamina 4, tubo corollae inserta. Filamenta brevia, complanata, margine villosa. Antherae ovato-lanceolatae, acutae, erectae, biloculares, longitudinaliter interne dehiscentes, aequales. Ovarium minutum, subrotundum, glabrum, disco glanduloso impositum. Stylus

subarcuatus (?), teres, glaber, stamina superans. Stigma simplex. Bacca globosa, glabra, rubra, magnitudine grani piperis, basi calyce persistente suffulta. Semina sublenticularia, granuloso-scabra, fuscescentia. WITHERINGIAE *solanaceae* simillima, differt tamen: caule fruticoso; foliis majoribus ramisque glabriusculis; umbellis petiolo brevioribus; floribus minoribus. *Kunth.* *Prope Turbaco Novo-Granatensium*, alt. 1 0 hex. ♄.

n. 2 a. WITHERINGIA *ciliata Humb.* et *Bonpl.;* fruticosa; ramis teretibus, glabris; foliis oblongis, acutis, basi angustatis, integerrimis, ciliatis, glabris, geminis, altero duplo minore, pedunculis extraaxillaribus, solitariis aut geminis, elongatis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. dig. Kunth* III. *p.* 12. *n.* 3.

Frutex ramis alternis, sublaevibus; ramulis junioribus puberulis. Folia alterna, in petiolum decurrentia, reticulato-venosa, glabra, membranacea, $1^1/_2$ poll. et longiora, 7 lin. lat. Petioli 4-5 lin., puberuli. Flores extraaxillares, solitarii aut gemini, pedunculati, magnitudine floris SOLANI *nigri.* Pedunculi capillacei, 8-9 lin., pubescentes. Calyx urceolatus, 5-dentatus, pubescens; dentibus linearibus, erectis. Corolla rotata, glabra, alba (?); tubo brevissimo, calycem haud aequante; limbo plicato, angulato-5-lobo; lobis acutis. Stamina 5, summo tubo inserta. Filamenta brevia, basi dilatata, glabra. Antherae oblongae, obtusae, erectae, biloculares, longitudinaliter dehiscentes. Ovarium subglobosum, glabrum. Stylus filiformis, rectus, stamina vix superans, glaber. Stigma capitatum. Fructus immaturus globosus, glaber, basi calyce cinctus. Cum SOLANO *phillyreoidi* primo adspectu faciliter confundenda. *Kunth.* *In Andibus frigidis Pastoensium prope Tulcan*, alt. 1580 hex. ♄.

n. 3. WITHERINGIA *rhomboidea Dun.;* fruticosa; ramis teretibus, (cano-) tomentosis; foliis ovatis, acutiusculis, basi rotundatis et inaequalibus, integerrimis, supra molliter pubescentibus, subtus cano-tomentosis, geminis, altero minore; umbellis sessilibus, 4-6-floris, petiolo longioribus. *Humb. et Bonpl. nov. gen. dig. Kunth* III. *p.* 12. *n.* 5.

Caulis inermis, scandens. Folia alterna, reticulato-venosa, subcoriacea, supra viridia, subpollicaria, $^3/_4$ poll lat.; ramuli in axillis foliorum nascentes. Petioli 2-5 lin., cano-tomentosi. Umbellae extraaxillares. Pedunculi 4-5 lin., uniflori, filiformes, cano-tomentosi; fructiferi 7-8 lin., recti. Flores magnitudine floris SOLANI *nigri.* Calyx urceolatus, 5-dentatus, cano-tomentosus; dentibus linearibus, remotis, erectis. Corolla rotata, glabra; tubo brevi; limbo 5-fido; laciniis oblongis, acutis, aequalibus, apice hirtellis. Stamina 5, tubo corollae inserta. Filamenta brevia, subulata, glabra. Antherae lineari-oblongae, erectae, biloculares, longitudinaliter interne dehiscentes, aequales. Ovarium subrotundum, glabrum, biloculare. Stylus erectus, staminibus brevior, glaber. Stigma subcapi-

tato-obtusum. Bacca (haud visa) globosa ex *Bonpl. Kunth.* *In temperatis Andium Quinduensium prope El Machin.* ♄.

n. 4. WITHERINGIA *dumetorum Dun.*; fruticosa; ramis subangulatis, junioribus (molliter cano-) tomentosis; foliis ovatis, subacuminatis, basi cuneatis, supra hirto-pilosis, subtus hirto-tomentosis et canescentibus: superioribus geminis, altero minore; pedunculis geminis aút ternis, unifloris, petiolo multo longioribus. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth* III. *p.* 13. *n.* 6.

Frutex inermis, ramis sparsis, levibus, glabris; junióribus teretibus. Folia acumine obtuso, basi in petiolum decurrentia, integerrima, venis primariis subparallelis nervoque subtus prominulis subcoriacea, 12-16 lin., 6-8 lin. lata. Petioli 2 lin., canaliculati, cano-tomentosi. Pedunculi extraaxillares 3-5 lin., filiformes, cano-tomentosi. Flores magnitudine *rhomboideae.* Cal. urceolatus, cano-tomentosus, dentibus 5 linearibus, remotis, erectis. Cor. rotata, glabra, tubo brevi; limbi plicati laciniae abbreviato-ovatae, acutiusculae, apice hirtae. Stam. 5, tubo inserta. Filamenta brevia, subulata, glabra. Antherae oblongae, obtusae, erectae, aequales. Germen subrotundum, glabrum, biloculare. Stylus filiformis, erectus, glaber, stamina superans. Stigma subclavatum. Bacca globosa ex *Bonpl. Kunth.* *In dumetis provinciae Pastoënsis, Chumaan inter et Tusa, regn. Nov. Grenad.* ♄.

n. 4 a. WITHERINGIA *mollis Humb.* et *Bonpl.*; fruticosa; ramis teretibus, cano-tomentosis; foliis ovatis, utrinque acuminatis, integerrimis, supra pubescentibus, subtus molliter pubescenti-tomentosis et canescentibus, geminis, altero multo minore; pedunculis geminis, ternis aut quaternis, elongatis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. dig. Kunth* III. *p.* 12. *n.* 4.

Frutex ramis glabris; ramulis cano-tomentosis. Folia alterna, altero interdum difformi, reticulato-venosa, membranacea, supra pubescentia et viridia, $1^1/_2$-2-poll., 9-12 lin. lat. Petioli 3 lin. long. piloso-tomentosi. Flores extraaxillares, gemini, terni aut quaterni, pedunculati, cernui (?), magnitudine floris majoris SOLANI *nigri.* Pedunculi filiformes, piloso-villosi, 9-11 lin., fructiferi recti. Calyx urceolatus, 5-dentatus, tomentoso-villosus, incanus; dentibus linearibus. Corolla rotata, externe hirtella; limbo plicato, angulato-5-dentato; dentibus acutis. Stamina 5, interdum 6, summo tubo inserta. Filamenta brevia, filiformia, glabra. Antherae oblongae, obtusae, erectae, biloculares, longitudinaliter dehiscentes. Ovarium ovatum, glabrum. Stylus rectus, stamina paulo superans. Stigma subcapitatum. Bacca subglobosa, glabra, magnitudine grani piperis, calyce persistente cincta, eumque duplo superans, polysperma. *Rhomboideae* et *dumetorum* simillima, formâ foliorum praesertim distincta. *Kunth.* *In Peru prope urbem Caxamarca, alt.* 1500 *hexap.* ♄.

n. 5. WITHERINGIAE *crassifoliae* addatur synonymon: SOLANUM *africanum Mill. dict. n.* 26.

Pag. 523. n. 6 a. WITHERINGIA *riparia Humb.* et *Bonpl.*; fruticosa; ramis angulatis? hispido-pilosis; foliis suboblique obovato-oblongis, acuminatis, basi acutis, glabris, subtus in nervo pilosis, geminis, altero multo minore; floribus extra-axillaribus, congestis, petiolum subaequantibus. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth* III. *p.* 13. *n.* 7.

Ramosissima ramulis subflexuosis. Folia sparsa integerrima, nervo medio subtus valde prominente, supra subnitida et laete viridia, subtus pallidiora, 8-10 poll., $2^1/_2$-$3^1/_2$ poll. lata, altero brevius petiolato, elliptico aut ovato-elliptico, utrinque acuto, $1^1/_2$-2 poll. Petioli 5-8 lin. canaliculati, hispidi. Flores in specimine incompleti, magnitudine LYCII *barbari*. Cal. urceolatus, obsolete 5-dentatus, laxus, glaber. Cor. virescenti-albida, glabra, tubo calycem duplo superante, infundibuliformi, limbo 5-partito, aequali. Filamenta 5 inferne pilosa. Antherae oblongae, longitudinaliter dehiscentes. Stylus glaber, stamina superans. Stigma obtusum. Bacca sphaerica ex *Bonpl. Kunth.* *In Andibus Quinduensibus prope flumen Toche, alt.* 1050 *hexap.* ♄.

Obs. Cls *Dietrich* in Nachtrag IX hanc speciem omisit, et SOLANUM *hebephorum* WITHERINGIAM esse jubet.

n. 7. WITHERINGIA *angustifolia Dun.*; fruticosa; ramis flexuosis, teretibus; ramulis (junioribus cano-) tomentosis; foliis lanceolatis, acuminatis; basi acutis, glabris; racemis paucifloris, subgeminis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth* III. *p.* 13. *n.* 8. SOLANUM *angustifolium Willd. Ms.*

Orgyalis, ramosissima, ramis sparsis sublaevibus, glabris, cinerascentibus. Folia sparsa, solitaria, integerrima, nervo subtus prominente, membranacea, complicato-falcata, glabra, supra subnitida, subtus vix pallidiora, 2-$2^1/_2$ poll longa, 6-7 lin. lata. Petioli 3-4 lin., basi paulo incrassati, glabriusculi, juniores tenuiter canescenti-tomentosi. Racemi extraaxillares, solitarii aut gemini, rhachi flexuosâ. Flores magnitudine *ripariae*. Pedicelli canescenti-tomentosi, 3-4 lin.; fructiferi 6 lin., superne incrassati, glabriusculi, reflexo-penduli. Cal. subcampanulatus, cano-tomentosus, laciniis 5 subovatis, acutis, aequalibus. Cor. rotata, coerulea, externe cano-tomentosa, tubo brevi, limbi 5-partiti laciniae oblongae. Stamina 5 tubo inserta. Filamenta brevissima, complanata, glabra. Antherae lineari-oblongae, erectae. Germen subglobosum, glabrum. Stylus erectus, glaber, staminibus brevior. Stigma subcapitatum. Bacca globosa, calyce persistente suffulta, magnitudine SOLANI *nigri*, glabra. Semina lenticulari-reniformia, laevia, glabra. Endospermium semini conforme, carnosum, hyalinum. Embryo intrarius homotropus, teres, spiralis. Cotyledones semiteretes. Radicula centripeta. *Kunth.* *In radicibus montis Cotopaxi alt.* 1600 hexap. ♄.

n. 7 a. WITHERINGIA *stramonifolia Humb.* et *Bonpl.*; arborea; ramis angulato-subalatis; ramulis pubescentibus; foliis ovatis, acuminatis, inaequaliter subcordatis, dentato-an-

gulatis, hirtellis, geminis, altero duplo brevioribus, filamentis apice barbatis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 11. *n.* 1.

Arbor 2-aut 3-org.; ligno albo, laevi; ramis angulis membranaceis, glabris. Folia alterna, basi subcordata, inaequaliter et grosse dentato-aut sinuato-angulata, reticulato-venosa, membranacea, utrinque pilis minutis hirtella, 4-aut 5-poll., $2^1/_2$-3 poll. lat. Petioli 1-et $1^1/_2$ poll., pubescenti-villosi. Umbellae extraaxillares, sessiles, multi- 15-20) flori. Pedunculi uniflori, 6-20 lin. long., pilosi. Flores magnitudine floris Capsici *fructescentis*, nutantes (?). Calyx semigloboso-urceolatus, -fidus, hirtus; laciniis ovatis, acutis, aequalibus. Corolla rotata, flavescens, externe hirta; tubo brevi, calycem aequante; fauce pilosa; limbo 5-partito patente; laciniis oblongis, acutis, subreticulato-uninervibus, aequalibus. Stamina 5, tubo inserta. Filamenta brevia, complanata, superne utroque margine villoso-barbata. Antherae lineari-oblongae, erectae, basi emarginato-cordatae, biloculares, longitudinaliter dehiscentes. Ovarium subglobosum, biloculare, glabrum. Ovula creberrima. Placentae in loculo centrales, hinc dissepimento adnatae. Stylus erectus, glaber, stamina superans. Stigma subclavatum, obtusum. Baccâ globosa, calyce persistente cincta, eumque duplo superans, glabra, magnitudine pisi minoris, rubra. Semina minuta, sublenticularia, externe scrobiculato-scabra. *Kunth. Frequentissime in Regno Mexicano prope La Banderilla et urbem Xalapa*, alt. 750 hex. ♄.

n. 426. AEGIPHILA.

Pag. 100. n. 1. Aegiphila *martinicensis*. Addatur:

Obs. Varietas foliis angustioribus, ellipticis potius, quam ovato-lanceolatis, petiolis brevioribus, vix $^1/_3$ poll., in ins. Trinitatis lecta ab Hortulano Di *Sieber*.

n. 1. bis. Aegiphila *laeta Humb.* et *Bonpl.;* ramis foliisque glabris, oblongo-ellipticis, acuminatis, integerrimis; corymbis folio triplo brevioribus; calycibus glabris; staminibus vix exsertis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 202. Ae. foliis oblongis, acuminatis, glabris; corymbis axillaribus terminalibusque bifidis; calycibus glabris. *Reliqu. Willd. Ms.*

Frutex 2 org., laete viridis, ramis decussato-oppositis, subcompresso-tetragonis. Folia decussato-opposita, petiolata, membranacea, reticulato-venosa, 2-3 poll. Petioli canaliculati, 2-3 lin. glabri. Corymbi-terminales et axillares, oppositi, dichotomi, pedunculati, bracteati. Pedunculi pubescentes, pollicares. Flores pedicellati. Cal. turbinatus, viridis; dentibus ovatis, obtusis, patulis, uno alterove saepius bifido. Cor. infundibuliformis, flava, glabra; tubo cylindrico, calyce paulo longiore; limbi laciniis ovatis, obtusiusculis, suberectis. Stamina 4. Filamenta brevissima, summo tubi inserta. Fructus globosus, calyce persistente cinctus, luteus, 4-aut abortu 3-locularis, loculis monospermis. Pericarpium carnosum. Endocarpium chartaceum, fragile. Semina globosa. Affine *martinicensi*.

Kunth. *Crescit locis calidissimis in ripa Magdalenae fluminis juxta villam Buena-Vista.* ♄.

Obs. Cls. *Sprengel S. V. p.* 422 eandem dicit cum *laevi!*

Pag. 101. n. 2. AEGIPHILA *arborescens.* Addatur synonymon: AE. ramis, foliisque subtus incano-pubescentibus, supra hirtis, obovato-oblongis, acuminatis, basi angulatis, integerrimis; corymbis dichotomis, folio triplo brevioribus; calycibus cano-pubescentibus; staminibus exsertis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* II. *p.* 203.

Arbor ramis tetragonis. Folia decussato-opposita, petiolata, basi in petiolum angustata, membranacea, reticulato-venosa, supra hirta, subtus albida sericeo-pubescentia, 3-4 poll. Petiolus 1/2-poll., canaliculatus, albidus, pubescens. Corymbi axillares terminalesque, oppositi, pedunculati, bracteati. Pedunculus subpollicaris; rami ramulique albo-sericei. Flores pedicellati; pedicellis pubescentibus. Cal. clavato-infundibuliformis, externe sericeus, 4-fidus; lobis ovatis, acutis, patulis. Cor. infundibuliformis, alba; tubo cylindraceo, longitudine calycis; limbi laciniis ovatis, acutis, patentibus. Stamina tubo corollae inserta. Antherae oblongae, biloculares, erectae. Stylus bifidus, exsertus. Stigmata simplicia. Fructus desideratur. *Kunth.* *Crescit in ripa fluminis Tuamini juxta Javitam propter confluentem Temen. (Missiones del Orinoco.)* ♄. An vere eadem ac planta *Aubletiana?"*

n. 2 a. AEGIPHILA *Mutisii Humb.* et *Bonpl.;* ramis foliisque subtus albidis, lanato-tomentosis, supra hirtis, ellipticis, acuminatis, basi rotundatis, integerrimis; paniculis terminalibus, foliatis; calycibus villosis; staminibus longe exsertis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 203. *t.* 131. AE. *latifolia;* fol. ovatis, ellipticis, acuminatis, glabris; corymbis axillaribus terminalibusque coarctatis. *Rel. Willd. Ms.* (Arbor 50-ped.)

Arborescenti valde affinis, a *Mutis* communicata. Frutex ramis subtetragonis, hirto-lanatis. Folia decussato-opposita, petiolata, reticulato-venosa, subtus albida, 3-4 poll. Petiolus 2-3 lin., incrassatus, lanato-hirtus. Paniculae bracteatae; ramis oppositis, inferioribus tri-, superioribus dichotomis, patulis, lanato-hirtis, albidis. Flores pedicellati. Cal. campanulatus, subquadridentatus. Cor. hypocrateriformis, externe pilosa; tubus cylindraceus, calyce duplo longior; limbus 4-partitus; laciniis ovato-oblongis, acutiusculis, patentibus. Filamenta basi pilosiuscula. Antherae subrotundae, biloculares. Stylus bifidus, exsertus. Stigmata simplicia. Fructus ignotus. *Crescit in calidis Regni Novo-Granatensis.* ♄.

n. 4. AEGIPHILA *laevis.* Huc trahit cls *Spreng. S. V. p.* 422 *laetam H. et B.*

Pag. 102. n. 5 a. AEGIPHILA *macrophylla Humb.* et *Bonpl.;* ramis glabris, junioribus subpubescentibus; foliis ovatis, acutis, basi rotundatis, integerrimis, subcoriaceis, glaberrimis;

corymbis trifido-dichotomis, folio duplo brevioribus; calycibus pubescentibus; staminibus exsertis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 204. A. fol. ovato-oblongis, glabris; paniculâ elongatâ, terminali. *Reliqu. Willd. Ms.*

Arbor 3-org. et altior; ramis tetragonis, cortice subsolubili. Folia decussato-opposita, acuta aut breviter acuminata, reticulato-venosa, 5-6 poll., breviter petiolata. Petiolus canaliculatus, incrassatus, rugulosus, glaber, 4-5 lin. Corymbi terminales et axillares, solitarii, oppositi, pedunculati, bracteati; ramis, ramulis pedunculoque glabris. Pedunculi $1^1/_2$ poll. Flores pedicellati. Calyx campanulatus, persistens; dentibus ovatis, acutis, erectis. Corolla subhypocrateriformis, alba, persistens; tubus cylindraceus; limbus patens, laciniis oblongis, acutiusculis. Stamina medio tubi inserta. Antherae biloculares, erectae. Ovarium obovatum, quadrisulcatum. Stylus vix exsertus, bifidus. Stigmata simplicia. Fructus baccatus, subglobosus, 4-locularis, calyce et corollâ persistente tectus; loculis monospermis. A. *elatae* proxima. *Kunth. Crescit rarissime regione temperatâ prope Cumanacoam*, alt. 100 hex. ♄.

Obs. An eadem cum *macrophylla H. Paris?* An haec fors AEGIPHILA *macrophylla Sieb. Herb. Trinit. n.* 37, quae foliis basi attenuatis, corymbis folio triplo brevioribus, pedunculis hirtis differt a *macrophylla* H. et B., pro qua circumfertur? Specimen nostrum in Hb. Sieberiano nimis mancum pro descriptione ulteriori. *Sprengel S. V. p.* 422 *laevigatam Juss.* huc trahit, quae omnino diversa videtur.

n. 6 a. AEGIPHILA *salutaris Humb.* et *Bonpl.*; ramis molliter hirto-tomentosis; foliis ovato-ellipticis, utrinque acutis, integerrimis, supra hirtis, subtus molliter canescenti-pubescentibus; calycibus pubescentibus; staminibus longe exsertis. *Humb. et Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 202. Contracoulevra incolarum. AE. *pubescens*; fol. ellipticis, utrinque attenuatis, molliter pubescentibus, subtus canis; corymbis terminalibus axillaribusve. *Rel. Willd. Ms.*

Nauseose foetens. Frutex ramis junioribus subteretibus, fuscescentibus. Folia decussato-opposita, petiolata, acuta aut brevissime acuminata, basi angustato-acuta, membranacea, reticulato-venosa, 3-4 poll. Petiolus 2-3 lin., canaliculatus, pubescens. Paniculae terminales, sessiles, bracteatae, 2-poll.; ramis oppositis, dichotomis, patentibus, pubescentibus. Flores pedicellati. Cal. campanulatus, dentibus brevissimis, acutis. Cor. infundibuliformis, flava, glabra; tubus cylindraceus, calyce triplo longior; limbus 4-partitus, laciniis ovatis, acutiusculis. Stamina summo tubo inserta. Filamenta longissima. Antherae ovatae, biloculares, erectae. Ovarium ovatum. Stylus longissimus, bifidus. Stigmata simplicia. Fructus 4-locularis, loculis monospermis ex *Bonpl. Kunth. Crescit locis sylvaticis in ripa Orinocensi juxta Santo Thomas del Angostura et prope San Carlos del Rio Negro in confinibus Guayanae et Brasiliae.* ♄.

Obs. Sprengel hanc eandem esse cum *Mutisii* in *S. V. p.* 421.

n. 6 b. AEGIPHILA *mollis Humb.* et *Bonpl.*; ramis foliis-

que hirto-lanatis, obovato-oblongis, acuminatis, basi angustatis, apicem versus (grosse et remote) subdentatis; corymbis axillaribus et terminalibus, paniculatis; calycibus villosis; staminibus vix exsertis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 203. *t.* 130. AE. fol. oblongis, utrinque tomentosis; paniculâ terminali. *Rel. Willd. Ms.*

Frutex ramis subtetragonis, fuscescentibus. Folia decussato-opposita, petiolata, utrinque flavescenti-lanata, reticulato-venosa, 4-poll. Petiolus 2-3 lin., canaliculatus, lanatus. Corymbi trifido-dichotomi, bracteati, axillares solitarii, oppositi, folio breviores; terminales paniculato-congesti; ramis ramulisque hirto-lanatis, patulis. Pedunculi teretes 1/2-poll. et longiores, flavescenti-lanati. Flores pedicellati. Cal. campanulatus, persistens; dentibus acutis. Cor. hypocrateriformis, externe pilosa; tubus cylindraceus, calyce duplo longior; limbus 4-partitus; laciniis oblongis, acutis, patentibus. Stamina medio tubi inserta eumque longitudine aequantia. Filamenta compressiuscula, pilosa. Antherae oblongae, erectae, biloculares. Ovarium subrotundum, glabrum. Stylus longissimus, bifidus. Stigmata simplicia. Fructus baccatus, ovatus, obtusus, 4-locularis, abortu bilocularis; loculis monospermis. Endocarpium chartaceum. Semina oblonga. *Kunth.* *Crescit in sylvis Orinocensibus?* ♄.

Pag. 103. n. 10. AEGIPHILA *laevigata* a *Sprengel S. V. p.* 422 eadem dicitur cum *macrophylla.*

n. 428. CEPHALANTHUS.

n. 1. CEPHALANTHUS *occidentalis.* Addatur synonymon: *Bigelow Fl. bost. p.* 103. *Nutt. gen.* I. *p.* 92. *β.* foliis pubescentibus. *Nutt. l. c.* (fors species distincta.)

β prope Riceborough in Georgia. Baldwin.

Pag. 104. n. 2. CEPHALANTHO *salicifolio* addatur: C. fol. oppositis ternisve lanceolatis; capitulis terminalibus solitariis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. p. 381.

Obs. E CEPHALANTHO *orientali* et *angustifolio* genus proprium constituit cl. *Sprengel S. V. p.* 364: „ACRODYRON"; cui assignantur: „flores aggregati in receptaculo globoso villoso. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-fida tubulosa. *Stam.* ad limbum corollae. *Baccae* 1-spermae, confluentes." Nomina specifica retinuit. CEPHALANTHOS non esse, monuit jam div. *Willdenow*, qui tamen genus novum a planta sibi nec cognita nec inspecta constituere ausus non est: poterit enim esse alius generis jam olim noti.

n. 429. LASIOSTOMA.

Pag. 105. n. 1. LASIOSTOMATI *Rouhamon* addatur diagnosis: L. foliis oppositis obovatis trinervibus; ramis cirrhiferis. *Spreng. N. Entd.* I. *p.* 282. CANIRAM *Rouhamon Aub.* d. *Petit Thouars.* CHEMNICIA *Scop.* et huic subjungatur:

n. 2. LASIOSTOMA *cornifolium Spreng.* ramis ecirrhatis; foliis alternis, ovatis, acuminatis, nitidis, subtus incanis, venosis; cymis axillaribus. *Spreng. N. Entd.* I. *p.* 281.

Dubia planta, quam mallem ad MANETTIAM reducere, ni semina obstarent haud alata, capsula disperma, et alia. *Spreng. l. c.* *In Brasilia.*

n. 3. LASIOSTOMA *divaricatum Meyer;* ramis divaricatis; foliis obovato-oblongis, basi attenuatis, triplinervibus; floribus racemoso-corymbosis, pedicellatis. *Meyer Essequeb. p.* 83.

„Frutex ramis oppositis, horizontalibus, teretibus, petiolis pedicellisque tomento sordide viridi-luteo, interne fistulosis et medullâ virente. Folia opposita, patentia, vel divergentia, subcoriacea, obtusa, mucrone parvo, rarius leviter emarginata, saepe subacuta, maxima 2 poll., 8-9 lin. lata, integerrima, nervis 2 obsoletis, utrinque nitidis, supra glabris, subtus pubescentibus, flavo-viridibus. Petioli 2-3 lin., semiteretes. Cirrhi solitarii, axillares, 2 poll., sursum crassiores, spiraliter involuti. Corymbi 5-7-flori. Flores oppositi, pedicellis divergentibus, florum fere longitudine, angulatis, basi bracteâ lineari-oblongâ, obtusâ,„ tomentosâ. Cal. 4-partitus, laciniis oblongis, acuminatis, ciliatis, glabris, basi bracteis oppositis. Cor. caduca. Stylus corollâ longior. Stigma obtusum. Caps. subglobosa, glabra, immatura bilocularis. *Meyer l. c.* *In arenosis Continentis* (Americae). ♄.

Obs. Descriptio LASIOSTOMATIS *cirrhosi Aubl.* aliam omnino plantam sistit; sed in hoc *cirrhoso*, cal. 4-, nec 5-partitus, ut, cum *Schreber, Willdenow, Meyer.*

n. 4. LASIOSTOMA *stans Willd.;* caule fruticoso, erecto; floribus paniculato-corymbosis, fauce villosis. *Reliqu. Willd. Ms.*

Rami stricti, dichotomo-oppositi, glabri. Folia oblongo-lanceolata, 3 poll. longa, glabra, integerrima, utrinque attenuata, petiolato-venosa. Panicula terminalis ramosa, floribus glomeratis, sessilibus, minutis. *In Brasilia.* ♄. Com. a *Hoffmannsegg.*

n. 5. LASIOSTOMA *Bredemeyeri.*

Div. *Willdenow* in Reliquiis habet: L. *glabrum* corollis fauce glabris. *In Caracas.* ♄. *Bredemeyer.* Sed, cum L. *Rouhamon β* sit glabrum, et definitio viri divi nonnisi nomen genericum e graeco in latinum vertat, mutavimus nomen, expectantes interea definitionem magis propriam.

n. 6. LASIOSTOMA? *Curare. Humb.* et *Bonpl. nov. gen.* red. *Kunth Fasc.* 33. *p.* 210. *Curare* vel *Bejuco de Mavacure. Humb. Relat. hist.* II. *p.* 547 — 566.

Planta clo *Kunth* dubia. Frutex cirrhosus scandens, cortice succo flavo, venenato turgidus. Rami oppositi, cirrhis axillaribus, solitariis, superne incrassatis et spiraliter involutis; ramuli oppositi, altero abortivo, teretiusculi, fuscescenti-tomentosi, inter petiolos lineolâ pilosâ notati, gemmulâ vel processu filiformi (pedunculo?) terminati. Folia opposita, breviter petiolata, ovato-oblonga, acuminata, integerrima, reticulato-tripli-nervia, nervo medio subtus prominente, membranacea, ci-

liata, utrinque glabra, nervo medio fuscescenti-tomentoso, laete viridia, subtus pallidiora, $1^1/_2$-$2^1/_2$ poll., 8-9 lin. lata. Petioli lineam longi, tomentosi, inarticulati. Stipulae nullae. Flores et fructus adhucdum ignoti. *Kunth l. c.* *Circa Esmeraldam ad confluentem Padamum; prope Javitam ad flumen Pimichin.* ♄.

Pag. 106. post n. 429 LASIOSTOMA, inseratur:

n. 429 a. LEUCONOTIS.

n. 1. LEUCONOTIS *anceps Jack Trans. Linn. Soc.* XIV. *P.* I. *p.* 121. *Akar Morai Malay.*

Frutex magnus. Ramuli 4-goni, punctis elevatis. Folia opposita, petiolata, oblonga, basi rotundata, longe acuminata, integra, margine parum undulata, glaberrima, supra lucida, subtus pallidiora, punctis elevatis, 4-poll., nervorum arcubus submarginalibus connexis. Petioli pollice longiores, carinati, carinâ coaliti. Stipulae nullae. Pedunculi axillares, ancipites, petiolis longiores. Corymbus dichotomus, floribus luteis. Bracteae parvae, acutae, basi latiores. Cal. erectus, laciniis quidquam obtusis, margine membranaceis. Cor. tubo longior, basi gibbosa, limbi lobis ovatis. Stamina medio tubi inserta. Filamenta brevissima, antheris longis, linearibus, basi subsagittatis. Stylus ad insertionem staminum usque porrectus. Stigma conicum, annulo prominente. Bacca superior ovata, basi quidquam plana, glabra, apice lineis 4 prominentibus, semine quarto plerumque abortivo, lactescens. Semina elliptico-oblonga. Embryo semini conformis. Cotyledones plano-convexi, latere plani, reciproce concavi et convexi, margine parum crispi, superne profunde cordati, lobis auriculatis se invicem tegentibus. Radicula superior oblonga. *Jack.* *In Sumatra.* ♄.

429 b. GARDNERIA.

n. 1. GARDNERIA *ovata Wall. in Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* I. *p.* 400.

Frutex magnus, scandens, glaber, ramis longis, gracilibus, teretibus, ramulis junioribus cortice viridi obsolete tetragonis. Folia opposita, approximata, patentia, ovata lanceolatave, acuminata, basi acuta, integerrima, utrinque glabra, supra atrovirentia, lucida, subtus pallidiora, costâ elevatâ, nervis transversis suboppositis, 3-4 poll., internodiis duplo longiora. Petioli teretes, supra canaliculati, subincurvi, $^1/_2$ poll., basi ampliatâ ramum margine elevato, carnoso, angusto, erecto cingentes, in axillis abscondentes seriem ciliarum brevium, subulatarum, carnosarum, emarcescentium, quae stipularum loco. Corymbi axillares oppositi, longitudine foliorum vel parum ultra, graciles, pari foliorum uno alterove parvorum lanceolatorum sub divisionibus primariis. Pedunculi graciles, oppositi, 1-$1^1/_2$ poll., 3-flori, pedicellis clavatis, basi bracteis 2 lanceolatis, minutis, plerumque pari altero supra eorumdem medium. Cal. persistens, Cor. crassa, carnosa, flava, profunde 4-partita: laciniis ovatis, acutis, subconcavis, patentissimis, subrecurvis, 2 fere lin., cum calycis et insertionibus staminum alternantibus, supra pubescentibus, margine latis planis. Tu-

bus o. Stam. erecta, corollâ parum breviora, filamentis vix conspicuis, fundo corollae sub fissuris laciniarum insertis. Antherae ovatae, acutae, lateribus coadunatae in tubum ventricosum, pervium, 4-dentatum, intus dissepimento demum prominulo, biloculares. Germen ovatum, minutum, liberum. Stylus filiformis, tubo antherarum brevior Stigma simplex? acutum. Bacca rotunda, subcompressa, glabra, basi styli coronata, coccinea, magnitudine RIBIS *rubri*, pulpâ pallide rubrâ. Semen tenue, bullatum, in urceolum hemisphaericum excavatum, margine plano, griseo-fuscum, in singulo loculo unum. Integumentum coriaceum, perispermati corneo margaritaceo adhaerens. *Wall. l. c.* *In montibus ditionis Silhet in Bengalia, etiam in Nepala.*

Obs. Specimina e *Nepala* differre quidquam foliis minoribus, angustioribus, lanceolatis, laciniis corollae lanceolatis magis villosis, baccis majoribus, stylo longo et stigmate bifido coronatis.

n. 431. SCOPARIA.

Pag. 106. n. 1. SCOPARIAE *dulci* addatur *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 354. *Schrank Münch. Abhdl.* 1813. *p.* 72.

Obs. Capsulam non esse unilocularem, nec dissepimentum proprium suturae valvularum affixum, cum capsula bilocularis et dissepimentum proprium nullum; sed margines valvularum inflexi, et iisdem adnata seminum placenta disciformis. Vigilat ab 11. ad meridiem. *Meyer Essequebo p.* 91. „An unica species generis? monet.“ *R. Brown l. c. p.* 443. *Sprengel S. V. p.* 423 non tantum *ternatam Forsk.*, sed etiam *procumbentem* hujus varietatem dicit.

n. 1 a. SCOPARIA *australis Sieb.*; foliis oppositis, subtripartitis; floribus axillaribus corymbosis.

Specimen nostrum, in *Herb. Sieb. nov. Holl. n.* 184 1½ ped. Caulis erectus, tetragonus, (in nostro specimine simplex) pilis brevibus adpressis scaber. Folia subsessilia, fere *Verbenae officinalis*, vix pollicaria: laciniis lanceolatis, profunde serratis, superioribus subintegerrimis; supra glabra, subtus pilis appressis, rugosa, margine quidquam revoluta. Corymbi oppositi, foliis duplo longiores, subtrichotomi: pedunculi pedicellique, bracteâ lineari deciduâ suffulti, pubescentes. Calycis, saepe 5-partiti, laciniae lanceolatae, acutae, subpungentes. Cor., ut videtur, ochroleuca. Stamina longe exserta. An generis? *In nova Hollandia. Sieber.*

n. 3. SCOPARIA *arborea* nunc sequens est:

n. 431 a. CHILIANTHUS.

CHILIANTHUS *oleaceus Burchell.* SCOPARIA *arborea Syst. Veg. ed. nostr.* III. *p.* 106. CALLICARPA *paniculata Lam.* (*fid. Spreng. S. V. p.* 423 *qui* CHILIANTHUM *arboreum* dicit.)

OLEAM *europaeam* simulat. (Species adhuc quaedam novae ineditae.) Omnes a Capensibus *Wild Elder* seu *Wild Vlier* nominantur. *Burchell.* *In Promont. b. spei.* ♄.

n. 432. MITRACME. *)

Pag. 107. n. 4. MITRACME *canescens.* Addatur synonymon: MITRASACME *prolifera Sieb. Herb. nov. Holl. n.* 170.

Si valent diagnoses Brownianae, specimen nostrum *Herb. Sieb. l. c.* minime *prolifera*, licet characteres floris fere etiam in *canescentem* cadant. Quadrat enim ad amussim diagnosis *canescentis*, ut nil addendum, nisi altitudo speciminis nostri fere dodrantalis; folia 6-8 poll., vix lineam lata; pedunculi umbellae sessilis 2 poll.

Pag. 109. n. 15. MITRACME *pilosa.* Addatur synonymon: *Poiret Enc. Méth. illustr. Suppl. p.* 548. *t.* 913. *f.* 1.

n. 16 a. MITRACME *capillaris Wall.*; caule erecto, piloso; foliis lanceolatis, supra pilosis, basi membranâ angustâ ciliatâ connexis: superioribus approximatis, subquaternis; umbellis pedunculatis, plerumque compositis; calyce corollâ dimidio breviore, laciniis apice villosis; stigmate subintegro; capsulae apice exserto. *Wall.* in *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* I. *p.* 420.

Rad. fibrosa. Caulis capillaris, 3-6 poll., plerumque simplex, subcompressus. Folia patentia, acuta, ciliata, trinervia, sessilia, subtus glabra, 4-5 lin., internodiis longiora; superiora adeo approximata, ut fere verticillata. Umbella terminalis 3-4-radiata, radiis in pedicellos subdivisis, bracteis 2-3 lanceolatis, minutis, connatis sub divisionibus primariis. Cal. 4-fidus, laciniis lanceolatis, acutis, basi membranâ angustâ conjunctis. Cor. subcampanulata, subpubescens, alba, laciniis ovatis. Stam. inclusa: antherae oblongae, dorso filamentorum affixae. Germen ovatum, bicuspidatum. Stylus capillaris, persistens. Caps. ovata, glabra, apice dehiscens, aperturâ rotundâ intra stylos; valvae brevissimae, vix 1/3 longitudine capsulae, acutae, incurvae. Sem. minuta, albicantia. Affinis M. *connatae*, differt limbo breviore, segmentis corollae ovatis, stylo sub anthesi non integro. *Wall.* *In valle Nepala. Gardner.*

n. 433. CENTUNCULUS.

Pag. 110. n. 1. CENTUNCULUS *minimus.* Addatur synonymon: *Trattinn. Flor. austr.* Fasc. 21. *t.* 7. *Svensk Bot. t.* 610. *Smith Engl. Bot. p.* 217.

Obs. Cl. *Nutall gen. p.* 99. describit C. *minimum* caule simplici, subinde ramo ad basin solitario, obsolete angulato; foliis alternis, spathulato-ovatis, acutis; floribus subsessilibus, saepe 5-fidis, pentandris, et addit: „saepissime 4-6 poll.:" varietas forte europaeae speciei aeque ac CENTUNCULUS *lanceolatus*, qui ANAGALLIS *ovalis Fl. peruv.*

n. 2. CENTUNCULO *simplici* addatur synonymon: C. caule simplici, uni-bifloro; foliis ovalibus, basi angustatis. *Hornem. Fl. dan. t.* 1567.

In arenosis uliginosis prope Grenaae Jütland. ⊙.

*) Sic, nec MITRASACME dicenda, ut jam olim divum *Römer* monuimus.

Obs. Clo *Sprengel N. Entd. I. p. 70*, et *Wahlberg Fl. Gothoburg. p. 22*, nil nisi *minimi* varietas videtur.

n. 4. CENTUNCULUS *pentandrus*.

Obs. Clo *Sprengel* est ANAGALLIS *pumila* in S. V. *p.* 570, licet immortalis *Smith* in *Engl. Flor. p.* 217 laudet clm. *R. Brown*, „recte omnino“ ANAGALLIDEM *pumilam Sw.* ad CENTUNCULOS transtulisse.“

n. 433 a. CALANDRINIA.

n. 1. CALANDRINIA *caulescens Humb.* et *Bonpl.*; caulescens, ramosa; foliis alternis, subspathulato-lanceolatis, acutis; pedunculis axillaribus et oppositifoliis, unifloris, ebracteatis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. et spec. red. Kunth.* VI. *p.* 78. COSMIA *Domb. herb. Juss. gen. p.* 312.

Radix perpendicularis, tenuis, fibris creberrimis obsita. Caulis procumbens, ramosus, ramis alternis elongatis, adscendentibus et erectis, glabris, 8-9-pollicaribus. Folia petiolata, remota, inferne valde angustata, integerrima, obsolete uninervia, subcarnosa, plana, glabra, adjecto petiolo 15-20 lin., 2-2$^1/_2$ lin. lata. Flores axillares aut oppositifolii, solitarii, pedunculati, erecti, magnitudine floris *Portulacae oleraceae*; pedunculis 3 lin., ebracteatis, glabris, floriferis et fructiferis erectis. Calyx diphyllus, glaber, persistens, viridis; foliolis subrotundo-ovatis, acutis, concavis, apicem versus dorso carinatis, subaequalibus. Petala 3-5, hypogyna, oblonga, obtusa, aequalia, calyce breviora, glabra. Stamina 4-6 ibidem inserta, corollà breviora. Filamenta linearia, uninervia, diaphana, superne subulato-angustata. Antherae biloculares, in alabastro posticae, loculis oppositis longitudinaliter dehiscentibus, ad medium connexivo parvo connatis. Ovarium liberum, sessile, ovato-ellipticum, glabrum, uniloculare; ovula crebra (circiter 20-27), placentae centrali liberae, subconicae, per podospermia linearia affixa, subuniformia. Stylus terminalis brevis, cum ovario articulatus. Stigma clavato-capitatum, tripartitum, undique papillosum. Capsula oblonga, attenuato-acuta, trigona, calyce persistente obtecta, eumque aequans, laevis, glabra, albida, 1$^1/_2$ lin. longa, unilocularis, 3-valvis; valvis membranaceis concavis, aequalibus. Semina crebra, ovata, turgide lenticularia, ad hilum emarginata, obsoletissime tuberculata, nigra, nitida, magnitudine grani *Papaveris somniferi*. Integumentum exterius crustaceum, interius tenuissimum, fuscescens. Embryo teres, endospermio farinoso albo circumpositus. *Kunth.* *In regno Quitensi prope Chillo, villam contiguam planitiei Cachapambensi, prope urbem Mexici.* ☉.

n. 2. CALANDRINIA *acaulis Humb.* et *Bonpl.*; acaulis; foliis elongatis, linearibus, obtusis; pedunculis radicalibus unifloris, medio bibracteatis, folio dimidio brevioribus. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. et spec. red. Kunth* VI. *p.* 78.

Radix crassa, subfusiformis, rugulosa. Folia crebra, omnia radicalia, integerrima, plana, carnosa, enervia, glabra, basin versus margine membranacea et vaginantia, apicem versus parum dilatata, sub-4-poll., 1$^1/_2$-2 lin. lat. Pedunculi complures, glabri. Bracteae oppositae, anguste lineares, 1$^1/_2$ poll. Calyx diphyllus, glaber, persistens; foliolis ovato-oblongis, sub-

acuminatis, concavis, membranaceis, subaequalibus. Petala 4 (ex *Bonpl.*) hypogyna, obovato-oblonga, sessilia, subaequalia, ima basi connata (?). Stamina 6, basi petalorum inserta, iisque dimidio breviora. Filamenta tenuiter membranacea, uninervia, superne subulato-angustata, inferne dilatata, glabra. Antherae biloculares; loculi teretiusculi, utrinque obtusiusculi, longitudinaliter interne dehiscentes, glabri, flavidi, appositi, ad medium connexivo minuto conjuncti. Ovarium liberum, ovato-ellipticum, sessile, glabrum. Stylus terminalis, glaber, cum ovario articulatus. Stigma clavato-capitatum, tripartitum, undique papillosum. Capsula elliptica, membranacea, obtusa, magnitudine Pisi, glabra, calyce persistente corollâque marcidâ obtecta, illo brevior, unilocularis, trivalvis (ex *Bonpl.*) Semina circiter 42 placentae centrali affixa, ovato-subrotunda, turgide lenticularia, ad hilum laeviter emarginata, laevia, nitida, nigra, magnitudine seminis *Papaveris somniferi.* Integumentum exterius crustaceum, interius tenuissime membranaceum. Embryo teres, albidus, dicotyledoneus, endospermio centrali farinoso, albo, circumpositus. *Kunth.* *In humidis montis Rucu-Pichinchae regni Quitensis.* ♃.

n. 434. PLANTAGO.

Pag. 111. n. 1. PLANTAGO *major.* Addatur synonymon: *Wahlenb. Fl. ups. p.* 53. *Dict. Sc. Nat. Fasc.* 5. *Hayne getr. Darst. off. Gew.* V. 13. *Bigel. Fl. bost.* 33. P. fol. ovatis, multicostatis, subintegerrimis scapoque tereti glabriusculis, costis in petiolum confluentibus; calycibus obtusis, capsulae scissuram aequantibus; flosculis in spicam subimbricatis. *Wallr. Sched. crit. p.* 61. *Röhling Deutsch. Fl. Mert. Koch. p.* 800. *Smith Engl. Flor. p.* 213.

Patriae adde: ins. Helenae.

Obs. A *Wallroth l. c.* sequentes enumerantur varietates: „α. *megastachya;* fol. 5-12 costatis, subintegerrimis, rigidis, scapoque e basi declinata surrectis; flosculis in spicam longam dense imbricatis; operculo conico. *Pl. major* L. *Fl. Dan.* 461. (Huc ζ nostrum fide specim. bohem. *Mert.* et *Koch l. c.*) β. *leptostachya;* fol. 5-7-costatis, sinuato-dentatis, utrinque, petiolis scapoque erectiusculis illaque subaequantibus, pilosis; flosculis alternis in spicam laxe dispositis; operculo ovato. γ. *phyllostachya;* fol. 5-7-costatis, parce dentatis, glabris; bracteis foliaceis, subspathulatis, capsulas obtegentibus in spicam pyramidatam digestis. (γ nostrum l. c.) γ′. *rhodostachya* ζ. *Mert.* et *Koch l. c. p.* 801. (ε nostrum). γ″γ *polystachya Mert.* et *Koch l. c. p.* 802. (δ. nostrum). δ. *psilostachya;* fol. 3-nervibus, ovato-oblongis, brevibus; flosculis capsulisque exiguis in spicam gracilem congestis. ε. *brachystachya;* fol. ovatis, parce dentatis, trinervibus, erectis, flaccidis; scapo gracili illa subaequante; spicâ pauciflorâ ovato-oblongâ ex flosculis remotis laxe compositâ; operculo rotundo. PLANT. *minima Dec. S. V. ed. nostr. p.* 112. *n.* 4. ζ. *microstachya;* foliis ovatis, depressis, minutissimis; scapo illa subaequante, brevissimo, declinato; spicâ ovatâ, depauperatâ, ex flosculis 4-5 compositis." Cls. *de Schlechtendal Fl. berol. p.* 108 hujus 3 tantum adducit varietates: α. *maximam:* 1-2 ped. β. *vulgarem:* 4-12 poll. γ. *minimam:* 1-2 poll. Quid PL. *major* β *scopulorum Fries Fl. Halland*, etiam in *Wahlberg Fl. Gothoburg. p.* 20, qui ibidem etiam plura specimina scapo folioso legit? — *Sprengel S. V. p.* 433 huc instar varietatem trahit: PL. *sinuatam Lam.; subsinuatam Hornem.; Tabernaemontani Baumg.; hirtellam H.* et *B.*

Pag. 112. n. 3. Plantago *Tabernaemontani* eadem cum *asiatica* dicitur a Censore in *Diar. lips.* 1820 *n.* 10. *Clo Sprengel S. V. p.* 433 eadem cum *majore.*

n. 4. „Plantago *minima* deleatur; quia certissime lusus Plantaginis *majoris* in siccis proveniens." *Bertolon. in litt.* Idem videtur et clo *Wahlberg* in *Fl. Gothoburg p.* 20. Confer *Obs. ad* Pl. *majorem.*

n. 5. Plantago *uliginosa.* Addatur

Obs. Sprengel S. V. p. 434 *uliginosam* jungit cum *Brutia*, plantas et patriâ et statione et formâ diversas.

Pag. 113. n. 6. Plantago *asiatica.* Addatur synonymon: Plantago *depressa Willd.* (*S. V. ed. nostr. p.* 122. *n.* 32) fide *Link Enum. alt. p.* 122, cui nonnisi staturâ minore et foliis supra saepe sparsis distincta.

Obs. Cls *Sprengel S. V. p.* 433 huc (praeter *depressam* W. s. *virginicam Gis.*) trahit, fors nimis compendiose: Pl. *exaltatam Hornem.*; *cordatam Lam.* (*Kentuckensem Mich.*); *glabram Nutt.*; *erosam Wall.*

n. 7. Plantago *Cornuti.* Addantur synonyma: *Moretti Giorn. di Fis. Dec.* II. *T.* V. *p.* 52 et *Bibl. ital.* 1818. *N.* 35. *p.* 233 et, hoc teste: Pl. *adriatica Campan. Cat. Hort. ferrar. p.* 22. Pl. fol. crassis, ovatis, utrinque angustatis, integerrimis, nitidis, glabris; scapo tereti; spicâ elongatâ; bracteis calyce brevioribus. *Bertolon. Am. Ital. p.* 239. Pl. *maxima Ruching. Fl. Lid. Ven. p.* 45. (nec (*Hort. Kew.*). Pl. maxima, latifolia, glabra, spicâ longiore, purpurascente. *Zannich. Ist. d. piant. Venet. p.* 212. *t.* 75. *Ginnan. Stor. Rav. p.* 190. Pl. *Gouani Spreng. S.* V. *p.* 433. Pl. *gracilis Hortul.*

Folia acuta et obtusa, 7-9-nervia. Spica cylindraceo-subulata, basi laxiflora. Segmenta corollina minuta, lanceolata, acuminata. *Bertol. l. c.* *Ad littora maris prope Aquilegiam et littora Adriae Moretti.* 1809.

n. 8. Plantago *Brutia.* Infauste huc traxit *Sprengel S.* V. *p.* 434 *uliginosam.*

Pag. 114. n. 8. Plantago *exaltata.* Addatur synonymon: *Link Enum. alt. p.* 120. Pl. *asiatica* var. *Spreng. S.* V. *p.* 433.

n. 10. Plantago *cordata.* Addatur synonymon: *Nutt. Gen. p.* 100. Pl. *asiatica* var. *Spreng. S.* V. *p.* 433.

Pag. 114 n. 11. Plantagini *sinuatae* addatur cum? synonymon: Plantago *major*; acaulis; foliis petiolatis, ovatis, obtusiusculis, sinuato-dentatis, septemnerviis, glabris; spicis cylindraceis, densis; pedunculo glabro, folium superante;

laciniis calycinis ovatis, obtusis, glabris, corollinis acutis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. et spec.* 2. *p.* 187 a quibus huc cum? ducitur Plantago *sinuata Lamarck. ill. p.* 1339. Liantin incolarum.

Planta peruviana a Plantagine *majore Linn.* nullo modo diversa videtur. Planta caracasana eadem est, ac P. *sinuata Lam.* An P. *sinuata* a P. *majore Linn.* ut species distincta, aut tantum P. *majoris* varietas? *) Descriptio plantae *caracasanae:* Herba acaulis. Folia petiolata, ovata, obtusa, basi subangustata, margine sinuato-dentata, reticulato-5-nervia, membranacea, utrinque glaberrima, 6-7-poll., 5 poll. lata. Petiolus canaliculatus, glaber, longitudine fere folii. Spicae cylindraceae, graciles, 4-5 poll., pedunculatae. Pedunculus teres, glabriusculus, striatus. Calycis laciniae oblongae, obtusae, concavae, margine membranaceae, glabriusculae. Corollae laciniae ovatae, acutae. Capsula oblonga, loculis polyspermis (nec hexaspermis.) *Kunth.* *Crescit in Peruvia juxta Guancabamba et prope Caracas in cultis.* alt. 450—1000 hex. ♃.

n. 11 a. Plantago *hirtella H. et B.;* foliis sessilibus, subobovatis, acutis, basi angustatis, remote dentatis, subquinquenerviis, (utrinque) hirtellis; spicis cylindraceis; floribus densis, inferioribus paulo distantibus; pedunculis pilosiusculis, folia superantibus; laciniis calycinis ovatis, glabris, corollinisque acutis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 187. *t.* 127.

Herba acaulis. Radix fibrosa. Folia radicalia conferta, solo adpressa, reticulato-sub-5-nervia, nervis 3 interioribus subtus prominentibus, exterioribus obsoletis, membranacea, pollicem et paulo latiora. Spicae complures, adscendentes. Pedunculi 2-3 poll., teretes? Flores sessiles, dense imbricati, inferiores bracteâ minutâ, lanceolatâ, acutâ, carinatâ, dorso hirtellâ, margine diaphanâ, calyce breviore. Cal. 4-partitus, laciniis margine diaphanis, subaequalibus. Cor. tubo calycem vix aequante; limbo 5-partito; laciniis ovato-oblongis. Capsula ovata, calyce persistente et corollâ marcidâ tecta, laevis, glabra, obtusa, basi styli umbilicata, bilocularis, loculis dispermis. Semina oblonga, hinc convexa, inde plana, peltata, fusca. Endospermium semini conforme, carnosum. Embryo (sed inversus) axalis. Radicula infera. Cotyledones foliaceae, oblongae, obtusae. *Kunth.* *Crescit in Regno Peruviano.* ♃.

Obs. *Sprengel S.* V. *p.* 433 hanc jungit cum *majore* et *sinuata*, in quo sane nimius.

n. 12. Plantago *maxima.* Addatur synonymon: *Link Enum. alt. p.* 114. *Nutt. gen. p.* 100.

Pag. 115. n. 14. Plantago *media.* Addatur synonymon: *Wahlenb. Fl. ups. p.* 54. *Hayne off. Gew.* V. 14. *Smith Engl. Bot. p.* 214. ε. fol. lanceolatis, erectis;

---

*) Sic videtur etiam clo *Sprengel S.* V. *p.* 433.

scapis pubescentibus, sub spica fere incanis. *Dumont d' Urville Enum. pl. orient. p.* 17.

ε. in pascuis Tauriae prope Kerch. An species distincta?

n. 14 a. PLANTAGO *camtschatica Link;* foliis oblongis, denticulatis, 3-nervibus, pilosis; scapis adscendentibus, angulatis, hirtis; spicâ cylindricâ, densâ, basi laxâ; bracteis ovatis, obtusis, calyce brevioribus, margine membranaceis, glabris. *Link Enum. alt.* p. 120.

Folia in petiolum attenuata, 4 poll., 1-2 poll. lata, supra pilis sparsis, subtus densioribus, praesertim in nervis. Scapi 4-5 poll.. Spica 1-2 poll.. *Link. In Camtschatca. De Chamisso.*

n. 15. PLANTAGO *lanceolata.* Addatur synonymon: *Hayne off. Gew. V.* 15. *Bigelow Fl. Bost. p.* 34. *Bertolon. Amoen. p.* 128. *Wahlberg Fl. Gothoburg. p.* 21. *Wahlenb. ups. p.* 54. *Röhling Deutsch Fl. Mert. Koch p.* 803. *Smith Engl. Flora p.* 214.

Obs. Cli *Mertens* et *Koch* distinguunt varietates: *β. sylvaticam* (nostrum ε, quod minime ad *altissimam*, ut videtur clo *Decandolle*); *γ sphaerostachyam* (nostrum ϑ); *δ lanuginosam* (nostrum ζ, quod cum η conjungunt); denique γ et δ nostrum. ζ nostrum, PL. *lanceolatam lanuginosam*, ad PL. *eriophoram* spectare monet *Censor Diar. Lips.* Anne haec PL. *lanceolata β lanuginosa Boenninghaus. Fl. Monast. p.* 44 qui etiam *polystachyam* habet? PL. *lanceolata β. altissima Fries Fl. Halland.* et *Wahlb. Fl. Gothoburg. p.* 21 nostrum ε videretur nisi lecta in cultis. An PL. *lanceolata γ graminifolia Wahlb. Fl. Gothob. p.* 21 nostrum β? „Scapus 3-ped., erectus, lanâ densâ basi cinctus. Folia scapo dimidio breviora, exacte graminea, longe pilosa, integerrima, trinervia, minime carnosa. Spica ovata.“ *Wahlb. l. c. De Schlechtendal Fl. berol. p.* 109. 3 hujus adducit varietates: *α. erectam;* pedunculis foliisque lato-lanceolatis glabriusculis, erectis. *β. communem;* pedunculis erectis; foliis lanceolatis procumbentibus, magis minusve pubescentibus, basique villosis; spicâ conico-ovatâ. *γ. minorem;* pedunculis adscendentibus, foliis lanceolatis, procumbentibus, basi villosis; spicâ rotundato-ovatâ. Cls. *Richardson, Bot. App. to Franklin* p. 4, notat *lanceolatae* varietatem bracteis obtusissimis, foliis late lanceolatis glabriusculis; sed cum?

Pag. 116. n. 17. PLANTAGO *eriophora.* Addatur.

Obs. Huc *Censor Lipsiens.* ducit PL. *lanuginosam*, s. PL. *lanceolatam* ζ nostrum, δ *Mert. et Koch.*

Pag. 117. n.*18. PLANTAGO *montana.* Addatur synonymon: *Röhling Deutsch. Fl. Mert. Koch. p.* 804.

Obs. Cli *Mertens et Koch* (etiam *Sprengel S. V. p.* 434, cui *alpina Vill.* hujus quoque videtur loci) nobiscum huc ducunt instar synonymi PL. *atratam Hoppe*, et adhuc *sphaerocephalam Poiret* (*S. V. ed. nostr. p.* 120. *n.* 25); *sed Censor Diar. Lips.* 1820 *n.* 20 huc potius PL. *capitatam Hoppe* trahit, quam *Mert.* et *Koch* ad *sericeam. Bertoloni* vero in litteris eandem prorsus delere jubet, quia illi varietas *alpinae*, quam confer. Immortalis tamen *Smith Engl. Flora p.* 216 monet ad *maritimam:* „divum *Ray* specimina *maritimae* cum PL. *nigricante Reyn.* commutasse, quam *Haller* cum *lanceolata* confundebat, et alii cum *alpina* confundunt.“

Pag. 118. n. 20. PLANTAGO *altissima.* Addatur.

Obs. PL. *altissima Jacq.* clis *Seb. et Maur. prodr. Fl. rom. p.* 76 nonnisi *lanceolatae β* est, scapo 3-4-pedali; spicâ subcylindricâ; foliis dentatis: varietas luxurians in solo humidiore, omnibus partibus magis explicatis. His consentit cls *Bertoloni in litt.* et amiciss. *Rochel*, qui culturâ 4-5 annorum transivisse eandem in *lanceolatam*. Fide *Steudel* huc PL. *sylvatica H. Mart.* Minime sane huc spectat a *Sprengel S. V. p.* 434 huc tracta PL. *Schotti* s. *dalmatica Schott.*

20 a. PLANTAGO *attenuata Wall.*; foliis lanceolatis, obtuse-acuminatis, utrinque attenuatis, denticulis raris remotis, glabris, quinquenervibus, in petiolum brevem decurrentibus, basi lanatis; scapo pentagono, sulcato, foliis multo longiore, pilis appressis; spicâ cylindricâ, densâ; bracteis acuminatis; calyce tetraphyllo, ciliato. *Wall. in Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 422.

Rad. crassa, fibris longis cinereis, lanâ albâ ad insertionem petiolorum. Folia 3-4 poll., poll. lata, subobliqua, acumine brevi cylindrico subincrassato, denticulis glandulosis, retusis; petiolo brevi plano striato. Scapi plures, erecti, graciles, 1-3 ped., juniores pilis griseis. Spica 1-3 poll., floribus cinereis imbricata. Bracteae membranacae, ovatae, acuminatae, glabrae, carinatae. Cal. foliolis 4 inaequalibus, subtransparentibus, obsolete ciliatis, apice pilis paucis, albis. Cor. tubulosa, laciniis ovatis, acutis, reflexis, fauce prominulâ. Stylus longissimus, villosus. Affinis *eriostachyae* et *altissimae Jacq*, a priore glabritie foliorum, formâ spicae, bracteis glabris, ab hac scapo piloso, bracteis acuminatis, calyce ciliato diversa: vicina quoque *lanceolatae* et *eriophorae*. *Wall.* *Circa Katmandu. Gardner.*

20 b. PLANTAGO *erosa Wall.*; foliis ovato-lanceolatis, utrinque attenuatis, acutis, grosse et inaequaliter repando-dentatis, glabris, subciliatis, 5-nervibus; petiolis brevibus, basi lanatis; scapo adscendente, compresso, obsolete angulato et piloso, folia subaequante; spicâ gracili longitudine scapi; floribus distinctis, basin versus remotiusculis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wal.* 1. *p.* 423. *n.* 3. PL. *asiatica* var. *Spreng. S. V. p.* 433.

Rad. e fibris copiosis subsimplicibus, e quarum collo cespites plures foliorum. Folia 3 fere poll., sinuata, dentibus triangularibus. Petioli folio breviores, basi dilatati, intus lanati. Scapus gracilis, junior villosus. Spica teres, erecta. Flores plerumque gemini. Bracteae ovatae, membranâ marginatae, costâ viridi, calyce breviores. Stylus villosus. Caps. ovato-oblonga, seminibus fuscis complanatis pluribus. *Wall. l. c.* *In Nepala cum attenuata.*

n. 21. PLANTAGO *Schottii.* Addatur.

Obs. Minime huc spectat PL. *altissima,* ad quam *Sprengel S. V.* p. 434. PLANT. *Schotti* duxit. Noverat sane Jacquini Hortulanus oculatissimus ipsius Jacquini plantas, quas per tot annos coluit.

n. 22. PLANTAGO *Lagopus.* Addatur synonymon: PL. scapo subtereti, piloso; spicâ ovatâ, lanatâ; fol. lanceolatis, subdentatis, nervosis, pilosis, basi lanuginosis. *Seb.* et *Maur. prodr. Fl. rom. p.* 76. Pl. angustifolia minima massiliensis Lagopi capitulo. *Tournef. inst. r. h.* 127., fide *Vaill. Herb.* apud *La Peyr. Fl. pyr. Suppl. p.* 26.

β. PL. *eriostachya Tenore Lehm. ind. sem. hort. Hamb.* 1824.

Scapus in planta robustiore leviter sulcatus. Folia nervis 5 validioribus.

Obs. *Sprengel* S. V. p. 435 huc trahit *eriostachyam Ten.*, *intermediam Lapeyr.*, *arvensem Presl*, et *lusitanicam* L. cum?

Pag. 119. n. 22 a. PLANTAGO *intermedia*. Addatur synonymon:

Plantago eriostachya Tenor. (fid. *Sprengel* S. V. p. 435.)

n. 22 b. PLANTAGO *eriostachya*. Confer *Obs.* ad *Pl. pseudo-lusitanicam*, *Lagopoda*, *intermediam*.

Pag. 120. n. 23. PLANTAGO *Purshii*. Addatur synonymon: PLANTAGO *gnaphaloides Nutt. gen. p.* 100. *Sprengel S. V. p.* 435. PL. *velutina Poir.* (ut videtur clo *Steudel.*)

Cal. rigidus, stamina inclusa. *Nutt.* *In collibus altis, lapidosis ad confluvium Jauke* et *Missouri.*

n. 23. a. PLANTAGO *pusilla Nutt.*; pube minutâ; foliis linearibus, integerrimis, basi angustatis, subcarnosis, scapo tereti, filiformi brevioribus; spicâ subcylindricâ interruptâ; calyce rigido; bracteis ovatis acutis; staminibus inclusis. *Nutt. gen.* p. 100.

1-3 poll. *In collibus aridis salsis Missouri.* ⊙.

n. 25. PLANTAGINI *sphaerocephalae* addatur:

Obs. Excell. Comes a *Sternberg* monet PLANTAGINEM *alpinam Jacq. t.* 125 s. Holosteum hirsutum nigricans *Bauh. pin.* 190 esse omnino PLANTAGINEM *nigricantem Hoppe*, quae ergo synonymon PL. *sphaerocephalae*, quam *Sprengel* cum aliis ad *montanam* trahit.

n. 26. PLANTAGO *lusitanica*. Addatur synonymon: *Link Enum. alt. p.* 120.

„Spica pilis longis tecta. *Linnaei* planta folia habuit parum longiora; hinc PLANTAGO *pseudolusitanica Roem. Schult.* p. 121. n. 27 non diversa. PLANTAGO *Lagopus Linn.* et nunc mihi non diversa videtur." *Link* l. c. PL. *lagopodioides* fol. lanceolatis, nervosis, denticulatis; spicâ ovatâ, villosissimâ; scapo angulato, *Schrank Münch. Abh.* 1813 *p.* 71, huc trahi solita, ipsi auctori *lanceolatae* et *amplexicaulis* hybrida videtur. Vidimus etiam eandem asservari in Herbariis antiquis nomine *villosae.* Clo. *Sprengel* S. V. p. 439. PL. *lusitanica* eadem ac *vaginata*; p. 435 vero *lusitanicam* cum? ducit ad PL. *Lagopoda.*

Pag. 121. n. 27. PLANTAGO *pseudo-lusitanica*. Addatur.

Obs. C. B. *Presl* in *Delic. prag.* I. p. 69. P. *pseudo-lusitanicam* et *eriostachyam Tenor.* (*S. V. ed. nostr. p.* 119. *n.* 22. b) sub nomine P. *arvensis* sequente charactere contrahit: P. foliis lanceolato-ovatis, denticulatis, quinquenerviis, basi lanatis; scapis adscendentibus, angulatis; spicâ ovatâ, villosâ; bracteis acutis, nigris, calyce membranaceo longioribus. α) Foliis lanceolatis et lanceolato-ovatis. β) Foliis lineari-lanceolatis. P. *eriostachya Tenor.* γ) Foliis lato-lanceolatis; spicâ cylindraceâ. P. *pseudo-lusitanica S. V. ed. nostr. l. c.* δ) Scapo glabro. Planta polymorpha, omnibus partibus varians; nunc 2-3 poll. foliis angustis (P. *eriostachya Ten.*; nunc pedalis, foliis late lanceolatis, spicis cylindraceis (P. *pseudolusitanica*); nunc undique, praesertim basi, villosa lanatave; nunc scapis glabris, foliis glabriusculis; characteres dati tamen semper constantes, et his facile ab affinibus P. *Lagopode* et *lusitanicâ* distinguitur. In *arvis arenosis Neapolis et Panormi Siciliae.* ⊙. *Sprengel* S. V. *p.* 435 hanc *arvensem* eandem dicit, ac *Lagopoda.*

n. 28. PLANTAGO *nutans* a *Sprengel* ad *victorialem* haud fauste trahitur.

n. 29. a. PLANTAGO *glabra Nutt.*; foliis ovatis, denticulatis, glabris; scapo gracili, subcompresso, foliis subaequali; floribus sparsis; bracteis ovatis, acuminatis. *Nutt. gen. p.* 100. PL. *asiatica* var. *Spreng. S. V. p.* 433.

In aridis prope Castr. Mandan.

n. 30. PLANTAGO *virginica.* Addatur synonymon: *Link Enum. alt.* p. 122. PL. *connivens Mönch.*

Folia, bracteae, calycesque pilis brevibus.

Obs. Haec, et *gnaphaloides* (i. e. *Purshii*), et *pusilla, aristata, elongata, glabra,* monente *Nutall gen.* p. 100. staminibus non exsertis, capsulâ biloculari, dispermâ, acaules.

Pag. 122. n. 31. PLANTAGO *caroliniana.* Addatur synonymon: *Nutt. gen.* p. 100.

n. 32. PLANTAGO *depressa Willd.* fide *Link* eadem cum *asiatica.*

n. 33. PLANTAGO *sparsiflora.* Addatur synonymon: *Nutt. gen. p.* 100. *).

n. 34. PLANTAGO *oliganthos.* Addatur synonymon: PL. *pauciflora Nutt. gen.* p. 100 **).

Pag. 123. n. 35. PLANTAGO *saxatilis.* Addatur synonymon: *M. a Bieb. taur. c. Suppl.* p. 111. *Link Enum. alt.* p. 120.

Bracteae medio virides, pilosae, margine lato membranaceo. PL. *argentea Vill.* secundum specimina a *Bellardi* missa vix differt. *Link.* Stylum semper longe exsertum in meis video. *M. a Bieb.* l. c.

n. 37. PLANTAGO *sericea.* Addatur synonymon: *Link Enum. p.* 121. *Röhling Deutsch. Flor. Mert. Koch. p.* 805.

„Habitu *saxatili* simillima: differt bracteis glabris, longe ciliatis. *Bertoloni Amoen.* p. 338 cum hac jungit P. *Victorialem Decand.* et *argenteam Vill.* „*Link. Mert.* et *Koch l. c.* et *Sprengel* S. V. p. 435 huc trahunt *capitatam Hoppe.* An re verâ huc Pl. *decumbens Forsk.* et *Delil.*, ut videtur clo *Steudel?*

Pag. 124. n. 38. PLANTAGO *albicans.* Addatur synonymon: PL. *albicans Cav. ic.* 2. *p.* 21. *t.* 124. *Descripcion p.* 342. PL. *ovata Forsk.* (*S. V. ed. nostr.* p. 125 n. 41) fide *Delile.*

Obs. PLANT. *albicans Schousb. W. herb.* pedunculis elongatis alia planta videtur, cum sub nomine *velutinae Poir.* cum *argentea Tenor.* a *Sprengel S. V.* p. 439 inter *caulescentes* ponatur.

n. 38 a. PLANTAGO *nubigena Humb.* et *Bonpl.*; acaulis;

*) **) *Pursh* et *Nutall* has species distinxerunt, et tamen *Sprengel S. V. p.* 435 *oligantham* eandem dicit cum *sparsiflora; p.* 438 vero ad *elongatam* traxit *oligantham.*

caespitosa: foliis sessilibus, anguste linearibus, acutis, niveo-sericeis; spicis subrotundis, paucifloris; pedunculo (albo) sericeo, foliis breviore; laciniis calycinis oblongis, sericeis, corollinisque acutis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II *p.* 185 *t.* 126. *f.* 1. PL. *frigida*; foliis lineari-subulatis, sericeo-villosis; spicâ ovatâ, subtriflorâ. *Reliqu. Willd.* Ms. (qui ex alpibus Peruviae ab ill. de *Humboldt*).

Radix fibrosa, apice crassa, rudimentis foliorum marcidorum tecta. Folia crassa, integerrima, pollicaria. Spicae subrotundae, ovatae, 3-5-florae, pedunculatae. Pedunculus teres, semipollicaris. Bractea ad basin cujuslibet floris ovata, concava, acuta, sericea, calyce vix brevior. Cor. laciniis ovatis. Capsula elliptica, glabra; loculis monospermis. Semina oblonga, hinc convexa, inde plana, nigra. *Kunth.* *Crescit cum rigente.* PLANTAGINI *albicanti Linn. affinis.* ♃.

n. 38 b. PLANTAGO *nivea Humb. et Bonpl.*; acaulis; foliis petiolatis, anguste linearibus, acuminatis, basi in petiolum angustatis, niveo-lanatis: spicis oblongis; pedunculo (albo) lanato, foliis longiore; laciniis calycinis ovatis, (externe) lanatis corollinisque obtusis. *Humb. et Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. p. 185.

Radix perpendicularis, fibrosa. Folia cespitosa, integerrima, 2-poll., petiolus canaliculatus, albo-lanatus. Spicae densae, ½ poll.. Pedunculus teres, strictus, 2-3 poll. Bractea ad basin cujuslibet floris ovata, acuminata, concava, lanata, calyce vix brevior. Calycis laciniae obtusae, ciliatae. Corollae laciniae subrotundae, obtusae. Capsula loculis monospermis. Semina oblonga, hinc convexa, inde plana, fusca. *K.* *Crescit in Regno Mexicano prope Guanaxuato et fodinam Comitis de Valenciana*, alt. 1200 hex. ♃.

Obs. An huc PL. *nitida*; fol. subulatis, argenteis; scapo pubescente vix brevioribus; spicâ globosâ, lanatâ. *Reliqu. Willd. Ms.* ex America merid. ab ill. *de Humboldt?*

n. 38 c. PLANTAGO *multiceps Humb. et Bonpl.*; acaulis; radice multicipite; foliis sessilibus, (anguste) linearibus, obtusis, argenteo-sericeis, spicis ovatis, cernuis; pedunculo compresso, sericeo, foliis longiore; laciniis calycinis glabris, apice ciliatis corollinisque subrotundis, obtusis. *Humb. et Bonpl. nov. Gen. Spec.* II. *p.* 186. Pl. foliis linearibus, scapisque sericeis; spicâ ovatâ pauciflorâ. *Reliqu. Willd.* Ms.

Radix crassa, lignosa, perpendicularis. Folia cespitosa, integerrima, pollicaria aut ½ poll. Spicae subrotundo-ovatae, densae, pauciflorae. Pedunculus erectus, 2 poll. Bractea ad basin cujuslibet floris ovata, acuminata, concava, ciliata, calyce vix brevior. Calycis laciniae subrotundae, margine membranaceae. Capsula loculis monospermis? *K.* *Crescit prope Poluca Mexicanorum.* ♃.

Pag. 124. n. 39. PLANTAGO *cylindrica.* Addatur synonymon (sed cum?):

PLANTAGO *setosa Clarke;* foliis linearibus, planis, setoso-hispidis; scapis canescentibus; spicis cylindricis; corollae laciniis ovatis; stylis pubescentibus, longissimis. *Clarke Reisen* III in *Sprengel N. Entd.* III p. 163 (fide *Spreng.*)

Obs. PLANTAGO *argentea Sieb.* omnino *cylindrica* est; sed in hanc minime cadit diagnosis *setosae*, quam etiam in *S. V. p.* 439 non huc ducit *Sprengel*, qui *cylindricam caulescentes* inter posuit.

Pag. 125. n. 40. PLANTAGO *parvula.* Excludatur synonymon *Cavanill.*, omnino ad *albicantem* spectans.

n. 41. PLANTAGO *ovata* est, fide *Delile*, omnino *albicans.*

Pag. 126. n. 42. Post PLANTAGINEM *patagonicam* ponatur:

n. 42 a. PLANTAGO *bicarinata Meyer;* foliis linearibus, subcanaliculatis, integerrimis, pubescenti-hirtis; spicis cylindricis; bracteis obovatis calyce (duplo) brevioribus. *Meyer Essequeb. p.* 88.

Suffruticosa, pilis brevibus patentibus incanis pubescenti-hirta. Rad. crassa, horizontalis vel oblique descendens, inter squamas ad collum lanâ brunescenti-canâ. Folia cespitosa, adscendentia, exteriora procumbentia, crassiuscula, breviter acuminata, basi dilatata, membranacea et se invicem amplectentia, 2-3 poll., lin. 2-3 lata, trinervia. Scapi adscendentes, fructiferi 5 poll., teretes, laeves. Spicae 2 poll., pennâ gallinaceâ paulo crassiores, cylindraceae, obtusae, compactae. Bracteae acutiusculae, uti calyx et corollae tubus hispidulae. Cal. profunde 4-partitus, laciniis omnibus extrorsum spectantibus: intermediis 2 elliptico-oblongis, obtusis, albo-marginatis, lateralibus paulo longioribus, acutiusculis, carinâ marginibusque exterioribus membranaceis. Cor. calyce paulo longior, fauce contracta, limbi laciniis reflexis, ovatis, acutis, glaberrimis. Stigma pubescens. Caps. conica, superne punctata et margine crassiusculo cincta. Semina 2 oblonga, obtusa, compressiuscula, rufescentia. P. *patagonica* differt bracteis flore longioribus, lanceolato-linearibus, seminibusque acutis. M. l. c. *In arenosis.* ♃.

n. 42 b. PLANTAGO *mexicana Link;* foliis lanceolato-linearibus, integerrimis; pilis sparsis; scapis erectiusculis, teretibus, basi pilosis; spicâ cylindricâ, densâ; bracteis lineari-lanceolatis, obtusis, carinâ pilosis. *Link Enum. alt.* p. 121.

Folia in petiolos attenuata, 6-8 poll., 2 lin. lata, longe acutata, 3-nervia, basi pilis longis; scapi pedales, juniores cum spicis toti villis albis (in adultioribus sparsis) tecti. Spica pollicaris, bracteis calyce aequalibus aut paulo longioribus, carinâ latâ, viridi, hirsutâ, marginibus angustis, glabris. *Link.* *In Mexico.* D. *Alaman.*

n. 44. PLANTAGO *Victorialis.* Addatur synonymon:

Pl. foliis lanceolato-linearibus, utrinque attenuatis, 3-5-

nervibus, subintegerrimis, scapoque albo-villosis; spicâ globosâ; bracteis lanceolatis, acuminatis. *Bertolon. Amoen. p.* 338. (qui huc praeter *argenteam Vill.* etiam *sericeam Kit.* laudat, quae sane diversa).

Folia utrinque valde attenuata, integerrima, subinde laxe denticulata, in alpestribus siccis passim angustiora, 3-nervia, varia longitudine, subinde pedalia. Scapus foliis longior, etiam $1^1/_2$ ped. Bracteae margine et apice albo-scariosae. Corollae segmenta ovato-lanceolata, acuta. Stam. alba, exsiccatione rosea. Tota villositate albâ, brevi, adpressâ, rarâ, subsericeâ. *Bertol.*

Obs. Etiam *Sprengel* S. V. p. 435 huc trahit, praeter Pl. *argenteam Vill.*, (*holosericeam Gaud.*) *nutantem Lam.* et *pilosam Kit.* (quam Kitaibelianas inter non invenimus).

n. 44 a. Plantago *Raddiana;* foliis lanceolatis, denticulatis, spicâque oblongâ, angulato-subtetragonâ hirsutis. Pl. *lanata.* An Pl. *victorialis var.? Raddi Osser. sull isola di Madera p.* 11.

Differt a Pl. *victoriali*: foliis totis lanâ densâ, longâ, albidâ tectis: scapis distincte semperque quadrangularibus. *Raddi. In Madeira et circa Florentiam in Monte de' Vecchi, e Careggi.* Nomen mutandum, cum jam olim fuisset Pl. *lanata.*

n. 45. Plantago *holosericea* a *Sprengel S. V. p.* 435 ad *victorialem* trahitur.

n. 46. Plantago *microcephala.* Addatur synonymon: *Link Enum. alt. p.* 121.

Bracteae ut in Pl. *saxatili;* at planta minor, annua. Spicae breves, densae. *Link.* Si *microcephala Poir.* omnino eadem, quae *villosa Mönch*, tunc nomen antiquius restituendum foret. Sub hoc quoque nomine *Sprengel S.* V. *p.* 439. eandem exhibuit.

Pag. 127. n. 47. Plantago *Bellardi.* Addatur synonymon: Pl. hirta; scapo tereti; spicâ oblongo-ovatâ; bracteis subulatis flore longioribus; fol. lineari-lanceolatis, subnervosis. *Savi Bot. etrusc.* 2. *p.* 94. *Seb. et Maur. Fl. rom. prodr. p.* 76. *Link Enum. alt. p.* 121.

A *microcephala* bracteis nervo viridi, crasso, in acumen excurrente distincta. *Link.*

Obs. Cli *Sebast.* et *Maur.* huc ducunt instar Synonymorum: Pl. *pilosam Lam.* (et quidem recte, possidemus enim Pl. *Bellardi* nomine *pilosae* insignitam ex *Herb. Candol.*) et Pl. *pilosam, β. Holosteam Lois.*. An huc Pl. *lanata*; fol. lanceolato-linearibus, subdentatis, lanatis; scapo compressiusculo; spicis ovatis. *Lagasc. y Rodriguez Anal. de Cienc.* T. V. p. 269? Huic: Rad. fibrosa, obscura; folia acuminata, pollicaria et $1^1/_2$ poll., 2-3 lin. lata; spica fuscescens. Bracteae concavae, scariosae, plus minus rotundatae. Laciniae corollae ovatae, acuminatae. Plantago *Bellardi* a clo *Sieber* Caneae in Creta lecta non huc, sed ad Pl. *pilosam Cav.* spectat, cujus specimina in Hispania lecta clo *Dufour* debemus. Non intelligimus ergo, quomodo *Sprengel* S. V. p. 436 Pl. *pilosam Lam.* et *pilosam Cav.* cum *pygmaea Lam.* sub Pl. *Bellardi* conjungere potuisset.

Pag. 128. n. 50. Plantago *pilosa* clo *Spreng. S. V. p.* 436 eadem ac Pl. *Bellardi.*

Pag. 129. n. 51. PLANTAGO *velutina* iterum a *Spreng. S. V. p.* 439. *argentea Tenor.* dicitur, additurque: PL. *albicans Schousb.*, atque *caulescentes* inter ponitur.

n. 53. PLANTAGO *cretica.* Addatur synonymon: PLANTAGO *Catananche Clarke;* foliis lanceolato-linearibus, ciliatis, pilosis: spicâ subrotundâ, erectâ; scapo brevissimo bracteisque lanatis. *Clarke Reis.* III. apud *Spreng. N. Entd.* III. p. 164. *S. V. p.* 437. Catananche I. *Diosc. Clus. hist.* 2. 112.

Sprengel S. V. l. c. huc sine dubio trahit PL. *decumbentem Forsk.*: quam *Delile* ad *sericeam* spectare monet. Olim *eriostachyam* cum? huc traxit *Sprengel.*

Pag. 130. n. 57. PLANTAGO *graminea.* Addatur:

Obs. Fide speciminis ab ipsissimo *Decandolle* missi nil aliud quam *maritima β. dentata* nostra: *Mert.* et *Koch* in *Röhlings Deutsch. Fl.* p. 808. Etiam cls *Bertoloni in litt.* nos monuit speciem hanc, utpote lusum PL. *maritimae*, prorsus delendam esse. At perstat *graminea* culturâ characteribus a clo. *Lamark* datis. PL. *alpina Sieb.* omnino *graminea* est.

n. 57 a. PLANTAGO *xorullensis Humb. et Bonpl.;* acaulis; foliis petiolatis, linearibus, acuminatis, basi in petiolum angustatis, striatis, supra glabris, subtus pilosiusculis; spicis cylindraceis; pedunculo adpresso-piloso, foliis duplo longiore; laciniis calycinis (externe) pilosis, corollinisque obtusis. *Humb. et Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 186. PL. *graminea;* foliis linearibus, pilosis, basi in petiolum attenuatis; scapo tereti pubescente; spicâ cylindraceâ. *Reliqu. Willd. Ms.* (qui e *Peruvia* ab *Humb.*).

Affinis PL. *gramineae Lam.* Radix perpendicularis, fibrosa. Folia caespitosa, integerrima, juniora utrinque hirsuta, 4-6 poll., adjecto petiolo. Pedunculus teres, erectus, pedalis, adpresso-pilosus. Bractea ad basin cujuslibet floris ovata, acuta, margine membranacea, concava, pilosa, calyce duplo brevior. Calycis laciniae ovatae, margine membranaceae, concavae, ciliatae. Corollae laciniae subrotundae. Capsula oblonga, loculis monospermis. Semina oblonga, hinc convexa, inde plana, fusca. *Crescit in monte ignivomo Xorullo,* alt. 580 hex. (Nova Hispania) ♃.

n. 57 b. PLANTAGO *linearis Humb. et Bonpl.;* acaulis; foliis sessilibus, linearibus, apice angustatis, obtusis, striatis, glabris; spicis oblongo-cylindraceis; pedunculo foliis longiore, piloso; laciniis calycinis oblongis, (glabris aut externe) pilosiusculis, corollinisque obtusis, subrotundis. *Humb. et Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 186. PL. *eriorhiza;* fol. linearibus, acuminatis, basi lanatis; scapis apice hirtis, spicâ ellipticâ. *Reliqu. Willd. Ms.* (fide *Spreng. S. V. p.* 142).

Affinis *xorullensi:* variat magnitudine spicisque ovatis et linearibus. Radix perpendicularis, fibrosa. Folia cespitosa, basi saepius lanâ ferrugineâ, 4-5 poll.. Spicae cylindraceae, pollica-

res. Pedunculus teres erectus, 5 - 9 poll. Bractea oblonga, concava, acutiuscula, externe pilosiuscula, calyce vix brevior. Calycis laciniae concavae, margine membranaceae. Capsula loculis monospermis. Semina oblonga, hinc convexa, inde plana, nigra. *Crescit in Andium Quitensium frigidis, in devexis Cotopaxi et Pichinchae.* alt. 1600 - 1800 hex. ♃.

Pag. 131. n. 60. PLANTAGO *maritima.* Addatur synonymon: Pl. foliis carnosis, lineari - canaliculatis, subintegerrimis; spicâ cylindricâ; scapo tereti. *Bertolon. Amoen.* p. 128. *Nutt. gen.* 100. *Bigelow Bot.* p. 33. *Link Enum. alt.* p. 122. *Röhling Deutsch. Fl. Mert. Koch* p. 807. *Smith Engl. Flora* p. 215 (quo teste: PL. *montana Huds. ed.* I. 53) *Fl. Dan.* 1634. PL. *serpentina Bertol. pl. gen.* ed. 1. p. 33, et, hoc teste: PL. *maritima* et *serpentina Allion. pedemont.* I. n. 301. 302. PL. *subulata Wulf.* in *Jacq. Coll.* 1. p. 204. PL. *Holosteum Scop. Carn.* ed. 2. p. 108.

Mire ludere magnitudine, formâ, et pube foliorum et scapi, nunc glaberrimorum, nunc furfureo - farinosorum, et aeque edita montium ac colles ad mare incolere. *Bert.* „Nostra est PL. *Wulfeni Spreng.*; in maritimis maris balthici semper habet bracteas calyci subaequales.“ *Link.*

Obs. Cli *Mertens* et *Koch* (qui laudatam a *Bertoloni* PL. *subulatam Wulf.* ad *carinatam Schrad.* ducunt) hujus varietates duas distinguunt: β. *dentatam* (quae nostrum γ: PL. *dentata Roth*) cui instar synonymi, fide speciminis Decandolliani, adjungunt: PL. *gramineam Lam.* (*S. V. ed. nostr. p.* 130. *n.* 57), et γ *leptophyllam,* ad quam trahunt: PL. *Wulfeni Spreng. Hal.* et *subulatam Roth. Fl. Germ.*. Cls. *Wahlberg* in *Fl. Gothoburg* addit varietates: β. *serpentinam Retzius;* γ. *dentatam Fries Halland.* cum? suam: „minime P. *dentatam Roth*“ dicit ob „folia planiuscula, linearia, dentata, nec plana lanceolata; δ. *gentilem Fries Fl. Hall.*. *Sprengel S. V.* p. 436 huc instar merorum synonymorum ducit: PL. *squamatam Fl. dan.* t. 691, *dentatam* et *subulatam Roth,* et *gramineam Dec.*. Immortalis *Smith* monet l. c. „folia subinde denticulata, ut in *Fl. graec.*, in fig. *Lobel* et altera e Gerardianis, nequidem varietatem sistere; talia tamen specimina a *Hudson* pro PL. *Löfflingi* L. habita fuisse ob *Petiv.*, *H. Brit. t.* 4 *f.* 9, huc spectantem, male ad PL. *Löfflingi* citatam.“ Confer obs. ad. *montanam.*

n. 60 a. PLANTAGO *syrtica Viv.;* scapo nudo; foliis linearibus, acuminatis, subintegerrimis, hirsutis; spicis ovatis, lanatis: alterâ sessili, alterâ radicali. *Vivian. tent. Flor. lyb. r.* 7. t. 3. f. 2.

Rad. simplex. Folia erecta, 5 - 7 centimetr., 2 - 4 lata, subinde denticulo uno alterove, nervosa, utrinque pilis patentibus, folio primore basi ciliato reliqua excipiente. Scapus longitudine foliorum, superne hirsutissimus. Spica pilis densissimis, implexis. Bracteae longitudine floris, orbiculatae, concavae, membranaceo - scariosae, nervo dorsali viridi, utrinque pilis longis. Cor. laevis, laciniis rotundatis, concavis, subinde acumine brevi, scariosis. Filamenta corollâ paulo longiora. Antherae ovato-cordatae, bilobae. Stylus longitudine corollae, persistens. *In arenosis magnae Syrteos. Vivian.* ☉.

Pag. 132. n. 61. PLANTAGO *salsa.* Addatur synonymon:

PLANTAGO *remota* M. B. in *Herb. Willd.* (fide *Spreng. S. V.* p. 437.)

n. 62. PLANTAGO *crassifolia*. Addatur synonymon: PLANTAGO *teretifolia Sieb.* (qui circa *Rosette* legit) PL. foliis tereti-filiformibus, laxis, glabris; scapo tereti, appresse piloso; spicâ cylindricâ; floribus confertis; bracteis ovatis, acutis, glabris, calyce brevioribus. *Spreng. S. V.* p. 437. quo teste, PL. *maritima Delile.*

Pag. 133. n. 64. PLANTAGO *hirsuta*. Addatur synonymon: *Link Enum. alt.* p. 121.

Folia linearia villosa, scapo tereti villoso longiora. Bracteae carinâ viridi hirsutâ, in acumen elongatâ, lateribus membranaceis albis. Capsulae tumidae. *Link.* Hanc *Sprengel S. V.* eandem dicit cum *recurvata.*

n. 64 a. PLANTAGO *tumida Link;* foliis lineari-lanceolatis, subdenticulatis, subsericeis; scapis adscendentibus pilis adpressis; bracteis lanceolatis calycibusque sericeis; capsulis tumidis. *Link Enum. alt.* p. 121.

Folia 6 poll., 3 lin. lata, denticulis rarissimis, supra pilis raris, subtus frequentibus. Scapi 3-12 poll., teretiusculi. Bracteae 2 lin., calycibus aequales. Capsulae oblongae. Semina 2 oblonga, hinc plana. *Link.* *In Chili.* ☉. *De Chamisso.*

Pag. 133. n. 65. PLANTAGO *alpina*. Addatur synonymon: *Röhling Deutsch. Fl. Mert. Koch.* p. 806. et his testibus (annuente *Spreng. S. V.* p. 436.) hujus varietas *α:* PL. *incana Dec.* (*S. V. ed. n.* 67.) *β.* PL. *capitellata Dec.* (*S. V. ed. n.* 68.)

Obs. In *Syst. Veg. ed. nostrae*, et in plerisque auctoribus, pro *alpina* occurrere perperam lusum *maritimae;* huic errori locum praebuisse tum synonymon *Halleri Plantago* n. 657. *Hist. stirp. ind. Helv.* 1. p. 292 passim ad PLANTAGINEM *alpinam* allatum, dum pertinet ad PLANTAGINEM *maritimam* macriorem; tum synonyma J. *Bauhini* ab ipso Hallero prolata sub sua *Plantagine* n. 657; tum indicationem loci natalis in monte *Thuiri* pro *Coronopo serpentina* J. *Bauh. hist.* 3. p. 510, dum planta Bauhiniana e monte *Thuiri* est *Plantago angustifolia alpina l. c.* p. 506, quae vera PLANTAGO *alpina*, *Bertoloni in litt.*, qui sequentibus restituendam esse hanc speciem:

„PLANTAGO *alpina:* foliis lanceolato-linearibus, acuminatis, planis, 3-5-nervibus, scapo subaequalibus; spicâ (sub) ovatâ; bracteis late ovatis margine membranaceis; capsulis conicis. *Linn. Spec.* 165. *n.* 9. (excl. syn. *Hall.* et. *Scop.*) *Jacq. H. vind.* 2. *p.* 58. t. 125. *Allion. Fl. ped.* 1. p. 81. *n.* 296 fide specim. *Vill. delph.* 2. *p.* 302 n. 5. *Host Syn.* p. 77. *n.* 4. (excl. syn. *Hall.*) PLANTAGO *montana Lam. ill. n.* 1670. *Decand. Fl. franç.* 3. p. 410 n. 2301. *Poir. Enc.* V. p. 381. n. 32. Plantago n. 656 *γ Hall. stirp. Helv.* 1. p. 292. Plant. alpina, folio angusto longo et nigricante. *Boccon. Mus. p.* 22. *t.* 5. Holosteum quorumdam *Lugd. hist.* 2. p. 1188. Plant. angustifolia alpina J. *Bauh. hist.* 3 *lib.* 31. p. 507. (ex monte Thuiri). Holosteum hirsutum nigricans. C. *Bauh.* P. 190. — Rad. crassa, obliqua, fibris lateralibus. Folia tenuia, integerrima vel laxe denticulata, glabra, pilosave aut hirsuta. Lana ad exortum nulla. Scapus teres hirsutus. Spica nunc globosa, nunc ovata. Bracteae amplae, late ovatae, obtusae aut vix acutae, carinâ dorsali virente, lateribus scarioso-membranaceis, saepius atris, interdum ferrugineis, margine plus minus ciliatae. Petala lanceolata, acuta. Stylus elongatus, pubescens. Capsula grandis, bracteâ longior. Herba exsiccata passim nigricans. *In Helvetiae, Austriae, Italiae, Galliae* alpibus. ♃."

Pag. 134. n. 66. PLANTAGO *tenuiflora*. Addatur synonymon: PLANTAGO *Loefflingi Marsch. casp. app.* p. 208. *β. tota albido-pubescens.*

β ad Wolgam circa Sareptam.

n. 67. PLANTAGO *incana α,*

n. 68. PLANTAGO *capitellata β* dicitur PLANTAGINIS *alpinae* a *Mert. et Koch* in *Röhling Deutsch. Fl. p.* 807.

Pag. 135. n. 70. PLANTAGO *serpentina.* Addatur:

Obs. Deleatur, quia lusus „PLANTAGINIS *maritimae* in alpestribus." *Bertoloni in litt.* Adsentiunt *Mertens* et *Koch* in *Röhling Deutschl. Fl. p.* 809. *Sprengel* vero in *S. V.* p. 436 PL. *serpentinam* tanquam propriam speciem exhibet, jungens cum eadem: PL. *recurvatam Willd. Herb.; hirsutam Pourr.; subulatam Lag.; alopecuroidem Lam.*, species, ut nobis saltem videtur, distinctas. Specimen giganteum possidemus in insulis danubialibus a divo *Kitaibel* lectum, et PL. *altissima* insignitum, ab hac et *maritima* diversum.

n. 71. PLANTAGO *recurvata.* Addatur synonymon: *Link Enum. alt. p.* 122.

„Distinguitur pilis minutis, sparsis in foliorum pagina praesertim inferiore. Folia *maritimae* glaberrima, nec non *serpentinae*, cujus vero folia multo angustiora, quam in *maritima.*" *Link.*

Obs. Huc a *Sprengel S. V. p.* 437 trahitur: PL. *subulata Wulf.*; *Wulfeni Sturm (carinata Schrad.); hirsuta Thunb.*

n. 72. PLANTAGO *Wulfeni.* Addatur synonymon: PL. fol. linearibus, utrinqne attenuatis, integerrimis dentatisve, planis, subcarnosis? glabris, aculeolato-ciliatis; scapo tereti; spicâ lineari-elongatâ, cylindricâ, laxinsculâ; bracteis ovato-attenuatis, acutis, margine membranaceis, corollâ longioribus aut eidem aequalibus, laciniis calycis membranaceis, carinâ viridi. *Röhling Deutsch. Flor. Mert. Koch p.* 809. et, his testibus: PL. *alpina Sieber Herb. Fl. austr.* (nec *Linn.*) PL. *graminea Schleich.* (nec *Decand.*)

Obs. Hanc speciem hoc nomine nunquam a clo *Bernhardi* fuisse designatam, *Bot. Zeit.* 1823. S. 656, nec existere in rerum natura! *Ibidem.*

n. 73. PLANTAGO *subulata.* Addatur synonymon: PL. *triquetra Pers. Syn.* p. 140. n. 54. PL. *pungens La Peyrouse S. V. ed. nostr. p.* 135. (fide *Mert.* et *Koch* in *Röhling Deutsch. Flor.* p. 811. *Spreng. S. V. p.* 438.)

Pag. 136. n. 75. PLANTAGO *Holosteum.* Addatur synonymon: *Link Enum. p.* 122. PLANTAGO *carinata. Röhling Deutsch. Fl. Mert. Koch* p. 811 (cum tota nostra synonymia).

Obs. PL. *Holosteum Scop.* comprehendere *maritimam* et *alpinam*: *Mert.* et *Koch.* Hinc eandem, tanquam „lusum *maritimae* in rupestribus delendam esse" monuit nos *Bertolon. in litt.*. *Spreng. S. V.* p. 437 PL. *subulatam Wulf. s. Wulfeni Sturm* et *carinatam Schrad. recurvatam* dicit.

Pag. 138. n. 82. PLANTAGO *pauciflora.* Restituatur species

diagnosi *Lamarckianâ*, excludatur synonymon *barbatae Forst.*, et addatur synonymon: PL. fol. linearibus, flaccidis, in petiolum attenuatis, glabris, subintegerrimis; scapo foliis breviore, glabro; spicâ ovatâ, pauciflorâ; bracteis scariosis, glabris. *Spreng. S. V. p.* 438.

Obs. Poiret folia in descriptione „basi vix attenuata" dicit: *Sprengel* in petiolum attenuata"!

n. 82 a. PLANTAGO *barbata Forst.*; foliis spathulato-lanceolatis, dentatis; capitulis subquadrifloris. *Forst. Comm. Gotting.* IX. p. 25. t. 4. *Willd. Spec.* I. p. 646. n. 18. PL. caespitosa; foliis lanceolatis, rigidiusculis, utrinque unidentatis, glabris, basi lanatis; scapo folia aequante; spicâ subrotundâ, pauciflorâ, glabrâ. *Spreng. S. V. p.* 435.

Rad. fusiformis, brevis. Folia imbricata, è basi angustiore in apicem lanceolatum dilatata, acuta, laevia, pilis subinde rarissimis, avenia, enervia, 1-1½ poll., basi barbâ argyreâ 3-4 lin.. Scapi interdum vix ulli, interdum longitudine foliorum, tereti-compressiusculi, pubescentes. Capitulum subrotundo-ovatum, laeve, saepius 4-florum. Bracteae ovatae, acutae, concavae, laeves, lin. longae. *Forst.* *In terris magellanicis? Forst.*

n. 82 b. PLANTAGO *rigens*; acaulis, cespitosa; foliis sessilibus, ovato-lanceolatis, obtusis, coriaceis, uninerviis, integerrimis, glaberrimis, nitidis; floribus solitariis, axillaribus, pedunculatis; laciniis calycinis lanceolatis, subulatis, glabris; corollinis (ovatis) acuminato-mucronatis. PL. *rigida Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 185. *t.* 126. *f.* 2. PL. fol. lanceolatis, rigidis, cespitosis, imbricatis; floribus solitariis, subsessilibus. *Reliqu. Willd. Ms.* (ex eodem loco ab ill. *de Humboldt*).

Valde affinis PL. *barbatae Forst.*; sed diversa pedunculis unifloris, foliisque integerrimis. Herba dense cespitosa, lacte viridis; cespites subglobosi. Folia dense imbricata, plana, pollicaria. Pedunculi breves. Flores bracteati, pilisque fuscis basi cincti. Bractea ovata, acuminata, concava, calyce brevior. Calyx profunde 4-partitus; laciniis margine scariosis. Corollae tubus cylindricus, calyce paulo longior; limbus 4-partitus; laciniis reflexis. Stamina exserta. Antherae sagittatae. Pollen cinereum. Stylus exsertus. Stigma simplex. Capsulam non vidi. *Crescit in devexis montis Antisanae, Pinanturam inter et Chussulongum*, alt. 1800 hex. (Andibus Quitensium.) ♃. Nomen mutandum erat, cum PL. *rigida* alia in hortis hoc nomine occurrat.

Pag. 139. n. 85. PLANTAGO *aristata*. Addatur synonymon: *Nutt. gen. p.* 100.

n. 87. PLANTAGO *Coronopus*. Addatur synonymon: *Röhling Deutschl. Flor. Mert.* et *Koch p.* 811 (qui sequentes hujus varietates distinguunt: *β.* alis latis, pin-

nis brevibus. Pl. *C.* β *brevifolia* Decand. Pl. *coronopifolia* α *Roth germ.* γ. fol. profundissime pinnatis, pinnis alisque angustis. Pl. *coronopifolia* β. *Roth.* δ. pinnis dentatis. Pl. *coronopifolia* γ *Roth.* Pl. *Columnae Gouan* (Pl. *Jacquini S. V. ed. nostr.* n. 89.) *Smith Engl. Flora* p. 216. (qui in *Haller* l. c. excludi jubet Fig. *Petiveri.*)

Pag. 140. n. 88. Plantago *ceratophylla.* Addatur:

Obs. Brotero tamen *l. c.* sub sua specie *coronopodifoliam Linn.* quoque comprehendit, dicens l. c.: „Variat foliis glabris et hirsutis ac bipinnatifidis, spicis quoque polygamis."

n. 89. Plantago *Jacquini.* Addatur:

Obs. „Plantaginis *Coronopodis n.* 87 *lusus.*" *Bertoloni in litt.* *Coronopodis* γ esse, *Mertens* et *Koch* in *Röhl. Deutsch. Fl. p.* 812. Contra speciem genuinam esse, *Link Enum. alt. p.* 122, dentibus elongatis, distantibus. Sic etiam in nostro horto et Herbario.

Pag. 141. n. 92. Plantago *alopecuroides* clo. *Sprengel S. V. p.* 487 eadem ac *serpentina!*

Pag. 142. n. 94. Plantago *Löfflingi.* Addatur synonymon: Pl. *carinata Mönch.* Confer. *Obs.* ad n. 60. *maritimam.*

n. 95 a. Plantago *Lagurus Roth*; caule erecto, simplici, brevi; foliis elliptico-lanceolatis, subdenticulatis, pilosis; petiolis amplexicaulibus; pedunculis axillaribus angulosis, elongatis; spicis aphyllis, oblongis, rufescenti-villosissimis. *Roth Nov. Pl. Spec. p.* 87.

Demptâ spicâ simillima Pl. *amplexicauli*, distinctissima tamen, praeter characteres datos: spicâ densissimâ, nec ovatâ, glaberrimâ, laxiore; bracteis foliolisque calycinis superne villis longis barbatis, nec glabris; corollae tubo cylindrico, nec ovato; laciniis lanceolatis mucronatis, nec ovatis. *Roth.* Semina inter passulas majores. *In Hispania?*

Pag. 143. n. 96. Plantago *villosa* clo *Spreng. S. V. p.* 439 eadem ac *lanata Herb. Willd.* et *monspeliensis Willd.* Confer Pl. *microcephalam.*

n. 97. Plantago *vaginata.* Huc trahit *Spreng. S. V. p.* 439. Pl. *lusitanicam Willd.*.

Pag. 144. n. 99. Plantago *Cynops.* Addatur synonymon: *Jacq. Fragm.* p. 56. n. 182. t. 8. f. 1. *Hayne off. Gew.* V. t. 18. Pl. *italica Gmel. it.* (fid. *Steud.*)

n. 100. Plantago *afra.* Addatur synonymon: *Link Enum. alt. p.* 123 (cui nimis affinis *Cynopi.*)

n. 101. Plantago *divaricata* clo. *Spreng. S. V. p.* 440 *indica* est; a qua sane diversa, si *indica* eadem ac *arenaria.*

Pag. 145 n. 102. Plantago *squarrosa.* Addatur synonymon: *Lagasca* in *Herrera agricult.* ed. 1818. p. 302. *Jacq. Fragm. bot. p.* 56. *n.* 183 t. 81. f. 2.

n. 103. PLANTAGO *Psyllium.* Addatur synonymon: Pl. caule herbaceo; foliis linearibus, integris dentatisve; capitulis aphyllis; corollae segmentis ovato-acuminatis; bracteis lanceolatis. *Bertol. amoen.* p. 129. *Bartling bot. Zeit.* 1820 p. 340. *Röhling Deutsch. Flor. Mert. Koch.* p. 812. *Wulf.* in *Röm. Arch.* 3. *p.* 326 (descriptio; non specimen *Mert.* et *Koch.*) *Hayne off. Gew. V. t.* 17. Excludatur *Sturm l. c.* ad *arenariam* spectans: nec huc trahenda, ut videtur clo *Spreng. S. V. p.* 440, PL. *nitida S. V. ed. nostr.* n. 117.

Pag. 146. n. 104. PLANTAGINI *arenariae* addatur synonymon: *Bartling bot. Zeit.* 1820 *p.* 336. *De Schlechtendal Fl. berol. p.* 110. *Hayne off. Gew.* V. t. 16. *Link Enum. alt. p.* 123. *Röhling Deutsch. Fl. Mert Koch. p.* 813 et, *his testt.*, PL. *Psyllium Willd. prodr. Fl. berol. n.* 218. (fide *de Schlechtendal*) *Sturm. Fl. Germ.* Fasc. 7. PL. *indica Spreng. S. V. p.* 440. Psyll. erectum. *Zannich. Stor. p.* 220. t. 77.

Pag. 147. n. 105. a. PLANTAGO *sicula Presl.*; caule erecto, stricto, simplici, piloso-viscoso; foliis planis, linearibus, erectis, medio dentatis; pedunculis folio longioribus; capitulis aphyllis; bracteis lanceolatis, ciliatis, adpressis, calyce aequilongis. *C. B. Presl in Delic. Prag.* I. p. 70. et *hoc teste:* Psyllium laciniatis foliis. *Bocc. var. sic.* t. 4. f. *A. Moris. Hist. s.* 8. *t.* 17. *f.* 4? P. *Psyllium Sibth. Fl. graec.* II. p. 38. t. 149. (? ?) PL. *indica* (fid. *Sprengel S. V. p.* 440.).

Planta annua, viridis, undique pilosa viscosa; caulis teres, simplicissimus, foliosus; folia acuta, medio dentibus 2-6 acutis, patentibus et distantibus; pedunculi teretes, erecto-patentes, folio longiores; capitula ovata, obtusa, calyx pubescens; corollae laciniae acutissimae. Affinis P. *strictae Schousb.*: differt foliis planis, dentatis; caule simplici; pilositate, viscositate. — A P. *Psyllio* differt: caulis rigiditate; foliis erectis, planis, dentatis. *Hab. in arvis arenosis Panormi Siciliae.* ⊙ *Bocconi* synonymon nostram plantam exacte repraesentat; eandem ob causam citavi iconem Florae graecae. *Presl* l. c.

Pag. 148. n. 106. PLANTAGINI *Ispaghul* addatur synonymon: PL. *Ispaghula;* annua, caulescens; foliis lineari-lanceolatis, utrinque attenuatis, trinervibus, sublanatis; pedunculis axillaribus, nudis, simplicibus, longitudine foliorum; capitulis cylindricis; capsulis bilocularibus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* 1. *p.* 421. n. 1.

Rad. ramosa. Caulis, si ullus, brevissimus, illico divisus in ramos 3-4 adscendentes, teretes, villosos, aliquorum pollicum. Folia alterna, luxuriantia, in junioribus remote denticulata, basin versus canaliculata, amplexicaulia, 6-8 poll., 1/4-1/2 poll. lata. Pedunculi solitarii erecti, teretes, subvillosi, longitudine foliorum. Spicae solitariae, terminales, ante anthesin ova-

tae, dein cylindricae, seminiferae 1 - $1^1/_2$ poll., erectae. Flores numerosi, imbricati, parvi, sordide albi, emarcidi. Bracteae uniflorae ovatae, concavae, carinâ viridi, marginibus membranaceis. Cal. 4-phyllus, foliolis oblongis, ovatis, margine late membranaceo. Cor. tubus gibbus, laciniis ovatis, acutis. Filamenta antheris *) oblongis, bilocularibus, 4, laciniis corollae multo majora. Germen oblongum, dispermum. Stylus corollà quidquam longior, stigmate subulato villoso. Caps. ovata, integumento crassiusculo glabro fusco tenaci. *Roxb. l. c.*
Culta in India orientali. ⊙.

Pag. 148. n. 108. PLANTAGO *indica*. Addatur synonymon: PLANTAGO *scabra Mönch.* Et, fide *Spreng. S. V. p.* 440, PL. *arenaria Kit.*; *sicula Presl.*; *divaricata Zucc.*, quas confer quaesumus.

n. 109. PLANTAGO *rosetana* clo *Spreng. S. V. p.* 440 eadem cum *stricta Schousb.*

Pag. 149. n. 110. PLANTAGO *pumila*. Huc, fide *Spreng. S. V. p.* 440, PL. *stricta Sieb.*

n. 111. PLANTAGO *nitida* a clo *Spreng. S. V. p.* 440 ad PL. *Psyllium* ducitur, a quo toto coelo diversa.

n. 113 a. PLANTAGO *robusta Roxb.*; fruticosa, subramosa; foliis terminalibus linearibus, integerrimis, caducis; spicis axillaribus, cylindricis, longe pedunculatis. *Antommarchi dern. mom. de Napoléon* II. p. 315.

In montibus parum elevatis ins. Helenae. ♄.

Pag. 150. n. 117. PLANTAGO *carnosa*; lege: *Browniana*, cum jam sit longe antiquior *carnosa Lam.*, cujus immemor fuit div. *Römer.*

Obs. Sprengel S. V. p. 439 *carnosam Brown* dixerat *triantham*; sed cum saepius 1 - flora sit, haud convenit nomen hocce. Nec felicius *debilem* cum *varia* sub hujus nomine conjunxit.

Quid PLANTAGO *diffusa Presl?*
— — *humifusa Bernh.?*
— — *pubescens Decand.?*

n. 436. BUDDLEJA.

Pag. 151. n. 1. BUDDLEJAE *americanae* addatur synonymon: BUDDLEJA ramulis compressiusculis, incano-tomentosis; foliis ovatis, acuminatis, basi valde angustatis, serrato-crenatis, supra pilosiusculis, subtus flavido-tomentosis; spicis paniculatis; floribus glomeratis. *Linn. (auct. herb. hort. Paris.) Humb. et Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 283. *n.* 17.

Rami subtetragoni. Folia 9 - 10 poll., 4 poll. fere lata, reticulato-venosa, supra viridia. Petioli canaliculati, tomentosi. Spi-

*) Sphalma hic in originali videtur, ubi ait. „Filaments oblong, *two celled*, four much larger than the segments of the coroll,“, quod nobis sic corrigendum videbatur.

cae in paniculam terminalem, sessilem, pedalem dispositae, 3-6 poll., distantes, patulae. Flores glomerulis subglobosis, breviter pedicellatis, oppositis, distantibus, magnitudine fructus PRUNI *spinosae*. Bracteae lineares, tomentosae. Flores ut in BUDDLEJA *callicarpoide*. *Kunth l. c.* *Crescit in montibus Peruvianorum.* ♃.

Obs. Huc a *Sprengel S. V. p.* 429 trahitur *B. callicarpoides* et *floribunda*.

Pag. 151. n. 2. BUDDLEJA *occidentalis*. Addatur synonymon: BUDDLEJA ramis teretibus glabris; ramulis foliisque subtus fuscescenti-tomentosis, oblongo-lanceolatis, utrinque acuminatis, serratis; spicis paniculatis; floribus glomeratis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 282. *n.* 15. *Linn.* (auct. herb. Juss.)

Arbor ramis subteretibus. Folia basi valde angustata, apice acuminata, basin versus integerrima, reticulato-venosa, supra pubescentia, 5-6 poll.. Petioli $^1/_2$ poll., canaliculati, tomentosi. Spicae in paniculam terminalem, $^1/_2$ ped. dispositae. Bracteae lineares, tomentosae. Calyx tomentosus. Corolla alba (ex *Bonpl.*) calyce longior. Stylus inclusus. Stigma clavatum. Capsula sublignosa, calyce persistente tecta, eoque duplo longior, pubescens, oblonga, obtusa. Semina creberrima, scrobiculata, membranâ laxâ reticulatâ involuta. *Kunth l. c.* *Crescit locis temperatis prope pagum Guancabamba Peruvianorum* alt. 1030. hex. ♄.

Obs. „An vere eadem, ac planta *Linnaei* et *Flor. peruv. R. et P. t.* 33. cujus corolla flava?" *Kunth.* Si planta *Linnaei* in *H. Juss.* eadem, unde dubium?

Pag. 152. n. 7 a. BUDDLEJA *glabrata Sello*; ramulis tetragonis glabris; foliis oblongo-lanceolatis, integerrimis, laevibus; axillis venarum subtus villosis; capitulis pedunculatis subgeminis. *Spreng. S. V. p.* 431.

In Monte Video. Sello. ♄.

Pag. 155. n. 19. BUDDLEJA *acuminata*. Addatur synonymon: BUDDLEJA *Poireti Spreng. S. V. p.* 430.

Obs. Cum *Poiret* tot annis ante *Humb.* et *Bonpl.* B. *acuminatam* habuisset, illius nomen, tanquam antiquius, retinendum, non vero novum lapsu memoriae effictum.

n. 20. BUDDLEJA *serrulata*. Addatur synonymon: *Roth nov. pl. Spec. p.* 82.

Caulis obsolete tetragonus, tomentoso-griseus, lignosus, ad articulos dilatatus. Rami erecto-patuli, cauli similes. Folia breviter petiolata, lanceolata, supra vix tomentosa, basi aequalia, margine tenuissime serrulata. Spicae interruptae: flores subverticillati, subfasciculati. Verticilli, praesertim inferiores, parum a se invicem remoti, basi bracteis 2, oppositis, griseo-tomentosis, ad quemvis florem insuper bracteâ minore, adpressâ, tomentosâ, calyce paulo majore. Cal. tomentosus, subrotundo-campanulatus. Cor. subtomentosa; tubus calyce longior; limbi laciniae obtusae rotundatae. *Roth.* A *Sprengel S. V.* p. 429 trahitur ad *Humboldtianam*.

n. 21. Buddleja *discolor*. Addatur synonymon: *Roth nov. pl. spec.* p. 83.

Differt a *serrulata*, praeter characteres datos: foliis basi subinaequalibus; corollis vix pubescentibus. *Plukeneti* figura a *Linnaeo* ad B. *occidentalem* allegata. (*Alm.* t. 210. f. 2) ad neutram nostrarum quadrat. *Roth l. c.*

n. 21 a. Buddleja *Nimda Buchan.*; arborescens; foliis lanceolatis, subserratis, subtus hirsutis; spicis terminalibus elongatis, floribus ternatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* 1. *p.* 411. sub B. *Neemda* (angl.) B. fol. lanceolatis, acuminatis, serrulatis; racemis verticillatis elongatis. *Reliqu. Willd. Ms.*

Truncus erectus, ramis numerosis oppositis, cortice longius lanatorum cinereo, junioribus pube albâ, anno secundo 15 ped.. Folia opposita, breviter petiolata, 4-8 poll., petiolis brevibus, basi membranâ connexis. Spicae plerumque ternae, intermediâ majore, longae, graciles, pilosae. Flores etiam oppositi, sessiles, copiosissimi, parvi, candidi, fragrantes. Bracteae lanceolatae sub flore singulo. Cal. raro 5-dentatus, villosus. Cor. hypocrateriformis, tubo longitudine calycis, fauce villosâ, limbi laciniis 4-5 rotundatis, subaequalibus. Filamenta brevia, prope basin tubi corollae inserta, antheris latis, sagittatis, tubo absconditis. Stylus brevis, stigmate magno, oblongo, bisulcato. Caps. ovato-oblonga. Semina parva imbricata, compressa. *Roxb. l. c.* *In Chittagong.* Dr. *Buchanan.* *Prope Saharunpore* Dr. *Govan.* ♄.

Obs. *Sprengel N. Entd.* III. p. 31. distinguit Buddl. *Neemda* „foliis oblongis, dentatis, connatis, basi auriculatis, subtus incano-tomentosis; floribus verticillatis bracteatis“ et carpit descriptionem div. *Roxburgh l. c.* Jam vero si descriptio cli *Sprengel* confertur cum illa div. *Roxburgh*, patebit abunde: plantam cli *Sprengel* a *Roxburghiana* esse diversam. „Planta suffruticosa“ ait Sprengel „cubitalis vel brachialis, ramosa, caule ramisque tetragonis, angulis alatis, pube ramosâ subtomentosis. Folia spithamaea, 2 poll. lata, crenato-dentata, acutiuscula, rugosa, venosa, supra pube ramosâ: summa in bracteas abeunt connatas, incano-tomentosas, verticillis paullo longiores. Verticilli remotiusculi, multiflori. Bracteae secundariae lineares, cuivis calyci adstantes. Cal. tubulosus 4-fidus, incano-tomentosus, bracteas secundarias aequans. Cor. tubulosa, flava, extus intusque villosiuscula, tubo calycem excedente, limbo patente, 4-lobo. Stam. aequalia, tubum aequantia. Caps. 2-locularis, dissepimento e valvis involutis. Semina numerosa, minuta, scrobiformia. Posset aliquis pro B. *serrulata Roth* habere, ni folia hujus essent petiolata, lanceolata. Vicina etiam B. *connata* R. P., quae tamen differre videtur floribus capitatis.“ Planta cli *Sprengel* omnino eadem videtur cum B. *Neemda Link Enum.* p. 125., cui stylus longitudine tubi corollae; stigma capitatum; quod non in planta Roxburghiana. Anne planta Sprengeliana fors *perfoliata?* Non citat se ipsum ad *perfoliatam*.

Pag. 156. n. 23. Buddlejis subjungantur: Species novae *Humb.* et *Bonpl.* ex America aequinoctiali:

a) *Floribus axillaribus, verticillatis.*

n. 24. Buddleja *sessiliflora Humb.* et *Bonpl.*; ramis teretibus, glabris; ramulis foliisque incano-tomentosis, lanceolatis, utrinque angustato-acuminatis, integerrimis, subsessilibus; floribus axillaribus, glomeratis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 278 *n.* 1. *t.* 182.

Arbor procerrima; ramis albicantibus. Folia reticulato-venosa, supra incano-subtus ferugineo-tomentosa, 2-3 poll.. Petiolus brevissimus, tomentosus. Glomeruli 3-5 flori, breviter pedunculati, bracteati. Flores sessiles. Calyx campanulatus, tomentosus, laciniis acutis. Corolla tubulosa, calyce duplo longior, flava, externe pubescens; laciniis acutiusculis, pubescentibus; fauce pilosâ. Stamina fauci corollae inserta. Filamenta brevia, pilosiuscula. Antherae subcordatae. Stylus inclusus. Stigma incrassatum, clavatum. Capsula calyce persistente tecta obovata, apice pilosa. Semina creberrima, scrobiculata. *Kunth.* *Crescit prope urbem Mexici*, alt. 1160. hex. ♄.

Obs. Nomen infauste speciei huic impositum, cum etiam in *scordioidi, polycephala, pichinchensi* etc. flores sessiles. *Sprengel S. V.* p. 431 huc trahit, instar varietatis, *verticillatam*.

n. 25. BUDDLEJA *scordioides Humb.* et *Bonpl.*; ramis teretibus foliisque tomentosis, sessilibus, (cuneato-) oblongis, obtusis, crenatis, rugosis, subtus ferrugineis; floribus axillaribus, verticillatis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 278. *n.* 2. *t.* 183.

Frutex facie TEUCRII *Scordii;* ramis albido-tomentosis. Folia reticulato-venosa, utrinque tomentosa, supra viridia, subtus fuscescentia, subpollicaria, odorem *Salviae* redolentia; juniora ferruginea. Flores sessiles. Verticilli magnitudine pisi majoris, subglobosi, 12-16-flori, distantes; internodiis semipollicaribus. Calyx campanulatus, externe albido-tomentosus. Corolla campanulata, calyce duplo longior, externe pilosa, flava. Antherae sagittatae, sub incisuris corollae subsessiles. Ovarium ovatum. Stylus longitudine corollae. Stigma capitatum, bilobum. *Kunth.* *Crescit cum sessiliflora.* ♄.

n. 26. BUDDLEJA *verticillata Humb.* et *Bonpl.*; ramis teretibus, glabris; ramulis foliisque tomentosis, supra incanis, subtus fuscescentibus, oblongis, acutis, basi angustatis, breviter petiolatis, integerrimis; floribus axillaribus, verticillatis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 278. *n.* 3. t. 184. B. *verticillata* fol. oblongis, utrinque attenuatis, integerrimis; floribus capitatis, verticillatis. *Reliqu. Willd. Ms.* B. *sessiliflorae* varietas *Spreng. S. V. p.* 431.

Arbor ramulis pubescentibus, pilis stellatis, caducis. Folia brevissime petiolata, basi in petiolum angustata, reticulato-venosa utrinque incano-tomentosa, (in diagnosi supra incana, subtus fuscescentia!) 2-3 poll.. Petiolus canaliculatus, tomentosus. Verticilli subglobosi, densi, magnitudine fructus PRUNI *spinosae*, distantes; internodia inferiora 1 ½ -, superiora ½ poll.. Calyx externe tomentosus. Corolla campanulata, pallide flava. Stylus inclusus. Stigma incrassatum, clavatum. *Kunth.* *Crescit inter Acaguisotla et Chilpancingo Mexicanorum*, alt. 680 hex. ♄.

Obs. Nomen infaustum, cum etiam *scordioides, interrupta* etc. verticillata.

b) *Paniculis terminalibus.*

α) *Floribus capitatis.*

n. 27. BUDDLEJA *perfoliata Humb.* et *Bonpl.*; caule her-

baceo; ramis quadrangularibus foliisque tomentosis, supra incanis, subtus ferrugineis, oblongo-lanceolatis, acutis, crenatis, connatis; capitulis terminalibus, globosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 279. *n.* 4. B. *brasiliensis Jacq.* fil.; foliis oblongis, irregulariter dentatis, connatis, basi auriculatis; floribus verticillatis, bracteatis. *Spreng. S. V. p.* 430 (suâ auctoritate, quâ etiam B. *Neemda Hortul.*).

Herba ramis densissime tomentosis, incanis. Folia sessilia reticulato-venosa, rugosa, subtripollicaria. Capitula magnitudine fructus Pruni *spinosae* ex *Bonpl.* Desunt flores. *Kunth. Crescit inter lacum Chalcensem et urbem Mexici,* alt. 1170. hex. ♃.

n. 28. Buddleja *polycephala Humb.* et *Bonpl.;* caule herbaceo?, volubili, tetragono foliisque subtus ferrugineo-tomentosis, ovato-lyratis, acuminatis, (sub) crenatis, basi connatis; capitulis terminalibus, paniculatis, globosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 279. *n.* 5.

Affinis B. *connatae R. et Pav.*. Folia basi lyrata, reticulato-venosa, supra pilis ferrugineis, subtus densissime ferrugineo-tomentosa, 7-8-poll.. Capitula magnitudine Cerasi minoris, longe pedunculata, disposita in paniculam terminalem, simplicem, patentissimam, sessilem, spithamaeam. Pedunculi 1-3 poll., ferrugineo-tomentosi, medio basique instructi bracteis duabus, oppositis, linearibus, tomentosis, $^1/_2$ poll.. Flores densi, sessiles. Calyx campanulatus, ferrugineo-tomentosus. Corolla calyce vix longior, apicem versus externe ferrugineo-tomentosa; fauce pilis clausâ. Ovarium apice piloso-tomentosum. Stylus brevissimus. Stigma capitatum. Capsula obovata, ferrugineo-tomentosa, loculis polyspermis. Semina scrobiculata. *Kunth. Crescit locis sylvaticis prope Ayavaca Peruvianorum,* alt. 1400. hex. ♃.

Obs. In *Reliq. Willd. Ms.* occurrit B. *polycephala* fol. lanceolatis, acuminatis, basi angustatis, utrinque cano-tomentosis; capitulis florum subsessilibus, verticillato-moniliformibus, paniculatis, *sine loco natali;* an eadem?

n. 29. Buddleja *pichinchensis Humb.* et. *Bonpl.;* ramis teretibus, glabris: ramulis foliisque subtus ferrugineo-tomentosis, lanceolatis, acuminatis, crenatis, breviter petiolatis; capitulis terminalibus, paniculatis, globosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 279. *n.* 6.

Simillima B. *globosae* (ad quam *Sprengel S. V.* p. 431 eandem traxit) ramulis tetragonis. Folia 2 poll. et ultra, reticulato-venosa, supra glabra. Petiolus $1^1/_2$ lin., canaliculatus, tomentosus. Capitula pedunculata, magnitudine Cerasi minoris, in paniculam terminalem, simplicem, sessilem disposita. Pedunculi $^1/_2$-1 poll., oppositi, tomentosi. Bracteae lineares, subtus ferrugineo-tomentosae. Flores densi. Calyx campanulatus, 4-partitus, externe piloso-tomentosus. Corolla campanulata, calyce paullo longior, laciniis reflexis. Stylus inclusus. Stigma clavatum, subemarginatum. Capsula haud suppetit. *Kunth.*

Crescit in declivitate orientali montis ignivomi Pichincha inter catarractam Cantunae et planitiem Verdecuchu, alt. 1780. hex. ♄.

n. 30. BUDDLEJA *rugosa Humb.* et *Bonpl.;* ramis teretibus foliisque subtus ferrugineo-tomentosis, supra glabris, rugosis, lanceolatis, (utrinque) acutis, crenatis, breviter petiolatis; capitulis terminalibus, paniculatis, globosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 280. *n.* 7. B. *rugosa;* fol. lanceolatis, rugosis, subtus tomentosis, crenatis, capitatis, paniculatis. *Rel. Willd. Ms.*

Frutex? ramulis tetragonis. Folia breviter petiolata, reticulato-venosa, subtus densissime ferrugineo-tomentosa, 6-8 poll., 1 ½ poll. lata. Petiolus 2-4 lin. canaliculatus, tomentosus. Capitula magnitudine fructus PRUNI *spinosae*, pedunculata, disposita in paniculam ramosam, diffusam, sessilem, 4-pollicarem. Pedunculi et rhachis tetragona et ferrigineo-tomentosa. Bracteae lineares, ferrugineo-tomentosae. Flores densi, sessiles. Calyx ferrugineo-tomentosus. Corolla campanulata, calyce longior, externe pubescens, laciniis rotundatis, reflexis. Stylus inclusus. Stigma capitatum, pilosum. Fructus desideratur. *Kunth.* *Crescit locis asperrimis, frigidis Parami Saragura prope pagum Onna Nova Granatensium*, alt. 1500. hex. ♄.

Obs. Nomen infaustum, cum tot BUDDLEJIS folia rugosa!

β) Floribus glomeratis aut solitariis.

n. 31. BUDDLEJA *interrupta Humb.* et *Bonpl.;* ramis teretibus foliisque subtus ferrugineo-tomentosis, supra incanis, oblongo-lanceolatis, acuminatis, integerrimis: spicis paniculatis, verticillatis, patentibus. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 280. *n.* 8.

Folia petiolata, basi acuta, reticulato-venosa, supra incano-tomentosa, 3 poll. et ultra. Petioli 2 lin., canaliculati, ferrugineo-tomentosi. Paniculae terminales, simplices, ½ ped., sessiles; ramis oppositis, teretibus, ferrugineo-tomentosis. Flores verticillati, sessiles; verticillis subglobosis, distantibus, magnitudine pisi majoris, internodiis 2-3 lin. longis. Bracteas non vidi. Calyx campanulatus, tomentosus. Corolla a me haud visa. Capsula subglobosa, calycem aequans, glabra, polysperma; valvulis bipartibilibus. Semina scrobiculata. *Kunth* l. c. *Crescit in Andibus Quitensium.* ♄.

n. 32. BUDDLEJA *bullata Humb.* et *Bonpl.;* ramis tetragonis, glabriusculis: foliis lanceolato-oblongis, acutis, basi rotundatis, crenatis, supra rugosis, glabris, nitidis, subtus incano-tomentosis; paniculis terminalibus, ramosis, diffusis; floribus glomeratis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 280. *n.* 9. B. *bullata;* fol. lanceolatis, petiolatis, crenulatis, supra rugoso-venosis, subtus tomentosis; paniculà terminali; floribus fasciculatis. *Rel. Willd. Ms.*

Affinis B. *incanae R. et Pav.* (quacum conjungit eandem *Sprengel S. V. p.* 431) Frutex? ramis albidis. Folia petiolata, reticulato-venosa, supra glabra, subtus fuscescenti-albido-tomentosa. Paniculae trichotomae, sessiles, 4-poll., patentes; ramis teretibus bracteisque fuscescenti-tomentosis, linearibus. Flores in apice ramulorum glomerati, brevissime pedicellati. Calyx campanulatus, ferrugineo-tomentosus. Corolla calyce paulo longior, campanulata, laciniis rotundatis, patentibus. Ovarium pilosum. Stylus inclusus. Stigma capitatum, emarginatum. Fructus ignotus. *Kunth.* *Crescit cum praecedente (interrupta).* ♄.

n. 33. Buddleja *cordata Humb.* et *Bonpl.*; ramis quadrangularibus, glabriusculis, foliisque ramulis subtus ferrugineo-tomentosis, supra glabris, ovatis, acutis, cordatis, crenulatis; paniculis terminalibus, patulis; floribus glomeratis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 280. *n.* 10. *t.* 183.

Species formâ foliorum elegantissima. Arbuscula. Folia petiolata, reticulato-venosa, basi integerrima, 3-4-poll.. Petioli pollicares, canaliculati, ferrugineo-tomentosi. Paniculae ovatae, diffusae, sessiles, trichotomae; rhachis, rami, ramulique ferrugineo-tomentosi. Flores in apice ramulorum, in specimine suppetente nondum aperti. Bracteae oppositae, lineares, tomentosae. Calyx externe cano-tomentosus. Corolla ignota. *Kunth.* *Crescit in convalli Guanaxuatensi prope Marfil,* alt. 1050. hex. ♄.

Obs. Sed folia simul cordata et ovata dicuntur in diagnosi.

n. 34. Buddleja *longifolia Humb.* et *Bonpl.*; ramis quadrangularibus, glabriusculis; ramulis foliisque subtus ferrugineo-tomentosis, oblongo-lanceolatis, utrinque acuminatis, serrato-crenulatis; paniculis terminalibus; floribus glomeratis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 281. *n.* 11. *t.* 186. An B. *longifolia*; fol. oblongo-lanceolatis, basi attenuatis, connatis, utrinque tomentosis; paniculâ divaricatâ; floribus capitatis. *Rel. Willd. Ms.?*

Arbor 3 org., ramosissima, ramulis subquadrialatis, fuscescenti-tomentosis. Folia breviter petiolata, basi longissime in petiolum angustata, reticulato-venosa, apicem basinque versus integerrima, supra glabra, 7-8-poll., 2 poll. lata. Petioli canaliculati, tomentosi. Paniculae sessiles, 2-poll., trichotomae; ramis ramulisque ferrugineo-tomentosis. Flores suaveolentes. Bracteae lineares, ferrugineo-tomentosae. Calyx campanulatus, pubescens. Corolla calyce triplo longior, campanulata. Ovarium pilosum. Stylus inclusus. Stigma clavato-capitatum, pilosum. Capsula ignota. *Kunth.* *Crescit locis subfrigidis Andium Peruvianorum, inter villam Montan et pagum Sanctae Crucis,* alt. 1400. hex. ♄.

n. 35. Buddleja *mollis Humb.* et *Bonpl.*; ramulis tetragonis, incano-tomentosis; foliis oblongo-lanceolatis, utrinque acutis, undulato-crenulatis, supra glabris, subtus fuscescenti-tomentosis; paniculis terminalibus, ramosissimis, patu-

lis, floribus glomeratis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 281. *n.* 12. B. *mollis;* foliis oblongo-lanceolatis, acuminatis, crenatis, supra rugoso-nervosis, glabris, subtus mollissime tomentosis; floribus laxe capitatis, paniculatis, terminalibus; paniculâ coarctatâ. *Reliqu. Willd. Ms.*

Arbor 2-3 orgyar., ramis glabriusculis. Folia basi acuta, aut subrotundata, (in diagnosi utrinque acuta) reticulato-venosa, 6-7 poll. lata. Petioli subpollicares, canaliculati, tomentosi. Paniculae sessiles, trichotomae, 4- poll.; ramis ramulisque ferrugineo-tomentosis. Flores glomerulis breviter pedicellatis, 6-10-floris. Bracteae lineares, tomentosae. Calyx campanulatus, incano-tomentosus. Corolla calyce duplo longior, flava. Ovarium pilosum. Stylus inclusus. Stigma capitatum. Capsula haud suppetit. *Kunth.* *Crescit in apricis Regni Quitensis, prope Hambato,* alt. 1390. hex. ♄.

n. 36. BUDDLEJA *Humboldtiana;* ramis tetragonis, canotomentosis; foliis ovato-oblongis, acuminatis, basi acutis, serratis, supra glabris, subtus ferrugineo-tomentosis; paniculis terminalibus, patentibus; floribus glomeratis. B. *acuminata Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 281. *n.* 13. *t.* 187. B. *acuminata;* fol. lanceolatis, serratis, supra glabris, subtus tomentosis; floribus in panicula composita sessilibus, glomeratis. *Rel. Willd. Ms.*

Praecedenti *molli* valde affinis, differt praecipue foliis brevioribus, acuminatis, serratis. Arbuscula. Folia petiolata, reticulato-venosa, basin versus integerrima, 3-4-poll.. Petioli canaliculati, subsemipollicares, tomentosi. Paniculae sessiles, trichotomae, 1/2-ped., diffusae, ramis ramulisque ferrugineo-tomentosis. Flores brevissime pedicellati. Bracteae lineares, tomentosae. Calyx fusco-tomentosus, campanulatus. Corolla campanulata, calyce longior. Stylus inclusus. Stigma capitatum. *Kunth.* *Crescit prope Santa Rosa de la Sierra Mexicanorum*, alt. 1340. hex. ♄.

Obs. Nomen mutandum, cum jam sit *acuminata Poiret*, ab hac diversa. *Sprengel S. V.* p. 429 huc trahit *intermediam* et *serrulatam.*

n. 37. BUDDLEJA *intermedia Humb.* et *Bonpl.;* ramis tetragonis, pubescentibus; foliis oblongis, utrinque acuminatis, serratis, supra pilosiusculis, subtus ferrugineo-tomentosis; paniculis terminalibus, ramosis, ramis abbreviatis, patentibus; floribus glomeratis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 282. *n.* 14.

Obs. Frutex? ramis obsolete tetragonis. Folia petiolata, basi in petiolum angustata, reticulato-venosa, basin versus integerrima, supra stellato-pilosiuscula et viridia, 2-2½ poll. Petioli canaliculati, pubescentes, 2 lin. Paniculae sessiles, 2-3 poll.; ramis oppositis, ferrugineo-tomentosis. Flores sessiles. Bracteae lineares, tomentosae. Calyx ferrugineo-tomentosus. Corolla calyce duplo longior. Medium tenet inter BUDDLEJAM *Humboldtianam* (*acuminatam*) et B. *occidentalem;* an varietas praecedentis? Differt a BUDDLEJA *callicarpoidi,* cui quoque valde affinis, ramis tetragonis, foliis minoribus et angustioribus, subtus ferrugineo-tomentosis, nec incano-pubescentibus, ramisque paniculae abbreviatis, nec subfastigiatis. *Kunth.* A *Sprengel S. V.* p. 429 trahitur ad *Humboldtianam.* *Crescit cum Humboldtiana.* ♄.

n. 38. Buddleja *callicarpoides Humb.* et *Bonpl.;* ramis compressiusculis; ramulis foliisque subtus incano-tomentosis, ovato-oblongis, acuminatis, argute serratis; spicis paniculatis, subfastigiatis; floribus glomeratis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et. Spec.* II. *p.* 282. *n.* 16. B. *callicarpoides;* foliis ovatis, utrinque attenuatis, subtus tomentosis, apice serratis; capitulis racemoso-paniculatis, terminalibus. *Reliq. Willd. Ms.* B. *americana Spreng. S. V. p.* 429.

Frutex? ramis glabriusculis. Folia petiolata, basi angustata, basin versus integerrima, reticulato-venosa, supra tenuissime stellato-pilosa, 3-4 poll.. Spicae in apice ramorum, patulae, 1 1/2 - 3 poll., glomeruli oppositi, brevissime pedicellati, approximati. Bracteae lineares, tomentosae. Calyx fuscescenti-tomentosus, campanulatus. Corolla calyce paulo longior, externe tomentosa. Stylus vix exsertus. Stigma clavatum. Buddlejae *occidentali* et praesertim B. *americanae* valde affinis, distinguitur ab hac: magnitudine foliorum, tomento tenuiore, incano, paniculâ triplo breviore spicisque approximatis, subfastigiatis; ab illa: tomento incano; ab utraque formâ foliorum. *Kunth.* *In declivitate orientali montium mexicanorum, Xalapam inter et flumen Chachalacas.* ♄.

n. 39. Buddleja *verbascifolia Humb.* et *Bonpl.;* ramis (obsolete) tetragonis ad nodos compressis foliisque subtus flavido-tomentosis, supra glabris, ovato-ellipticis, utrinque acutis, duplicato-serratis; spicis paniculatis; floribus glomeratis, densis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 283. *n.* 18. An B. *cana;* fol. oblongis, utrinque acutis, crenatis, superne rugosis, glabris, subtus dense tomentosis; floribus capitatis, paniculatis; paniculâ divaricatâ terminali; calycibus tomentosis. *Reliqu. Willd. Ms.* (ab ill. *Humb.*)

A B. *callicarpoidi*, cui simillima, nonnisi formâ foliorum diversa; an varietas? Frutex. Folia petiolata, subacuminata, basi acuta, reticulato-venosa, 7-8- poll., 5 poll. lata. Petioli subpollicares, canaliculati, tomentosi. Spicae subtripollicares, crassitie digiti minoris, in apice ramorum paniculatim dispositae; panicula spithamaea, diffusa. Flores approximati. Bracteae lineares, tomentosae. Calyx campanulatus, fuscescenti-tomentosus. Corolla campanulata, flava, calyce duplo longior, externe tomentosa; laciniis ovatis, acutis. Stamina fauci corollae inserta, inclusa. Filamenta brevissima. Antherae subrotundae, biloculares, erectae. Ovarium ovatum, hirsutum. Stylus brevissimus. Stigma capitatum. Capsula ovata, obtusa, tomentosa, calyce cincta. Semina creberrima, scrobiculata. *Kunth.* *Crescit in radicibus montis Quindiu prope Hague,* alt. 750. hex. ♄.

n. 40. Buddleja *floribunda Humb.* et *Bonpl.;* ramis (obsolete) tetragonis, glabriusculis; ramulis foliisque subtus incano-tomentosis, supra glabriusculis, ovatis, acuminatis, basi angustatis, serratis; paniculis terminalibus, ramosis, divari-

catis; floribus dense glomeratis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 283. *n.* 19. B. *floribunda;* fol. ovatis, lanceolatis, superne glabris, subtus tomentosis, argute serratis; paniculâ spicatâ, terminali. *Reliqu. Willd. Ms.* B. *americana Sprengel S. V. p.* 429.

BUDDLEJAE *callicarpoidi* et *americanae* affinis; an vere species distincta? Frutex? Folia petiolata, serrulata, (in diagnosi serrata) reticulato-venosa, supra viridia, 3 poll.. Petiolus canaliculatus, 1-2 lin., tomentosus. Paniculae sessiles, 6 poll., ramis oppositis, patentibus, incano-tomentosis. Bracteae lineares, tomentosae. Calyx campanulatus, incano-tomentosus. Corollam non vidi. Capsula ovata, obtusa, tomentosa. Semina creberrima scrobiculata. *Kunth.* *Crescit prope Tasco et Tehuilotepec Mexicanorum,* alt. 920. hex. ♄.

n. 41. BUDDLEJA *dentata Humb. et Bonpl.;* ramis teretibus; ramulis foliisque subtus ferrugineo-tomentosis, supra glabris, ovato-oblongis, acuminatis, basi valde angustatis, argute dentatis; spicis paniculatis; floribus glomeratis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 283. *n.* 20.

Oja de queso Incol. „Species ab omnibus" (americanis) „satis distincta foliis dentatis. Frutex 3-4 ped.. Folia petiolata, reticulato-venosa, supra glabriuscula et viridia, 6-7 poll.. Petioli $^1/_2$ poll., canaliculati, tomentosi. Spicae 2-3 poll., dispositae in paniculam terminalem, sessilem, diffusam, 4-6 poll.. Flores in glomerulis suboppositis, sessilibus, parum remotis. Bracteae lineares, ferrugineo-tomentosae. Calyx campanulatus, ferrugineo-tomentosus; laciniis ovatis, acutis. Corolla campanulata, calyce longior, externe ferrugineo-tomentosa; laciniis ovatis. Stamina brevissima, inclusa. Ovarium ovatum, pilosum. Stylus inclusus. Stigma clavatum, glabrum. Capsula ovata, apice pilosa, quadrivalvis. Semina creberrima, scrobiculata. *Kunth.* *Crescit locis humidis in ripa Guayre prope urbem Caracas.* alt. 414. hex. ♄.

n. 42. BUDDLEJA *parviflora Humb.* et *Bonpl.;* ramis obsolete tetragonis, striatis, glabris; ramulis pubescentibus; foliis ovato-oblongis, acutis, basi (in petiolum) angustatis, crenato-serratis, supra glabriusculis, subtus fuscescenti-tomentosis; paniculis terminalibus, trichotomo-ramosissimis, divaricatis; floribus subsolitariis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 284. *n.* 21. B. *parviflora;* foliis ovatis, serratis, acutis, basi cuneatis, integerrimis, subtus canis, tomentosis; paniculâ terminali divaricatâ; pedunculis umbellatis. *Rel. Willd. Ms.*

Arbor. Folia petiolata, reticulato-venosa, 2 poll., juniora supra pubescentia. Petiolus 2 lin., canaliculatus, tomentosus. Paniculae 6-8 poll., sessiles, ramis ramulisque oppositis, fuscescenti-tomentosis. Flores parvi, subsolitarii, breviter pedicellati. Bracteae lineares, tomentosae. Calyx tomentosus. Corolla campanulata, alba, calyce longior. Stylus inclusus. Stig-

ma capitatum. Fructus haud suppetit. *Kunth.* *Crescit in montosis prope urbem Cuernavaca Mexicanorum*, alt. 850. hex. ♄.

n. 43. BUDDLEJA *microphylla Humb.* et *Bonpl.;* ramis teretibus, glabris; ramulis foliisque subtus ferrugineo-tomentosis, supra scabriusculis, ovato-oblongis, utrinque acutis, apicem versus serratis; paniculis terminalibus, coarctatis; floribus glomeratis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 284. *n.* 22. B. *parvifolia;* fol. lanceolatis, serratis, basi cuneatis integerrimis, supra punctatis, subtus incanis; paniculâ terminali; floribus glomeratis. *Rel. Willd. Ms.* (communicata nobis, fors sphalmate, nomine B. *parviflorae*).

Frutex? ramis striatis. Folia breviter petiolata, reticulato-venosa, vix pollicaria. Petiolus canaliculatus, tomentosus, lineam longus. Paniculae pollicares; ramis ramulisque ferrugineo-tomentosis. Flores glomerulis magnitudine pisi minoris, 12-16-floris. Bracteae lineares, ferrugineo-tomentosae. Calyx tomentosus. Corolla alba. *Kunth.* *Crescit locis aridis montis ignivomi Jorullo*, alt. 430. hex. ♄.

n. 44. BUDDLEJA *abbreviata Humb.* et *Bonpl.;* ramis teretibus, glabriusculis; ramulis tomentosis, floriferis abbreviatis; foliis oblongo-lanceolatis, utrinque acutis, (sub) integerrimis, supra scabriusculis, subtus ferrugineo-tomentosis; paniculis terminalibus, patulis; floribus congestis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 284. *n.* 23. B. *integrifolia;* foliis lanceolatis, utrinque attenuatis, subtus tomentosis, integerrimis; capitulis paniculatis. *Rel. Willd. Ms?*

Praecedenti *microphyllae* valde affinis. Frutex orgyalis, ramis striatis; ramulis pubescentibus aut ferrugineo-tomentosis, floriferis abbreviatis. Folia petiolata, juniora oblonga, interdum apicem versus subserrata, reticulato-venosa, supra viridia, 1 ½ poll.. Petiolus 2-3 lin., canaliculatus, tomentosus. Paniculae sessiles, subtrichotomo-ramosae, oblongae, 1-½ poll.; ramis ramulisque ferrugineo-tomentosis. Flores breviter pedicellati, suaveolentes. Bracteae oppositae, lineares, tomentosae. Calyx campanulatus. Cor. calyce duplo longior, alba. Filamenta brevissima. Antherae ovatae. Ovarium ovatum, pilosum. Stylus inclusus. Stigma capitatum. Capsula ignota. *Crescit locis temperatis, herbosis inter Pachuca et Real de Moran Mexicanorum*, alt. 1300. hex. ♄.

n. 45. BUDDLEJA *paniculata Wall.;* foliis lanceolatis, acuminatis, integerrimis, basi acutis, supra villosis, subtus dense hirsutis; racemis brevibus, hirsutis, sessilibus, in paniculis terminalibus confertis; floribus fasciculatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* 1. *p.* 412.

Arbor parva ramosa, ramis teretibus patentibus, cortice glabro per fibras secedente, ramulis subcompressis, uti folia et inflorescentia, tomento denso albo stellato. Folia 4-5 poll., supra rugosa, subtus mollia, nervis suboppositis, venis reticulatis. Pe-

tioli $^1/_2$ poll., supra obscure sulcati, lineâ elevatâ coadunati. Racemi obtusi, inferiores ex axillis terminalibus 2-3 poll., reliquis brevioribus, simplicioribus, ut denique racemus terminalis elongatus fiat, et species inde thyrsi. Pedunculus communis 6 circiter poll., extus, ut flores, hirsuti; partialis brevissimus, bracteis oppositis anguste linearibus, acuminatis. Flores fragrantes, albi, numerosi, sessiles, in fasciculis subsessilibus approximatis, singulo pari bractearum subulatarum elongatarum fulto, praeter minores sub calyce. Calycis dentes ovati. Tubus corollae cylindricus, calyce triplo longior, intus pilosus, laciniis brevibus ovalibus obtusis. Antherae lineares subsessiles sub fauce, inclusae. Stigma inclusum. *Wall.* l. c. *In valle Nepala.* D. *Gardner.* ♄.

n. 46. BUDDLEJA *rufescens Willd.;* foliis oblongis, basi cuneatis, attenuatis, integerrimis, subtus rufo-tomentosis; paniculâ terminali; floribus cymosis. *Reliqu. Willd. Ms.*

In America merid. ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

n. 47. BUDDLEJA *brevifolia Willd.;* foliis lanceolatis, integerrimis, subtus tomentosis; paniculâ terminali, coarctatâ. *Reliqu. Willd. Ms.*

In Mexico. ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

n. 48. BUDDLEJA *axillaris Willd.;* foliis ovatis acuminatis basi attenuatis petiolatis utrinque nudis, caule tetragono, floribus racemosis axillaribus. *Reliqu. Willd. Ms.*

In Madagascar. ♄.

n. 49. BUDDLEJA *sinuata Willd.;* foliis cordato-ovatis lanceolatis, sinuato-dentatis, subtus tomentosis; paniculae terminalis ramulis trifloris; floribus omnibus pedicellatis. *Rel. Willd. Ms.*

In Madagascar. ♄.

n. 437. EXACUM.

Pag. 156. n. 1. EXACUM *pedunculatum.* Confer *Obs.* ad SEBAEAM *albentem.*

Pag. 157. n. 4. EXACUM *guianense.* Addatur synonymon: EXACUM *purpureum Descourtils Fl. Antill.* p. 20. SEBAEA *guianensis Spreng. S. V.* p. 426.

n. 6. EXACUM *pusillum.* Addatur synonymon: ERYTHRAEA *luteola Pers. Syn.* 283. n. 6 (fide *Steudel*).

Obs. Specimina in *Herb. Römeriano* ab ipso *Schmidt* missa sunt ERYTHRAEA *pulchella* α. Hinc CHIRONIA *Vaillanti Schmidt* excludenda, adsentientibus *Mert.* et *Koch* in *Röhling Fl. germ.* p. 799.

n. 6 a. EXACUM *Candollei* (p. 325). Addatur synonymon: E. *glaucum Bâtard.*

Pag. 158. n. 7. EXACUM *filiforme.* Addatur synonymon: *Broter. Fl. lusit. p.* 279. *n.* 9. *Smith Engl. Flor. p.* 212.

Hook. Lond. II. 91. t. 86. MICROCALE *filiforme Hoffmannsegg.* et *Link.* CICENDIA *Adans. Delarb.*

n. 7 a. EXACUM *minus Willd.;* ramis quadrangularibus; foliis oblongis, acutis; spicis terminalibus. COUTOUBEA *minor Humb. et Bonpl. nov. Gen. et Spec.* III. *p.* 139. *Spreng. S. V. p.* 426. EXACUM *minus;* floribus spicatis, foliis lineari-lanceolatis acutis. *Reliqu. Willd. Ms.*

5-6 poll.. Caulis erectus, dichotomus, ramique glabri. Folia opposita, sessilia, integerrima, reticulato-venosa, glabra, 4-5 lin.. Spicae erectae, oblongo-cylindraceae, subpollicares. Flores subsessiles, quadrifariam dispositi, basi tribracteati, magnitudine ERYTHRAEAE *ramosissimae.* Bracteae lanceolatae, acuminatae. Cal. 4-fidus, laciniis lanceolatis, acuminatis, tubo adpressis, aequalibus. Cor. hypocrateriformis, alba; tubo calycem haud superante; fauce subconstrictâ, limbi laciniis oblongis, acutis. Stam. summo tubo inserta. Squama ad filamenta ovata, acuta, ciliata. Antherae basi sagittatae. Germen glabrum. Stylus longitudine staminum. Capsula oblonga, septicido-bivalvis, glabra, calyce persistente et corollâ marcidâ vestita, 2 lin.. Semina creberrima, minutissima, fusca. *Kunth.* *In humidis Orinoci, prope Catarractam Aturensium.* ⊙.

n. 8. EXACUM *heteroclitum* deleatur hic, est enim CANSCORA.

n. 9. EXACO *spicato* addatur synonymon: COUTOUBEA *) *spicata Humb.* et *Bonpl.;* ramis teretibus; foliis oblongis subacuminatis; spicis terminalibus et axillaribus. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. et spec.* dig. *Kunth.* III. *p.* 140. *Spreng. S. V. p.* 426. EXACUM *spicatum Vahl* cum tota synonymia, uti nos *l. c.*

Caulis erectus, ramosus, 2-3-ped.; rami glabri, foliaque opposita. Folia subamplexicaulia, lanceolato-oblonga, integerrima, reticulato-venosa, glabra, 2 ¹/₂ poll., vix ¹/₂ poll. lata. Spicae terminales (axillares ex *Aubl.*) erectae, subsemipedales, cylindraceae. Flores subsessiles, quadrifariam dispositi, approximati, tribracteati, suaveolentes, duplo majores quam in minore. Cal. laciniis lanceolato-subulatis, margine diaphanis, aequalibus, glabris, tubum corollae aequantibus. Cor. alba; tubo ventricoso, fauce constrictâ, violaceâ; limbi laciniis oblongis, acutis, aequalibus. Stam. exserta. Antherae sagittatae, polline flavo. Squamae ad basin filamentorum truncatae, e margine filamenti formatae, haud ciliatae. Caps. oblonga, 3 lin.. *Kunth.* *In montosis calidis nov. Grenadae prope Honda.*

Obs. An huc: COUTOUBEA *spicata;* caule herbaceo; foliis oppositis, oblongis, breviter acuminatis; spicis terminalibus, densifloris; floribus subquaternis,

---

*) COUTOUBEAE genus retinuit, et sequente charactere designavit cl. *Kunth* in *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. et spec.* III. *p.* 139. „*Cal.* 4-partitus. *Cor.* hypocrateriformis, fauce subconstrictâ, limbo 4-partito, patente. *Stam.* 4, squamis 4 ad basin filamentorum. *Stylus* 1. *Stigma* bilamellatum. *Caps.* bilocularis.“

erecto-patentibus. *Meyer Essequeb.* p. 87 (qui figuram *Aubleti* pessimam dicit). „Caulis simplex, inferne teres, superne obsolete quadrangulus, glaber. Folia decussata, semiamplexicaulia, 2-2½ poll., 8-10 lin. lata, supra nitida. Spica 3-5 poll. Flores approximati, bracteis 3 lanceolatis, subulato-acuminatis. Calycis laciniae oblongo-lanceolatae, in cuspidem attenuatae. Cor. et genitalia *racemosae*, sed tubus minus perspicue lineatus, laciniae parum angustiores, stamina longiora. Ovarium ovato-oblongum, attenuatum, et stylus leviter curvatus. Caps? Descriptio et icon *Aubleti* falsae." *Meyer.*

n. 9 a. EXACUM *racemosum*; caule fruticoso; foliis oppositis, lanceolatis, utrinque acuminatis; floribus racemosis, oppositis, divergentibus. COUTOUBEA *racemosa. Meyer Essequeb.* p. 86. *Sprengel S. V.* p. 426.

Fruticulus 2-5 ped., glaberrimus, ramosus, foliorum lapsu inferne annulatus, rugulosus, viridis, ligno albo. Rami oppositi, patentes, teretes, apice floriferi. Folia pinguia, sessilia, decussata, semiamplexicaulia, 4-6 poll., 6-8 lin. lata, integerrima, subundulata, obsolete venosa. Racemi longissimi, stricti. Flores brevissime pedicellati, remotiusculi, decussatim oppositi, divergentes, inferiores demum divergenti-divaricati, basi bracteis 3 lanceolatis, infimâ reliquis duplo longiore et patente, lateralibus oppositis, calyci adpressis. Cal. inferus, persistens, ultra medium 4-fidus, laciniis oblongis, acuminatis, striatis, margine scariosis et subpellucidis. Cor. persistens, alba, fauce dilute rufescens, tubo longitudine calycis, campanulato-cylindraceo, elevato-striato, limbo plano, 4-partito, laciniis lanceolatis. Filamenta subulata, limbi laciniis fere duplo breviora, squamis 4 tubo infra faucem adnatis, obtusis, subconcavis, apice inserta. Antherae incumbentes, sagittatae, apice lobisque baseos obtusis, superne in utroque loculamento lineis 2 elevatis. Ovarium ovatum, obsolete tetragonum. Stylus staminibus longior, subulatus. Stigma 2-partitum, lobis patentibus, ovatis, compressiusculis, interne pubescentibus. Caps. calyce corollâque vestita, oblongo-ovata, obsolete tetragona, bisulcata, styli basi persistente, valvulis membranaceo-concavis. Semina marginibus valvularum inflexis adnata, minuta, subrotunda, nitida. *Meyer.* *In arena plantationis Sophienburg.* ♄.

Pag. 159. n. 11. EXACUM *alatum* deleatur hic, utpote CANSCORA *decussata.*

n. 12. EXACUM *pulchellum.* Addatur synonymon: *Nuttall gen.* 102, qui, an SABBATIA? quaerit.

n. 12 bis. EXACUM *arenarium;* caule ramoso; spicis axillaribus; floribus distantibus; foliis lanceolatis, basi attenuatis. COUTOUBEA *arenaria Reliqu. Willd. Ms.*

In Brasilia. ⊙. Ill. C. a *Hoffmannsegg.*

n. 13 a. EXACUM *bicolor Roxb.;* annuum, erectum, tetragonum; foliis (sub) sessilibus, ovatis, quinquenervibus; floribus axillaribus; apicibus laciniarum corollae albae caeruleis; antheris erectis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 413. n. 1.

Rad. fere simplex. Caulis erectus, ramosus, angulis subalatis, 1-2 ped.. Folia glabra, variae magnitudinis; floralia parva, angusta. Flores solitarii, breviter pedunculati, magni. *Roxb. l. c.* *In Cuttack.* ⊙.

n. 13 b. EXACUM *tetragonum Roxb.*; annuum, erectum, tetragonum; foliis sessilibus, lanceolatis, quinquenervibus; floribus numerosis terminalibus; staminibus styloque declinatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* I. *p.* 413. *n.* 2.

Caulis glaber; 2-4 ped.. Folia decussata, glabra, lucida, 2-4 poll.. Flores magni, elegantissime caerulei, inodori. Cal. ad basin usque divisus, laciniis 4 pugioniformibus. Corollae laciniae oblongae, acutae, patentes. Filamenta in tubo corollae, brevia. Antherae lineares, ad alterum latus inclinatae, poris ad apicem 2, ut in *Cassia.* Stylus oblique exsertus, stigmate ampliato. Elegantissima indicarum plantarum, floribus per dies plures expansis, quod raro in plantis indicis. *Roxb. l. c.* *In Bengaliae pratis. Roxb.; in Katmandu Gardner; in Turrayee, ad fines montium Nepala. W. Jack. Wall.*

n. 13 c. EXACUM *teres Wall.*; caule tereti; foliis lineari-lanceolatis, acuminatis, basi attenuatis, subsessilibus, trinervibus; pedunculis oppositis, trifloris, terminalibus, corymbosis; laciniis corollae lanceolatis, acuminatis. *Wall. in Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* I. *p.* 414.

Affine *tetragono* habitu et pulchritudine: differt habitu graciliore, staturâ minore, vix 2-ped.; caule tereti crassitie pennae anserinae; ramis ad basin caulis paucis; foliis 3-4 poll., medio ½ poll. latis, inde utrinque attenuatis, basi fere petiolatis, apice tenuiter acuminatis. Pedunculi longitudine fere foliorum; pedicelli tenues, ½-1 poll., flore magno, intense caeruleo, laciniis corollae angustioribus, magis quam in *tetragono* acuminatis. *Wall.* *In Silhet. R. Smith.*

n. 13 d. EXACUM *carinatum Roxb.*; annuum, erectum; foliis subsessilibus, lanceolatis, trinervibus; corollis 4-fidis, membranaceo-carinatis; staminibus protrusis; stylo declinato. *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* I. *p.* 415. *n.* 5. SEBAEA *carinata Spreng. S. V. p.* 426.

Rad. ramosa; caulis medio uno alterove pare ramorum, superne dichotomus, subtetragonus, laevis, 6-12 poll.. Flores terminales, numerosi, sat magni, flavi in corymbis dichotomis, solitario longe pedunculato in dichotomiis. Cal. 4-partitus, (uti corolla) laciniâ singulâ dorso carinâ latâ membranaceâ. Filamenta brevia, margini membranaceo intus in fauce tubi inserta. Antherae erectae, flavae, latere dehiscentes, stylo declinato breviores. Stigma adscendens, simplex. *Roxb. l. c.* *In Ceylon.* ⊙.

n. 13 e. EXACUM *sulcatum Roxb.*; annuum, erectum, ramosum; caule ramisque sulcis oppositis; foliis subsessilibus, lanceolatis, carnosis, trinervibus; calyce quadricarinato; sta-

minibus erectis; capsulis globosis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 416. n. 6. SEBAEA *sulcata Spreng. S. V. p.* 426.

Rad. fibrosa. Caulis 6-12 poll., glaber, ramis oppositis, apice bis-ter-dichotomis. Folia 1-2 poll.. Flores terminales numerosi, laete caerulei, in dichotomia longe pedunculati. Pedunculi 4-goni, bracteis ovatis, recurvis. Cal. profunde 4-partitus. Filamenta brevia, fauci tubi corollae inserta. Antherae ovato-oblongae, contiguae, apice biperforatae. Stylus staminibus longior, declinatus, stigmate bilobo. Caps. globosa. *Roxb. l. c.* *In Bengalia.* ⊙.

Obs. CHIRONIA *trinervis* a clo *Roxburgh* huc, ad EXACA, refertur in *Fl. ind.* p. 414.

Pag. 160. n. 14. EXACUM *verticillatum.* Addatur synonymon: ERICOILA *verticillata Borkh.*

n. 15. EXACUM *hyssopifolium.* Addatur synonymon: GENTIANA *octoflora Vitman.* GENTIANA *verticillata Gmel. S. V. p.* 462. *Descourtils Fl. Antill. n.* 16. GENTIANA *lignosa* S. V. ed. *Murr. Pers. p.* 283.

n. 17. EXACUM *ramosum.* Addatur synonymon: COUTOUBEA *ramosa Spreng. S. V. p.* 426.

EXACIS dubiis subjungantur:

n. 18. EXACUM *strictum Willd.;* caule erecto, stricto, superne paniculato; foliis lanceolatis. *Reliqu. Willd. Ms.*

Caulis digitalis, simplex, apice parum ramosus; folia opposita, sessilia, acuta. *Ad Orinocco.* ⊙ *Humb.* et *Bonpl.*

n. 19. EXACUM *patens Willd.;* caule dichotomo, patente; foliis lanceolatis; calyce patente. *Reliqu. Willd. Ms.*

Caulis palmaris, ramosissimus, paniculatus, angulatus; calycis laciniae setaceae, longitudine tubi corollae. *In Peru.* ⊙. *Humb.* et *Bonpl.*

n. 20. EXACUM *scabrum Willd.;* foliis ovatis, scabris, ciliatis; caule ramoso, diffuso; pedunculis axillaribus, unifloris, solitariis. *Reliqu. Willd. Ms.* (--?--)

Obs. Sprengel ad EXACA trahit ORTHOSTEMON *erectum R. Br.;* ERYTHRAEAM *quitensem Kunth.*

n. 438. SEBAEA.

Pag. 161. n. 1. SEBAEA *ovata.* Addatur synonymon: GENTIANA *ovata Dietr.*

n. 2. SEBAEAE *albenti* addatur synonymon: GENTIANA *albens;* caule trichotomo, tetragono; foliis ovatis, amplexicaulibus. *Thunb. Prodr. p.* 48. *Fl. cap.* II. *p.* 172. *ed. nostr.* p. 242.

Rad. fibrosa. Caulis herbaceus, tetragonus, erectus, glaber, palmaris. Rami dichotomi, ramulique fastigiati. Folia cordato-

ovata, subdecurrentia, acuta, integra, glabra, vix unguicularia. Flores pedunculati, albi. Stamina inclusa. *Vulgatissima in collibus circa urbem Cap, in arenosis Groene Kloof, Gansekraal et Swartland.*

Obs. Illustr. *Thunberg*, quidquid *Willdenow* ad EXACUM *albens*, *Vahl* ad EXACUM *pedunculatum* (quod confer) monuerint, EXACUM *pedunculatum Linn. Syst. Veg.* XIII. p. 131 non sejungit ab EXACO *albente Linn. Suppl.* p. 123, sed utrumque tanquam synonymon huc refert.

n. 3. SEBAEAE *aureae* addatur synonymon:

GENTIANA *aurea*; caule simplici; foliis lanceolato-ovatis *Thunb. Fl. cap.* II. p. 171. *ed. nost.* p. 242.

Thunberg, qui huc etiam trahit EXACUM *sessile*, sequentibus describit hanc plantam: „Rad. fibrillosa. Caulis filiformis, glaber, erectus, palmaris. Folia amplexicaulia, glabra, integra, semiunguicularia. Flores in summitate caulis in panicula trichotoma, pedicellis capillaribus. Corollae luteae vel aureae. *In arenosis, verno tempore inundatis.*

n. 4. SEBAEAE *cordatae* addatur:

GENTIANA *exacoides*; fol. cordatis; calycibus carinatis. *Thunb. Prodr.* p. 47. *Fl. cap.* II. p. 172 *ed nostr.* p. 242.

Rad. fibrosa. Caulis tetragonus, erectus, inferne simplex, superne ramosus, palmaris. Rami versus summitatem trichotomi. Folia sessilia, subamplexicaulia, cordato-ovata, acuta, integra, internodiis breviora, superiora sensim vix unguicularia. Flores terminales in summitate caulis et ramis trichotomis, erecti. Cal. 5-angulatus, ad basin fere 5-partitus, glaber, tubo corollae paulo brevior; laciniae lanceolatae, acutae, carinà dorsali latà, membranaceà, inferne rotundatae, conniventes, striatae. Cor. tubulosa. Tubus cylindricus flavus, unguicularis. Limbus 5-partitus; laciniarum ungues erecti, tubum ventricosum formantes. Laminae alternatim incumbentes, oblongae, obtusae cum acumine, patentes, subunguiculares, flavae, supra unguem lineola quadruplici aurantiacà, intermediis 2 paulo longioribus. Filamenta nulla. Antherae basi laciniarum limbi insertae, sessiles, flavae, oblongae. Germen oblongum, glabrum. Stylus tubo longior, albus, medio glandulifer. Glandulae 2 oblongae, oppositae, virides, adnatae. Stigma clavatum, obtusum, simplex, quadrifidum, virescens. Caps. oblonga, subcompressa, glabra, quadristriata, bivalvis, bilocularis. Semina 2 oblonga. *In collibus capensibus vulgaris, in Swartland.* ⊙.

Obs. Cl. *Thunberg* non excludit EXACUM *cordatum Syst. Veg.* XIV. p. 155. An EXACUM *grandiflorum Gaertn.?*

n. 5. SEBAEA *cymosa Jarosz*; floribus terminalibus cymosis, 4-fidis; calycibus glabris, venoso-nervosis; caule simplici, angulato; foliis orbiculatis, integerrimis. PL. *nov. capens.* diss. F. E. F. *Jarosz* p. 10. *β.* S. *minima*, caule pollicari, calyce scabro. *Ibid.* p. 11.

Rad. annua, fibrosa. Caulis erectus, 4 poll., glaber. Folia erecta, sessilia, acutiuscula, glabra, oleracea, nervosa. Cal. 4-partitus, laciniis integris, acutis. Cor. lutea, 4-fida, tubo calyci aequali, laciniis lanceolatis, acutis. Filamenta in tubo bre-

via *Jar.* qui β, quam speciem dixit, nimis affinem fatetur, solisque characteribus datis distinctam. *In prom. b. spei.*

Obs. *Sprengel S. V.* p. 426 huc traxit: EXACUM *guianense, carinatum, sulcatum* et ERYTHRAEAM *jorullensem.*

n. 439. FRASERA.

Pag. 162. FRASERAE *Walteri* adde synonymon: *Nutt. gen.* p. 101. *Elliott Bot. of S. Carol. et Georg.* p. 205 (qui cum radice Colombo commutari, sed nullo gaudere aromate).

n. 439 a. OBOLARIA.

1. * OBOLARIA *virginica Linn. Spec.* II. 881. *Hort. Cliff.* 323. *Gronov. virg.* 74. *Moris. hist.* 3. p. 504. S. 12. t. 16. f. 23. *Pluk. Alm.* 273. t. 209. f. 6. *Raj. Suppl.* 595. *Willd. Spec.* III. p. 346. *Pers. Syn.* 2. p. 182. *Pursh Sept. Amer.* II. p. 431. *Nutt. gen. p.* 103.

Parvula, vernalis, amara, 3-4 poll., radice perenni? parvâ, ramosâ; caule simplici; foliis oppositis, fere carnosis, saepissime subtus purpureis; floribus sessilibus, terminalibus, marcescentibus, per paria vel etiam ternatim ad apicem caulis collectis, caeruleo-albis, bracteis foliaceis subtensis; stigmate minute bifido. *Nutt.* *In vicinia Philadelphiae rara, etiam prope West-Chester, copiose in sylvis umbrosis lacus Erie.* ♃?

Obs. Radicem coralloidem petit *Morison;* folia suprema extus purpurea *Willdenow;* bracteas purpureas *Pursh;* flores pallide rubentes *Willd.* et *Pursh.* Mirum de OBOLARIA *caroliniana,* quae in *Gmel. Syst. Veg.* p. 954 *virginicae* β dicitur, silere et *Pursh* et *Nuttall.*

n. 440. CENTAURELLA.

Pag. 162. n. 1. CENTAURELLA *verna.* Addatur synonymon: *Nutt. gen.* p. 101. ANDREWSIA *verna Spreng. S. V. p.* 162.

n. 2. CENTAURELLA *aestivalis.* Addatur synonymon: *Nutt. gen.* p. 101.
A clo *Sprengel S. V. p.* 162 male jungitur cum *verna.*

n. 3. CENTAURELLA *autumnalis.* Addatur synonymon: C. *paniculata Nutt. gen.* p. 101. *Bigel. Fl. bost. p.* 39. ANDREWSIA *autumnalis Spreng. S. V. p.* 162.

n. 441. SPIELMANNIA.

Pag. 163. n. 1. SPIELMANNIA *africana.* Addatur synonymon: *Sims bot. Mag.* 1899. SPIELMANNIA *decurrens Moench.* OFTIA *Adans.*

n. 442 a. 1. HEMIPHRAGMA.

n. 1. HEMIPHRAGMA *heterophyllum Wall. Wallich* in *Linn. Trans.* XIII. p. 612.

Caulis gracillimus, 1-2-ped., repens, obsolete quadrangularis, fuscescens. Rami pauci apicem versus, tenerrimi, indivisi, breves, oppositi, acutanguli, asperuli. Folia caulina ovato-cordata, subreniformia, plana, patentia, membranacea, citius emarcescentia, opposita et fere amplexicaulia, brevissime petiolata, unguicularia et pollicaria, remota ad pollicum interdum distantiam, obtusa, acutiuscula et late dentata, lobis baseos integris, rotundatis, utrinque pilosula, subtus trinervia, leviterque reticulato-venosa, siccitate ferruginea: superiora et ramea ovata vel suborbiculata, pauca, bracteiformia, ter quaterve minora. Folia alia subulato-acerosa, 2-3 lin., semiteretia, supra sulcata, pilosula, acuta, laete viridia, nitida, sessilia, undique patentia, 20-30 circiter conferta in fasciculos ovatos, unguiculares, breve petiolatos, patentes, axillares, foliis caulinis oppositos vel terminales. Petioli foliorum majorum vix 2 lin., supra sulcati, pilosuli. Flores parvi, solitarii, axillares vel centrales in fasciculis, pedicello brevissimo villoso. Cal. subovatus, persistens, dense villosus, profunde 5-partitus: laciniis patentiusculis, linearibus, purpureis, acutis. Cor. rosea, calyce duplo major, glabra: tubo obsolete 4-gono, medio ventricoso; limbo raro 6-fido, valde obscure bilabiato, laciniis ovalibus, obtusis: 2 superioribus parum latioribus; fauce nudâ. Stamina parum supra faucem elevata, medio tubi inserta; antherae ovatae. Pistillum staminibus parum brevius: germen disco hypogyno flavicante fultum; stylus teres; stigma leviter incrassatum, acutum. Bacca magnitudine pisi, stylo persistente coronata, calyce patentissimo, coccinea, laevissima, nitida, lineis 4 gracillimis. Semina numerosa, minuta, pallide ferruginea, punctata. *Wall.* *Communis in montibus Nepaliae saxatilis.* ♃.

n. 442 b. A R A G O A.

n. 1. Aragoa *cupressina Humb. et Bonpl.;* foliis squamaeformibus, ovato-deltoideis, arcte adpressis, margine obsolete lanatis; fauce villosâ. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. et spec. dig. Kunth* III. *p.* 121. *t.* 216. *Poiret Enc. ill. gen. Suppl. p.* 551.

Frutex ramosissimus; ramis oppositis, confertis, erectis, teretibus; piloso-tomentosis, densissime foliosis. Folia octofariam imbricata, sessilia, ramis arcte adpressa, carnosa, depresso-trigona et dorso carinata, glabra, sesquilineam longa, in ramulis minora. Flores ad apicem ramulorum ex axillis foliorum erumpentes, solitarii, sessiles. Calyx foliolis lanceolatis, aut oblongo-lanceolatis, acutis, convexiusculis, glabris, marginibus lanatis et incumbentibus, aequalibus. Corolla sub ambitu disci hypogyni inserta, alba, glabra; tubo cylindraceo, calycem subaequante; limbo tubum vix duplo superante: laciniis obovato-oblongis, apice ciliatis, aequalibus. Praefloratio obtectivo-imbricativa. Stamina cum laciniis corollae alternantia, aequalia, erecta. Filamenta subulato-filiformia, inferne villosa. Antherae cordato-reniformes, obtusae, dorso affixae, interne per suturam formam ferri equini referentem dehiscentes, septo interjecto nullo (?) Pollen e sphaerulis laevibus compositum.

Ovarium liberum, disco hypogyno orbiculari impositum, ovatum, glabrum, biloculare. Ovula 4 in singulo loculo, bina superposita. Stylus terminalis, filiformis, glaber, exsertus, staminibus brevior. Stigma vix summo tubo crassius, subglobosum, subtilissime glanduloso-scabriusculum. Capsula ovata, acuta, basi styli umbonata aut mucronata, quadrisulcata, laevis, glabra, nigro-fusca, nitida, magnitudine grani cannabis, calyce persistente cincta ipsoque parum brevior, bilocularis, quadrivalvis. Dissepimentum valvis parallelum, tetragono-compressum, glabrum, demum liberum; faciebus seminiferis. Semina 4 in quolibet loculo, biseriata, bina superposita, uno alterove saepe abortiente, peltato-sessilia, marginibus pressim contigua nec incumbentia, adscendentia (ex *Rich.*) oblonga aut elliptica, compressa, externe convexiuscula, interne planiuscula, laevia, fusca, membranâ (Epispermio *Rich.*) celluloso-reticulatâ involuta et alata, cicatriculâ hili subrotundâ ad imam nuclei partem. Endospermium semini conforme, dense carnosum. Embryo exilis, rectus, endospermio parum brevior. Cotyledones ellipticae, plano-convexae, obtusae, carnosae, albidae, nervis tribus (fuscis?) pictae. Radicula infera, crassa, obtusa, cotyledonibus duplo triplove brevior. *Kunth.* *Juxta Santa Fe de Bogota*, alt. 1360 hex. ♄.

n. 2. A. *abietina Humb. et Bonpl.*; ramis glabris; foliis linearibus, patulis, obsolete ciliatis; fauce nudâ. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. ed. spec. dig. Kunth.* III. *p.* 122. *n.* 2. *t.* 217. *Poiret l. c.*

Frutex ramosissimus; ramis ternis quaternisve, confertis, patulis, teretibus, glabris. Folia octofariam imbricata, sessilia, patula, acuta, carnosa (sicca coriacea) plana, glabra, uninervia, 3 aut 4 lin. long., $^1/_3$ aut $^1/_2$ lin. lat. Flores ad apicem ramulorum axillares, solitarii, brevissime pedunculati, structurâ praecedentis. Calyx pentaphyllus; foliolis glabris. Corolla hypocrateriformis, tubo tereti, calyce vix breviore; limbi laciniis acutis. Filamenta glabra. Capsula ovato-oblonga, fusca, nitida, glabra. *Cum praecedente.* ♄.

n. 444. LABATIA.

Pag. 164. n. 2. LABATIA *pedunculata.* Addatur synonymon: LABATIA *Pouteria Raeusch.*

n. 445. PENAEA.

Pag. 165. n. 5. PENAEA *squamosa;* addatur icon et synonymon:

Bell. Ker. Bot. Reg. n. 106. (quo teste sine dubio *P. tetragona Berg.*) *P. Sarcocolla Lam. Enc.* VI. p. 558. (fide *Spreng. S. V. p.* 419).

n. 6. PENAEA *acuta*; addatur synonymon: PENAEA *longiflora Meerb.* (fid. *Spreng. S. V.* p. 419.)

Pag. 166. n. 7. PENAEA *Sarcocolla.* Addatur:

Obs. *Sprengel S. V.* p. 419. P. *Sarcocollam Lam.* traxit ad *squamosam*, et *fucatam* ad *Sarcocollam Berg.*

n. 446. BLAERIA.

Pag. 168. n. 1. BLAERIA *ericoides*. Addatur synonymon: *Link Enum.* p. 126. ERICA *Blaeria*; mutica; foliis 4-nis, oblongis, villoso-scabris; capitulis erectis; corollis campanulatis. *Thunberg Fl. cap. ed. nostr. p.* 358. ERICA *dumosa Salisb.*

Caulis erectus, totus fusco-cinereus, ramosissimus, ramis et ramulis sparsis, subverticillatis, cinereo-tomentosis, virgatis, ultimis filiformibus praecipue villosis. Folia ovata, obtusa, crassiuscula, adpressa, supra plana, subtus convexa et sulcata, undique scabra et villosa, vix lineae. Flores in ultimis ramulis terminales, aggregati, sessiles, subcapitati. Cal. albo-hirsutus. Cor. ovato-cylindrica, purpurea. Filamenta 4, capillaria, longitudine corollae. Antherae ovatae, exsertae. Stylus filiformis longitudine staminum, stigmate capitato. *Thunb.* — „Est ERICA corollis ovatis, antheris muticis, fol. 4-nis. Rami hirsuti, uti calyx. Cor. 2-3 lin.“ *Link.* BLAERIA potius videtur, fide specim.

n. 2. BLAERIA *depressa*. Addatur synonymon: BLAERIA *pusilla* fide *Spreng. S. V. p.* 432.

Pag. 169. n. 3. BLAERIA *scabra*. Addatur synonymon: ERICA *scabra Thunb. Fl. cap.* p. 357.

Caulis cinereus, purpurascens, glaber, erectus. Rami teretes, flexuosi, similes. Ramuli capillares, subfastigiati, piloso-hispidi. Folia brevissime petiolata, obtusiuscula, supra convexa, subtus sulcata, margine revoluto, undique piloso-hispida, imbricata. Flores terminales capitati. Corollae minutae, tubuloso-campanulatae, glabrae, albae. Filamenta 4, purpurascentia. Antherae bifidae, rufae, exsertae, ut stylus filiformis. *T.*

n. 4. BLAERIA *fasciculata*. Addatur synonymon: ERICA *fasciculata Thunb. Fl. cap. ed. nostr. p.* 357.

Caulis erectus, cinereus, glaber, ramosus. Rami sparsi, flexuoso-erecti, cinerei, glabri; ramuli sparsi et verticillati, superiores filiformes, cinerei, villosi et tomentosi, subfastigiati, flexuosi. Folia ovato-lanceolata, obtusa, supra plana, subtus convexa, sulcata, margine scabra et ciliata, patentia, lineam longa. Flores in summitatibus ramulorum terminales, capitati. Cal. et Cor. albae, glabrae. Filamenta 4, brevia. Antherae purpurascentes, inclusae. *Thunb.*

Obs. *Sprengel S. V.* p. 432 huc trahit BL. *hirsutam Licht.*, ex descriptione utriusque toto coelo diversas plantas.

n. 5. BLAERIA *articulata*. Addatur synonymon: ERICA *articulata Thunb. Fl. cap.* ed. *nostr. p.* 357.

Caulis erectus, fusco-cinereus. Rami sparsi et ramuli filiformes, aggregati, virgati, erecti, cinereo-tomentosi, apice cernui. Folia obtusa, supra plana, subtus convexa, dorso sul-

cata sulco albo, margine integra vel tenuissime villosa, imbricata, $^1/_2$ lin. Flores in ramulis terminales, copiosi, sessiles, capitulis nutantibus. Cal. villosus. Cor. cylindrica, subclavata, incurva, albido-incarnata, glabra. Filamenta 4, capillaria, purpurea, corollâ longiora. Antherae oblongae, bipartitae, purpurascentes, exsertae. Stylus staminibus longior, capillaris. Stigma simplex, obtusum.

n. 6. Blaeria *purpurea.* Addatur synonymon:
Erica *purpurea Thunb. Fl. cap. p.* 356.

Caulis fuscus, pedalis et ultra. Rami alterni, flexuosi, divaricati, ramulis sparsis, copiosissimis, filiformibus, flexuosis, fusco-cinereis, glabris, erectis, foliosis. Folia terna, brevissime petiolata, obtusa, subtus convexa et sulcata, imbricata, glabra, $^1/_2$ lineae. Flores in ultimis ramulis aggregati, copiosi, erecti. Pedunculi capillares, longitudine foliorum, purpurascentes. Bracteae 2 breves. Cal. brevissimus, 4-phyllus, carinatus, acutus, glaber. Cor. cylindrica, purpurea. Filamenta 4, brevia. Antherae purpurascentes, subexsertae. Stylus filiformis, corollâ longior. *Thunb.*

n. 7. Blaeria *muscosa.* Addatur synonymon:
Erica *albida;* mutica, foliis ternis, trigonis, pilosis; floribus lateralibus; calyce villoso. *Thunb. Fl. cap. ed. nostr.* p. 347. E. *albens. Thunb. Prod. cap. p.* 70.

Fruticulus flexuoso-erectus, fuscus, palmaris, pedalis et ultra. Rami sparsi, frequentes, breves, parum ramulosi, flexuoso-erecti, cinereo-tomentosi. Folia brevissime petiolata, linearia, obtusa, supra plana, subtus sulcata, vix conspicue villosa, patentia, lineam longa. Flores in ramis et ramulis sparsi, aggregati, sessiles vel brevissime pedunculati. Cal. corollâ paulo brevior. Cor. campanulata, ore 4-fido, patulo, alba. Antherae 4, purpurascentes, pertusae, bifidae, exsertae. *Thunb.* l. c.

n. 8. Blaeria *pusilla* Addatur synonymon:
Erica *pusilla. Thunberg Flor. cap. ed. nostr.* p. 347.

Caulis flexuoso-erectus, fusco-cinereus, 2-ped. et ultra, ramis sparsis, subverticillatis, curvato-erectis, cinereo-tomentosis; ramulis filiformibus, subfastigiatis. Folia oblonga vel sublinearia, obtusiuscula, subtus convexa et sulcata, scabra, incurvato-imbricata, lineam longa. Flores in ramulis inter folia. Pedunculi capillares, nutantes, tenuissime villosi, purpurascentes, ebracteati, foliis longiores. Cal. brevissimus, villosus. Cor. ovata, purpurea. Antherae purpurascentes, pertusae, bifidae, exsertae, saepius 4, rarius 8 vel 9. Stylus staminibus longior. Variat rarius foliis plus minus hirsutis et albo villosis. *Thunb. Sprengel S. V.* p. 432. Bl. *depressam* huc traxit.

Pag. 170. n. 9. Blaeria *hirsuta.* Confer *Obs.* ad *fasciculatam.*

n. 10. Blaeria *pauciflora* lege *paucifolia.*

n. 11. Blaeria *glabella.* Addatur synonymon:

ERICA *glabella Thunb. Fl. cap. ed. nostr. p.* 364. BLAERIA *pusilla Linn.* (fid. *Salisbury*). ERICA *embolifera Salisb.*

Ramuli filiformes, glabri. Folia petiolata, ovato-oblonga, obtusa, supra convexa, subtus sulcata, glabra utrinque, margine aculeato-scabrida, imbricata, apice patulo. Flores subcapitati. Cal. glaber. Cor. subcylindrica, albida, glabra. Antherae 4, purpureae, exsertae. Stylus pallidus, paulo longior. *T.*

n. 12. BLAERIA *ciliaris.* Addatur synonymon: ERICA *plumosa Thunb. Fl. cap. ed. nostr. p.* 364.

Caulis rigidus, fusco-cinereus. Rami sparsi, uti et ramuli cinerei, glabri, flexuosi, divaricati, diffusi, ultimi filiformes. Folia brevissima, petiolata, ovata, obtusa, integra, supra plana, subtus sulcata et convexa, imbricata, lineam dimidiam longa, vix nisi tenuissime et inconspicue villosa. Flores in ultimis ramulorum apicibus terminales, aggregati, subsessili-capitati, cernui. Calyx albidus, glaber. Cor. albida, glabra. Antherae subtetragonae, purpurascentes, apice bifidae, inclusae. Stylus filiformis, corollâ longior. Dignoscitur ab aliis facile calyce pulcherrime ciliato. *Thb.*

Pag. 170. post BLAERIAM ponatur:

n. 446 a. ARCYTOPHYLLUM.

n. 1. ARCYTOPHYLLUM *blaerioides Reliqu. Willdenow. Ms.*

Frutex parvus, ericaeformis, ramis cicatrisatis a lapsu foliorum, apice incrassatis. Folia ovata, acuta, patentia, margine reflexa, subtus ferruginea. Flores terminales axillaresve, sessiles, violacei. *In Silla de Caracas.* ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

Pag. 171. post n. 447. SYMPIEZAM inseratur:

447 a. BUCHIA.

n. 1. BUCHIA *plantaginea Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. red. Kunth* II. *p.* 219. t. 132. *Poiret Enc. ill. gen. p.* 556.

Herba suberecta, ramosa; caule rubro, piloso ex *Bonpl.*; ramis teretibus, laevibus, glabriusculis. Folia opposita, approximata, breviter petiolata, oblonga, subacuminata, inferne valde angustata, integerrima, 5-nervia, supra lanuginoso-pilosa, viridia, subtus lanuginoso-lanata, incana, membranacea, adjecto petiolo 3 poll., 9-10 lin. lata. Pedunculi complures (in specimine nostro 5), in apice ramorum congesti, elongati 2 ½ poll. longi, compressiusculi, sericeo-pilosi. Spicae 3-6, in apice pedunculorum conglomeratae, sessiles, oblongo-cylindraceae, obtusae, 6-9 lin. longae. Flores arctissime imbricati, ebracteati?, sessiles, 1 ½ lin.. Rhachis angulata, densissime pilosa. Calyx pilosus; laciniis ovatis, acuminatis, concavis, crassiusculis, aequalibus. Corolla alba, externe pilosa; tubo cylindraceo, calycem superante, basi pilis rigidis complanatis cincto; limbi laciniis oblongo-lanceolatis, acutis, erec-

tiusculis, fauce pilosâ. Stamina fauci inserta. Filamenta brevissima, complanata. Antherae oblongae, obtusae, erectae, biloculares, longitudinaliter latere dehiscentes. Ovarium globoso-depressum, productum in acumen triplex pilisque coronatum. Stylus summo ovarii inter acumina insertus, filiformis, longitudine tubi, glaber, laciniis capillaceis. Fructus depresso-globosus, tricoccus?, tricuspidatus pilisque rigidis complanatis coronatus, laevis, glaber, calyce persistente. Semina laevia, fusca, in specimine nostro nondum matura. *Kunth.* *Crescit locis humidis prope Javita Orinocensium.* ♃.

n. 448. CHOMELIA.

Addatur:

Obs. *Sprengel S. V. p.* 410. Scolosanthum *versicolorem* hujus esse generis jussit.

n. 449. MALANEA.

Pag. 172. n. 3. Malanea *bifurcata.* Addatur:

Obs. *Sprengel S. V.* p. 410 hanc, sub Cunninghamia, junxit cum *verticillata*, distinctâ sane specie.

n. 450. SCOLOSANTHUS.

Pag. 175. Scolosanthus *versicolor.* Dele Catesbiae synonymon, et adde:

Chomelia *versicolor Spreng. S. V. p.* 410.

n. 451. PAVETTA.

Pag. 173. n. 1. Pavettae indicae addatur synonymon:

Ixora *Pavetta*; fruticosa; foliis breviter petiolatis, glabris, integerrimis; paniculis fastigiatis, axillaribus et terminalibus; stylo corollam duplo excedente; stigmate integro; baccis globosis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* 1. *p.* 395. et, hoc teste, certe *Rheede Hort. Mal.* v. *t.* 10. *Roth nov. pl. spec. p.* 87. quo teste huc omnino P. *alba Vahl.* (*Bot. Reg.* 198.)

Rami adscendentes, decussati, cortice cinereo. Folia opposita, oblonga, acuta, semper utrinque glabra, 4-6 poll., 2-2½ lata. Stipulae intrafoliaceae. Corymbi compositi, terminales, magni, ramis decussatis. Pedunculi et pedicelli teretes, glabri. Bracteae ut in Ixoris. Flores albi, subfragrantes. Calycis laciniae obtusae. Stylus tubo duplo longior. Stigma clavatum. Bacca globosa magnitudine pisi, 1-2-sperma. *Roxb. l. c.* *Ad vias, sepes.*

Obs. Confer characterem generis. „In specimine a div. *Heyne* misso stipulae cum foliis utrinque glabrae: stigma constanter simplicissimum, oblongum, stylo duplo fere crassius, nec bifidum. Calycis dentes minuti, acuti. *Roth.* Clo *Sprengel S. V.* p. 407. Pavetta *alba Vahl et* Ixora *paniculata Lam.* eadem planta cum Pav. *indica*; Ixora *angustifolia Lam.* vero et Ixora *Pavetta* ejusdem varietates, de quo dubitamus.

Pag. 175. n. 5. Pavetta *tomentosa.* Addatur synonymon:

Roth nov. pl. spec. p. 157. IXORA *tomentosa*; fruticosa; foliis oblongis, ventricosis, integerrimis, tomentosis; paniculis laxis, subglobosis, tomentosis; stylo corollam duplo excedente; stigmate integro; baccis globosis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall. p.* 396.

Rami decussati, adscendentes, cortice cinereo. Folia petiolata, acuta, utrinque tomentosa, quâ notâ potissimum ab *indica* differt, 4-8 poll., 3-5 lata. Stipulae ut in *indica*. Paniculae ramis decussatis, semper trichotomis. Pedunculi et pedicelli teretes. Bracteae ut in *indica*. Flores numerosi, albi, subfragrantes. Stylus tubo duplo longior, stigmate clavato. Bacca plerumque disperma. *Roxb.* l. c. *Cum indica.*

n. 8. PAVETTA *pentandra*. Addatur:

Obs. An vere congener? *Juss. Mém.* VI. *p.* 375. An icon *Plum. t.* 156. *f.* 1. fors BOUVARDIA? *Juss. l. c. p* 377. Etiam in Martinica.

Pag. 176. n. 9. PAVETTA *sumatrensis*. Addatur synonymon: *Roth nov. pl. spec. p.* 89.

Rami teretes, ad lentem strigis minutissimis adpressis incani. Folia subcoriacea, nitida, subtus ad costas pilis brevibus, integerrima. Petioli canaliculati, vix ultra 2 lin., subpilosi. Stipulae oppositae, subcordatae, adpressae, semiamplectentes, strigosae, costâ dorsali infra medium bipartitâ, elevatâ, supra medium in mucronem attenuatâ. Corymbus densus, ter quaterve trichotomus, ramis ramulisque strigis adspersis. Bracteae ad ramos ramulosque 2, oppositae, oblongae, obtusiusculae, strigosae. Cal. 5-dentatus, pubescens: dentibus triangularibus. Cor. albida: tubus fere pollicaris, filiformis, cylindraceus; limbus 5-partitus, laciniis oblongis, obtusissimis. Stam. constanter 5: filamenta in fauce latitantia, brevissima. Antherae lineares exsertae. Stylus corollâ duplo longior, crassitie setae equinae, inferne villosus. Stigma simplicissimum, stylo vix parum crassius. *Roth. Specimen ex India orientali misit div. Heyne.*

Pag. 176. PAVETTIS addatur:

n. 12. PAVETTA *parviflora Afzel*; glabra; foliis oblongis, acuminatis; calycibus obsolete quadridenticulatis; floribus supra-axillaribus, umbellato-corymbosis. *Afzel. Remed. guineens. Coll.* VII. *p.* 47.

Frutex ramosissimus, ramis ramulisque oppositis, patentibus, tetragonis, brachiatim magis compressis, ad nodos dilatatis. Folia parum infra basin ramulorum, acumine longo apice rotundato, supra tantum nervosa, subtus venoso-nervosa. Petioli mediocres, compressi, stipulâ laterali brevi, tenui, acutâ, interdum apiculatâ. Flores subtilissime hirti, foetidi, nauseosi. Pedunculi communes longiusculi, compressi, repetito-dichotomi, partiales pedicellique umbellati, conferti: hi caeterum teretes, cernui. Cal. minutus, campanulatus, inferne adhaerens, superne liber, laxus, 4-dentatus, subtilissime hirtus, ciliatusque, partim persistens: denticuli minimi, nonnisi anguli in margine acuti. Cor. parva, hypocrateriformis, pen-

dula, albo-lutea; tubus cylindricus calyce plus quam duplo longior; faux barbata; limbus 4-partitus, laciniis tubo brevioribus, oblongis, acutiusculis, reflexis, intus pubescentibus. Filamenta 4 brevia, reflexa, crystallina, cum laciniis corollae alternantia, sinubus earumdem inserta. Antherae oblongae, albae. Stylus corollâ duplo longior, cylindrico-attenuatus, subflexuosus, subviridis. Stigma magnum, oblongum, obtusum. Fructus immaturus subdidymus, bilocularis, seminibus in quolibet loculo solitariis. *Afzel.* *In montibus Sierrae Leone.* ♄.

Quid PAVETTA *thyrsiflora Herb. Juss.* ap. *Steudel.*?

n. 431 a. DECLIEUXIA.

n. 1. DECLIEUXIA *chiococcoides* (fruticosa, glabra; foliis ovatis; utrinque attenuatis, acutis, lucidis; racemis terminalibus, bifidis, dichotomo-cymosis. *Mart. in litt.*) *Humb.* et *Bonpl. nov gen. red. Kunth* III. *p.* 353. HOUSTONIA *fruticosa Willd. Herb.* (*Syst. Veg. ed. nostr.* III. *p.* 527. n. 14.) *Poiret. Enc. ill. gen. Suppl. p.* 552.

Frutex erectus 4-ped., ramis oppositis, subdichotomis, tetragonis, glabris, angulis in ramulis membranaceis. Folia opposita, sessilia, oblongo-lanceolata, acuta, basi cuneato-augustata, margine integerrima et subrevoluta, subcoriacea, glabra, margine scabriuscula, supra nitida et satiate viridia, subtus pallidiora, 1-1 $^1/_2$ poll.. Stipulae interpetiolares, adpressae, abbreviatae, subulatae, glabrae. Corymbi terminales, sessiles, tripartiti, bracteati, ramis dichotomis, glabris. Bracteae oppositae, lineari-capillaceae, glabrae. Flores alares sessiles, terminales pedicellati, basi bibracteati, magnitudine LIGUSTRI *vulgaris.* Cal. glaber, laciniis linearibus acutiusculis, aequalibus, erectis, tubo corollae multo brevioribus. Cor. glabra, alba, fauce barbata, limbo 4-partito, patenti-reflexo; laciniis oblongis, acutis, aequalibus, tubo dimidio brevioribus. Filamenta antheraeque glabrae. Stigma exsertum. Fructus glaber, coccis sublenticularibus, magnitudine grani sinapeos, unilocularibus. *Kunth.* *In ripa Orinocensi,* et *prope coenobium Caripense nov. Andalusiae.* ♄.

n. 2. DECLIEUXIA *thymbroides Mart.*; fruticosa, ramosissima; foliis fasciculato-verticillatis, linearibus, acutis, utrinque attenuatis, ramulisque scabriusculis; floribus ad apices ramorum solitariis paucisve axillaribus. *Zucc. in litt.*

n. 3. DECLIEUXIA *saturejoides Mart.*; fruticosa, ramosissima; ramis foliisque lineari-lanceolatis, basi attenuatis, oppositis vel verticillato-senis, hirsuto-scabris; floribus axillaribus, solitariis. *Zucc. in litt.*

n. 4. DECLIEUXIA *spergulifolia Mart.*; fruticosa, glabra; foliis lineari-subulatis, oppositis; racemis dichotomis, terminalibus. *Zucc. in litt.*

n. 5. DECLIEUXIA *marioides Mart.*; fruticosa; caule ramis-

que molliter pubescentibus; foliis ternis, rarius quaternis, ovato-lanceolatis, subsessilibus, glabriusculis, margine revolutis; floribus axillaribus, subterminalibus. *Zucc. in litt.*

n. 6. Declieuxia *oenanthoides Mart.*; herbacea, glabra; caule subsimplici; foliis quaternis, remotis, lineari-lanceolatis, acutis; racemis bifidis, paniculato-terminalibus. *Zucc. in litt.*

n. 7. Declieuxia *cordigera Mart.*; suffruticosa, subsimplex, pubescenti-scabra; foliis oppositis, decussatis, approximatis, ovatis, cordatis, acutis, dorso concavis; racemis bifidis, terminalibus, in paniculam densam congestis. *Zucc. in litt.*

n. 8. Declieuxia *Passerina Mart.*; fruticosa glabra; foliis oppositis, decussatis, adpressis, quadrifariam imbricatis, ovatis, acutis, sessilibus, subtus 3-5-nervibus; floribus axillaribus, solitariis, sessilibus, folio fulcrante tectis. *Zucc. in litt.*

n. 9. Declieuxia *daphnoides Zucc.*; fruticosa; ramis virgatis; foliis oppositis, decussatis, quadrifariam subimbricatis, ovato-subcordatis, acutis, supra paullo concavis, subtus 7-9-nervatis, piloso-scabris; pedunculis axillaribus, paucifloris. *Zucc. in litt.*

n. 10. Declieuxia *rhexioides Mart.*; fruticosa, glabra; ramis innovando-subumbellatis, virgatis; foliis oppositis, decussatis, erecto-patentibus, quadrifariam imbricatis, ovato-suborbicularibus, acutis, 5-nervibus; floribus axillaribus, subsolitariis. *Zucc. in litt.*

n. 11. Declieuxia *origanoides Zucc.*; fruticosa, hirsuto-scabra; ramis dichotomis, teretibus; foliis oppositis, remotiusculis, brevissime petiolatis, suborbicularibus, acutis, multinervibus; floribus terminalibus, thyrsoideis. *Zucc. in litt.*

Folia ut in Origano *Dictamno Zucc.*

n. 12. Declieuxia *mollis Zucc.*; fruticosa; foliis oppositis, ovato-lanceolatis, subrhombeis, basi in petiolum brevissimum attenuatis, acutis, venoso-costatis, molliter villoso-scabriusculis; floribus terminalibus dichotomo-paniculatis. *Zucc. in litt.*

n. 13. Declieuxia *rubioides Zucc.*; fruticosa, glabra; foliis oppositis, decussatis, ovatis, acutis, basi rotundatis, cordatis, supra nitidis; floribus terminalibus, dichotomo-paniculatis. *Zucc. in litt.*

n. 14. Declieuxia *lysimachioides Zucc.*; herbacea vel

suffruticosa, molliter pubescens; ramis simplicibus, erectis; foliis ternis, ovatis, utrinque attenuatis, acutis; floribus terminalibus dichotomo-paniculatis. *Zucc. in litt.*

n. 15. DECLIEUXIA *alba Zucc.*; fruticosa, scabra; foliis oppositis, decussatis, ovatis, acutis, sessilibus, basi rotundatis; racemis terminalibus bifidis, dichotomo-cymosis. *Zucc. in litt.*

n. 16. DECLIEUXIA *polygaloides Zucc.*; suffruticosa; ramis virgatis, erectis; foliis ternis quaternisve, sessilibus, lanceolatis, acutis, erectis, glabriusculis; floribus terminalibus, paniculatis. *Zucc. in litt.*

n. 17. DECLIEUXIA *vincoides Mart.*; fruticosa, glabra; foliis ternis oppositisve, ovatis, utrinque attenuatis, acutis, sessilibus, nitidis; floribus terminalibus, dichotomo-paniculatis. *Zucc. in litt.*

n. 451 b. TETRAMERIUM.

n. 1. TETRAMERIUM *jasminoides Humb. et Bonpl.*; foliis elliptico-oblongis, (valde) acuminatis, petiolatis; pedunculis terminalibus trifloris; laciniis corollae ovato-oblongis, tubo dimidio brevioribus. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 373. *t.* 287. *Poir. Enc. ill. gen. Suppl.* p. 552.

Rami tetragoni, subdichotomi (opposito oblitterato) glabri. Folia basi cuneato-angustata, integerrima, subcoriacea, glaberrima, supra laete viridia et subnitida, subtus flavescentia, 2 1/2 poll., 11-12 lin. lata. Petioli 2-3 lin., canaliculati, glabri. Stipulae magnae, membranaceae, integrae, glabrae, marcescentes, deciduae. Pedunculi terni, glabri, 1/2 poll.; intermedius parum longior. Flores magnitudine JASMINI *officinalis*, pedicellis 2 1/2-3 lin., glabris, basi involucratis; bracteis 2 suborbiculatis, membranaceis, glabris. Cal. glaber, tubo corollae multoties brevior, dentibus acuminatis. Cor. glabra, 5-6 lin., apice vix ampliato, laciniis ovato-oblongis, acutiusculis, aequalibus, tubo dimidio brevioribus, fauce glabrà. Stam. medio tubo inserta. Stylus capillaceus, glaber, longitudine tubi: stigma laciniis elongatis. Fructus laevis, glaber, abortu monospermo, magnitudine pisi majoris. Semen subellipticum, utrinque obtusum, externe laeve, interne sulco longitudinali. Differt ab *odoratissimo* praesertim forma foliorum, magnitudine et structura florum, qui in illo minores, laciniis corollinis tubum subaequantibus, ovatis, acuminato-ligulatis. *Kunth l. c.* *Prope Ibague nov. Granatens.* ♄.

n. 2. TETRAMERIUM *sessilifolium Humb.* et *Bonpl.*; foliis oblongis, (valde) acuminatis, coriaceis, sessilibus, glabris, nitidis; corymbis terminalibus, trichotomis. *Humb.*

et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 374. *Poir. ill. gen. Suppl. p.* 553.

Arbor ramis laevibus glabris, junioribus compressis. Folia integerrima, coriacea, supra laete viridia, subtus pallidiora, 3-4 poll., 14-16 lin. lata. Stipulae ovatae, acuminato-subulatae, glabrae, coriaceae, erectae. Internodia in ramis junioribus 1 $^{1}/_{2}$ poll.. Corymbi sessiles, divaricati, 3-4-poll., ramis ramulisque compressis, glabris. Flores terni, intermedius sessilis, laterales brevissime pedicellati, magnitudine floris CORNI *albae*. Bracteae oppositae, ovatae, apice subulatae, glabrae. Cal. obsolete 4-dentatus, glaber. Cor. infundibuliformis, caerulea, glabra; laciniis ovatis, acutis, reflexis. Stamina fauci inserta, exserta? Antherae basi bifidae. Germen hemisphaericum, glabrum, seminibus? An hujus generis ob stamina exserta? *Kunth* l. c. *In sylvis Orinocensium inter Maypure et S. Fernando de Atabapo.* ♄. *)

Obs. Anne huc IXORA *sessilifolia*; fol. oblongis, acuminatis, coriaceis, nitidis, sessilibus; corymbo divaricato, terminali. *Rel. Willd. Ms.* prope *Maypure* ab *Humb.* et *Bonpl. Sprengel* saltem sub IXORA *sessilifolia. S. V.* p. 469. TETRAMERIUM *sessilifolium* adducit.

n. 3. TETRAMERIUM *caeruleum Nees et Mart.*, foliis ovato-ellipticis, utrinque acutis; pedunculis axillaribus subtrifloris ramisque ancipitibus. *Nees et Mart.* in *Act. Nat. cur.* T. XII. p. 12.

Frutex totus glaber. Folia 4-5 unc., integerrima, brevissime petiolata, venis arcuatis. Stipulae oppositae, e basi dilatata subulatae. Umbellae 3-4-florae, longitudine dimidii folii. Pedunculi et pedicelli compresso-tetragoni, angulis acutioribus pedunculi communis in bracteam subulatam carinatam excurrentibus. Pedicelli $^{1}/_{2}$ unc., nudi, in calycis tubum 4-angularem incrassati. Laciniae calycis subulatae, aequales, basi in tubum brevem germen coronantem confluentes. Corolla amethystea, calyce 6-plo longior; tubus gracilis sursum paululum inflatus; laciniae erecto-patulae. Antherae infra faucem subsessiles, lineares, tubum aequantes, neque exsertae. Germen calyce carnoso indutum, biloculare, dispermum. Stylus filiformis antheras superans, basi annulo glanduloso; stigma bifidum aequale. T. *occidentale* simillimum differt: paniculà trichotomà, stipulis brevius aristatis, foliis basi magis angustatis et subito acuminatis, floribus albis. T. *jasminoides* differt: corymbo terminali trichotomo, stipulis acutis neque aristatis, florum tubo breviore et ampliore, laciniis limbi oblongis obtusiusculis. *Nees et Martius.* ♄. *In Brasilia. Ser. Princ. Maxim. Neovid.*

Pag. 177 post n. 433. FARAMEAM inseratur:

453 a. HYDNOPHYTUM.

n. 1. HYDNOPHYTUM *formicarum Jack. Trans. Soc.* XIV. P. I. p. 124. LASIOSTOMA *Formicarum; fol.* oppositis, obo-

*) TETRAMERIA inter reponuntur a *Kunth*: COFFEA *occidentalis*, *paniculata*, *subsessilis* (forte) et *acuminata*; a *Sprengel*: COFFEA *oleaefolia Kunth*.

vatis; floribus axillaribus, sessilibus; calyce integro; capsulâ baccatâ, dispermâ. *Spreng. S. V.* p. 423. Nidus germinans formicarum nigrarum. *Rumph Amb.* VI. p. 119. t. 55. f. 1. *Rio Hantu Malay.*

Tuber radicibus fibrosis arbori insidens, ramis pluribus. Folia opposita, breviter petiolata, elliptico-obovata, subobtusa, basi acuta, integerrima, glaberrima, crassa, costâ complanatâ, nervis inconspicuis. Stipulae interpetiolares, lineares. Flores axillares, sessiles, aggregati in tubere duplici gemmiformi. Cal. superus, brevissimus. Cor. alba, tubulosa. Stamina cum segmentis alternantia, filamentis vix ullis. Germen disco coronatum diporo. Stylus tubo longior. Laciniae stigmatis crassae, revolutae. Bacca semipellucida, rubro-flavicans, ovato-oblonga, uti semina integumento tenaci vestita. Embryo in axi albuminis. *Jack.* *In arboribus sylvarum Sumatrae.*

n. 454. BOUVARDIA.

a. Folia 3-4-na; corollae incarnatae tubo intus barbato.

n. 1. BOUVARDIA *triphylla.* Adde diagnosin: Foliis ternis, lanceolatis; corollis extus pubescentibus; staminibus inclusis; stylo exserto. *Bertolon. in litt.*

*α. floribus coccineis: IXORA *ternifolia Cavan. ic.* IV. p. 3. t. 305. *Descripc.* p. 91. *Pers. Syn.* 1. p. 130. *Poir. Enc. Suppl.* III. p. 208. HOUSTONIA *coccinea Willdenow Enum. Berol. p.* 156. *Pers. Syn.* 1. p. 125. *Poir. Enc. Suppl.* III. *p.* 64. *Andr. Repos.* 105. *Trattinn. tabul. t.* 603. (excl. KNOXIA *purpurea Lam. illustr.* p. 259.) *Bertolon. Elench.* p. 5. *Bot. Reg.* 107. BOUVARDIA *triphylla Salisb. Parad.* 88. *Ait. Kew. ed.* 2. I. p. 245. *Bot. Mag. t.* 1054. BOUVARDIA *coccinea Link Enum.* p. 139. CHRISTIMIA *coccinea Rafin. Annal. génér.* 1820. p. 226.

β. floribus rubro-pallentibus: IXORA *americana Jacq. Schönb.* III. t. 257. BOUVARDIA *triphylla Sims Bot. Mag.* 1854. B. *Jacquini;* ramulis trigonis foliisque subtus hirtellis, supra glabriusculis, ternis, oblongis; corymbis subtrichotomis; calycibus corollâ quintuplo brevioribus. *Humb. et Bonpl. nov. gen. red. Kunth* *) III. *p.* 385. HOUSTONIA *coccinea β. Bertol.* IXORA *speciosa Hort. ital.*

---

*) Descriptio data aclo *Kunth* non paucis recedit. Folia acuto-mucronata, 2-2½ poll., 9 lin. lata. Petioli 2-3 lin. hirtelli, ut stipulae trifidae, basi connatae, laciniis lineari-subulatis, intermediâ longiore: internodiis 2 fere poll.. Flores pedicellati, terni, 10-11 lin.. Cal. laciniis linearibus, superne angustato-subulatis, aequalibus, corollâ quintuplo brevioribus, interjectis totidem multo minoribus. Cor. incarnata, interne supra basin pilis albis, laciniis ovatis, acutiusculis, tubo sexies brevioribus. Variat foliis 4-5nis. *Kunth.*

Obs. Ixora *americana Jacq. H. Schönb.* t. 257. pertinet ad hanc speciem, sed varietatem sistit floribus aliis coccineo-albidis, aliis e coccineo ad purpureum vergentibus, dum in specie ipsa sint viridi-coccinei. Corollae tum in specie, tum in varietate extus pubescentes. Stigma bifidum. *Bertolon. in litt.*. *Sprengel S. V.* p. 414 neutram varietatum supra adductarum distinguit, et speciem hanc cum *Kunth* Bouvardiam *Jacquini* dicit.

n. 2. Bouvardia *chlorantha Bertol.*; foliis oppositis, ovato-lanceolatis, acuminatis, petiolatis; floribus fasciculatis; corollis extus glabris; stylo incluso. Houstonia *chlorantha Bertol. Elench. p.* 5. (*excl. syn. Jacqu.*) Ixora *americana Linn. Spec.* 160? Ixora *alba Hort. ital.* Christimia *ochroleuca Rafin. Annal génér.* 1820. *Aoút. p.* 226.

„Frutex altior Bouv. *triphyllâ*; folia latiora, laete viridia, subtus pallida, opposita, nec verticillato-terna, lanceolata et basi magis angustata, quam vere petiolata et atro-virentia. Flores duplo grandiores, fasciculato-corymbosi in apice ramorum. Calyx perigynus, segmentis liberis 4 lanceolatis, acuminatis, erecto-patulis. Corolla ex rubro luteola vel albida, extus glabra, tubo praelongo, infundibuliformi, limbo 3-4-fido, segmentis ovatis, patenti-reflexis, parvis, acumine brevi inflexo apiculatis. Stamina in corollis trifidis, 3 in fauce corollae; filamentis fere totis tubo intus adnatis, antheris exsertis, oblongis, incumbentibus. Stylus inclusus, staminibus brevior. Stigma bifidum, segmentis ovatis, planis, strictis. *In America calidiore.* ♄." *Bertolon. in litt.*

n. 3. Bouvardia *linearis Humb. et Bonpl.*; ramis teretibus, junioribus pubescenti-hirtellis: foliis ternis, linearibus, margine revolutis, supra scabris, subtus canescenti-hirtis; corymbis trichotomis; calycibus corollâ quintuplo brevioribus. *Humb. et Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 383. *Poir. Enc. ill. gen. Suppl. p.* 555.

Frutex orgyalis et altior, ramosissimus, ramis ternis, tertio abortivo, albido-cinereis, patulis; junioribus vaginis brevibus, apice triphyllis, foliolis minutis. Folia brevissime petiolata, apice acuto-subulata, integerrima, margine usque ad nervum revoluta, membranacea, supra minutis pilis, viridia, 12-15 lin., 1-1 $^1/_2$ lin. lata. Stipulae lineari-subulatae, hirtellae, basi cum petiolis connatae, interdum bifidae. Internodia 1-1$^1/_2$ poll.. Corymbi terminales, foliati, patuli. Flores pedicellati, terni, 9-10 lin.. Cal. superus, in fructu semisuperus, laciniis linearibus, apice angustato-subulatis, aequalibus, hirtellis, erectis, laciniis totidem subulatis interjectis multo minoribus. Cor. tubulosa, 8 lin., incarnata, externe hirtella, tubo cylindraceo, interne, ubi stamina inserta, barbato, limbo brevi patulo; laciniis ovatis, acutis, tubo 6-7-ies brevioribus, aequalibus. Stylus longitudine tubi hirtellus. Stigma laciniis compressiusculis, puberulis, patulis. Caps. subrotunda, compressiuscula, hinc inde sulco longitudinali, glabriuscula, magnitudine pisi majoris. Sem. circiter 20 in quolibet loculo. *Kunth l. c.* *In temperatis r. Mexicani, prope S. Augustin de las Cuevas, Moran.* ♄.

n. 4. BOUVARDIA *angustifolia Humb. et Bonpl.*; ramis teretibus, glabriusculis; foliis ternis, lanceolatis, margine revolutis, supra glabris, subtus tenuiter hirtellis; corymbis subtrichotomis; calycibus tubo corollae duplo triplove brevioribus. *Humb. et Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. p. 384. *Poir. Enc. ill. gen. Suppl. p.* 553.

Variat calycibus et limbo corollae 5-partitis. A *lineari* non diversa, nisi formâ foliorum et longitudine calycis. Rami juniores hirtelli. Folia subtus pallidiora, 20-22 lin., 3-3 1/2 lin. lata. Stipulae hirtellae, trifidae. Internodia 18-21 lin.. Flores *linearis*, pedicellati, terni, 8-9-lin.. *Kunth* l. c. *Cum lineari.* ♄.

n. 5. BOUVARDIA *hirtella Humb. et Bonpl.*; ramis teretibus, ramulis foliisque utrinque hirtellis, lanceolatis, margine revolutis; floribus corymbosis; calycibus tubo corollae quintuplo sextuplo brevioribus. *Humb. et Bonpl. nov. gen.* III. *p.* 384. *Poir. Enc. ill. gen. Suppl.* p. 554.

An cum *angustifolia* nonnisi varietas *linearis*? AEGINETIAE *multiflorae Cav.* proxima. Rami terni, glabri, cinerei; juniores vaginis brevibus apice triphyllis, foliolis minimis. Folia terna, breviter petiolata, apice angustato-subulata, integerrima, membranacea, 15-16 lin., 3-3 1/2 lin. lata. Stipulae interpetiolares, hirtellae, indivisae, lineari-subulatae. Internodia 6-9 lin.. Flores pedicellati terni, 10-11 lin., ut in *lineari*. *Kunth* l. c. *Prope Mexico.* ♄.

Obs. Cls. *Sprengel* hanc eandem dicit cum *lineari*; *angustifoliam* vero speciem diversam esse jubet. *S. V.* 1. p. 414.

n. 6. BOUVARDIA *obovata Humb. et Bonpl.*; caulibus tetragonis, striatis, foliisque glabriusculis, quaternis, obovatis; corymbis trichotomis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 385. *Poir. Enc. ill. Suppl. p.* 554.

Herba 1-3-ped.. Caules complures, erecti, subsimplices, glabri. Folia brevissime petiolata, obovato-oblonga, acuminato-mucronata, basi angustata, margine serrulato-scabra, 1 1/2-2 poll.. Stipulae lanceolato-subulatae, dentatae. Internodia 2-poll. et ultra. Flores pedicellati. Cal. glaber, laciniis subulatis, erectis. Cor.? Stam.? Pist.? Fruct.? An generis? *Kunth* l. c. *Inter Chapaliepec et Tezcuco.* ♃?

β. Folia opposita. Corollae albae; tubo imberbi.

n. 7. BOUVARDIA *triflora Humb.* et *Bonpl.*; ramis teretibus, glabris; foliis oppositis, lanceolato-oblongis, angustato-acutis, basi rotundatis, tenuissime hirtellis; pedunculis terminalibus trifloris: calycibus tubo corollae triplo quadruplove brevioribus. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth.* III. p. 386. *t.* 288. *Poir. Enc. ill. gen. Suppl. p.* 554. CESTRUM *spermacocifolium S. V. ed. nostr. V.* p. 808. *n.* 47. (f.d. *Sprengl S. V. p.* 414.)

Rami laevissimi, ramuli hirtelli, vaginis brevibus glabris, apice diphyllis. Folia submucronata, subtus pallidiora, 15-16 lin., 5 lin. et paulo ultra lata. Stipulae hirtellae, 2-3-partitae, laciniis lineari-subulatis. Internodia $^1/_2$-2 poll.. Pedunculi hirtelli, 3-5 lin.. Flores breviter pedicellati, 9 lin.. Cal. laciniis linearibus, acutiusculis, hirtellis, tubo corollae 3-4plo brevioribus. Cor. alba? glabra, exsiccata nigrescens, tubo 5-6 lin., intus imberbi, laciniis ovato-oblongis, acutis, margine revolutis, aequalibus, tubo quadruplo brevioribus. Stigma lamellis 2 linearibus, obtusis, erectis, approximatis. *Kunth l. c.* *Prope Puente de la Madre de Dios et pagum Totonilco el Grande r. Mexican.* ♄.

n. 8. Bouvardia *longiflora Humb. et Bonpl.*; ramis compresso-tetragonis, glabris; foliis oppositis, oblongis, angustato-acutis, basi cuneatis, glabris; floribus terminalibus, solitariis, sessilibus; calycibus tubo corollae triplo-quadruplove brevioribus. *Humb. et Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 387. *et, hoc teste:* Aeginetia *longiflora Cav. ic.* VI. p. 51 t. 572. f. 1. *Anal. de Cienc.* III. p. 130. *t.* 28. f. 1. *Poir. ill. gen. Suppl.* p. 554.

Cavanilles nonnisi specimina sicca vidit, et verisimiliter erravit corollam rubram arbitratus. Frutex pedalis et ultra, ramosissimus, ramis teretibus laevibus, junioribus albidis, faciebus 2 oppositis latioribus et convexis, epidermide solubili; vaginae breves, laxae, apice diphyllae, foliis minutis. Folia breviter petiolata, subinde obtusiuscula, utrinque glabra, subtus pallidiora, 9-11 lin., $3^1/_2$-4 lin.. Stipulae hirtellae, apice tri-quadri-(5-7 *Bonpl.*) fidae, laciniis subulatis. Internodia 6-9 lin.. Flores 2-3 poll., suaveolentes. Cal. glaber, laciniis lineari-lanceolatis, acutis, parum inaequalibus, tubo corollae 4-5-plo brevioribus. Cor. alba, glabra, tubo 2-$2^1/_2$ poll., intus imberbi, limbi laciniis oblongis, acutiusculis, planis, tubo 6-7-plo brevioribus. Stigma exsertum, laciniis elongatis, linearibus. *Kunth* l. c. *In temperatis regni Mexicani prope S. Anita.* ♄.

Obs. Cavanilles Aeginetiae *longiflorae* caulem 3 ped. tribuit, et ramos tetragonos; stipulas ciliatas: lacinias calycis 4-6 lin., vix $^1/_2$ lin. latas, corollae 8 lin., 3 lin. latas; capsulam laevem, 5 lin., 3 latam; receptacula magnitudine grani tritici; seminum membranas ciliatas.

n. 9. Bouvardia *multiflora*; foliis ovato-lanceolatis, oppositis; stipulis acutis; capsulis transverse ovatis. Aeginetia *multiflora Cavan. Anal. de Cienc.* III. p. 131. t. 28 f. 2.

Arbuscula $1^1/_2$ ped. Folia acuminata, subtus villosa, 8 lin., 3 lata, nervo unico, ramoso. Petioli breves, basi stipulà acuminatà coadunati. Flores 2-3 in apice ramorum, pedunculo communi quidquam breviore. Capsula transverse ovata, grano piperis vix major, sulco longitudinali quasi didyma, coronata laciniis calycis 4 acuminatis, brevibus. Receptacula ovata. Semina ut in *longiflora*, quacum crescit. *Cav.* Cum *Cavanilles* flores non vidisset, locus certus plantae assignari nequit. ♄.

n. 10. BOUVARDIA *versicolor* *Bell. Ker.*; foliis oppositis; corollâ clavato-tubulosâ, intus glabrâ. *Bot. Reg.* p. 245. *Spreng. S. V.* p. 414.

Rami villosi. Folia ovato-lanceolata, acuta, subtus lanata, ciliata. Pedunculi terminales, subtriflori, bracteati. *Habitat?*

n. 455. IXORA.

Pag. 178. n. 1. IXORAE *coccineae* addatur synonymon:

I. fruticosa; foliis oblongis, cordatis, sessilibus, acutis, glabris, integerrimis; laciniis corollae ovato-lanceolatis, acutis; baccis laciniis calycis clausi coronatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* I. p. 385. (qui bonam esse iconem *Burm. Ceyl. t.* 57, et *Schetti. Reed.* II. *p.* 17. *t.* 12 satis bonam, sed descriptionem coloris florum minus quadrare. *Flammam sylvarum Rumph* IV. t. 46 pessimam, et potius ad IXOR. *fulgentem* spectare.) *Link Enum. p.* 139. *Dict. Sc. Nat.* 23. *Cah. Lodd.* C. 386.

Specimina 8 annorum non ultra 3-4 ped., ramis multis erectis; sed vix trunco aliquo. Folia approximata, decussata, acuta, lucida, 3-4 poll., 1 1/2 lata. Corymbi terminales, trifurcati, bracteis parvis, rigidis. Pedunculi pedicellique colorati. Flores copiosi, sat magni, intense coccinei, inodori. Cal. dentes acuti. Bacca magnitudine Cerasi parvae, rubra, succulenta. Semen altero latere convexum. *Roxb. l. c.* *In Taujore et China.*

Obs. IXORA *grandiflora Bot. Reg.* 154, *Sprengel. S. V. p.* 407 omnino hujus loci est, ut *Loddiges Bot. Cab.* 314.; sed distincta videtur clo *Link l. c.*

1 a. IXORA *Bandhuca Roxb.*; fruticosa, diffusa; foliis ovalibus, amplexicaulibus; corymbis confertis; laciniis corollae ovatis, obtusis; baccis coronatis calyce patente. *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* I. *p.* 386. *Asiat. Researches* IV. *p.* 250. (*Bot. Reg. n.* 513. *Reliqu. Willd. Ms.* IXORA *Banducca Spreng. S. V. p.* 408.)

Proxime affinis *coccineae*, a qua differt ramis diffusis, foliis amplexicaulibus, obtusis, uti laciniae corollae ovatae; calyce in fructu patente: cum *coccineae*, fere erectae, folia sessilia acuta, uti laciniae corollae ovato-lanceolatae, calyx in fructu clausus in acumen conicum. Rami in *Bandhuca* innumeri, cortice in adultioribus fusco, scabro, in junioribus viridi, laevi. Folia opposita, acumine brevi, integerrima, firma, utrinque glabra. Stipulae intrafoliaceae, annulares, processu subulato utrinque. Corymbus terminalis, divisionibus multis brevibus. Flores numerosi, primum coccinei, demum kermesini. Bracteae oppositae, conicae, acutae. Cal. coloratus. Cor. tubus longissimus, gracilis, laciniis patentibus. Stamina brevia, extra faucem inserta, patentia. Stylus longitudine corollae, stigmate bifido. Bacca sphaerica, magnitudine pisi majoris, gla-

bra, carnosa, matura purpurea. Sem. solitarium, extus convexum. Integumentum exterius nuciforme. Perisperma cartilagineum. *Roxb.* l. c. *In Hindoostan.* ♄.

n. 2. Ixora *obovata.* Addatur synonymon: *Roth nov. pl. spec. p.* 90.

Caulis lignosus, teres, cortice ferrugineo glabro, articulatus, nodosus: rami alterni et oppositi, patuli, teretes. Folia apice rotundata, subcoriacea, nitida, glabra, integerrima. Stipulae adpressae, scariosae, amplexicaules, duplo latiores quam longae, costâ dorsali elevatâ, in mucronem stipulae longitudinis elongatae. Pedunculi breves, plerumque triflori, floribus 2 breviter pedicellatis, intermedio sessili. Bracteae oppositae, exiguae, crassiusculae, ovato-acutae, concavae. Cal. 4-fidus, laciniis figurâ et magnitudine bractearum. Cor. purpurea, speciosa, magnitudine I. *coccineae:* tubus 2 poll., filiformis, cylindraceus, laciniis obtusis, patentibus. Antherae 4 oblongae, exsertae. Stigma crassiusculum, bifidum, longitudine fere antherarum. *Roth.* Anne eadem cum *Bandhuca?* Qua ratione cls. *Sprengel* S. V. p. 408 hanc ad *cuneifoliam* ducere potest, non intelligimus.

Pag. 179. n. 3. Ixora *incarnata Roxb.* deleatur; sunt enim hic species duae confusae, et substituatur:

n. 3. Ixora *lanceolata Lam.;* fol. sublanceolatis, basi angustatis; floribus fasciculatis; laciniis corollae lanceolatis. *Lam. Ill. n.* 1470. *Enc. meth.* III. p. 343 (excl. syn. omn. praeter *Rumph* monente *Wallich.*) Ixora *longifolia J. E. Smith in Rees's Cyclop.* (fide *Wallich.*) I. *fulgens;* fruticosa; foliis subsessilibus, lanceolatis, acutis; corymbis terminalibus intense coloratis; laciniis calycis cordatis; tubo corollae longo, filiformi; fauce contractâ, glabrâ; laciniis corollae lanceolatis, stamina erecta excedentibus; baccis bilobis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* I. 387. Flamma sylv. *Rumph amb.* IV. 105 t. 46? satis bona.

Truncus brevis, statim divisus in ramos diffusos debiles, cortice glabro, atro-fusco. Folia opposita, integerrima, utrinque glabra, 6-8 poll., 1-3 lata. Stipulae connectentes, utrinque cuspide acuta. Corymbi ramis ramulisque brevibus, acutis, dense coloratis; floribus numerosis, breviter pedicellatis, longe tubulosis, sat magnis, coccineis; laciniis acutis, late lanceolatis. Baccae bilobae, magnitudine pisi, maturae profunde purpureae. Semina solitaria, subrotunda, dorso convexa, intus profunde excavata. Integumenta 2:, exterius (arillus) cinereum, chartaceum, interius membranaceum. Perisperma pallide caeruleum. *Roxb.* l. c. *In Moluccis.*

n. 3 a. Ixora *chinensis Lam.;* foliis ovatis, utrinque subacutis; floribus fasciculatis; laciniis corollae obovatis. *Lam. Enc. meth.* III. p. 344. Ix: *flammea Salisb. Hort.* 62. fide *J. E. Smith.* (utraque teste *Wallich.*) Ix. *stricta;* fruticosa, stricta; foliis subsessilibus, oblongis; corymbis

densis, compositis, hemisphaericis; lacinis corollae rotundis, patentibus; antheris setaceo-acuminatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* I. p. 388. et hoc teste: Ix. *coccinea Lour. cochin.* 95. *Curtis's Bot. Mag. t.* 169. Ix. *speciosa Willd. Enum. H. Berol.* 1. *p.* 157. (*Bonpl. Malm. p.* 117. *t.* 49.) Flam. sylv. peregrina *Rumph. Amb.* IV. 107. t. 47. *β.* Floribus pallide incarnatis. Ix. *incarnata Roxb. Ms.* fide *J. E. Smith* et *Wall. ll. cc. Link Enum. p.* 139.

Truncus vix ullus, at rami stricti, cortice obscure fusco, glabro, 3-4-ped.. Folia integerrima, utrinque glabra. Stipulae intrafoliaceae, longae, attenuatae, acuminato-acutae. Corymbi terminales densissimi, divisionibus primis brachiatis, brevibus, extremis trichotomis, omnibus glabris, intense splendideque rubris. Flores numerosi, primum laete aurantiaci in coccineum vergentes, demum indies obscuriores. Cal. laete ruber, carnosus, laciniis brevibus obtusis. Cor. tubus cylindricus, laciniis limbi patentibus. Filamenta extra tubum brevia, patentia, plana, antheris linearibus acutis. Stigma bifidum, parum supra faucem tubi elevatum. Bacca sphaerica, glabra, succulenta, rubra, seminibus 2 rugosis. *Roxb.* l. c. *In Moluccis. β in China.*

Obs. Ix. *alba Willd. Enum.* p. 157. clo *Sprengel N. Entd.* III. p. 136. hujus videtur varietas. Anne fors hujus et IXORA *crocata Bot. Reg.* 782., quam foliis oblongis, coriaceis; corymbi ramis fasciculatis, multifloris; laciniis corollae obovatis, distinxit *Sprengel S. V.* p. 408.

n. 3 b. IXORA *dubia*; foliis sessilibus, late lanceolatis, utrinque attenuatis; corymbis decompositis, densis, subhemisphaericis; laciniis corollae obovatis et reflexis. IXORA *alba Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* I. *p.* 389 (excl. syn. *Linn.*) I. *blanda B. Reg. t.* 100. *Spreng. S. V. p.* 408.

Licet div. *Roxburgh* hanc pro Ix. *alba Linn.* habeat, eandem tamen longe differre, monet cls. *Wallich:* hinc nomen mutavimus. „Similis IXORAE *coccineae;* ramosa, erecta, tota glabra. Folia utrinque glabra, subundulata, 3-6 poll.. Stipulae intrafoliaceae. Corymbi terminales, compositi et decompositi, densi, ramis ramulisque trichotomis. Flores copiosi, inodori, albi, tubo stricto, longiore tenuioreque quam in IXORA *coccinea.* Verisimiliter nil nisi varietas“ *Roxb.* l. c. *In hortis Bengaliae tantum vidit. In China.* ♄.

n. 3 c. IXORA *cuneifolia Roxb.;* fruticosa; foliis late cuneatis lanceolatis, acutis; corymbis terminalibus, longe pedunculatis; floribus confertis; laciniis calycis oblongis, conicis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* I. *p.* 390. *n* 6. *Bot. Reg. t.* 648.

Figura I. *parviflorae Vahl* huic multum similis; sed differt *cuneifolia* a *parviflora* a *Vahl* descripta, quod haec arborea; folia

in eadem lineari-oblonga, cordata, firmiora, magis nitida; calycis laciniae breves, obtusae; baccae rotundae, nigrae: in *cuneifolia* vero, praeter characteres datos, folia ad $^2/_3$ longitudinis basin versus attenuata; laciniae calycis longae, angustae, acutae; baccae turbinatae, rubrae. Flores in utraque albi, in hac majores. Truncus brevis in *cuneifolia*, rami oppositi, suberecti, teretes, cortice glabro fusco. Folia opposita, breviter petiolata, lata, recurva, integerrima, obtuse acuminata, subbullata, 4-6 poll., $1\,^1/_2$-2 lata. Stipulae attenuatae, subulatae, acutae. Corymbi trichotomi, divisionibus alternis, terminatis fasciculis florum subsessilium, extus rufescentium, fragrantium. Bracteae ad divisiones oppositae, subulatae. Cal. ad basin usque partitus. Tubus corollae gracilis, cylindricus, $^3/_4$ poll.: laciniis limbi oblongis, obtusis. Filamenta e margine interiore fissurae limbi corollae. Antherae sagittatae. Stigma lobis 2 linearibus, satis protrusis. Bacca magnitudine cerasi. Semen solitarium, rotundum, ovale, extus convexum. *Roxb.* l. c. *Circa Dacca.* ♄.

n. 3 d. Ixora *brachiata Roxb;* fruticosa; foliis breviter petiolatis, lanceolatis, utrinque attenuatis; paniculis brachiatis; ramis remotis, divergentibus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 391. *n.* 7.

Etiam haec affinis J. *parviflorae Vahl;* sed folia in hac subsessilia, basi lata, amplexicaulia; cum in *brachiata* petioli semipollicares, et folia basi magis, quam apice, attenuata. Flores in *parviflora* multo minores, ante anthesin magis oblongi; panicula rarior, filamentis brevibus, cum in *brachiata* antherae sessiles. In hac truncus erectus, rami oppositi, diffusi, minus quam in *parviflora* numerosi, cortice fusco, satis glabro. Folia obtusa, glabra, firma, 4-6 poll., vix 2 lata, stipulae triangulares, acutae. Paniculae terminales, in pedunculis longis, teretibus, glabris. Flores numerosi, minores quam in *parviflora*. Cal. parvus, coloratus. Corollae tubus filiformis, laciniis obovatis, emarginatis. Antherae dorso fissuris limbi corollae affixae. Stylus vix tubo longior, stigmate magno, bilobo. Bacca magnitudine pisi majoris, glabra, succulenta, fusco-purpurea. Sem. generis, integumento exteriore albo, tenui, elastico. *Roxb.* l. c. *In sylvis Bengaliae.* ♄.

n. 3 e. Ixora *villosa Roxb.;* fruticosa; foliis late cuneatis, lanceolatis, utrinque attenuatis, subtus (molliter) villosis? corymbis (quater) sexies septies (octies) decompositis, divisionibus trichotomis, villosis; calycinis laciniis oblongis ciliatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 392. *n.* 8.

Rami juniores recti, villosi. Folia opposita, breviter petiolata, integerrima, acuminata, subtus pube brevissima, 6-10 poll., 2-4 lata. Stipulae pubescentes, apicibus subulatis. Corymbi terminales, divisionibus omnibus pubescentibus, ultimis trifloris. Bracteae oppositae, pubescentes, 2 gracilibus calyci appressis. Calycis laciniae oblongae, ciliatae. Cor. tubus longissimus, glaber, filiformis, segmentis oblongis, patentibus. *Roxb.* l. c. *In Silhet.*

Obs. Huc *fors* videtur spectare illa PAVETTA *villosa*, ramulis calycibusque villoso-canis; foliis ellipticis, subpilosis: junioribus tomentoso-canis; stipulis subtriangulis intus glabris; floribus paniculato-corymbosis; corollis intus ad faucem barbatis; stylo setaceo glabro, *Roth nov. pl. spec.* p. 88., quam a div. *Heyne* hoc nomine tulit, et non respondere descriptioni datae a divo *Vahl* monet. „Caulis teres, lignosus; rami patentes. Folia petiolata, utrinque pilis brevibus adspersa, costis alternis, patenti-erectis. Stipulae amplexicaules, extus pilosissimae, intus basi pilis longioribus densissimis barbatae, petiolo longe breviores. Corymbus ter quaterque trichotomus, ramulis calycibusque villoso-canescens. Bracteae sub ramorum dichotomiis inferioribus oppositae, ovatae, obtusae, amplexicaules, margine scariosae, pilosissimae, ad ramos superiores plerumque solitariae, ad ramulos plerumque nullae. Cal. minutissimus, dentibus 4 triangulis obtusis. Cor. glabra: tubus circiter pollicaris, cylindraceus, saepius subcurvus: limbi laciniae oblongae, obtusissimae. Stylus setae equinae crassitie, corollâ duplo longior, glaber: stigma simplicissimum, glabrum, lineare, stylo paulo crassius. Baccae magnitudine *Piperis nigri*, villosae. *Roth.*

n. 3 f. IXORA *acuminata Roxb.*; fruticosa; foliis petiolatis, lanceolatis, utrinque acuminatis, glabris; floribus amplexicaulibus, latioribus; corymbis supradecompositis, confertissimis, glabris; laciniis calycinis ensiformibus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 393. *n.* 9.

Frutices in *H. bot.* 5-6 ped., cortice scabro, cinereo; ramulis teretibus, glabris, pallidis. Folia lanceolato-oblonga, 6-8 poll., 2-3 lata, tenuiora potius quam firma, pallida, glauca, opaca, supra obsolete bullata, subtus albida et scabra, nervis plurimis oppositis, parallelis. Petioli breves, teretes. Par florale foliorum reliquis minus, ovato-oblongum, basi rotundatum. Stipulae latae, triangulares, acutae, purpurascentes. Corymbi magni, subsessiles, teretes, nivei, fragrantissimi. Pedunculi bis ter trichotomi, brevissimi, pubescentes, bracteis lineari-lanceolatis sub divisione singula. Cal. ovatus, laciniis albis, lanceolatis, rectis, pare bractearum fultus. Tubus corollae gracilis, 1 1/2 poll.. Laciniae limbi patentes, ovato-oblongae, obtusae, lateribus recurvis, fauce pilis sericeis, Filamenta intra lacinias reflexa. Stigma elevatum supra faucem, clavatum, bifidum. *Wall. l. c.* *In Sylvis prope Silhet.*

n. 3 g. IXORA *arborea Roxb.*; foliis subsessilibus, oblongis, glabris; paniculis ovatis, oblongis, decussatis, laciniis corollae ovalibus; stylo piloso; baccis rotundis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et. Wall.* I. p. 394. I. fol. petiolatis, oblongis acutis; paniculâ elongatâ. *Willd. Reliq. Ms.* (a *Roxb.*). *Lodd. c.* 609?

In montosis arbor sat alta, in demissis raro ultra 15-20 ped. Cortex scaber, obscurus. Folia lineari-oblonga, basi acuta, saepe cordata, lucida, firma, integerrima, 3-4 poll., 1 1/2-2 lata. Stipulae ut in *coccinea*. Paniculae terminales erectae, divisionibus semper trifurcatis. Bracteae ad divisiones principales stipulaceae, processibus 4 subulatis, reliquis parvis, unicâ sub singulâ ramificatione. Flores parvi, albi, fragrantes. Stylus pilosus. Bacca plerumque subbiloba, magnitudine pisi, atra. *Roxb.* l. c. *In Coromandel.* ♄.

Obs. An Ix. *arborescens Graham H. Edinb.*?

n. 3 h. IXORA *barbata Roxb.*; tubo corollae longo fauce barbato; foliis oppositis, breviter petiolatis, oblongis, in-

tegerrimis, glabris, lucidis: floralibus rotundatis, cordatis, sessilibus; paniculis patentibus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 394. n. 11. I. fol. petiolatis, oblongis; corymbo terminali; floribus nutantibus, fauce barbatis. *Reliqu. Willd. Ms.* (a div. *Roxb.*) *Bot. Mag.* 2505.

Frutex magnus, s. arbor parva, trunco vix ullo, ramis numerosis oppositis. Folia oblonga, 6-9 poll.. Corymbi, s. potius paniculae terminales, decompositae, magnae, diffusae, semper trichotomae, ex toto glabrae. Bracteae, ad minutissimas usque, e basi pedunculi communis superiora versus decrescentes. Calycis laciniae acutae. Tubus corollae gracilis, fauce pilis albis. Stylus longitudine corollae, stigmate clavato, parum emergente, apice subbifido. Baccae rubrae, glabrae, magnitudine pisi. *Bem Schetti Rheed. Malab.* II. 19. t. 13 hanc satis bene, male vero *albam* exprimere. *Roxb. l. c.* *In H. botanico Calcuttensi.* ♄.

Obs. Non confundendam esse cum Pavetta *barbata Smith Rees's Cycl.* monet *Wallich l. c.*

n. 3 i. Ixora *tenuiflora Roxb.*; foliis breviter petiolatis, oblongis, obtusis, glabris; paniculis terminalibus, corymbiformibus, contractis; laciniis calycinis cordatis, obtusis; tubo corollae longo tenuissimo; laciniis limbi oblongis, obtusis, stylo erecto staminibusve longioribus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 397. *n.* 15.

Flores *fulgente*, cui similis, multo delicatiores. *Roxb.* l. c. *In Moluccis.*

n. 3 k. Ixora *congesta Roxb.*; fruticosa, foliis breviter petiolatis, oblongis, fortiter venosis; corymbis terminalibus brevibus, densis; floribus subsessilibus; laciniis calycinis obscure reniformibus, corollinis oblongis, obtusis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 397. n. 16.

Differt a *fulgente* foliis firmis, quidquam coriaceis, venis eminentioribus, parallelis. *Roxb.* l. c. *In Moluccis.* ♄.

n. 3 l. Ixora *lanceolaria Colebr.*; fruticosa, glabra; ramis gracilibus, pendulis, subdichotomis; foliis per paria approximatis, longissimis, lineari-lanceolatis, acuminatis, breviter petiolatis; corymbis terminalibus subsessilibus, parvis; pedunculis confertis coloratis, squamosis; tubo corollae filiformi; laciniis linearibus oblongis; antheris linearibus, basi profunde bifidis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 397. n. 17.

Erecta, 5-6 ped. et ultra, ramis trichotomis, parum patentibus, cortice cinereo, ramulis tenuissimis, virentibus, articulis multis compressis, dilatatis. Folia patentia 5-7 poll., totiesque fere internodia excedentia, vix pollicem lata supra basin acutam, indeque in acumen acutum attenuata, opaca, supra glaucescentia, subtus pallida, costa tenui alba, nervis tenuibus,

suboppositis, subtransversis. Petioli 2 fere lin., sulcati. Stipulae adpressae, lanceolatae, latitudine internodiorum, acumine subulato petiolos excedente. Corymbus pare foliorum brevissimorum fultus, pedunculis bis ter trichotomis, rubentibus, pubescentibus; bracteis oppositis linearibus, subulatis, sub divisione singulà processu stipuliformi fimbriato ad basin. Pedicelli ternati s. fasciculati, 2-3 lin., paribus 3 squamarum rubrarum, carnosarum, subulatarum, pare supremo calyci adpresso. Cal. minimus oblongus, rubens, dentibus erectis, subulatis, intus basi serie ciliarum carnosarum, subulatarum, marcescentium, sphacelatarum, ut in Asclepiadeis Apocyneisve. Cor. alba, tubo gracili, $1/2$ poll., limbo patente, longitudine tubi, laciniis subfalcatis, subpubescentibus. Antherae lineares longae, basi processibus 2 albis, filamentis brevibus exsertis. Stylus clavatus, stigmate bilobo, subulato, patente, exserto. Bacca magnitudine pisi, rubra, glabra, coronata dentibus 4 calycis subulatis, erectis Sem. hemisphaerica. *Wall* l. c. *In Travancore* Dr. *Berry*.

n. 3 m. IXORA *rosea Wall.*; fruticosa; foliis oblongis, acutis, basi contractis, subemarginatis, subtus pubescentibus, subsessilibus; corymbis supradecompositis, patentibus, magnis, terminalibus axillaribusque; laciniis corollae oblongo-cuneatis, acutis. *Wall.* in *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 398. n. 18. *Bot. Reg. n.* 540. *Bot. Mag. t.* 2428. *Loddiges Cab.* 729.

Color florum similis varietati incarnatae *cuneifoliae*, pallidior quam in varietate *strictae*, a *Roxburgh incarnata* dictae, aetate magis magisque rubens. Erecta, ramosa, 4-ped., cortice fusco, scabro; juniores rami pubescentes, ad insertionem foliorum subcompressi, cinerei Folia subdecussata, patentia, coriacea, firma, 5-6 poll., 2 lata, basin versus attenuata, ibique rotundata, atro-viridia, bullata, supra glabra lucida, subtus pallida, pubescentia, praesertim ad costam nervosque. Petioli crassi, lignosi, vix lineae. Stipulae late ovatae, pubescentes, acumine longo subulato, connexae membranà amplexicauli, tenui, seriem ciliarum ferruginearum abscondentes. Corymbi rotundi, magnitudine foliorum, longe pedunculati, pedunculis trichotome brachiatis, patentibus, pubescentibus, rubris, inferioribus pollicaribus, floribus innumeris pallide roseis, ternatim sessilibus. Bracteae oppositae, lanceolatae, margine ciliato connexae. Cal. minimus, oblongus; dentibus 4 rufescentibus, lanceolatis, ciliatis, bracteis 2 adpressis: ciliae ut in *lanceolaria*. Cor. pubescens, tubo gracili pollicari et parum ultra, laciniis glabris, patentibus, demum reflexis, $1/4$ longitudinis tubi. Filamenta reflexa, antheris lineari-sagittatis. Stigma rubellum. *Wallich* l. c. *In collibus ad fines Bengaliae circa Silhet.* D. M. R. *Smith.*

Pag. 180. n. 6. IXORA *undulata*. Addatur synonymon: *Roth nov. pl. spec. p.* 91. I. foliis oppositis, late lanceolatis, acutis, valde undulatis; paniculis terminalibus patentibus; laciniis calycis acutis; filamentis longitudine antherarum; stigmate bifido; baccis transverse ovatis. *Roxb.*

Fl. ind. ed. Car. et *Wall.* I. *p.* 395. n. 12. I. fol. petiolatis, oblongo-lanceolatis; corymbo divaricato. *Reliqu. Willd. Ms.* (a *Roxb.*)

Caulis teres, lignosus, cortice griseo glabro, articulatus, nodosus. Folia integerrima, glaberrima, nitida, coriacea, costis fere horizontalibus, alternis, digitalia et palmaria. Petioli 1/2-1 poll., crassiusculi, canaliculati. Panicula ter quaterve dichotoma, pubescens: rami plerumque trichotomi; ramuli breves, fastigiati, subcorymbosi. Bracteae ad ramos ramulosque 2, oppositae, lineares, pubescentes, sub calycibus 2 oppositae, minutae, crassiusculae, ovato-lanceolatae. Cal. minutulus, 4-fidus, vix pilis nonnullis adspersus. Cor. paulo minor, quam in simillima *parviflora*. Tubus cylindraceus, setae porcinae crassitie, limbo triplo longior. Limbus patulo-reflexus: laciniis oblongis, linearibus, obtusis. Filamenta 4 exserta, recurva. Antherae lineares, sagittatae, versatiles. Stylus capillaris. Stigmata linearia, patenti-recurva. *Roth* l. c. Folia subsessilia, patentia, utrinque glabra, non lucida. Stipulae utrinque processu longe subulato. Corymbi s. potius paniculae terminales, decompositae, ut in *barbata*, sed minores. Filamenta e fissuris corollae satis longa, patentia, varie flexa. Stylus tubo quidquam longior. Stigma bifidum, laciniis recurvis. *Roxb.* *In sylvis Bengaliae.*

Pag. 181. n. 9. Ixora *americana* deleatur: est enim, fide *Jussieu, Mém.* 6., Coffea *occidentalis* et Tetramerium.

n. 10. Ixora *multiflora* clo *Spreng.* Froelichia *uniflora* est in *S. V.* p. 406.

Pag. 182. n. 15. I. *pubescens Willd.*; foliis oblongis, acuminatis, ternis, costâ mediâ pedunculisque pubescentibus. *Reliqu. Willd. Ms.*

In Para *Brasiliae.* ♄. Com. a. *Hoffmannsegg.*

Ixora *alternifolia Jacq.* est Cestrum *vespertinum.*

Quid ixora *jamaicensis Noisette?* ixoras esse jubet *Sprengel S. V. p.* 409: Rondeletiam *buxifoliam Vahl*, Coffeam *guianensem*, et *odoratam.*

n. 456. PETESIA.

Pag. 182. n. 1. Petesia *stipularis* ill. *de Jussieu Mém. Mus.* 6. *p.* 393. ad Rondeletiam releganda videtur, cum reliquis pentandris. — An Rondeletia *tomentosa Swartz?*

Quid Petesia *spicata Swartz apud. Jussieu Mém. Mus. p.* 393., quae illi forte hujus generis? —

n. 457. CATESBAEA.

Pag. 183. n. 1. Catesbaea *spinosa.* Addatur synonymon: C. spinis simplicibus, oppositis; foliis oppositis, ovalibus, lucidis; pedunculis solitariis; corollae tubo longissimo folia superante. *Spreng. N. Entd.* III. *p.* 47.

n. 1 a. Catesbaea *latifolia Lindl.*; corollis tubo longis-

simo; spinis foliis lucidis convexis (saepius) longioribus. *Lindl. Bot. Reg.* 858.

Rami rigidi, teretes, scabriusculi. Folia ovalia vel obovata, avenia, utrinque glaberrima. Cetera C. *spinosae*, cui folia plana, opaca, venosa, *latifoliâ* multo minora. *In America merid.* ♄. *Colvill.*

n. 2. CATESBAEA *parviflora*. Addatur synonymon: C. spinis simplicibus, oppositis, decussatis, patentibus; foliis subrotundis, minutis, mucronatis; floribus solitariis axillaribus; tubo tetragono abbreviato; baccis subrotundis ramulisque hispidiusculis. *Spreng. S. V. p.* 417. *N. Entd.* III. *p.* 47. RANDIA *parvifolia Lam.* (fide *Spreng.*)

n. 3. CATESBAEA *triacantha Spreng.*; foliis fasciculatis, spathulatis; spinis sparsis, trifidis; floribus aggregatis, axillaribus, pedunculatis, folio brevioribus. *Sprengel N. Entd.* III. *p.* 47. *S. V.* p. 416.

Frutex erectus, ramis patentibus, cortice lutescente. Folia unguicularia, rigida, subsessilia, integerrima, glaberrima. Spinae axillares terminalesque, erectae, rigidae. Pedunculi brevissimi. Cal. superus, minimus, 4-dentatus. Cor. infundibuliformis, tubo gracili, limbo 4-fido. Stamina fere invisibilia intra faucem. Bacca exigua, polysperma, bipartibilis. *Spreng. In Hispaniola.* ♄.

Obs. CHOMELIA *spinosa*, pro qua habita fuit nostra, differt spinis simplicibus oppositis, oblongis, utrinque acuminatis, pollicaribus; pedunculis trifloris folio longioribus; tubo corollae filiformi, pollicari; drupâ denique nuce biloculari. CHOMELIA *fasciculata* differt: ramis spinescentibus, cetero inermibus; foliis ovatis, acutis; pedunculis solitariis folio longioribus. *Spreng.* Nos in nostris speciminibus, eodem loco a *Bertero* lectis, et a clo *Balbis* communicatis, baccam oblongam, magnitudine vinacei, sulcatam invenimus.

n. 4. CATESBAEA *strigosa Willd.*; foliis ovatis, lineato-venosis; corollis strigoso-pilosis; floribus terminalibus, aggregatis. *Rel. Willd. Ms.*

Prope Maypure. ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

n. 5. CATESBAEA *inermis Spreng.*; inermis; foliis oblongo-lanceolatis, obtusis, lineato-venosis; floribus terminalibus axillaribusque subsolitariis. *Spreng. S. V. p.* 416.

Specimen a clo *Balbis* nobiscum communicatum, hoc nomine insignitum, frustum rami ramosi, ramis oppositis, alternisque, cortice cinereo, rugoso, reliquiis stipularum oppositis persistentibus. Folia ad apicem ramulorum, opposita, pollicem et ultra longa, 4-5 lin. lata, coriacea, nitentia, glabra, margine quidquam revoluto scabriuscula, nervo medio petioloque vix lineari subtus pilis brevibus, rigidis. Nil nisi germina immatura delapsâ corollâ in pedunculis piloso-scabris supersunt in speciminibus nostris. *In Porto-Ricco. Bertero.*

Obs. CINCHONAM *spinosam Levass.* cl. *Sprengel S. V. p.* 416. CATESBAEAM *Vavassorii* dicit.

n. 458. FROELICHIA.

Pag. 184. n. 1. FROELICHIA *paniculata.* Addatur diagnosis: F. ramis tetragonis; foliis lanceolatis, oppositis; paniculâ terminali *Spreng. S. V. p.* 406.

Obs. Sprengel huc trahit IXORAM *multifloram* nomine FROELICHIAE *uniflorae*, et LONICERAM *corymbosam* nomine FROELICHIAE *violaceae.*

n. 459. HOFFMANNIA.

n. 1. HOFFMANNIA *pedunculata.* Addatur synonymon: H. *jamaicensis*; foliis ovatis, acuminatis, lucidis; ramis villosis; pedunculis axillaribus, solitariis. *Sprengel S. V. p.* 416.

Obs. Sprengel huc duxit PORTLANDIAM *tetrandram Forst.* nomine HOFFMANNIAE *amicorum.*

n. 460. O-HIGGINSIA.

Pag. 184. n. 3. O-HIGGINSIA *verticillata.* Addatur:

Obs. „An NACIBEAE (MANETTIAE) congener?" quaerit *Jussieu Mém. Mus.* 394. *Cl. Sprengel S. V.* p. 417. O-HIGGINSIAS omnes EUOSMIAS esse jubet.

n. 4. O-HIGGINSA *racemosa*; racemo terminali; corymbis hirsutis. HIGGINSIA *racemosa. Willd.* in *Reliqu. Ms.*

Folia opposita, petiolata, 3 poll. longa, oblonga, integerrima, pubescentia, brevissime ciliata. Racemus palmaris, simplex, terminalis, secundus; pedicellis minutis; bracteis subulatis. Cal. pubescens, quadridentatus. Cor. tubulosa, hirsuta, unguicularis, calyce triplo longior. *In umbrosis Cumanae.* ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

n. 460 a. EUOSMA.

EUOSMA *caripense Willd. Ms.* EUOSMIA *caripensis Humb.* et *Bonpl. pl. aequin.* 2. *p.* 165. *t.* 134. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec. red. Kunth* III. *p.* 419. *Poir. Enc. meth. Suppl. ill. gen.* p. 555.

Arbuscula 15-20 ped., glabra; trunco erecto, 6-8-ped., cylindrico, diametro 6-8-poll.; ligno odorato; cortice laevi, fusco; ramis oppositis, patentibus aut erectis, tortuosis et inferne nudis teretibus. Folia opposita, oblonga, acuminata, basi cuneata, integerrima, membranacea, glabra, nitida, 5-6-poll., 1½ poll. lata. Petioli semiteretes. Stipulae caducae. Racemi axillares gemini aut terni, pauciflori. Flores pedicellati. Cal. parvus. Cor. subrotata rubra, tubo brevissimo, laciniis oblongis. Fructus odoratus. *Bonpl. In humidis umbrosis prov. Cumanensis prope Caripe.* ♄.

n. 460 b. BUNOPHILA.

n. 1. B. *lycioides Willd. Rel. Ms.*

In America meridionali. ♄. *Humb. et Bonpl.*

n. 461. ERNODEA.

Pag. 185. n. 1. ERNODEA *littoralis.* Addatur synonymon: *Jacq. Hort. Schönbr.* t. 31.

Etiam in *Guadeloupe* legit *D. Bertero.*

Obs. *Sprengel S. V.* p. 406 exclusit ERNODEAM *pungentem*, et ASPERULAM *calabricam* huc traxit nomine ERNODEAE *montanae.*

n. 462. SIDERODENDRON.

Pag. 185. SIDERODENDRO addatur:

n. 2. SIDERODENDRON *paniculatum Willd.*; foliis ovato-cordatis, sessilibus; paniculâ terminali, nudâ. *Reliqu. Willd. Ms.*

Arbor 80 ped. *Ad fluvium Atatapo.* ♄. *Humb. et Bonpl.*

n. 463. PATABEA.

n. 1. PATABEA *coccinea* distinguatur ab *alba* sequente diagnosi:

P. floribus capitatis, sessilibus, tetrandris; CEPHAËLIS *Patabea Gmel. Syst. Veg.* apud *Steudel* (non vero apud ipsum auctorem.) CEPHAËLIS *sessiliflora Spreng. S. V. p.* 749.

n. 2. PATABEA *alba Humb.* et *Bonpl.*; cymis pedunculatis; floribus pentandris. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. p. 375. CEPHAËLIS *cymosa Spreng. S. V. p.* 749. (quo teste etiam et PSYCHOTRIA *maypurensis Willd.*)

Variat staminibus et laciniis corollae 6. Arbor ramis dichotomis, glabris; junioribus compressis. Folia subsessilia, ovata, acuminata, basi rotundata, integerrima, submembranacea, utrinque glabra, nitida, 5 fere poll.. Stipulae interpetiolares, connatae, bifidae, glabrae, laciniis subulatis. Cymae terminales, 5-radiatae, diffusae, ramis ramulisque pubescentibus. Flores sessiles. Bracteae lanceolatae, acuminatae, tenuissime pubescentes, flavescentes, $^1/_2$ poll.. Pedunculi pollicares, pubescentes. Cal. 5-dentatus, violaceus. Cor. alba, vix $1^1/_2$ poll., externe pilosa, laciniis 5 acutis, fauce villosâ. Stylus longitudine corollae. Fructus? *Kunth l. c.* *Ad Orinocum prope Maypure et San Fernando.* ♄.

n. 464. COCCOCYPSELUM.

Pag. 186. n. 1. COCCOCYPSELO *repenti* addatur:

Obs. Cls. *Kunth* in *Humb.* et *Bonpl. nov. gen.* III. p. 405. Coccoc. *repens Swartz* distinxit sequenti diagnosi: „C. herbaceum, repens; foliis ovatis, utrinque flavescenti-sericeis; capitulis axillaribus et terminalibus," CONDALEAM *repentem Ruiz* et *Pav.* cum? huc ducens. Sed neque descriptio plantae *Swartzianae*, nec CONDALEAE ex integro conveniunt cum planta *Kunthiana*: caules in hac flavescenti-pilosi, pedales. Folia utrinque acuta, membranacea, 2-$2^1/_2$ poll.. Petioli canaliculati, pilosi, 9-10 lin.. Stipulae acuminato-subulatae, pilosae. Capitula solitaria, subglobosa, magnitudine Cerasi. Involucrum foliolis 5-6, oblongis, acutis, pilosis, inaequalibus. Pedunculi 2-3 poll, pilosi. Flores sessiles. Cal. laciniis lanceolato-oblongis, acutis, hirsutis. Cor. caerulea aut rubra, externe hirsuta; tubus albidus, cylindricus, calyce vix brevior; laciniis oblongis, acutis, aequalibus, patulis, fauce glabrâ. Bacca ovata, caerulea, hirsuta, magnitudine pisi majoris. Semina sublenticularia, nigra. *In temperatis umbrosis prope Buenavista, Caraccas; Popayan.* ♃. Confer BELLARDIAM *Tontaneam.*

n. 2. COCCOCYPSELUM *virgatum*. Addatur (fide *Sprengel S. V. p.* 417.) synonymon: MANETTIA *picta Willd.*

Obs. COCCOCYPSELUM *lanceolatum* et *sessile* clo *Kunth* l. c. dubia videntur.

Pag. 187. COCCOCYPSELIS addatur:

n. 6. COCCOCYPSELUM *cordifolium Nees et Mart.*; caule herbaceo repente foliisque cordatis obtusis hirsutis; capitulis lateralibus pedunculatis. *Nees et Mart. in Nov. Act. Acad. Nat. cur. T.* XII. p. 14.

Differt a congeneribus foliis cordatis multâque hirsutie. Caulis ped. et ultra, filiformis, angulatus, prostratus, ex internodiis radices solitarias flagelliformes ramosas emittens, pilis strictis patentibus dense vestitus, nodis remotiusculis incrassatis. Folia opposita, sursum directa, uncialia et longiora, petioloque ejusdem longitudinis crassiusculo canaliculato hirsuto, basi cum opposito connato suffulta, obtusa, cum brevi apicula, integerrima, crassiuscula, subavenia, villosissima, subtus incana. Stipulae oppositae, setaceae, villosae. Flores in capitulo pisi magnitudine, axillares, alterni vel oppositi, pedunculo petiolo juvenile longiori, adulto aequali hirsuto. Calyces dense conferti, campanulati, villosissimi, pilis in fructu demum purpurascentibus; ore quadridentato, dentibus setaceis inaequalibus longitudine tubi. Corolla calyce duplo longior, infundibuliformis, pubescens, alba, laciniis elliptico-lanceolatis obtusiusculis. Antherae infra faucem subsessiles, lineares. Stigma bilamellosum. Bacca globosa, purpureo-violascens. Semina plura, parva, angulata, fusca. Bractea sub inferioribus capituli floribus singula ejusdem longitudinis, lineari-subulata, acuta, dorso hirsuta, sub extremis nulla. *Nees et Mart.* *In sylvis ad viam Felisbertiam Brasiliae. Ser. Princ. Max. Neovid.*

n. 7. COCCOCYPSELUM *canescens Willd.*; caule herbaceo, adscendente; foliis oblongis, subtus canescentibus; floribus capitatis, pedunculatis. *Reliqu. Willd. Ms.*

(*In Americ. merid.* ♃. *Humb. et Bonpl.*)

n. 8. COCCOCYPSELUM *microphyllum Willd.*; caule erecto, fruticoso; foliis obovatis emarginatis; pedunculis unifloris; stigmatibus capitatis. *Rel. Willd. Ms.*

Frutex 1-3-ped.; folia laete viridia, margine rosea. *In Insula Mauritii. Bory de St. Vincent.*

n. 465. FERNELIA.

n. 1. FERNELIA *uniflora*. Addatur synonymon: FERNELIA *obovata Gaertn. fil.* FERNELIA *mauritiana Raeuschel*, quae etiam ad sequentem

n. 2. FERNELIAM *bifloram*. Addatur synonymon: COCCOCYPSELUM *buxifolium Sprengel S. V.* p. 416.

n. 3. FERNELIA *obovata.* Addatur synonymon: COCCOCYPSELUM *uniflorum Sprengel S. V.* p. 416.

Quid FERNELIA *pedunculata Gaertn.* fil.?

n. 466. GONZALEA.

Pag. 188. n. 1. GONZALEAE *pendulae* addatur synonymon: CARYOCOCCA *dependens Willd.*; racemi terminalis pedunculis unifloris. *Rel. Willd. Ms.?*

n. 2. GONZALEA *panamensis.* Addatur synonymon: *Cavanill. Anal. d. Cienc.* T. IV. p. 109. 114. et, cum? G. *cornifolia Humb.* et *Bonpl.*; ramulis pubescentibus; foliis oblongis, aut ovato-oblongis, acuminatis, basi acutis, glabris, subtus in nervo et venis pubescentibus; spicis elongatis; floribus fasciculatis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 416. et hoc teste: BUENA *panamensis Cav.*?

Ramuli teretes, laeves. Folia integerrima, subtus in nervo et venis pubescentia, lacte viridia, subtus pallidiora, 4-4 1/2 poll., 20-21 lin. lata. Petioli 2 lin., pubescentes. Stipulae ovato-subulatae, erectae, longitudine petioli, pubescentes. Spicae terminales, demum alares, solitariae, pedunculatae, graciles, 9-10 poll., pendulae?, rhachi tereti, adpresso-pubescente. Flores sparsi, inferiores fasciculato-congesti, 3-4 lin., pedicellati, bracteis linearibus. Cal. suburceolatus, 4-fidus, pilis adpressis, laciniis ovatis, acutiusculis, subaequalibus. Cor. externe pilosiuscula, tubo cylindrico, calycem 6-8-plo superante; fauce ampliatâ, piloso-pubescente, limbi laciniis oblongis, aequalibus, tubo dimidio brevioribus. Antherae acuto-mucronatae. Stigma 4-fidum. A BUENA *panamensi* vix distincta videtur. Specimen simillimum prope Mariquitam, foliis minoribus tantum diversum. Drupa in hoc pedicellata, globosa, glabriuscula, magnitudine grani piperis. Semina circiter 12 in singulo loculo, fusca, punctato-scabriuscula. *Kunth.* *In scopulosis regni nov. granat. prope Honda.* ♄.

Obs. Specimen nostrum in *Guadeloupe* a D. *Bertero* lectum, magis cum *panamensi*, quam cum *cornifolia*, convenit. Cl. *Sprengel* synonyma nostra dubia omnia sine dubio.

n. 3. GONZALEA *tomentosa.* Addatur synonymon: G. foliis oblongis, acuminatis, basi acútis, supra glabris et leviter bullatis, subtus ramulisque albo-tomentosis; paniculis spiciformibus, elongatis; ramis abbreviatis, multifloris. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. Kunth* III. *p.* 416. *Poiret ill. gen. Suppl.* p. 550. t. 915. f. 1.

Valde similis *pendulae.* Frutex 1 1/2 org., ramosissimus; ramuli teretes, nodis compressi. Folia membranacea, sub-4-pollicaria, 13-17 lin. lata. Petioli 3-4 lin., albo-tomentosi. Stipulae abbreviato-ovatae, acuminatae, erectae, tomentosae, petiolo breviores. Paniculae terminales, demum alares, solitariae, 6-7 poll., erectae, pedunculo rhachique albo-tomentosis. Flores breviter pedicellati. Cal. externe tomentosus,

Cor. subhypocrateriformis, alba, externe tomentosa; laciniis ovatis, patentibus; fauce hirsutâ. Stylus parum exsertus. Drupa subexsucca, tomentosa, magnitudine grani piperis, pyrenis subglobosis, utrinque obtusis, dorso convexis, ventre subangulatis, fragilibus. Semina minuta, angulata, punctulato-scabra, fusca. *Kunth l. c.* *In Peruviae calidis Loxam inter et Gonzanamam.* ♄.

Obs. An huc CARYOCOCCA *multiflora*; racemi terminalis pedunculis multifloris, *Willd. Reliqu. Ms.* (quam ex America meridionali ab ill. de *Humb.* tulit?)

n. 4. GONZALEA *pulverulenta.* Addatur synonymon: *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 416. (specimen non vidit cls *Kunth.*)

GONZALEIS addatur:

n. 5. GONZALEA *Lygistum.*

Obs. 1. Hoc nomine ponatur LYGISTUM *spicatum Lam. ill.* p. 286. cum diagnosi, synonymia et adumbratione, (de quo nos in nota ad MANETTIAM *Lygistum* p. 203.), monente *de Jussieu Mém. Mus.* p. 394 et 400. Clo *Sprengel S. V. p.* 416 COCCOCYPSELUM *spicatum* est.

Obs. 2. COCCOCYPSELUM *spicatum*; arboreum; foliis oblongis, supra pilosiusculis, subtus pubescentibus; spicis terminalibus et alaribus *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. p. 406. a clo *Kunth*, auctoritate *Herb. Jussieu*, (cum tamen in *Mém. Mus.* 6. p. 400 GONZALEAE adnumeret ipse ill. de *Jussieu*) COCCOCYPSELIS adnumeratur, et idem dicitur cum LYGISTO *spicato Lam. ill.* p. 286., ad quod cum? ab illo BARLERIA *hirsuta* et JUSTICIA *hirsuta Jacq.* ducuntur. Reliqua ab aliis, et a nobis, adducta synonyma ab illo non laudantur, nec dubia solvuntur. Describit suum C. *spicatum* ramulis teretibus pubescentibus laevibus. Folia utrinque acuminata, integerrima, supra viridia, pilis rarissimis, nervo strigoso-piloso, subtus pallidiora, 4-5-poll., 18-21 lin. lata. Petioli 2-3 lin., semiteretes, pubescentes. Stipulae lanceolato-subulatae, erectae, petiolum superantes. Spicae solitariae, pedunculatae, elongatae, semipedales. Flores sparsi, saepius fasciculati aut subverticillati, breviter pedicellati, 6-8 lin. Bracteae lanceolatae, pubescentes, longitudine pedicelli. Cal. pubescens, laciniis lanceolatis, acutiusculis, aequalibus, erectis. Cor. alba, externe hirsuto-sericea, tubo cylindrico, calycem sextuplo superante, limbi patentis laciniis ovatis, acutis, tubo quadruplo brevioribus, fauce sericeo-pilosâ. Bacca subglobosa, compressiuscula, hinc inde sulco, pilosa, magnitudine grani piperis. Semina creberrima fusca. *In umbrosis humidis prope S. Cruz Cumanensium et in Nov. Granat.* ♄.

466. OMPHALOCOCCA.

n. 1. OMPHALOCOCCA *cornifolia Willd.; Reliqu. Willdenow. Ms.*

Folia opposita, oblonga, acuminata; flores terminales, paniculati. Fructus semitectus, calyce persistente umbilicatus. *In Para Brasiliae.* ♄. Com. a *Hoffmannsegg.*

n. 467. MITCHELLA.

Pag. 189. MITCHELLA *repens.* Addatur synonymon: *Bigelow Flor. bost.* p. 35.

Cor. albo-purpurascens.

469. HEDYOTIS.

n. 1. HEDYOTIS *corymbosa.* Addatur patria: Ins. Helenae. *Antommarchi.*

Pag. 190. n. 3. HEDYOTIS *longiflora.* Huic subjungatur:

n. 3 a. HEDYOTIS *secunda Spreng.*; foliis oblongo-ovatis, lanceolatis, acuminatis, acutissimis, venosis, supra strigis raris adpressis; floribus terminalibus secundis racemosis; corollâ calyce triplo longiore. *Herb. Balbis.*

Rami teretes, cortice fuscescente, glabro, apicem versus tomentoso. Folia fere spithamaea, margine setoso-ciliata, subtus glabra, in petiolum vix 2 lin. attenuata, internodiis sextuplo longiora. Stipulae lanceolato-triangulares, ciliatae, minores lacerae, setosae. Racemus terminalis cum pedunculo communi angulato digitalis. Pedicelli 2 lin., semper patentes, basi, subinde et medio, bracteâ setaceâ. Cal., demum in fructu excrescens, $1^1/_2$ lin., laciniis lanceolatis, acuminatis, setosis. Cor. extus, praecipue apicem versus, hirsuta, nimis imperfecta in specimine nostro. Caps. didymo-globosa, magnitudine grani Piperis, setis adpressis. *In Portoricco.* D. *Bertero.*

n. 5. HEDYOTIS *racemosa.* Addatur synonymon:
OLDENLANDIA *alata König Ms.*; erecta, tetragona; foliis oppositis, subsessilibus, ellipticis, glabris; paniculis terminalibus; corollis campanulatis, fauce pilis clausis; capsulis turbinatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 443. (Excludatur apud nos *Burm. ind.* 38. t. 15. f. 1.)

Caules plures, ramis paucis, tetragonis, glabris, $1-1^1/_2$ ped.. Folia integerrima, succulenta, 2 poll.. Stipulae membrana connectens lata, dentata. Umbellae terminales, pauciflorae: floribus albis, parvis. Pedicelli tetragoni. Caps. turbinata, glabra, receptaculo clavato, libero, extremitate tenuiore basi in dissepimentum affixa. *Roxb. l. c.* *In humidis, oryzetis.*

n 5. a. HEDYOTIS *Burmanniana;* biennis, repens; foliis ovato-lanceolatis; pedunculis trifloris novemflorisve. HEDYOTIS *paniculata Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 443. et, hoc teste: OLDENLANDIA *paniculata Burm. ind.* 38. *t.* 15. *f.* 1.

Caules nulli, sed rami copiosi, diffusi, tetragoni, glabri, decumbentes, ex articulis radicantes, 12 circiter pollicum. Folia opposita, sessilia, glabra, crassa, maxima pollicaria. Membrana connectens laciniis subulatis. Pedunculi axillares et terminales, foliis longiores, glabri, tetragoni. Flores albi, parvi. Tubus gibbus, fauce pilis tenuibus albis, stamina abscondentibus. Stamina integra. *Roxb.* l. c. *In Moluccis.*

Pag. 191. n. 6. HEDYOTIS *lanceolata* clo *Spreng.* eadem videtur ac HOUSTONIA *longifolia.*

n. 8. HEDYOTIS *diffusa.* Addatur synonymon:
OLDENLANDIA *diffusa*; annua, teres, flaccida; foliis sessilibus, lineari-lanceolatis, acutis; pedunculis axillaribus, so-

litariis, unifloris; capsulis subglobosis, glabris. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 444. *Link Enum. alt.* p. 131.?

E definitione OLDENL. *capensis* L. induceureris facillime, ut hanc crederes *capensem*; at observatio: „simillima O. *repenti* et capsula glabra" in *Suppl.* p. 127. contrarium evincunt: minime enim O. *repenti* s. DENTELLAE similis. Rad. ramosa, annua. Caules diffusi, teretes, scabriusculi, 6-7 poll.. Folia utrinque glabra. Membrana connectens integra, et multifida. Pedunculi foliis quadruplo breviores. Flores sat magni. Stigma profunde bifidum. Caps. globosa, glabra. *Roxb. l. c.* Cls. *Link* l. c. affinem dicit *lacteae*, et corollas calyce vix majores, albas. Vix ergo eadem cum Roxburghiana planta. Confer H. *ramosam*. *In Banda, cum terra inde allata. Roxb.*

n. 9. HEDYOTIS *herbacea*. Addatur synonymon: H. fol. lineari-lanceolatis, basi attenuatis, margine denticulatis, basi membranâ truncatâ nudâ unitis; pedunculis geminis unifloris; tubo corollae calyce sesquilongiore. *Roth nov. pl. spec. p.* 92. OLDENLANDIA *herbacea*; erecta, tetragona, dichotoma; foliis lineari-lanceolatis; pedunculis geminis in axillis alternis, unifloris. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 445.

Caulis erectus, tetragonus, glaber, brevis, ramosus, 6-24 poll.; folia opposita, sessilia, patentia, glabra. Stipulae connectentes, membranaceae, tenuiter dentatae. Pedunculi rudimento intermedii, teretes, longitudine fere foliorum. Caps. glabra. *Roxb. l. c.* — „Folia ad basin margine denticulis albis, planis, membranaceis, exiguis. Membrana folia basi connectens robustior, quam in confinibus, truncata, glaberrima, margine subcartilagineo plane nuda. Pedunculi capillares." *Roth.* *Ad vias.*

n. 9 a. HEDYOTIS *ramosa*; diffusa, ramosa: foliis anguste lanceolatis; pedunculis axillaribus uni-multiflorisque. OLDENLANDIA *ramosa Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 445. *n.* 8.

Caules ramique subtetragoni, fere glabri, 1-2 ped.. Folia opposita, glabra, integerrima, subtus albidiora, fere pollicaria: membranâ connectente multidentatâ. Flores parvi, albi. Calycis laciniae conicae. Cor. tubus gibbosus, fauce barbatâ. Filamenta brevia, antheris tubo inclusis caeruleis. *Roxb. l. c.* Clo *Sprengel* omnino eadem cum *diffusa S. V. p.* 413. *In Pegu. F. Carey.* ⊙.

n. 9 b. HEDYOTIS *commutata*; ramosa, diffusa; foliis lineari-lanceolatis, glabris, sessilibus; pedunculis axillaribus, solitariis, unifloris, foliis duplo brevioribus; floribus parvis; capsulis subglobosis, glabris. HEDYOTIS *herbacea Bertero Herb. Balb.*

Maxima cum *diffusa*, quoad diagnosin Roxburghianam, affinitas;

etiam cum *ramosa*, et *herbacea*, pro qua cls. *Bertero* eandem habuit: immo etiam cum *cymosa*. Rad. ramosa, fibrosa. Caules diffusi, sulcato-quadranguli, laeves, glabri, spithamaei. Folia utrinque glabra, subtus pallidiora, margine subreflexo scabra, 1 1/2 poll., pollicaria, et breviora, internodiis longiora, 1-2 lin. lata, patentissima. Membrana connectens s. stipula integra; utrinque saepius processu lineari-setaceo. Pedunculi capillares, 3-5 lin., semper uniflori, etiam fructiferi patentes. Calycis laciniae lanceolatae, acutae, sub lente serrulatae, lineam circiter longae. Cor. calyce haud multo longior (in specimine nostro nimis imperfecta, quam ut describi possit). Caps. globosa, glabra, magnitudine grani piperis. *In Portoricco. D. Bertero.* ⊙.

Pag. 192. n. 11. HEDYOTIS *graminifolia*. Addatur:

Obs. Haec, et HEDYOTIS *crassifolia Rafin. Flor. ludov.* (cui capsula et corolla ENDRISIAE, sed stigma oblongum, integrum) sub-genus videtur clo *Rafinesque Annal. général.* 1820. *Août.* p. 225.

Pag. 193. n. 15. HEDYOTIS *umbellata*. Addatur synonymon: H. umbellis etc.; foliis linearibus, basi membranâ setigerâ unitis, cauleque scabris. *Roth nov. pl. spec. p.* 92. OLDENLANDIA *umbellata;* erecta; foliis oppositis, ternis, quaternis, linearibus, scabris; umbellis terminalibus; corollâ intus pilosâ. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 442.

Culta in arenosis littoris Coromandel, ubi radix ad tingendum bombycina tela colore rubro elegantissimo et nullo tempore delendo adhibetur. *Roxb. l. c.* Corollae tubus calyce dimidio longior. Filamenta longitudine corollae. Antherae oblongae, versatiles. *Roth.* Confer Obs. ad genus POLYPREMUM.

n. 16. HEDYOTIS *cymosa*. Addatur (fide *Spreng.*) synonymon:

H. *lactea Willd.* et OLDENLANDIA *umbellata Hort.*

Obs. In specimine *Herb. Mart. D. Sieber* n. 46. OLDENLANDIAE *corymbosae* nomine insignito pedunculi etiam uniflori in axillis inferioribus; superiores tantum 2-3-4 flori.

Pag. 194. n. 18. HEDYOTIS *biflora*. Addatur synonymon: OLDENLANDIA *biflora;* pedunculo solitario bifloro, foliis anguste lanceolatis, sessilibus breviore. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 445. (qui bonam laudat iconem *Burm. Zeyl. t.* 11.) O. fol. lanceolatis, hirsutis; pedunculis bifloris folia subaequantibus; floribus 4-5-andris; petalis calycem aequantibus *Roth nov. pl. spec.* p. 97. (?)

Parvula, frequens. *Roxb.* Cls. *Roth*, qui iconem *Burmanni* excludit, totam plantam pilis brevibus copiosis hirsutam describit, pedunculos 1-2-3-floros; calycem subrotundum 4-5-fidum, laciniis dentiformibus; petala 4-5 calyci inserta, hujus longitudinis, obverse lanceolata, alba; stam 4-5, calycis laciniis opposita, cum petalis alternantia, longitudine fere petalorum; antheras flavas; stylos solitarios vel raro 2; stigma obtusum; caps. 2-loc., 2-valv., polyspermam.

Obs. OLDENLANDIA *biflora* L. est vera OLDENLANDIAE species, nec ad HEDYOTEM referri potest ob petala 4. s. 5, calyci inserta, ut specimina a div. *Willdenow* et a Benj. *Heyne*, nomine CIRILLEAE *oldenlandioidis* accepta me docuere. HEDYOTIS *biflora Spreng.* l. c. eadem planta videtur cum OLDENLANDIA *biflora* L., at, ob corollae structuram, minori cum jure ad HEDYOTEM retulit. Vix distinguenda O. *pentandra Retz*, nisi caule paulo magis elongato; fol. angustioribus, linearibus, minus hirsutis, pubescentibus. Ob folia lanceolata, nec linearia, Linnaeana O. *biflora* ad OLD. *dichotomam Spreng.* referri nequit. Folia insuper in O. *biflora* L. sunt *hirsuta*, in *dichotoma* tantum pubescunt. *Roth in litt.* Cls. *Link* tamen iterum H. *bifloram* dicit OLDENLANDIAM *biflorem*, in *Enum. alt.* p. 131, et affinem ait *diffusae*, corollamque albam petit.

n. 18 a. HEDYOTIS *diantha;* foliis lanceolatis, in petiolum attenuatis, margine nudis, basi membranâ setigerâ unitis; pedunculis bifloris petiolo longioribus; corollae tubo calyce (paulo) longiore. HEDYOTIS *biflora Roth nov. pl. Spec. p.* 92. *Hornem. H. r. Hafn.* 1. *p.* 130.

Membrana folia connectens scariosa, glabra: setis paulo longioribus, nitidis, glabris, flexibilibus. Cor. albae tubus longitudine laciniarum. *In India orientali.* ☉. (Nomen mutandum erat ob aliam H. *biflorem*.)

n. 19 a. HEDYOTIS affinis. Addatur synonymon: H. *dichotoma König; Roth nov. pl. Spec. p.* 93.

Rad. descendens, fibrosa, albida. Caulis erectus, nodosus, a basi ramosissimus, nitidus, glaber, ad lentem lineis 4 elevatis, scabriusculis subtetragonus, crassitie fili emporetici mediocris, $^1/_2$ ped.: rami ramulique oppositi, patentes, superne laxe pedunculati, dichotomi. Folia acuminata, margine ad lentem tenuissime ciliata, setis sparsis pectinato-ciliata. Membrana connectens brevis, medio dentibus plerumque 3 scabris. Pedunculi in paniculam laxam, divaricatam dispositi, alterni, capillares, nudi, ad dichotomias parum dilatati: bracteae sub quavis dichotomia 2, oppositae, lineares, superiores magnitudine decrescentes. Cal. minutus contractus, dentibus lanceolatis longitudine fere calycis. Cor. 4-fida, coerulea, laciniis oblongis, obtusis, venoso-reticulatis. Stam. tubo corollae paulo breviora. Antherae oblongae, non infra faucem latentes. Caps. subcompresso-globosa, obsolete didyma, magnitudine seminis *Brassicae*. Varietas pedunculo bi-trifloro inerat collectioni ex India orientali nomine OLDENLANDIAE *biflorae*. *Roth* l. c.

Pag. 195. n. 20. HEDYOTIS *lactea*. Addatur synonymon: *Link Enum. alt. p.* 195.

„Cal. dentibus patentibus subreflexis. Cor. calyce duplo longior alba. „*Link*. Fide *Sprengel S. V.* p. 413. eadem cum H. *cymosa*.

n. 21 a. HEDYOTIS *aspera Heyne;* papillis (albis) exasperata; caule stricto, subsimplici; foliis lineari-subulatis, basi membranâ utrinque stipulari unitis; racemo terminali, subsimplici, laxo, paucifloro; corollae tubo praelongo. *Roth nov. pl. Spec.* p. 94.

Rad. simplex vel dichotoma, descendens, flexuosa. Caulis erec-

tus, teres, filiformis, $^1/_2$ ped. et ultra, plerumque simplex, raro uno alterove ramo, articulatus. Folia ultra unciam longa, internodiis plerumque breviora, erecta, stricta, basi parum attenuata. Membrana folia basi connectens scariosa, utrinque stipulâ lineari-subulatâ, longiore, subdentatâ. Racemus pedunculatus, subfastigiatus, nudus, nunc basi pedunculo bifloro, nunc pedunculis binis, unifloris. Flores in racemo per intervalla nunc longiora, $^1/_2$ poll., nunc breviora, plerumque gemini, rarius solitarii, pedicellis aequalibus. Bracteae sub pedicellis parvae, lineari-subulatae, basi connexae membranâ ciliatâ. Cal. campanulatus, ovatus: dentibus 4 calyce paulo longioribus, linearibus. Cor. infundibuliformis: tubus filiformis, calyce quadruplo longior. Faux ovata, ad limbum contracta. Limbus 4-fidus: laciniis oblongis, obtusis, fauce parum brevioribus. Stamina inclusa. Caps. magnitudine seminis *Coriandri*, subglobosa, subdidyma, extus papillis squamiformibus, subrotundis. *Roth.* *In India orientali. Heyne.*

n. 22. HEDYOTIS *hispida*. Adde synonymon:
H. diffusa, tetragona, ad genicula radicans: foliis sessilibus, lanceolatis, margine hispidis; floribus axillaribus, confertis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 368.

Caulis nullus, sed rami plures tetragoni, apice florifero adscendentes. Folia opposita, subsessilia, integerrima, praeter marginem glabra, 2-3 poll., membranâ connectente in lacinias subulatas plures divisâ. Flores sessiles, parvi, albi. Caps. rotundata, bilocularis. Semina numerosa. *Roxb. l. c.* *In Moluccis.*

Obs. CORMYLUS *Rafinesque Annal. général. Août.* 1820. p. 225. ob capsulam semi-bilocularem, stylum clavatum, stigma crassum. Clo *Sprengel* eadem cum *hirsuta.*

n. 22 a. HEDYOTIS *geniculata Roxb.;* debilis, divaricata, articulata, teres, glabra; foliis subsessilibus, lanceolatis, glabris; floribus subverticillatis, breviter pedunculatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 368. *n.* 2. (Clo *Spreng.* H. *Crataeogonum* sine dubio videtur!)
In insulis malayensibus.

n. 22 b. HEDYOTIS *scandens Roxb.;* perennis, scandens, teres, glabra; foliis late lanceolatis; paniculis corymbosis terminalibus; fauce tubi corollae stylique apice barbatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 369. *n.* 3.

Caules ramique perennes; folia breviter petiolata, glabra, integerrima; stipulae cyathiformes, folia connectentes, processu utrinque brevi intra folia; panicula subglobosa, trichotoma, ramificationibus omnibus subvillosis. Bracteae lineares, patentes. Cor. tubus calyce longior. Germen ovatum. Stylus corollâ longior, stigmate bifido. Caps. ovata. *Roxb. l. c.* *In Silhet, et circa Katmandu.*

n. 22 c. HEDYOTIS *lineata Roxb.;* annua, diffusa, pilosa: foliis sessilibus, ventricose lanceolatis, venis simplicibus pa-

rallelis longitudinaliter decurrentibus; pedunculis axillaribus binis ternisve, longis, multifloris; capsulâ globosâ, pilosâ. *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* I. *p.* 369. n. 4.

In Chittagong.

n. 23. HEDYOTIS *indica.* Addatur synonymon: H. *hispida Roth nov. pl. spec.* p. 95.

Radix descendens, fibrosa, nigricans. Caulis digitalis, palmaris, adscendens, teres. Folia petiolata, unciam longa, ½ unc. lata, integerrima. Petioli 1½-2 lin., basi membranâ dentato-setigerâ. Umbellae in superiorum foliorum axillis alternae vel oppositae, solitariae geminaeve, pedunculatae, parvae, plerumque trifidae, umbellulae pauciflorae, pedicellatae. Flores brevissime pedicellati. Bracteae ad umbellas et florum fasciculos lanceolatae, setâ niveâ terminatae. Calycis dentes ciliati, mutici. Corollae limbi laciniis oblongis. Stamina longitudine corollae: antherae oblongae, lineares, versatiles. Hispiditate, foliorum figurâ et inflorescentiâ convenire videtur cum OLDENLANDIA *hirsuta* L. p. 677. An eadem? At caulis cum calycibus tantum hispidus dicitur, nec folia. *Roth l. c.*

Pag. 196. n. 24. HEDYOTIS *paniculata.* H. *fruticosa Retz*ELO *Spreng. S. V.* p. 414 huc allata dubia videtur; sine dubio vere instar synonymi affert *multifloram Cav.*.

n. 25. HEDYOTIS *Auricularia.* Adde synonymon: H. subdichotoma, diffusa, adscendens, villosa; foliis lanceolatis, subsessilibus, supra laevibus, subtus multinervibus; floribus subsessilibus, dense verticillatis; capitulis villosis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 369. et, hoc teste, *Rheed. Mal.* 10. *t.* 32.

Rad. fibrosa. Caulis brevis, lignosus, divisus in ramos plures graciles, semel vel bis dichotomos, teretes vel obsolete tetragonos, pedales, dense pilosos, subinde radicantes. Folia utrinque attenuata, acuta, 1-1½ poll., margine scabra, per paria approximata, internodiis longiora. Petioli breves, superiores quidquam longiores, hispidi, coaliti in membranam pilosam, stipularem, ciliis longis hispidis terminatam. Flores parvi, conferti in verticillis pluribus globosis, axillaribus, pilosis, vix petiolo longioribus, stipulasque reflectentibus. Laciniae calycis lineares. Tubus corollae vix calyce longior; laciniae lanceolatae acutae, fauce pubescente. Stamina erecta, exserta, corollâ breviora, filamentis pubescentibus. Stylus barbatus, stigmate oblongo. Caps. parva, rotunda, obsolete sulcata. Dissepimentum integrum. Semina plura, trigona, lucida, fusca. *Roxb.* l. c. *In Silhet et Nepala.*

Obs. „Habui hanc plantam pro H. *nervosa Lam.* vel ejusdem *hirsuta*, donec vidissem has ab ill. *Smith* in *Rees's Cyclop.* tanquam *Auriculariae* varietates fuisse allatas. Habitus ramoso-dichotomus plantae meae, petioli pilosi et capsulae, in illis omnibus desiderantur, ut forte haec sufficiant pro nova ex eadem specie condenda, quâ tamen genus alioquin difficile augere nolo. Parum, forte tantum ramis teretibus, differt ab *hispida Retz*, quam *Roxburgh* descripsit. *Valerianellam palustrem Burm. Thes. Zeyl.* 227. *p.* 108. *f.* 1. non laudavi, quia cum planta *Rheedi* et eam mea non bene convenit.“ *Wallich* l. c.

n. 25 a. HEDYOTIS *ulmifolia Wall.*; decumbens; hispida, pilis brevibus patentibus densis; foliis ovato-lanceolatis, nervosis, plicatis; corymbis pedunculatis, aggregatis, axillaribus, oppositis, folio brevioribus, patentibus; floribus pedicellatis, plerumque ternis; calycis laciniis longissimis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 370. n. 6.

Habitu foliisque affinis *capitatae Lam.*, a qua differt corymbis aggregatis, oppositis, floribus non capitatis. Rad. fortis, fibrosa. Caules breves, lignosi, divisi in ramos plures simplices, longos, pilosos, teretes, glabros, basin versus articulatos, apicem versus subcomplanatos. Folia per paria approximata, 2-3 poll., poll. lata et ultra, basi acuta, apice attenuata, acuminata, utrinque scabra et pilosa, nervis plurimis approximatis, parallelis, pubescentibus, profunde sulcatis, plicatis, exsiccatione flavescentibus. Petioli 1/2 poll., lati, submarginati, sulcati. Stipulae late lanceolatae, vel triangulares, longitudine petiolorum, adpressae, attenuatae in acumen praelongum, subinde bi-trifidum, hispidum. Pedunculi graciles, pollicares, plures in axilla singula, erecti, semel bisve trichotomi, bracteis subulatis sub divisione singulâ. Flores majusculi. Cal. rotundus, hispidus, laciniis lanceolatis, longitudine fere corollae tubulosae, glabrae, cujus laciniae lineari-lanceolatae, acutae. Stamina brevia, filamentis styloque pubescentibus. Stigma bilobum. Caps. globosa, magnitudine seminis Coriandri, coronata, hispida. *Wall. l. c.* *In Nepala. Gardner.*

n. 25 b. HEDYOTIS *gracilis Wall.*; erecta, scabriuscula, ramis elongatis, subdichotomis, nudis; foliis linearibus; stipulis truncatis, fimbriatis, demum nudis; pedunculis terminalibus, praelongis, ternis, subpaniculatis; stigmatibus linearibus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 371. *n.* 7. H. *stricta* caule herbaceo ramisque dichotomis, asperis; fol. linearibus, glabris; stipulis fimbriatis; pedunculis longissimis, ternis. *Wall. Asiat. Researches* XIII. *p.* 369. *Sprengel N. Entd.* II. p. 255. *S. V.* p. 412.

Nomen mutandum, cum iam sit H. *stricta Smith* in *Rees Cycl.* e *Sierra Leone.* *Wall.* l. c. *In Turrace et Nepala.* Clo *Sprengel* eadem olim cum *affini Roth* videbatur.

Pag. 197. n. 28. HEDYOTIS *maritima.* Deleatur hic, et referatur OLDENLANDIAS inter, hujus vero loco substituatur:

n. 28. HEDYOTIS *glomerata Ell.*; foliis lanceolatis, pubescentibus; pedunculis glomeratis, terminalibus; capsulis hispidis. *Spreng. S. V. p.* 413.

Sprengel huc sine dubio ducit OLDENLANDIAM *glomeratam Mich.* (de qua confer nostram adnotationem ad *maritimam* l. c.) cum? HED. *serpylloidem Lam.* (super qua etiam in adnotatione nostra.)

n. 29. HEDYOTIS *pumila.* Addatur synonymon:

OLDENLANDIA *crystallina*; annua, ramosissima; pedicellis

solitariis folio brevioribus, plerumque bifloris; foliis sessilibus lanceolatis, oblongis, subtus punctis crystallinis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 443.

Differt a *biflora* staturâ minore, diffusâ; foliis oblongis. Caulis o. Rami 6-poll., subtetragoni. Folia opposita, approximata, glabra, $^1/_2$-$^3/_4$ poll.. Pedunculi e vaginis stipularibus, foliis dimidio breviores, floribus plerumque 2 parvis, albis, in pedunculo proprio. Faux tubi corollae pilosa. Capsulae multum compressae. *Roxb. l. c.* *In Bengalia.*

Pag. 198. n. 30. HEDYOTIS *setosa.* Huic subjungatur:

n. 30 a. HEDYOTIS *nitida Humb.* et *Bonpl.*; fruticosa, ramosissima: ramis confertis densissime foliosis; foliis linearibus, acutis, carnosis, margine revolutis, glabris, nitidis, sessilibus; floribus terminalibus solitariis, sessilibus. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 392.

Rami sparsi, teretes, glabri, ramulis brevibus. Folia decussato-opposita, valde approximata, 2-2$^1/_2$ lin.. Stipulae apice trifidae, laciniis subulatis, superne hirtellae. Cal. superus urceolatus, laciniis lineari-lanceolatis, acutis, canaliculatis, rigidis, margine hirtellis, tubum aequantibus: denticulis geminis ternisve inter lacinias. Cor. 4-fida, glabra, laciniis ovatis, acutis, aequalibus. Stigma incrassatum, bilobum? Cor. subglobosa, didyma, basi turbinata, laevis, glabra, magnitudine grani Cannabis. Semina nigra, magnitudine grani Papaveris. H. *setosae* valde affinis; differt praecipue formâ foliorum. *Kunth* l. c. *Prope S. Fe de Bogota.* ♄.

n. 30 b. HEDYOTIS *caracasana Humb.* et *Bonpl.*; suffruticosa, ramosissima: ramulis superne foliosis; foliis oblongis, acutis, carnosis, margine revolutis, glabris, nitidis, patentibus, sessilibus; floribus terminalibus et axillaribus solitariis, sessilibus. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 393.

H. *setosae* et *rupestri* (ad quam trahitur a *Sprengel S. V. p.* 411.) valde affinis. Frutex 8 ped., ramis sparsis, teretibus, glabris. Folia decussato-opposita, valde approximata, patentia, subtus pallida, 2-2$^1/_2$ lin. Stipulae in tubum connatae, acutae, ciliato-hirtae. Cal. laciniis linearibus. Cor. violacea, laciniis ovatis, acutis, revolutis, supra trisulcis. Caps. subgloboso-obovata, laevis, glabra, magnitudine grani Cannabis, loculis polyspermis. *Kunth* l. c. qui flores ex *Bonpland*. *In declivitate australi montis Silla de Caracas.* ♄.

n. 31. HEDYOTIS *juniperifolia.* Addatur, sed, ut nobis videtur, cum?, HEDYOTIS *Cervantesii* H. et B., licet sine dubio eandem adducat *Spreng. S. V.* p. 412.

Pag. 198. n. 32. HEDYOTIS *thymifolia.* Addatur synonymon: H. caulibus cespitosis, erectis (?); ramis teretibus, hirtis, corymbosis; foliis anguste linearibus, acutis, margine revolutis, glabris, sessilibus; floribus alaribus solitariis et ter-

minalibus subternis, brevissime pedunculatis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 391. et (fide *Kunth*) H. *thesioides Hb. Willd.* (quae male lecta *thujoides* in *Syst. Veg. ed. nostr.* III. *p.* 527. *n.* 50) et H. *coarctata Syst. Veg. ed. nostr. l. c. n.* 49.

Obs. Descriptio data a clo *Kunth* non paucis recedit ab illa *Fl. peruv.* — Caules lignosi, subpedales, teretes, epidermide solutâ. Folia sessilia, 4-5 lin.. Stipulae ovatae, acuminatae, margine subdentatae, saepe 2-3-fidae, glabrae. Internodia ½ poll.. Flores magnitudine H. *Cervantesii*, pedunculis fructiferis vix ½ lin.. Cal. superus, glaber; laciniis ovato-lanceolatis, acutis, aequalibus, erectis, tubo corollae dimidio brevioribus. Cor. infundibuliformis, alba, glabra; laciniis ovatis, acutis, aequalibus, tubo dimidio brevioribus. Caps. subgloboso-elliptica, didyma, laevis, glabra, magnitudine grani cannabis, loculis 9-12-spermis. Variare laciniis corollae et calycis staminibusque 5 monet *Kunth* l. c., attamen silet de synonymo H. *hyssopifoliae Cavan.* *Prope Pasto, Quito.* ♄.

n. 32 a. HEDYOTIS *Cervantesii Humb.* et *Bonpl.*; caulibus cespitosis, diffusis, quadrangularibus, scabriusculis, apice corymbosis; foliis linearibus, acutis, planis, glabris, (sub)-sessilibus; floribus terminalibus, geminis aut ternis, rarius axillaribus pedunculatis. *Humb.* et *Bonpl. red. Kunth* III. *p.* 390. H. *pygmaea Syst. Veg. ed. nostr.* III. *p.* 226. *n.* 48. H. *pumila Herb. Willd.*

Simillima *thymifoliae.* Suffrutex caulibus 2-3-poll., apicem versus corymboso-ramosis. Folia crassiuscula, 4-6 lin., vix ½ lin. lata. Stipulae abbreviato-ovatae, acutae, dentatae, glabrae. Internodia ½ poll. fere. Flores magnitudine ASPERULAE *cynanchicae*; pedunculis glabris, ½-1 lin. longis. Cal. superus, in fructu subinferus, glaber; laciniis lanceolatis, acutis, erectis, tubo corollae dimidio brevioribus. Cor. violacea? glabra, laciniis ovato-ellipticis, acutis, aequalibus, patentibus, tubo dimidio brevioribus. Stylus glaber. Stigma bifidum. Caps. subgloboso-didyma, glabra, magnitudine grani majoris Sinapeos. A *Cervantes* cum *Bonpland* communicata. *Kunth l. c.* Clo *Sprengel* eadem cum *juniperifolia*, in *S. V.* p. 412. *In nova Hispania.* ♄.

n. 33. HEDYOTIS *filiformis.* Addatur (si cum *Spreng.* consentis) synonymon: HEDYOTIS *microphylla* H. et B.

Pag. 199. n. 34. HEDYOTIS *conferta.* Clo *Spreng. S. V.* p. 412 omnino eadem videtur cum sequente *hypnoidi.*

n. 34 a. HEDYOTIS *hypnoides Humb.* et *Bonpl.*; repens; ramis tetragonis foliisque glabris, lineari-lanceolatis, apice piliferis, sessilibus; floribus terminalibus, solitariis, sessilibus. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 389. HOUSTONIA *bryoides Syst. Veg. ed. nostr.* III. *p.* 527. *n.* 11.

HEDYOTIDI *confertae* et *filiformi Ruiz* et *Pav.* proxima. Suffruticulus ramosissimus, caulibus filiformibus. Folia crassiuscula, juniora externe subconvexa, glabra, laete viridia, vix lineam superantia, in ramulis subdistiche imbricata. Stipulae conna-

tae, apice subulatae. Cal. superus, laciniis linearibus, acuminato-piliferis, glabris, aequalibus. Cor. alba, glabra, calyce 3-4plo longior; laciniis ovato-oblongis, acutis. Fructus? *Kunth l. c.* *In frigidissimis Andium Assuayensium prov. Quit.* ♄.

n. 34 b. HEDYOTIS *microphylla Humb.* et *Bonpl.*; repens; ramis teretibus foliisque glabris, oblongis, apice piliferis, petiolatis; floribus terminalibus, demum lateralibus, solitariis, sessilibus. *Humb. et Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 389. HOUSTONIA *microphylla Hb. Willd.* in *Syst. Veg. ed. nostr.* III. *p.* 526. *n.* 47. (fide *Kunth*).

Valde affinis *hypnoidi*. Suffruticulus facie THYMI *Serpylli*, ramosissimus, caulibus filiformibus, glabris, epidermide solubili. Folia breviter petiolata, basi cuneata, crassiuscula, lineam longa. Stipulae connatae, apice tridentatae, glabrae. Internodia $^1/_2$-1 lin.. Cal. superus, laciniis ovato-subulatis, erectis. Cor.? Caps. subglobosa, glabra, magnitudine grani majoris Sinapeos. Semina 4-5 utrinque punctato-scabra, nitidula, nigra. *Kunth.* l. c. *Sprengel* hanc ducit ad *filiformem*. *Prope fodinas Gualyagoc et Micuipampa r. peruv.* ♄.

n. 35. HEDYOTIS *virginica*. Addatur synonymon: OLDENLANDIA *auricularia Nutt. gen. p.* 94. (cui H. *uniflora Lam.* varietas *glomeratae* videtur.) HED. *verticillata Lam.* (fide *Steudel*, quae ergo sub HED. CRATAEOGONO excludenda). HED. *auricularia* (fide *Steudel*). OLDENLANDIA *aquatica* (fid. *Steudel*).

n. 26. HEDYOTIS CRATAEOGONUM. Addatur synonymon: HED. *geniculata Roxb.* (fide *Sprengel!*)

n. 37. HEDYOTIS *hirsuta*. Addatur:

Obs. Sub hac specie a *Sprengel* S. V. p. 413 comprehenditur: H. *hirsuta* et H. *hispida Roth*, seu H. *indica*, sequenti diagnosi: „foliis ovato-lanceolatis, integerrimis, venosis cauleque tereti hispido-setosis; pedunculis umbellatis, axillaribus."

n. 38. HEDYOTIS *rupestris*. Addatur synonymon: H. fruticosa, ramosissima, ramis tortuosis, suberosis; foliis stellato-fasciculatis, oblongis, acutiusculis, carnosis, subtus villosis margine revolutis, sessilibus; floribus axillaribus, solitariis, oppositis, sessilibus; corollis hypocrateriformibus. *Humb. et Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 391.

Obs. Descriptio data a *Kunth* omnino cum nostra quadrat: sed nobiscum laudat H. *americanam Jacq.*, quam BUCHNERAM esse *Poiret* monuit. *In salsis Cubae.* ♄. *Sprengel* S. V. p. 411 huc trahit H. *caracasanam Kunth.*

Pag. 201. post 42. HEDYOTIDEM *dichotomam* addatur:

n. 42. HEDYOTIS *serpens Humb.* et *Bonpl.*; repens: ramis quadrangularibus, glabris; foliis subrotundo-ovatis aut ellipticis, acutiusculis, glabris, margine spinuloso-ciliatis,

petiolatis; floribus axillaribus, solitariis, pedunculatis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 390. *t.* 289. HOUSTONIA *microphylla Willd. Herb.?* (fide *Kunth*) *Syst. Veg. ed. nostr.* III. p. 527. *n.* 10.

HOUSTONIAE *rotundifoliae* (quae HEDYOTIS clo *Kunth*) valde affinis. Fruticulus facie *Thymi Serpylli*, ramosissimus, caulibus filiformibus. Folia basi in petiolum decurrentia, crassiuscula, plana, 1 - 1 $^1/_2$ lin.. Petioli folio duplo breviores, glabri. Stipulae connatae, glabrae, dentato-ciliatae. Flores alterni vel sparsi, magnitudine floris GALII *Aparinis*, pedunculo $^1/_2$ lin.. Cal. superus, laciniis spathulato-lanceolatis, acutis, aequalibus, erectis, glabris. Cor. rotata, glabra, alba, calycem aequans; laciniis ovatis, obtusis, margine pilis brevissimis, punctiformibus. Caps. laevis, glabra, magnitudine seminis Cannabis. Semina nigra, nitidula, magnitudine grani papaveris. *Kunth.* l. c. *In Antisana r. Quit.* ♄.

n. 44. HEDYOTIS *multiflora.* Clo *Sprengel* eadem videtur cum *paniculata.*

Pag. 527. n. 51. HEDYOTIS *ericoides* addatur: *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 393.

Species dubia, a clo *Kunth* non visa. *Willd.* in Ms. adjecit: „Cal. 4-dentatus. Caps. didyma, polysperma." *In gelidis Andium Novo-Granatens., inter Onna et Paramo de Saraguru.* ♄.

Obs. RONDELETIA *discolor H. et B., leucophylla H. et B. a Sprengel* S. V. p. 411 HEDYOTEIS inter,* HEDYOTIS vero *maritima* OLDENLANDIAE inserta, et, ut videtur, *biflora.*

n. 470. OLDENLANDIA.

Pag. 201. n. 1. OLDENLANDIA *dichotoma.* Addatur:

Obs. Sprengel in S. V. sub OLDENLANDIA *biflora* laudat OLD. *pentandram Retz*; silet interea sub OLDENLANDIA de sua O. *dichotoma,* et sub HEDYOTE de sua H. *biflora.* Videtur ergo H. *biflora* illi nunc OLDENLANDIA *biflora,* et eadem cum *dichotoma.*

Pag. 202. n. 2. OLDENLANDIA *digyna.* An removenda genere? quaerit *Juss. Mus.* 6. p. 382.

n. 3. OLDENLANDIA *nudicaulis.* Addatur synonymon: *Roth nov. pl. spec. p.* 96.

Habitus a reliquis hujus generis alienus. Rad. filiformis, descendens, fibrosa, nigricans Folia mox supra radicem 4-5, subaequalia, apice rotundata, basin versus attenuata, sessilia, venosa, unciam fere longa, $^1/_2$ lata, supra sordide viridia, pilis brevibus adspersa, subtus pallidiora, venis pilosa, margine tenuissime ciliata, integerrima. Caules 2-3, inaequales; intermedius primarius 3-4 unc., laterales 1 $^1/_2$ unc., teretes, crassitie fili tenuioris, pilis fuscis, densis, supra medium repetito 3-4-chotomi, in panicula laxa, dichotoma. Rami ad dichotomias parum dilatati, primarii oppositi, poll. et ultra, 3-4-chotomi, pubescentes, cum pedicello solitario, unifloro, setaceo, laterali, 3 lin.; secundarii cum pedicellis setacei, vix pubescentes, omnes nudi, erecto-patuli. Pedicelli 3-4 lin.,

uniflori, glabri. Bracteae sub paniculae divisuris 2, oppositae, parvae, lanceolatae, pilosae. Cal. subrotundus, campanulatus, glaber, magnitudine seminis *Sinapeos nigrae*, 4-costatus, dentibus 4 minutis. Petala 4. Filamenta 4 petalis duplo breviora. Antherae subrotundae, niveae. Stylus longitudine filamentorum, iisdem duplo crassior; stigma capitatum. Caps. subrotunda, magnitudine seminis *Sinapis albae*, vel paulo major, bilocularis, apice dehiscens. *Roth* l. c.

n. 4. OLDENLANDIA *maritima*; fol. ovalibus, obtusis, subcarnosis; floribus oppositis, subsessilibus; petalis calyce brevioribus. *Roth nov. pl. spec.* p. 97. *Spreng. S. V.* p. 446. HEDYOTIS *maritima S. V. ed. nostr. p.* 197. *n.* 28.

Caulis digitalis et palmaris, erectus, filiformis, obsolete tetragonus, glaber. Rami axillares oppositi, simplices, foliis plerumque breviores, omnes floribus subfastigiatis. Folia glabra, sessilia, basin versus attenuata, costata, enervia, margine scabriuscula. Flores sessiles vel brevissime pedicellati, solitarii. Bracteae ad quemvis florem 2, lanceolatae, margine membranaceae, fere longitudine calycis, illique adpressae. Cal. subrotundus, 4-dentatus. Pet. 4 minuta, ad calycis faucem cum dentibus alterna. Filamenta brevissima. Antherae subrotundae. Caps. magnitudine seminis Coriandri. *Roth l. c.*

n. 5. OLDENLANDIA *galioides Willd.*; foliis verticillatis, quaternis senisve, linearibus; pedunculis unifloris, verticillatis; caule debili. *Reliqu. Willd. Ms.*

In Portoricco. — — —

n. 6. OLDENLANDIA *Willdenowiana*; foliis linearibus, acutis; stipulis ciliatis, setaceis; floribus paniculatis terminalibus; caule striato, dichotomo, erecto. OLDENLANDIA *stricta Reliqu. Willd. Ms.* —

In Madagascar. Nomen mutandum, ob antiquiorem.

n. 7. OLDENLANDIA *arenarioides Willd.*; foliis ovatis, basi attenuatis, acutis; pedunculis unifloris, axillaribus terminalibusque; caule ramosissimo, prostrato. *Reliqu. Willdenow. Ms.*

In Madagascar. — — —

n. 471. HYDROPHYLAX.

Pag. 202. HYDROPHYLAX *maritima.* Addantur synonyma: *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 380. *Coromandel* III. *t.* 253. et, hoc teste: DIODIA *orientalis Kön. Ms.*

Caulis nullus, sed rami longi, graciles, varie flexi, diffusi, teretes, colorati, decumbentes, subinde a geniculis radicantes. Folia breviter petiolata ex urceolo profundo, amplexicauli, dentato. Flores pallide carnei. Calycis laciniae ensiformes, persistentes. Cor. tubus basi intus pilosus; laciniis limbi ovatis, patentibus, apice subrevolutis, stamina excedentibus, quae

fauci inserta. Antherae purpureae. Stylus longitudine corollae, stigmate lobis 2 rotundatis. Pericarpium maturum bacca sicca, lanceolata. Semen lineare, oblongum. *Roxb.* *In collibus arenosis Coromandeliae et Malabariae. In Madagascar, Spreng.*

n. 472. MANETTIA.

Pag. 203. n. 2. MANETTIA *Lygistum.* „Anne potius GONZALEA?" quaerit *Jussieu Mém.* 6. *p.* 394. (Vide sub GONZALEA *Lygisto.*) MANETTIA *havanensis Kunth* (fide *Sprengel.*).

Obs. Alia videtur MANETTIA *Lygistum Banks* s. MANETTIA *glabra Gaertn. fil.*. Quod calycem 4-partitum dixisset ill. *Lamarck*, foliolis 8 praeditum div. *Swartz*, ex eo pendere videtur, quod *Lamarck* foliola minora stipulaeformia intra calycis lacinias neglexisset.

n. 4. MANETTIA *acutiflora* legatur, monente *Steudel*, *acutifolia.*

Pag. 204. n. 6. MANETTIA *lanceolata.* Adde synonymon: MUSSAENDA *aegyptiaca Lam. Enc. meth.* IV. p. 394.

n. 7. MANETTIA *coccinea.* Adde synonymon: *Bot. Regist.* 693.

Pag. 205. MANETTIIS addatur:

n. 9. M. *uniflora Humb.* et *Bonpl.;* ramis quadrangularibus, hispidulis; foliis ovato-oblongis, angustato-acuminatis, supra pilosiusculis, subtus glabris; pedunculis terminalibus et alaribus, unifloris; calycibus octofidis, laciniis linearibus. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 387.

Suffruticosa, scandens; ramis substriatis, fistulosis: ramulis dichotomis. Folia basi cuneata, subtus pallidiora et glabra, 3 fere poll., pollicem lata. Petioli 3-4 lin., hispiduli. Stipulae interpetiolares, breves, ovatae, margine laciniato-dentatae. Flores magnitudine DIERVILLAE *canadensis*, pedunculo angulato, glabro, 1-1 1/2 poll., demum longiore. Cal. hispidulus, tubo urceolato, laciniis linearibus, aequalibus, revolutis. Cor. rubra, glabra. Caps. pyriformis, compressiuscula, 8-costata, nigro-fusca, glabra, magnitudine *Crataegi Oxyacanthae.* Sem. parva, lenticularia. MANETTIAE *racemosae Ruiz* et *Pav.* parum affinis. *Kunth l. c.* *In umbrosis temperatis Novae Andalusiae prope coenob. Caripense.* ♄.

Obs. Anne huc MANETTIA *tenuifolia Willd.;* foliis ovatis, acuminatis, glabris; caule volubili; pedunculis unifloris, elongatis. *Reliqu. Willdenow. Ms. In America merid. prope Caripe.* ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

n. 10. M. *havanensis Humb.* et *Bonpl.;* ramis angulatis: ramulis floriferis, ternis, uni-triflorisve; foliis ovato-oblongis, acuminatis, glabris; calycibus octofidis; laciniis linearibus. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 388.

Caulis volubilis, ramis glabris. Folia terna?, basi in petiolum decurrentia, subtus pallidiora, fere 2 poll.. Petioli 5-6 lin., hirtelli. Flores? Capsulae longe pedicellatae, compressiusculae, hinc inde sulco laevi octocostatae, glabrae, fuscescentes, magnitudine *Pruni spinosae*. Cal. in fructu laciniis acuminatis, aequalibus reflexis, capsulâ dimidio brevioribus. Semina lenticularia fusca. *Kunth l. c.* *In humidis Cubae prope Havanam.* ♄. (Clo *Sprengel* eadem est cum MANETTIA *Lygisto*!)

n. 11. MANETTIA *attenuata Nees et Mart.*; caule scandente; foliis ovato-lanceolatis, utrinque attenuatis, subtus pubescenti-tomentosis, superioribus ternis; pedunculis unifloris, calycinis laciniis lanceolato-acuminatis erectis. *Nees et Mart. Nov. Act. Acad. Nat. Cur. T.* XII. p. 14.

Caulis 6-7-ped. gracilis, subteres, uno latere leviter sulcatus, striatus, contortus, pilis brevibus scaber et canescens. Folia inferiora opposita, 3-3 ½ unc., petiolata, ovato-oblonga, longissime et argutissime acuminata, integerrima, in petiolum semuncialem supra canaliculatum aliquantum decurrentia, supra pubescentia, subtus leviter cano-lanata, superiora lanceolata minora. Membrana angusta striata petiolos jungit, ejusque ex medio utroque latere stipula brevis subulata prodit. Pedunculi axillares divisi, ad divisionem foliolis 2 parvis, ovato-lanceolatis, sessilibus, hinc in pedunculum nudum soluti, a cujus origine pedunculus communis ultra protensus mox simili ratione altera vice in ramos finditur. Pedunculus terminalis e ramorum 2 axillis simplex, ebracteatus, 3 unc., subtetragonus, pubescens. Calyx e tubo oblongo germini adnato dilatatus in limbum 4-partitum, laciniis majusculis ovato-lanceolatis, acuminatis, pubescentibus. Corolla 2 unc. fere tubulosa, glabra, superne subventricosa, limbo brevi 4-fido, laciniis ovatis, acutiusculis, reflexis, colore intense puniceo. Stamina e fauce sub laciniis; filamenta brevissima, antherae ovato-oblongae, basi parum divisae, subsessiles, haud exsertae. Germen biloculare, utroque loculo ovula plura in trophospermio a basi dissepimenti adscendente libero oblongo imbricata fovens. Stylus filiformis longitudine tubi. Stigma globosum, capitatum, bipartibile, obtusum. Capsula bilocularis. Semina pauca in utroque loculo, compressa, alata. *Nees et Mart.* *Circa viam Felisbertiam; in campis ad montem Grao-major Minarum generalium. Ser. Princ. Max. Neovid. et Martius.*

n. 12. MANETTIA *cordifolia Mart.*; foliis (superioribus) cordato-ovatis, acutis; pedunculis axillaribus unifloris; caule volubili herbaceo. *Martius Specim. Mat. med. brasil. Fasc.* I. p. 19. t. 7.

Rad. lignosa, epidermide obscure fusca. Caulis tenuis, teretiusculus, pilis brevibus, sparsis, albidis; rami filiformes, flaccidi. Folia opposita, inferiora basi rotundata, 1-1 ½ poll., ½ poll. lata, superiora breviora, omnia integerrima, supra laete viridia, subtus pallidiora, utrinque pubescentia, uti petioli 1-2 lin.. Stipulae adnatae, ovatae, acutae, caulem cingentes. Pedunculi terminales et axillares, 1-3-flori, erecti,

teretes, pubescentes, foliis multo longiores, apicem versus incrassati. Cal. laciniis 4 erecto-patentibus, ovato-lanceolatis, acutis, persistentibus. Cor. calyce multo longior, 1-1 1/2 poll., sursum ampliata, 4-fida; laciniis ovatis, acutis, integerrimis, coccinea, extus glabra. Stam. 4, glabra. Antherae flavae. Stylus longitudine corollae, stigmate cylindraceo-capitato. *Mart.* *In sepibus, virgultis, ad margines sylvarum prope villa Rica.* ♃.

n. 13. Manettia *cuspidata Willd.*; foliis ovatis, acuminatis, glabris; pedunculis axillaribus. *Reliq. Willd. Ms. Spreng. S. V. p.* 415.

Caulis volubilis, teres, ramosus; folia opposita, pollicaria, integerrima, scabriuscula, acuminata; pedunculi foliis saepe longiores, uniflori; laciniae calycis setaceae. *In Cumana et Caripe.* ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

Obs. Specimen possidemus a D. *Bertero* in *Iamaica* lectum, in quod ad amussim cadit diagnosis et descriptio.

n. 14. Manettia? *serrata Spr.*; foliis obovatis, breviter acuminatis, glabris, remote dentatis; floribus paniculatis, spicatis, terminalibus. *Herb. Balb.*

Specimen nostrum nimis mancum, quam ut certi quid statuere possimus. De genere interim valde dubitamus. Ramulus nigricans, sulcatus, glaber. Folia alterna, brevissime petiolata, 1 1/2 pollicaria, pollicem lata, coriacea. Flores apud nos desunt. Fructus in ramis paniculae sessiles. Caps. baccata, didyma, stylis 2 persistentibus, 2-locularis, loculis 1-spermis, 4 lin. lata, 3 longa, atrofusca, rugosa, glabra. *In S. Domingo. D. Bertero.* Cls. *Sprengel S. V.* hanc plantam Manettias inter non retulit.

n. 474. BELLARDIA.

Pag. 205. Bellardia *Tontanea.* Addatur synonymon:

Coccocypselum *Tontanea*; herbaceum, repens; foliis ovatis, utrinque hirsutis; capitulis axillaribus et terminalibus. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. et spec. red. Kunth* III. p. 406. *Sprengel S. V. p.* 417.

Obs. Kunth Tontaneam *guianensem Aubl.* auctoritate *Herb. Paris.* huc spectare, baccam ovatam, semina lenticulari-angulata esse. *Sprengel* vero l. c. huc praeter Tontaneam *guianensem* etiam Condaliam *repentem* R. et P. spectare. Huic adsentit *Ernst Meyer*, qui sub Coccocypselo *Tontanea*: caule herbaceo, repente; foliis ovatis; capitulis axillaribus solitariis, longe pedunculatis, in *Nov. Act.* T. XII. p. 787 nostram Bellardiam *Tontaneam* cum tota synonymia (excl. tantum synonymo P. *Brown*) et simul etiam Coccocypselum *repens β* nostrum (S. V. p. 186.) cum tota synonymia nostra, adjunctis eidem C. *Tontanea* H. et B. III. p. 406. et C. *repente H. et B.* III. p. 405 (excl. syn. P. *Brown*) laudat, addens: „descriptionem optimam dedit cls. *Kunth* sub C. *repente.* Optime porro *Tontaneam Aubl. Coccocypselo* P. *Brown* junxit, sed perperam unicam speciem duobus nominibus venditasse videtur. Ea enim planta, quam pro C. *repente* (*Brown jam.* p. 144. t. 6. f. 2.) descripsit, praesertim ob capitula longe pedunculata nec subsessilia, minime est planta Browniana, sed ipsissima Aubletiana (Tontanea *guianensis*), ut ex comparatis Aubletii Kunthiique descriptionibus tam inter se, quam cum meis ejusdem plantae speciminibus certior factus sum. Hanc sequitur apud *Kunth* C. *Tontanea* cum synonymo *Aublet*, sed absque descriptione, et utriusque diagnosis nullum afferunt discrimen, nisi quod in illa folia sericea, in hac hirsuta.

Quibus perpensis non possum utramque Kunthi plantam non pro eadem habere. Sed vera Brownei planta ab hac nostra floribus sessilibus aliisque notis abunde differt.“ Mirum clm. *Meyer* in tantis, quae movebat, dubiis siluisse de Tontanka *repente* in *Meyer Essequebo* p. 85., ubi planta a *Brown* exhibita describi videtur: „Caulis repens articulatus, ad genicula incrassatus et radicans, pilosus. Rami juniores quadranguli, subalato-marginati. Stipulae interfoliaceae, oppositae, subulatae, deciduae. Pedunculi tetragoni, saepissime 4-flori. Flores subsessiles, singuli bracteâ subulatâ. Cal. persistens, subcampanulatus, laciniis lanceolatis, obtusiusculis, pilosis. Cor. infundibuliformis, caerulescens, tubo cylindrico, fauce subinflatâ, limbo 4-partito, laciniis lanceolato-oblongis, acutis. Filamenta brevissima, fauci ad laciniarum incisuras inserta. Antherae exsertae, filamentis duplo fere longiores, lineares. Ovarium ovatum, inferum. Margo brevis, subquadrilobus, styli basin cingens. Stylus longitudine staminum. Stigma bipartitum, laciniis crassiusculis divergenti-patentibus. Caps.? carnosa, diaphana, subrotundo-ovata, calycis laciniis coronata, utrinque sulco notata, glabra, caerulea, bilocularis, polysperma. Semina minuta, lenticularia, croceo-ochracea. Icon ergo Aubleti falsa, cum calycis lacinias nimis breves, acuminatas, filamenta duplo naturali longiora, antheras subrotundas filamentis multo minores, stylum apice bifidum, stigmata 2 setacea sistit. Valde affine Coccocypselo, et fors vix genere diversum. Affinitate proximum Coccocypselo *Condaliae Pers.* (Condaliae *repenti Fl. peruv.*)“ *Meyer*. Coccocypselum forte *Browneanum* dicendum foret l. c.

475 a. MYRMECODIA.

n. 1. Myrmecodia *tuberosa Jack Trans. Linn. Soc.* XIV. P. I. p. 123. Lasiostoma *tuberosum*; ramis ecirrhatis, carnosis; foliis oppositis, oblongis, acutis; floribus sessilibus interpetiolaribus; capsulis baccatis, 4-spermis. *Spreng. S. V.* p. 423. Nidus germinans formicarum rubrarum. *Rumph Amb.* VI. p. 119. t. 55. f. 2.

Parasitica, forma tuberis in truncis arborum vetustis, ramis brevibus, crassis, carnosis. Folia in apice ramorum conferta, opposita, petiolata, obovato-oblonga, acumine brevi, in petiolum attenuata, integerrima, glabra, subcoriacea. Petioli longi, teretes, inserti in tuberculo peltato, satis lato, margine substipulaceo, ciliato fibris densis, strigosis, fisso superne in axilla petioli. Flores sessiles, conferti in interstitiis, intra petiolorum bases sub margine semiabsconditi. Cal. membranaceus, superior. Cor. alba, segmentis erectis, acutiusculis. Stamina corollâ breviora, cum segmentis alternantia: antherae albae, biloculares. Stigma tomentosum. Bacca glabra, alba, lineis longitudinalibus. Semina albuminosa, embryone in axi. *Jack.* *In Pulo Nias.*

475 b. LASIANTHUS.

n. 1. Lasianthus *cyanocarpus Jack*; villosus; bracteis magnis, cordatis. *Jack Trans. Linn. Soc.* XIV. P. I. p. 125.

Caulis herbaceus vel suffruticosus, erectus, teres, villosus. Folia opposita, petiolata, oblongo-lanceolata, acuta, integra, villosa, 3-3½ pollic. Petioli breves. Stipulae interpetiolares, acutae. Flores plerumque 3 in omni axilla, fere sessiles, bracteis 2 oppositis. Calyx superior 4-rariter 5-partitus, laciniis linearibus, acutis, pilosis. Corolla flava, tubulosa, utrinque pilosa. Stamina 4, rariter 5; antheris oblongis. Ovarium annulo nectarifero polyspermo. Stylus longitudine staminum. Stigma divisionibus 4 crassis, linearibus. Bacca magni-

tudine baccae *Grossulariae* parvae, transparente azurea, pilosa, pulpâ spongiosâ seu farinosâ, nucibus s. seminibus duris 4. *Jack.* *In Tappanooly littoris occidentalis Sumatrae.*

n. 2. LASIANTHUS *attenuatus Jack*; villosus; foliis supra glabris; bracteis lanceolatis. *Jack Trans. Linn. Soc.* XIV. P. I. p. 126.

Suffruticosus erectus. Rami alterni, longi, patentes, teretes, villosi. Folia opposita, subbifaria, parum nutantia, breviter petiolata, oblonga, apice attenuata, basi rotundata vel subcordata, saepe basi parum inaequalia, fere integra, subinde margine undulata seu obsolete dentata; supra glabra, nervis pilosis, subtus molliter villosa, 3-4 poll., 1 poll. lata. Petioli brevissimi, villosi. Stipulae interpetiolares, acuminatae, villosae. Flores axillares, fere sessiles, 3-4 in singula axilla. Bracteae 2 oppositae, acutae, villosae. Calyx 4-partitus, villosus, laciniis linearibus acutis. Corolla flava, tubulosa, extus intusque pilosa, limbo 4-partito. Stamina 4; filamentis brevibus, antheris oblongis, bilocularibus. Nectarium annulatum, prominens, ovarium amplectens. Stylus 0. Stigma divisionibus 4 crassis. Bacca pilosa, ovata, calyce coronata, minor quam in praecedente, serius profunde caerulea, pilis etiam caerulescentibus, nucibus 4 monospermis. Embryo cylindricus in axi albuminis *Jack.* *In interioribus Bencoolen.*

475 c. HELOSPORA.

n. 1. HELOSPORA *flavescens Jack, Trans Linn. Soc.* XIV. P. I. p. 127.

Arbor parva. Folia opposita, breviter petiolata, ovato-lanceolata, acuminata, glaberrima, integerrima, 3-5 pollic. Stipulae interpetiolares, deciduae, acutae, interne lineâ pilorum ciliatorum. Pedunculi axillares solitarii, 1-flori, foliis breviores. Bracteae 2 parvae, ad basin ovarii. Calyx superior erectus, 4-dentatus, persistens. Corolla flava, tubo calyce multo longiore, ore nudo, limbo 4-partito, patente, segmentis oblongis. Aestivatio valvata. Stamina 4 in tubo, filamentis fere nullis, antheris linearibus obtusis, complanatis, bilocularibus. Ovarium subglobosum, 4-lobum, nectario s. disco annulato coronatum. Stylus e filis 4 connatis, apice divergentibus, tubo parum longioribus. Stigmata 4. Bacca globosa, angulis 4 rotundis, hos inter sulcata, calyce coronata, polysperma. Semina longa, linearia, perpendiculariter inserta, et cruciatim in lineas 4 duplices angulis s. lobis fructu correspondentes disposita. *Jack.* *In Sumatra.*

n. 476. SANGUISORBA.

Pag. 206. n. 1. SANGUISORBA *officinalis.* Addatur synonymon:

Hayne off. Gew. VIII. t. 22. Et τῳ β: *S. altissima Mönch.* Confer sequentem.

n. 1 a. SANGUISORBA *carnea Fisch.*; foliolis cordato-

lanceolatis, crenato-dentatis, glaberrimis; staminibus corollâ brevioribus. *Link Enum. p.* 144. S. *rubra Schrank H. Monac.* p. 144.

Affinis *officinali*; differt foliolis longioribus, 2 poll., 9 lin. latis, magis dentatis; spicis in planta magna brevioribus, globosis. Flores sanguinei. *Link.* Clo *Sprengel* eadem est, ac *officinalis.*

n. 3. SANGUISORBA *media.* Addatur synonymon: *Link Enum.* p. 144. *Nutt. gen.* p. 108 (cui fors mera *officinalis* varietas). *Dict Scienc. Natur. Fasc.* 15.

Pag. 207. n. 5. SANGUISORBA *tenuifolia Fisch.;* foliolis subsessilibus, ovato-lanceolatis, argute serratis; spicis cylindricis; staminibus corollâ longioribus. *Link Enum. p.* 142.

Canadensi proxima; at diversa foliis longioribus, 2 ½ poll., et characteribus datis. Cor. rubescens. *Link.*

n. 477. RACKA.

n. 1. RACKA *ovata.* Addatur synonymon: RACKA *torrida Bruce Reis.*

n. 479. HOUSTONIA.

n. 1. HOUSTONIA *caerulea.* Addatur synonymon: *Nutt. gen.* p. 95. n. 2. *Bigelow Fl. bost. p.* 35. H. *grandiflora Rafin.* in *Annal. gener.* 1820. *Août p.* 224.

Nuttall describit suam *caeruleam* glabram; foliis radicalibus ovatis, spathulatis; caule dichotomo; pedunculis unifloris, longissimis; segmentis corollae oblongo-ovalibus, apicibus acutis, ut varietas inde non constet. — Variare floribus caeruleis, albis, et caeruleis flavis *Rafin.* l. c., cui varietas minor excludenda, et ad *pusillam* referenda videtur. *)

n. 1 a. HOUSTONIA *ciliata Rafin.;* caule erecto, filiformi, subsimplici, paucifloro; foliis oblongo-lanceolatis, acutis, ciliatis; floribus terminalibus nutantibus. *Rafin.* l. c. p. 226.

Intermedia *caeruleam* inter et *pusillam.* Flores parvi, caerulei. *Rafin.* *Ad rivum Hudson, Glon's fall.* ⊙.

n. 2. HOUSTONIA *serpyllifolia.* Addatur synonymon: *Nutt. gen.* p. 95. n. 3. POIRETIA *procumbens Gmel. S. V. p.* 263. (fide *Steud.*)

Pag. 208. n. 3. HOUSTONIA *tenella.* Addatur synonymon: *Nutt. gen.* 95. n. 4.

---

*) H. *caerulea, pusilla, ciliata, serpyllifolia* et *tenella* apud *Rafinesque l. c. p.* 225. sub-genus ERMISIAE constituunt calyce sub-4-partito; corollâ hypocrateriformi, limbo plano.

n. 4. HOUSTONIA *rotundifolia.* Addatur synonymon: *Nutt. gen. p.* 95. *n.* 5. PANETOS *Rafin. Annal. gén.* 1820, Août p. 227. (ob stylum bifidum, duplicem; capsulam ovatam, didymam, emarginatam; stam. 3-5; corollam 3-5-fidam.)

n. 5. HOUSTONIA *angustifolia.* *) Addatur synonymon: HOUSTONIA *longifolia Nutt. gen.* 95. *n.* 6. (An ergo *angustifolia* eadem cum *longifolia Willd.?*)

n. 6. HOUSTONIA *longifolia.* Addatur synonymon: *Bigelow Fl. boston. p.* 35 (quo teste flores purpurei.)

Obs. Fide *Sprengel S. V. p.* 427 eadem ac *angustifolia* et HEDYOTIS *lanceolata Poiret.*

n. 6 a. HOUSTONIA *rupestris Raf.;* glabra; caulibus frutescentibus, assurgentibus, geniculatis; foliis linearibus longis, utrinque attenuatis, acutis; floribus corymbosis, paniculatis; pedunculis brevibus, inaequalibus; laciniis corollae lanceolatis, acutis; stylo exserto; capsulâ elongatâ. *Raf. Annal. général* 1820. *Août.* p. 226.

Pedalis. Flores albi. *In rupibus ad littus Kentucky.* ♄.

n. 6 b. HOUSTONIA *tenuifolia Nutt.;* glabra; caule erecto, divaricato, ramosissimo; foliis angustissimis, linearibus; ramulis subtrichotomis; floribus terminalibus subfastigiatis, corymbosis; pedunculis setaceis, longissimis. *Nutt. gen.* 95. *n.* 7. H. *divaricata Hort. Angl.* (fide *Rafin. Ann. génér.* 1820. p. 226.)

Caulis 6-poll., 4-ter et 5-ies dichotomus. Folia pollicaria, vix lineam lata, acutiuscula. Pedunculi ½-1-poll., 1-3-4-flori. Cal. setaceus. Flores parvi. *Nutt.* *Ad confluvium Pidgeon-river et French broad Tennessee in collibus lapidosis.* ♃.

n. 6 c. HOUSTONIA *obtusifolia Raf.;* glabra, caulibus rectis, ramosis; foliis lineari-lanceolatis, obtusis: radicalibus oblongis; floribus corymbosis, paniculatis; pedunculis subaequalibus, filiformibus; laciniis corollae ovatis, obtusis; stylo incluso; capsulâ abbreviatâ. *Rafin. l. c.*

Pedalis. Flores lilacini aut incarnati. *Vulgaris in Maryland, Kentucky, Virginia.* ♃.

n. 6 d. HOUSTONIA *oblongifolia Raf.;* glabra; caule recto, subsimplici; foliis oblongis, acutis, crassiusculis; floribus corymbosis, fasciculatis; pedunculis aequalibus, brevibus; laciniis corollae ovatis, acutis; capsulâ abbreviatâ. *Rafin. l. c.*

---

*) H. *angustifolia, longifolia, rupestris, tenuifolia, obtusifolia, oblongifolia, heterophylla* apud *Rafinesque l. c.* sub-genus STENARIAM constituunt, cui: *cal.* 4-fidus; *cor.* infundibuliformis.

4-6 poll.. Flores pallidi. *Noveboraci.* ⊙.

n. 6 e. Houstonia *heterophylla Raf.*; subrepens; caulibus rectis, simplicibus, subnudis; foliis obtusis: radicalibus spathulatis, hispidis, cespitosis; mediis oblongis, glabris; floralibus linearibus; floribus corymbosis; pedunculis inaequalibus, brevibus; capsulâ abbreviatâ, utrinque convexâ. *Rafin. l. c. β.* ramosa.

2-4 poll.. Flores caerulescentes. *Kentucky.*

n. 7. Houstonia *purpurea.* Addatur synonymon: H. floribus subcampanulatis; staminibus exsertis. *Nutt. gen.* 95. n. 8. H. *varians Rafin. Annal. génér. p.* 227. Hedyotis *carolina Raeuschel.*

Flores purpurei, albi incarnative. *Rafin.*

Obs. Haec et *pubescens* apud *Rafinesque* sub-genus Chamisme constituunt *cal.* 4-partito; *cor.* tubo subcampanulato; *capsulâ* fere ex integro cohaerente; *stigmate* bilamelloso.

Pag. 209. n. 8. Houstoniae *pusillae* addatur synonymon: Houstonia *patens. Elliott. pl. car.* I. p. 191. *Nuttall. gen.* p. 95. n. 1. *Spreng. S. V.* p. 427. Edrisia *Rafin. Annal. général.* 1820. *Août.* p. 225 (quo teste: H. *caerulea β. minor Pursh Amer. sept.* I. *p.* 106.)

Minima et praecocissima generis. Folia petiolata, margine, ut anguli caulis, scabriuscula. Laciniae corollae breves, rotundatae, obtusae, satius caeruleae, 1-2 poll.. *Nutt.* ⊙.

n. 9. Houstonia *pubescens* eadem clo *Sprengel S. V.* p. 427 ac *purpurea.*

Quid Houstonia *crocea Cels?*
Quid — — *rubra Cavan.?*

n. 480. RUBIA.

Pag. 209. n. 1. Rubia *tinctorum.*

Obs. „Folia supra glabra secundum *Willdenow,* supra seabra secundum *Smith;* apud nos vulgo supra glabra, margine carinâque subtus serrulato-aculeata. Ex Iberia varietatem habeo aculeolis marginis atque carinae foliorum validioribus, paginâ inferiore ramulisque floriferis totis pubescentibus. Omnibus corollae lacinulae oblongo-triangulae, apice crassiore subinflexae, nec ovatae cum acumine." *M. a Bieb..* Caulis scandens. *Seb.* et *Maur. prod. Fl. rom.* p. 81. Cls *Sprengel S. V.* p. 396 male hujus varietatem esse R. *longifoliam Poir.* affirmat, quam confer.

Pag. 210. n. 2. Rubia *splendens.* Addatur:

Obs. Brotero suae R. *sylvestri,* foliis perennantibus lanceolatis senis quaternisque, margine et carinâ asperrimis, sursum lucidis, costâ longitudinali sublaevi; caule trienni et ultra, aculeato, ad radicem tereti *Fl. lusit. l. c.* seu R. *tinctorum β. sylvestri Linn.* addit: „Variat, ut R. *tinctorum,* numero foliorum in verticillis, staminum et laciniarum in corollis. Habitus, flores, fructus *Rubiae tinctorum*; sed in Horto Coimbricensi cum ista simul sata cultaque semper folia caulemque virentem, dum R. *tinctorum* solum radices servat. Idem illi, quae circa Monspelium provenit, accidit, teste *Joh. Bauh. hist. pl.* 3. p. 715. Magnitudo foliorum aliquando 2 poll., color eorum saturate viridis, nec ex pallido-viridis; pagina superior plus lucida; caulis inferne demum teres. Haec omnia ad illas in

species separandas valere posse credidi, ni forte tum istam, tum sequentem *angustifoliam*, *lucidam* et *peregrinam* ,,(quae nobis nunc eadem videtur cum *sylvestri*)" in unam solam speciem sub Rub. *tinctorum*, utpote ipsius varietates, conjungere velis." *Ad sepes totius fere Lusitaniae.*

Pag. 211. n. 8. Rubia *peregrina*. Addatur synonymon: *Link Enum.* p. 138. *Smith Engl. Flor.* I. p. 211. *Bertolon. Amoen. ital. p.* 127. *n.* 62. et, hoc teste: R. *tinctorum Bertol. Pl. gen. ed.* I. p. 32. n. 61. R. *tinctorum* et *lucida Savi Pis.* I. p. 177. et 178. R. *Bocconi Petagn. inst. bot.* 2. *p.* 255. *Tenor. Fl. Neap.* I. *p.* 39. *n.* 36. *t.* 10. (c. syn. *Barrel.* et *Boccon.*) *Link Enum* p. 138.

Caules flaccidi, argute tetragoni, variant angulis saepius aculeato-scabris laevibusve. Folia 4-6, lanceolata, acuminata, vel latiora elliptica, acuta, supra lucida, marginibus, interdum totâ paginâ superiore, deorsum stricta scabra, quandoque vero, praecipue in pagina superiore, laevia, inferne pallidiora, glabra, excepto nonnunquam nervo. Flores in paniculis terminalibus luteoli, passim 5-fidi, laciniis mucronato-aristatis. Folia maxime ludunt numero, figurâ, scabritie; pars caulis saepe hyeme perennat, et angulis glabris una cum nervo dorsali foliorum reperitur. *Bert.* Cls. *Link* in *R. Bocconi* caulem petit asperum; folia latiora quam in *peregrina*, fere 1½ poll., 5 lin. lata, juniora subrotunda, omnia splendentia; dubitat tamen an diversa a *lucida*. Caulis diffusus *Seb.* et *Maur. prodr. Fl. rom. p.* 81.

Obs. Ill. *Smith* radicem carnosam, fulvam dicit; caules ramosos, tetragonos, suffrutescentes, angulis aculeis retro hamosis, uti folia atroviridia costâ et margine; flores flavo-virides, vix concavos. Et tamen caulem *laevem* petit cls. *Sprengel S. V.*,p. 896!!

n. 9 a. Rubia *tenuifolia Dum. d'Urv.*; caule basi fruticoso, humifuso, angulis tantum asperis, minime spinosis; foliis laevibus, ovatis, subsenis, apice mucronatis; pedunculis axillaribus ramosis. *Dum. d'Urv. Enum. pl. Orient.* p. 17. R. *cretica frutescens tenuifolia Tourn. Cor.* 4. *Herb.*

Facile distinguitur caule frutescente; foliis floribusque duplo minoribus quam in R. *lucidâ*. *Hab. in summis montibus insulae Cos, ad altit.* 400 hexap. ♄.

Pag. 212. n. 11. Rubia *Bocconi*.

Obs. Delenda videtur clo *Bertoloni*, utpote eadem cum *peregrina*, quam confer; interea *Sprengel S. V.* p. 396 eandem denuo tanquam speciem proposuit: ,,foliis quaternis oblongis, submucronatis, lucidis, perennantibus, scabris; floribus paniculatis, axillaribus, 5-fidis; baccis granulatis atris; caule glabro; radice perenni."

n. 12. Rubia *angustifolia*. Addatur: Cor. saepius 5-partita. Stam. 5, monente *Brotero l. c.*

Pag. 213. n. 15. Rubia *Brownei*. Addatur synonymon: *Nutt. gen. p.* 93. Galium *orinocense Humb.* et *Bonpl.* (fide *Spreng. S. V. p.* 397.) quod non existit, sed prostat

Rubia *orinocensis H. et B.* huic similis quidem; an vero eadem?

Pag. 214. n. 17. Rubiae *Munjith* addatur synonymon: Rubia *Munjista Roxb.;* perennis, scandens; foliis quaternis, longe petiolatis, cordatis, acutis, 5-7-nervibus, hispidis; cor. planâ, 5-partitâ, pentandrâ. *Fleming Asiat Researches* XI. p. 177. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 383. n. 1.

Cls. *Wallich* valde suspectat, R. *cordifoliam* L. *Mant.* esse eandem plantam, cum etiam *Lamarck* flores 4-5-fidos dicat. Descriptio a clo *Roxb.* data sequens: „Caules lignosi, arbores fruticesque obducentes. Rami decussati, axillares e pare foliorum magno, articulati, ad articulos tumidi, sub iisdem parum pilosi, angulis 4 acutis, aculeolis parvis, recurvis, armatis, demum cum cortice secedentibus, ut caules teretes fiant cortice rufescente pubescente. Folia altero ex oppositis semper duplo majore, integerrima, rarius 9-nervia, 3-nervia, enervia, nervis aculeolis recurvis, utrinque canaliculatis. Paniculae terminales, oblongae, compositae e paniculis multis oppositis parvis subglobosis trichotomis, axillares. Pedunculi et pedicelli tetragoni, glabri. Bracteae oppositae, sessiles, longae, cordatae. Flores numerosi minuti. Cal. vix conspicuus. Cor. laciniae lanceolatae, acutae, apicibus inflexis. Stam. corollâ longiora. Stylus vix ullus, stigmate longo, bifido. Bacca una duaeve, globulosa, magnitudine grani Piperis, glabra. Semen rotundum, glabrum, foveolâ ad latus profundâ. Differt a *cordifolia* staminibus 5. *Roxb.* l. c. *In Nepala, aliisque regionibus montosis Bengaliae Boream et Aquilonem versus.*

n. 18. Rubia *alata Wall.;* foliis lanceolatis, trinervibus, petiolatis, quaternis, scaberrimis; caulibus ramisque aculeato-quadrangulis; floribus pentandris, hispidis; corymbis axillaribus, terminalibusque rectis, elongatis trichotomis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 384. *n.* 2.

Rad. rubra. Caules plurium pedum, reclinati, fortes, ramisque oppositis vel verticillatis tetragoni, glabri, articulis remotis; folia patentia, inaequalia, 1-1 ½ poll., internodiis breviora, utrinque, praesertim margine, scabra, supra sulcata, apice attenuata, acuta, basi rotundata, in verticillis inferioribus minoribus obovata, subsessilia. Petioli foliis triplo breviores, profunde sulcati, supra glabri, margine alati basique carinatà aculeati; apice contracti, articulati. Pedunculi quadrialati, bis ter trichotomi, hispidi. Bracteae plerumque ternae, lanceolatae, sessiles, hispidae, superioribus oppositis, parvis. Flores in pedunculis fasciculatis. Cal. inconspicuus. Cor. plana, alba, extus pilosa, laciniis lanceolatis acuminatis. Stamina stylusque brevis. Stigma capitatum. Germina hispidula. *Wall. l. c.* *In Nepala.* D. *Gardner.*

n. 19. R. *hirta Humb.* et *Bonpl.;* caule foliisque hirtis, quaternis, breviter petiolatis, oblongis, acutis, mucronatis;

pedunculis axillaribus, unifloris; flore involucrato, sessili; baccis scabris. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 338.

Folia plana, 3-4 lin.. Internodia 1/2 poll.. Pedunculi oppositi, foliis vix breviores. Involucrum 4-phyllum, patens, flore longius. *Kunth l. c.* *Prope urbem Quito.* ♃.

n. 20. RUBIA *incana Humb.* et *Bonpl.;* caule incano-villoso; foliis quaternis, ovatis, breviter acuminatis, mucronatis, margine revolutis, nervoque medio piloso-hispidis; pedunculis axillaribus, unifloris; flore involucrato, sessili; baccis pilosiusculis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. p. 338. R. *hispida Herb. Willd.* (fide *Spreng. p.* 397.)

Rami divaricati. Folia sessilia, ovato-elliptica, rigida, canescentia, 3-4 lin., reflexa. Internodia 1 1/2-2 poll., in ramulis 2-4 lin.. Pedunculi longitudine foliorum. Flos magnitudine grani piperis. Involucrum 4-phyllum, foliolis oblongis aut ellipticis, subacuminatis, florem subaequantibus, patenti-reflexis. Cor. globoso-campanulata, externe hispido-pilosa, laciniis ovatis, obtusiusculis, 3-nervibus. Stam. corollà dimidio breviora. Styli 2 pilosi. Stigmata capitata. Bacca subrotunda, sublenticularis, magnitudine grani Cannabis. Semina ossea, fusca, nitida. Flos unicus, magnitudine GALII *Aparinis*, corollà rotatà, laciniis ovatis, trinervibus. An reliqui flores monstrosi? *Kunth.* l. c. *In Andibus Quinduensium prope El Moral.* ♃.

n. 21. RUBIA *orinocensis Humb. et Bonpl.;* caule scabro; ramis foliisque pilosis, subquaternis, breviter petiolatis, oblongis, acutis, internodiis dimidio brevioribus; pedunculis axillaribus, unifloris; flore involucrato, subsessili; baccis pilosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. p. 339.

Caules glabri, in angulis scabri. Folia planiuscula, utrinque pilosa, rigida, 4-6 lin., in ramulis duplo triplove minora. Internodia 1/2-1 poll. Pedunculi solitarii. Flos magnitudine floris *Galii veri.* Involucrum 4-phyllum, foliola foliis simillima, sed minora, florem aequantia. Corolla campanulato-rotata, profunde 4-fida, externe pilosa, laciniis ovatis, acutis, trinerviis, aequalibus. Stamina laciniis dimidio breviora. Antherae oblongae. Styli staminibus longiores, apice pilosi. Stigmata obtusa. Fructus subrotundus. *Kunth* l. c. *Ad Orinoci flumen, locis calidis.* ⊙.

n. 22. RUBIA *nitida Humb.* et. *Bonpl.;* caule reflexo-piloso; foliis quaternis, ellipticis, obtusiusculis, margine revolutis, supra glabris et nitidis, subtus pilosiusculis; pedunculis axillaribus unifloris; flore sessili involucrato; baccis glabris. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. p. 339.

Caules ramique 4-angulares glabri, in angulis pilis reflexis adpressis obsiti, divaricati. Folia sessilia, coriaceo-rigida, 2-3 lin., reflexa. Internodia $^1/_2$-1 $^1/_2$ poll. Pedunculi oppositi, foliis duplo longiores. Flos magnitudine floris *Galii veri.* Involucrum 4-phyllum, flore duplo longius; foliola foliis simillima, sed multo minora, patentia. Corolla rotata, profunde 4-fida, glabra, laciniis ovatis, obtusiusculis. Stamina laciniis dimidio breviora. Stylus bifidus, glaber. Stigmata subcapitata. Bacca subglobosa, laevis, magnitudine grani Piperis. Semina sordide fusca, nitida. Rubiae *Brownî Mich.* parum affinis. *Kunth l. c.* *Ad radicem montis Pichincha prope Quito.* ♃.

n. 23. Rubia *debilis Humb. et Bonpl.;* caule foliisque margine retrorsum aculeolatis, quaternis, oblongis, acutis, mucronatis, planis; floribus terminalibus, ternis geminisve, pedunculatis; baccis glabris. *Humb. et Bonpl. nov. gen. red. Kunth.* III. *p.* 340.

Caules elongati ramique glabri, angulis retrorsum aculeolati; ramuli floriferi, bifidi. Folia subsessilia, reticulato-venosa, membranacea, scabra, margine nervoque medio subtus retrorsum aculeolata, 5-6 lin., 1 $^1/_2$ lin. lata. Internodia 1-2 $^3/_4$ poll., in ramulis $^1/_2$ poll.. Cor. rotata, alba? glabra; laciniis ovatis, acuminatis, trinervibus, aequalibus. Stamina corollâ quadruplo breviora. Stylus bipartitus, glaber, longitudine staminum. Stigmata capitata. Fructus subrotundus, compressiusculus. Galio *ciliato* R. et P. habitu similis. *Kunth l. c.* *In alsis juxta Chillo et catarractam Ichubamba, r. Quitensis.* ♃.

n. 24. Rubia *scabra Humb.* et *Bonpl.;* caule retrorsum aculeolato; foliis senis, superioribus quaternis, oblongo-lanceolatis, acutiusculis, scabris, margine subrevolutis et serrulatis, internodiis triplo brevioribus; floribus terminalibus, subternis, pedunculatis; baccis glabris. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 340.

Caules pedales et ultra, debiles, ramique glabri, divaricati, angulis retrorsum aculeolatis. Folia omnia sessilia, rigida, 3-4 lin.. Internodia pollicaria. Flores in apice ramulorum rarius gemini, quaterni aut solitarii, magnitudine Galii *verni;* pedunculi glabri, foliis 1-3 involucrati. Cor. campanulato-rotata, profunde 4-fida, nigrescens; laciniis ovatis, acutis, uninervibus, aequalibus. Stamina corollâ dimidio breviora. Stylus bifidus, glaber, longitudine staminum. Stigmata capitato-globosa. Fructus carnosus?, coccis subglobosis, magnitudine grani minoris Cannabis. Siccata nigrescit. Similis Galio *Claytoni Mich.* *In Andibus Quinduensium Carthaginem inter et Ibague.* ☉.

n. 25. Rubia *guadalupensis Bertero;* foliis quaternis, oblongis, mucronatis, basi attenuatis, annuis; margine carinâque aculeatis; caule debili, aspero; pedunculis axillaribus unifloris folio brevioribus. *Spreng. S. V. p.* 397. *In Guadalupa. Bertero.*

n. 26. Rubia *noxia St. Hil.;* caulibus diffusis, inferne subretrorsum pilosis, apice hirsutis; foliis quaternis, sessilibus, ellipticis, obtusis, brevissime cuspidatis, 3-nerviis, punctato-pellucidis, supra undique subtus in nervis scabropilosis; pedunculis axillaribus, solitariis 1-floris; flore involucrato; baccâ laevi, glabrâ. *St. Hil. Mem. d. Mus. Tom.* XII. p. 327.

Caules 1-2 ped., decumbentes, ramosi, 4-angulati, in angulis inferne retrorsum vel subretrorsum scabro-pilosi, apice subretrorsum hirsuti: rami graciles, 4-angulares, hirsuti. Folia integerrima, marginibus vix revoluta: suprema elliptico-ovata, acutiuscula; inferiora circiter 6 lin., 3 lin. lata, caetera saepius gradatim minora, ramea multoties minora. Pedunculi filiformes, pilosi, 1-4 lin., folio longiores vel breviores. Flos minutus. Involucrum 4-phyllum; foliolis parvis, ovatis, acutiusculis, punctato-pellucidis, pilosis. Calyx adhaerens, globoso-turbinatus, integerrimus. Cor. rotata, 4-fida; extrinsecus vix pilosa, virescens. Stamina 4, corollae inserta, cum ejusdem divisuris alternantia, brevissima, glabra: antherae subglobosae, dorso affixae, mobiles, anticae, 2-loculares, longitrorsum dehiscentes. Nectarium epigynum, annulare, ad ambitum styli. Stylus tertiâ parte bifidus, glaber; laciniis recurvatis. Stigmata capitata. Ovarium biloculare; loculis 1-spermis: ovula hemisphaerica, dorso convexa, facie concava, placentae affixa prominenti subglobosae, e medio dissepimenti enatae, partemque ovuli concavam farcienti. Bacca minima didyma, globoso-cordata, carnosa, succulenta, alba, disperma. Semina pericarpio adhaerentia; dorso convexa, facie concava. Perispermium corneum. Embryo dorsalis, curvaturâ seminis conformis, umbilico parallelus: cotyledones planae, orbiculares; radicula infera. *St. Hil.* *In sylvis primaevis provinciae Minas Geraes.*

Quid Rubia *rotundifolia Poir. apud Steudel?*

n. 481. GALIUM.

Pag. 214. n. 1. Galium *rubioides.* Addatur:

Obs. Utrum G. *rubioides Brotero Fl. lusit.* huc spectet, dubitandum, cum addat in observatione: „caulis glaber, nec scaber; folia ad oras et subtus ad nervos scabriuscula; panicula trichotoma, laxiuscula; flores pauci fertiles, plurimi abortientes defectu styli aut stigmatis. Fructus glaberrimus, subrugosus, vix scaber tuberculis obsoletis. Ad Valantias potius referenda, sed facilitatis ergo hîc apposui, cum germina in hermaphroditis masculis sint germinibus verorum hermaphroditorum similia, uti et corollae. In dumetis umbrosis *Gerez* et *Herminii.* ♃. „An Valantia? *taurica.* G. *diffusum H. Gott.* „procul dubio meram esse G. *rubioidis* varietatem, et caules vastos, diffusos, culturâ natos“ *Wallroth in litt. ad.* div. *Römer.* Contra vero cls. *Link Enum.* p. 134 G. *diffusum* instar speciei distinctae affert, monens tamen: „maxime affine *rubioidi*, nec nisi foliis augustioribus differt.“ G. *rubioides* in Germania non occurrere, et hujus β nostrum fructu glabro esse *boreale* γ censent *Mertens* et *Koch* in *Röhling Deutschl. Fl.* p. 779. Mirum G. *articulatum Lam.* huc duci a *Sprengel S. V.* p. 387 n. 8, cum tamen idem *articulatum* *l. c.* n. 6. tanquam genuinam, quae omnino est, speciem proposuit.

Pag. 215. n. 3. Galium *valantioides.* Addatur.
Link Enum. p. 134.

Obs. Folia breviora et latiora quam in *rubioide*, 8-10 lin., 4 lin. lata. Cor. parvae, albae. *Link.* „Facies potius *rubioidis* aut *borealis*, quam *rotundifolii* secundum specimen caucasicum Stevenianum, cui caulis et folia pubescenti-hirsuta, trinervia." *Besser in litt.* Videtur quibusdam idem cum *geniculato*.

n. 5. GALIUM *latifolium Mich.* Addatur synonymis: *Nutt. gen.* p. 93.

n. 6. GALIUM *palustre.* Addatur synonymon: *Hooker Fl. lond. nov. ser. fasc.* IV. *t.* 19. *Smith Engl. Flor. p.* 200. G. fol. obovato-oblongis, inaequalibus; caulibus ramosis, diffusis, scabriusculis; cymis axillaribus terminalibusque paucifloris, trichotomo-divaricatis. *Wallroth Sched. crit. p.* 53. *Link Enum. p.* 135. *Wahlenb. Fl. upsal.* p. 51 (qui nunc „semina laevia corollas aequantia!"). *Röhling Deutschl. Flor. Mert. Koch. p.* 777. *β leiogonum;* caule ad angulos laevissimo. *Láng.*

β in Pannonia.

Obs. Figuram *Tabernaemontani* ab exc. *M. a Bieberstein* huc laudatam vix huc spectare *Wallroth in litt.* ad div. *Römer.*, qui caules rarissime glabros esse. Nec mirum, cum G. *palustre M. a B.* longe alia species: *saturejaefolium*, quod vide. Caules omnino glabros petit ill. *Smith l. c.* Folia passim ovata et linearia, 4 et 8 esse *Wahlberg* in *Fl. Gothob. p.* 11.

Pag. 216. n. 7. GALIO *helodi* subjungatur:

n. 7 a. G. *aquaticum Willd.;* foliis quaternis senisve obtusis, margine scabris. *Reliqu. Willd. Ms.*

G. *helodi* maxime affine videtur, nisi, fors idem. D. *Willdenow* a divo *Kitaibel* tulit. „Simillimum *uliginoso;* differt: foliis linearibus nec lanceolatis; fructibus glabris nec scabris; pedunculorum ultimâ divisione nudâ, nec foliolo suffultâ." *Kitaibel* qui in *Pannoniae arenosis.*

Obs. Tulimus a clo *Láng* specimen in inundatis ad Tétény Pannoniae lectum, in quod ad amussim cadit diagnosis et brevis haec adumbratio *aquatici.* Etiam clo *Láng*, qui suo *β leiogono* specimen apposuit, dubium erat, et fors propria species, quae sane pedunculis capillaribus, paniculam nudam maxime divaricatam sistentibus facile dignoscitur. Caulis scabriusculus.

Pag. 217. n. 8. GALIUM *debile.* Addatur synonymon: G. fol. quaternis, lineari-filiformibus; internodiis longissimis; corymbis paucifloris, terminalibus; caule debili. *Rel. Willd. Ms. Sprengel* idem dicit cum G. *helode*, cujus nomen plane sustulit in *S. V. p.* 388.

n. 9. GALIUM *saturejaefolium.* Addatur synonymon: G. fol. inferioribus senis, rameis quaternis, lineari-ellipticis, inaequalibus; caulibus flaccidis, angulis scabris; ramis floriferis dichotomis paniculatis; fructibus sphaeroideis, emarginatis. *M. a Bieb. taur. cauc. Suppl. p.* 106 et, eo teste: G. *palustre Fl. taur. cauc.* p. 106.

Folia acuta (nisi ob marginem in sicco revolutum) non video;

nec caulem erectum. Differt a *palustri* statura vulgo altiore, foliis apice minus dilatatis atque rotundatis; inferioribus 5-6-nisque; pedicellis scabriusculis minus quam ramuli paniculae exasperatis, et praesertim fructu magis oblongo, apice emarginato, nec globoso didymo, latitudine longitudinem superante. *M. Bieb.* l. c.

n. 10. GALIUM *Cruciata.* Adde synonymon: *Seb.* et *Maur. prodr. Fl. rom.* p. 80. *Röhling Deutschl. Fl. Mert.* et *Koch p.* 768., (et, his etiam testibus: VALANTIA *chersonensis Willd. Spec.* IV. p. 951. *S. V. ed. nostr. p.* 250. *n.* 95.) *Smith Engl. Fl. p.* 199. VAL. *ciliata Presl. Fl. czech.* n. 230. *β. laevipes:* pedunculis glabris. *Mert.* et *Koch l. c.* VALANTIA *Cruciata Willd. Spec.* IV. *p.* 915. (excl. Syn.) *Presl. Fl. Czech.* VALANTIA *ciliata Opiz* (fid. specim.).

Specimina anglica esse omnino eadem cum sua *α. Mert. et Koch l. c.*

Obs. VAL. *chersonensem* modo non distinguo a V. *cruciata* plurimorum auctorum: simillima enim nostrae est planta hujus nominis agri Mosquensis, Poloniae australioris, et, in qua, sicut in *taurica,* pedunculi pedicellique pilis albis valde hispidi. Alia vero videtur V. *cruciata Willd.* et *Wahlenb.,* pedunculis glabris praedita." *M. B. Fl. taur. cauc. Suppl.* p. 640. „G. *Cruciata Besser Fl. Gal.* huc omnino spectat. Idem quoque Herbario div. *Schivereck* ex Austria sub VALANTIAE *cruciatae* nomine possideo. Exc. L. B. *M. a Bieb.* idem ex agro mosqu. falso sub nomine possidebat. Videtur ergo V. *chersonensis Willd.* saepius sub nomine *Cruciatae* latere, de quo judicent autoptae." *Bess. in litt.* G. *Cruciata* abunde tum pedunculis glabris, tum pilosis in Bavaria et Austria occurrit.

Pag. 218. n. 11. GALIUM *Bauhini.* Addatur synonymon: *Link Enum. p.* 218. G. *Bauhini;* foliis quaternis, oblongis, trinervibus, glabris, ciliatis; pedunculis aphyllis, trifido-dichotomis, foliis dimidio brevioribus; floribus polygamis; caulibus superne glabris, erectis. *Besser in litt.* et *Enum. pl. Volhyn. p.* 50, et excludatur VALANTIA *glabra Bess. Fl. gal.* I. *p.* 117. et *Schkuhr.* (*Seb.* et *Maur. prodr. Fl. rom.* p. 80.)

Folia subtus nunquam molliter pubescentia. *Bess.* Caules simplices. Folia quaterna, 6 lin., 3 lata, obtusa, ciliata. Flores axillares. Huic subjungatur:

n. 11. a. GALIUM *Scopolianum Bess.;* foliis quaternis, ellipticis, trinervibus, demum rigidiusculis, ciliatis; pedunculis aphyllis, trifido-dichotomis, fructiferis folia subaequantibus; floribus polygamis; caulibus floriferis erectis. *Besser in litt.,* et hoc teste: VALANTIA *glabra Prim. Fl. gal.* I. p. 117. GALIUM *vernum Scop. Fl. carn.* ed. 2. I. p. 99. n. 144. t. 2. *Röhl Deutsch. Fl. Mert.* et *Koch* I. *p.* 769. (excl. syn. G. *Bauhini.*).

„Differt a G. *Bauhini:* 1°); foliis ellipticis aut ovato-ellipticis,

longitudine ad latitudinem :: 2:1, vel 5:2, cum in *Bauhini* folia oblonga, inferiora ovato-oblonga, superiora oblongo-lanceolata, longitudine ad latitudinem :: 3:1 vel 7:2; 2°) pedunculis fructiferis folio dimidio longioribus, qui breviores aut vix dimidium attingentes in *Bauhiniano;* 3°) fructibus pyriformibus, curvatis, obliquis, nudis, cuticulâ irregulariter corrugatâ, qui globosi et minores in *Bauhiniano.*" *Besser in litt.*

Obs. „Ex caule anni praeteriti procumbente arido, geniculis radicante radicibus ramosis tenuibus rubentibus, adscendunt cauliculi plures, 4-8 poll., tetragoni, glabri, foliosi; deflorati pedales, declinati. Folia quaterna „(in diagnosi sena)" internodiis plerumque breviora, sessilia, glabra, margine tenuissime ciliata: infima obovata, minima; reliqua majora elliptica, tempore antheseos patentissima, in defloratis rigidiuscula, margine reflexo, deflexa, fructus obtegentia. Pedunculi quaterni ex axillis foliorum superiorum, trifidi, lateralibus bifidis, patentes, glabri, demum incrassati, recurvati. Flores ☿ et ♂. Cor. pallide flava, laciniis ovato-lanceolatis, trinervibus. Stamina corollâ multo breviora, decidua: antheris subrotundis, flavis. Stylus bifidus, deciduus; stigmata globosa. Fructus monospermus. Semen sublunatum, apice obtusum, basi attenuatum, fusco-rubens, laeve. Variat: 1.) caule pubescenti-hirsuto; 2.) foliis subtus et 3.) utrinque pubescentibus; 4.) foliorum costâ subtus hirsutâ; 5.) pedunculis tantum trifidis, et floribus omnibus tunc ☿; 6.) brevioribus et longioribus; 7.) rarissime diphyllis et floribus 8, ♂ trifidis. G. *vernum Scop.* omnino huc spectare suadent sequentia: Div. *Schkuhr bot. Handb.* specimen miserum e Com. Glatz depinxit, omnino idem cum nostro. Longitudo pedunculorum variat: adsunt specimina plura, ut in icone, pedunculis longitudine folii, frequentius tamen brevioribus. Crassities radicis et baseos caulium, ut videtur, pictoris delictum est: icones enim a div. *Scopoli*, ut e patruele *Schivereck*, tunc Vindobonae degente, didicimus, formâ maximâ et naturali chalcographo exhibitae ab eodem in formam minorem redactae et saepissime mutilatae fuere, ut in hac icone luculenter apparet, quod folia infima in uno caule sint reliquis aequalia, quae tamen constanter in similibus speciebus sunt gradatim minora. Flores primarios defloratos facile pro femineis habere potuit. G. *vernum Halleri*, quod nunquam vidi, videtur differre caulibus decumbentibus diffusis; foliorum ramis 5-nis, senis, et floribus octo albidis; cum in nostra et Scopolii planta sint flores 3 aut 5 in uno pedunculo, hinc in toto verticillo 12 aut 20. Videntur quoque, cum de sexu sileat, flores omnes esse hermaphroditi." *Besser.*

n. 12. GALIUM *Halleri.* Addatur synonymon:

G. *Halleri;* foliis quaternis senisve trinervibus, rigidiusculis, ciliatis; pedunculis dichotomis, brevissimis; caulibus molliter hirsutis, decumbentibus. *Besser in litt.*

Obs. Clo *Bertoloni* in litt G. *Halleri*, quia lusus G. *Bauhini*, delendum videtur. Nec distinguit V. *glabram* a GALIO *verno Scop.*, sed utramque plantam comprehendit nomine V. *glabrae*, fol. 4-nis ellipticis, trinervibus pubescentibus glabrisve; racemulis axillaribus, nudis; fructibus cernuis. *Amoen. p.* 415.

Pag. 219. n. 13. GALIUM *pedemontanum.* Addatur synonymon:

Link Enum. p. 135.

n. 14. GALIUM *coronatum.* Addatur synonymon:

VALANTIA *humifusa M. a Bieb. taur. cauc. Suppl. p.* 640.

„Nec cilia nec scabritiem ullibi in margine foliorum percipio. An ideo nostra diversa a planta *Willdenowi* et *Sibthorp.*? quam attamen sic variare potius crediderim." *M. a B.*

n. 15. GALIUM *apricum.* Addatur:

Obs. GALIUM *apricum* a *Sieber* in montibus sphakioticis lectum differt caulibus glaberrimis, nitidis, laevissimis, etiam ad angulos; pedunculi vere

(fructifer in spiram contortus et sub foliis absconditus) setis rigidis horridi. Fructus magni, globosi, nigricantes, granulati.

Pag. 220. n. 17. GALIUM *trifidum*. Addatur synonymon: *Wahlenb. Fl. upsal.* p. 52. *Nutt. gen. p.* 93. *Röhling Deutsch. Flor. Mert.* et *Koch* p. 772. (qui ex alpibus styriacis.)

n. 18. GALIUM *fruticosum*. Addatur synonymon: *Link Enum. p.* 135.

Cor. parva, alba, rubescens. *Link.* In specimine a *Sieber* in Creta lecto, flores omnino, quales *Willdenowi* synonymon petit, albi, flavicantes potius, quam rubescentes. Utrum G. *junceum Smith* et *Sibth.* re verâ huc, ut videtur clo *Sieber* et *Sprengel* S. V. p. 387, videant qui utriusque specimina possident.

n. 18 a. GALIUM *dichotomum Lehm.*; caule dichotomo frutescente quadrangulo; foliis quaternis obovato-lanceolatis; seminibus glabris. *Lehmann in Enum. sem. in h. Hamburg. ao.* 1822 *lect. p.* 7.

Proxime accedit ad G. *fruticosum*; differt praeter notas indicatas: caule exacte dichotomo, foliis duplo latioribus brevioribusque, floribus majoribus. ♃. Et tamen idem cum *fruticoso* esse affirmat *Sprengel S. V.* p. 387.

n. 19. GALIUM *montanum*. Addatur synonymon: ASPERULA *galioides β. hirsuta*; caule inferiore foliisque hirsutis. *Wallroth Sched. crit. p.* 60. et hoc teste: G. *scabrum Spreng. Hal.* 52 (excl. syn.) G. *montanum Linn. Spec.* I. p. 155 ex synonym. *Ehrh. exsicc.* (Confer *de Vest bot. Zeit.* 1821. *p.* 526. et *Mert.* et *Koch* in *Röhling Deutschl. Fl. p.* 797, quibus dubium, et G. *scabrum Fl. Hal.* ad *anglicum* spectare videtur; *ibid.* p. 783.)

n. 20. „GALIUM *Villarsi* delendum, quia idem ac GALIUM *pusillum* n. 51." *Bertolon.* in *litt.* G. *sylvestre ab. Mert.* et *Koch* in *Röhling Deutsch. Flor.* p. 791.

Pag. 222. n. 26. GALIUM *apiculatum* scribatur GALIUM *tarmense Spreng. S. V.* p. 387.
GALIUM *diffusum Dietr. Lexik.*

Obs. Nos ob antiquius *mucronatum Thunb.* nomen mutare coacti fuimus. G. *apiculatum Sibth.* nobis tunc ignotum erat. Hujus immemor divus *Römer* serius G. *apiculatum Sibth. n.* 47 inseruit, nomenque infauste repetiit.

n. 27. GALIUM *Claytoni*. Addatur synonymon: *Richardson App. bot.* ad *Frankl. Journey.* p. 4. et hujus fide certe: *Aparine* Nro. 558 *Claytoni. Gronov. fl. virg.* 18. fid. *herb. Gronov.* G. *tinctorium Frank. App. edit. prior* Nro. 40.

Herba glabra. Caules pedales graciles striati ramosi debiles in-

ferne marcescentes, angulis diaphanis oculo armato retrorsum aculeatis. Folia caulina inferiora et ramea quaterna elliptica, caulina superiora lineari-oblonga plerumque quina, internodiis sesquipollicaribus triplo breviora, omnia obtusa margine et nervo sparsiter sub lente aculeata. Flores parvi albi triandri. Pedunculi plerumque bini, rarius 3, 1-2-flori, breves, axillares et terminales. Corolla glabra trifida fructu vix major; laciniis ovatis acutiusculis trinervibus. Fructus parvus globosus glaber. Specim. Michauxiana non vidi, sed planta nostra certe eadem ac illa *Claytoni*. *G. palustre* (e Scotia) habitu simillimum differt: fol. latioribus fere obovatis, inferioribus 5 vel 6, superioribus 4 et saepe, non semper, inaequalibus, pedunculis paniculatis divaricatis corollisque majoribus quadrifidis tetrandris; in hoc quoque caulis retrorsum scaber, quamvis cel. *Smith* in *Engl. flor.* stirpes anglicas laeves descripsit. *G. uliginosum*, quod *Mich.* comparat, differt fol. senis mucronulatis et saepe obovatis. *G. trifidum Wahlb.* pedunculos longos arcuatos capillares habet. *Richards.*

n. 28. Galium *asprellum*. Addatur synonymon:
Nutt. gen. 93. *Bigel. Fl. boston. p.* 36.

Caules debiles, vicinis plantis fulti. Folia mucrone scarioso, recurvo. Fructus minimus. *Bigelow. Sprengel* S. V. p. 387. huc trahit G. *pensylvanicum Mühlenb.*, quod confer.

n. 29. Galium *uniflorum*. Addatur synonymon:
Nutt. gen. 93.

n. 30. Galium *Witheringii*. Addatur synonymon:
Engl. Bot. t. 2206. *Smith Engl. Flor. p.* 200.

Witheringî figuram malam esse, cum caules aculeis minutis parvis recurvis, nec pilis longis erectis gaudeant, minimeque esse speciem dubiam, ut clo *Hooker* videtur. Specimina fuscescere exsiccatione, instar *uliginosi*. *Smith l. c.*

n. 31. Galium *tinctorium*. Addatur synonymon:
Nutt. 93. *Bigel. Fl. boston. p.* 36.

Aculei recurvi. Folia lineari-lanceolata, obtusa, latiora sena, angustiora quaterna. Pedunculi parvi, floribus albis, minutis. *Bigelow.*

Pag. 223. n. 32. Galium *capense*. Addatur synonymon:
Thunb. Mém. d. Petersb. T. I. *p.* 328. *t.* 7.

n. 33. Galium *mucronatum*. Addatur synonymon:
Thunb. Mém. d. Petersb. T. I. *p.* 329. *t.* 8.

n. 34. Galium *expansum*. Addatur synonymon:
Thunb. Mém. d. Petersb. T. I. *p.* 329. *t.* 9.

Pag. 224. n. 35. Galium *asperum*. Addatur synonymon:
Thunb. Mém. d. Petersb. T. I. *p.* 330. *t.* 10.

n. 36. Galium *glabrum*. Addatur synonymon:
Thunb. Mém. d. Petersb. T. I. *p.* 330.

n. 37. GALIUM *campestre.* Addatur descriptioni: *Link Enum.* p. 135.

Planta e seminibus Stevenianis nata, florens *Euphorbiam minimam* quodammodo refert. Caulis superne trifidus, radiis bifidis, ad quamlibet divisionem foliis binis externe. Pedunculi alares ad divisionem foliolo, trifidi, bifidi, quandoque bis trifidi, solumve unus alterve pedicellus trifidus aut indivisus. *Bess. in litt.* Maxime differre a *parisiensi Link* l. c.

n. 38. „GALIUM *austriacum* delendum, quia idem ac GALIUM *pusillum* fide speciminum *Römeri, Schleicheri* et aliorum.“ *Bertolon. in litt.* G. *sylvestre* α. *Mert.* et *Koch* in *Röhl. Deutsch. Fl. p.* 791. G. *umbellatum Lam.* cum? huc refert cls *Steudel.* G. *alpestre Schleich.*, fide speciminis *Schleich.*

Pag. 225. n. 39. GALIUM *alpestre.* Addatur synonymon: *Link Enum. p.* 135. G. *sylvestre* δ. *alpestre Mert. Koch* in *Röhl. p.* 792.

Differre a *pusillo* foliis semper glabris, lin. latis; a valde affini *supino* foliis margine laeviusculis; occurrere nomine *pusilli: Link l. c.* Clo *Bertoloni in litt.* (cui G. *Jussiaei* ad *trichophyllum All.* spectare videtur) aeque ac

Pag. 226. n. 40. GALIUM *laeve,* delendum videtur, utpote idem ac *pusillum*, cujus tamen lusus ab illo habetur. G. *sylvestre* α. *b. Mert.* et *Koch in Röhling Deutsch. Flor. p.* 791.

n. 40 a. GALIUM *Kitaibelianum;* foliis denis octonisve, linearibus, acutis, longissimis, glabris, margine scabris; floralibus oppositis; floribus paniculatis; pedunculis filiformibus. G. *nitidum Reliqu. Willd. Ms.*

In Hungariae montibus apricis. Kitaib. ♃. Nomen mutandum, cum jam sit G. *nitidulum.*

Pag. 227. n. 44. GALIUM *Bocconi.* Addatur synonymon: G. *sylvestre Röhling Deutsch. Fl. Mert. Koch p.* 789. G. *multicaule*; fol. octonis, oblongo-lanceolatis, aristato-mucronatis; umbellâ bi-trifidâ, paucíflorâ; pedunculis superioribus aphyllis; caulibus e basi declinatâ adscendentibus, cespitosis, diffusis, flaccidis. *Wallr. Sched. crit.* p. 53, cui: α. *polyphyllum:* glaberrimum, foliis inferioribus ovato-lanceolatis, cuspidatis, brevibus, confertioribus; superioribus linearibus sensim angustioribus et minoribus; umbellâ subsimplici, bi-trifidâ, terminali. G. *pusillum Wall. Ann.* 22. G. *saxatile Hornem. Fl. dan.* 1633. G. *hercynicum Weig.* β. *oxyphyllum;* glaberrimum, foliis omnibus lineari-lanceolatis, cuspidatis, sensim angustioribus; umbellis axillaribus terminalibusque. γ.

eriophyllum; foliis inferioribus cauleque basi undique hirtis: superioribus glabris; umbellis axillaribus, terminalibusque. G. *pusillum β. hirsutum Wallr.* ann. l. c. G. *Bocconi Willd. Spec.* II. *p.* 587. G. *sylvestre Leys. hal.* 36.

Obs. Cli *Mertens* et *Koch* hujus sequentes varietates statuunt cum sequente synonymia; et quidem typum speciei α sub a. foliis margine revolutis: G. *austriacum Jacq.* t. 80. (*S. V. ed. nostr. p.* 224. *n.* 38); *G. sylvestre var.* 1. *Schrad.*; G. *glabrum Schrad.* (fid. spec.); G. *umbellatum Lam.* (a nobis ad *laeve* ductum); G. *pusillum Smith.* (S. V. ed. nostr. p. 230. n. 31.) fide spec. anglicor. b. caule diffuso, procumbente, apice ascendente: G. *montanum Vill.* (G. *Villarsi S. V. ed nostr. p.* 220. *n.* 20.); G. *glabrum Hoffm.* (a nobis ad *austriacum* ductum.) G. *laeve Thuill.* (*S. V. ed. nostr. p.* 226. *n.* 40.) fid. spec. auct.; G. *sylvestre Gaud.* (*fid. spec. auct.*). c. caule magis erecto: G. *anisophyllum Vill. t.* 7. (quod. *Schrader* cum G. *sylvestri var.* 2. junxerat, *hispida*; nos cum *alpestri*) G. *erectum Hoffm.* G *sylvestre montanum Gaud.* (ad quod aut male laudant G. *Villarsi*, aut male supra G. *montanum Vill.*, quod idem cum G. *Villarsi* S. V. ed nostr.) d. foliis margine distincte aculeatis: G. *sylvestre var* 2. *hispidum. Schrad. Koch* et *Ziz Cat. pl. palat.* β. floribus rubellis: *Hall. helv.* 715. β (ergo G. *Villarsi β.* S. V. ed. nost. n. 20.) G. *bicolor Schleich.* (fid. specim.) γ. *hirtum*: G. *sylvestre* var. 3. *Schrad. Ziz* et *Koch* l. c. G. *multicaule ε. Wallr.* supra l. c.; G. *sylvestre Bocconi Gaud.*; G. *Bocconi Allion.* (ed nostr. et *Dec. Fl. fr.*); G. *umbellatum β. Lam.*; G. *hispidum Schreb.* (fid. auct.); G. *ciliatum Schrank*; G. *pusillum Hoffm.* et *Wulf.*; G. *pumilum Murr.*; G. *nitidulum Thuill.* (fid. specim. auct.) δ. *alpestre*, 3 — 6 poll. glabrum pilosumve: G. *alpestre Gaud. S. V. ed. nost. α.* n. 39. (fid. specim. auctoris.) G. *argenteum Vill.* (a nobis ad *austriacum* ductum). ε. *pygmaeum*, ½ — 2 poll., glabrum pilosumve. G. *alpestre β* nostrum (excl. syn. G. *Jussiaei*, quod illis species propria videtur). ζ. *supinum*; simile ε, 1 — 3 poll., corymbis semel vel bis trichotomis: G. *supinum Lam.* (*S. V. ed. nostr.* p. 226. n. 41.) fide *specim. Decand.*; G. *pusillum Vill.* (a nobis cum? ad *alpestre* ductum.) G. *scabrum Presl Fl. Czech.* ad *sylvestre* spectare monent *Mertens* et *Koch* l. c. p. 783., sed non indicant eidem locum. Haud absimilem farraginem proponit *Sprengel* S. V. p. 389. n. 37. sub GALIO *sylvestri Pollich* conjungens instar synonymorum: G. *austriacum Jacq.*, *laeve Thuill.* et *Hall. fil.*; *umbellatum* et *supinum Lam.*; *montanum Vill.*; *glabrum Hoffm.*; *argenteum* et *obliqnum Vill.*; *Bocconi Allion.*; *scabrum Hoffm.*; *asperum Schreb.*; *ciliatum Schrank*; *pallidum Presl.* — Cls. *Bertoloni* GALIUM *Bocconi* lusus tantum videtur G. *pusilli*, quod confer.

n. 42 a. GALIUM *aetneum Bern. Bivon.*; fructibus subgranulatis; foliis senis mucronatis, serrulato-aculeatis: inferioribus spathulatis, superioribus linearibus; pedunculis trichotomis; petalis mucronato-aristatis. *Bern. Bivon. Stirp. rar. Sicul. manip. n.* 48.

Clo *Sprengel* olim nil nisi G. *Bocconi* varietas videbatur; nunc vero illi *saxatile* est in S. V. p. 391. Clo *Moretti aristatum* est.

Pag. 228. n. 44. GALIUM *helveticum*. Huic subjungatur:

n. 44 a. GALIUM *Vestianum*; foliis senis, superioribus lineari-lanceolatis, infimis oblongis, glabris, margine retrorsum scabris, acutis, muticis; caule decumbente adscendente; pedunculis terminalibus et axillaribus, trichotomo-corymbosis; pedicellis erectis, subfasciculatis. *De Vest Bot. Zeit.* 1821. p. 538. G. *saxatile Herb. Johannei.*

Rad. tenuissima, multicaulis. Caules digitales, subsimplices,

glabri. Verticilli infimi foliorum admodum approximati, ut folia imbricata; reliqui remoti, ex ala florigeri. Pedunculi diphylli. Corymbi axillares parum longiores internodiis. Cor. sat magnae, albae, laciniis lineari-lanceolatis. Germen sat glabrum. *De Vest* l. c. *In alpibus Salisburg. et Tyrolens.*

n. 45. GALIUM *pumilum.* Addatur synonymon: G. *trichophyllum:* caule quadrangulo, ramosissimo, stricto; foliis subsenis, verticillatis, lineari-setaceis, acuminatis; paniculis terminalibus, dichotomis, trifidis; corollae laciniis muticis. *Bertolon. Amoen.* p. 16 et hoc teste: *Allion. auct. p.* 18 (fid. spec. *Molin.* et *Balb.*) G. *Jussiei Vill. Delph.* II. p. 323. t. 7. G. *pumilum Loisel. Fl. gall.* I. *p.* 82. Ergo etiam, fide spec. G. *trichophylli* a *Balbis,* G. *pumilum Mertens* et *Koch* in *Röhling Deutsch. Flor. p.* 794.

Obs. Cli *Mertens* et *Koch,* quibus G. *Jussiaei* species propria videtur, huc trahunt G. *trichophyllum Wulf.* (excl. *megalospermo Vill.*) ob „ad amussim quadrantem descriptionem" quae tamen valde discrepat a *pumilo Lam.;* G. *hypnoides Vill.,* quod potius *pyrenaicum Gouan;* et G. *pusillum Lin.,* quod omnino idem cum *pusillo Smith,* Herbar. Linn. possessoris, a cls. *Mertens* et *Koch* ad *sylvestre* male ducto, prave monentibus, ill. *Smith* idem ad *sylvestre* duxisse, cujus nullum omnino ab illo ad hoc spectans synonymon laudatur. Adferunt nobiscum β nostrum nomine *laxius,* et γ *hirtum,* quod G. *pusillum Linn.,* ut *Sprengel S. V.* p. 389., credunt, et δ. *majus.*

Pag. 229. n. 48. GALIUM *incanum.* Addatur:

Obs. Specimen a *Sieber* in alpibus sphakioticis lectum parvulum Galium sistit, cauliculo fere frutescente, ramoso, foliis inferioribus in ramis imbricatis, superioribus magis remotis, longitudine internodiorum, lineari-lanceolatis, pubescentibus, 1-3 lin., scabriusculis, fere plumbei coloris. Panicula terminalis subcapitata, pedicellis vix flore longioribus. Cor. albida in siccis.

n. 49. GALIUM *pyrenaicum.* Addatur synonymon: G. caule quadrangulo, ramosissimo, diffuso; foliis subsenis, verticillatis, lineari-setaceis, acuminatis; floribus subsessilibus, terminalibus axillaribusque, subsolitariis; corollae laciniis muticis. *Bertolon. Amoen.* p. 16. et 338. β. caule elongato, diffuso, ramosissimo; verticillis foliorum remotioribus; floribus terminalibus umbellatis; pedunculis simplicibus, folio sublongioribus. *Bertol.* l. c. et, hoc teste: G. *pyrenaicum Herb. Lois.* (fid. spec.) G. *affine pumilo Lam. Herb. Balb.* (fid. spec.)

Caules debiles, cespitosi, quadranguli. Mucro foliorum insignis albo-membranaceus in apice attenuato, nec rotundato. *Bertol.*. A clo *Decandolle* huc refertur instar β. G. *cespitosum Lam.* et *Jussiaei Vill.*

Pag. 230. n. 51. GALIUM *pusillum.* Addatur: *Smith Engl. Fl. p.* 206.

Obs. Speciem hanc sequentibus circumscripsit cls. *Bertoloni:* G. *pusillum;* subhirtum; caule adscendente; foliis suboctonis, obverse lanceolato-linearibus linearibusve, mucronatis; paniculis paucifloris; corollae laciniis muticis. *Bertolon. Amoen. ital.* p. 16. et, hoc teste: G. *scabrum Jacq.*

Austr. t. 422; *Willd. Spec.* 1. p. 590. (adsentiente *Link Enum. alt.* p. 135. saltem quoad G. *scabrum Willd. Enum.* p. 152; et idem *scabrum Jacq.* repetente etiam ill. *Smith* l. supra cit.); G. *laeve Decand. Fl. fr.* IV. n. 3366. et *Herb. Persoon. Loiseleur fid. specc.;* G. *montanum Vill.* in *Herb. Persoon* (fid. spec.); G. *pallens Thuill.* in *Herb. Lois.* (fid. spec.); G. *austriacum Schleich: Herb. Bonjean* (fid. spec.). *β.* totâ herbâ canâ: *Bertol.* l. c., et, hoc teste: G. *canescens Herb. Pers.* (fid. spec.). *γ.* corollis duplo majoribus: *Bertol.* l. c. et, hoc teste: G. *Boccone Decand. Fl.* fr. 4. n. 3367. G. *nitidulum Thuill. Herb. Pers.* et *Bonjean* (fid. spec.) *δ.* pygmaeum, 2-3 poll., nitidulum, glabrum, saltem superne. *Bertol.* l. c. et, hoc teste: G. *Boccone Allion. ped.* 1. p. 6. n. 24. et *Herb. Molineri, Balb.* et *Loisel.* (fid. spec.) adseutt. *Link* in *Enum.* l. c., saltem quoad G. *Bocconi Willd. Enum.* p. 152, et *Wallroth Sched. crit.* p. 53. qui *pusillum* suum ad *Bocconi* ducit. G. *pusillum Vill. Delph.* 2. p. 324 t. 8. et *Schleich* in *Herb. Bonjean.* (fid. spec.). „Caulis" addit „in hac specie omnibusque ejus lusibus adsurgit firmiusculus, subpedalis, glaberrimus, vel subhirtus; folia designata plana, glaberrima aut subhirta; panicula vix bi-trifida; corollae minutae, albae, laciniis muticis." G. *austriacum*, licet omnibus partibus pro soli diversitate mire ludat, a synonymis a se (*Ann. bot.* l. c.) huc relatis fors esse excludendum, *Wallroth in litt. ad div. Römer.* Cls. *Link l. c.* maxime affine recte dicit *austriacum Jacq.*, nisi quod majus, et folia latiora, beneque species has omnes conjunxisse clm. *Wallroth* addit. — Galium *scabrum Jacq.* huc ductum a cls. *Mertens* et *Koch* in *Röhling Deutschl. Fl.* p. 782. *γ* dicitur Galii *lucidi* (quod confer); his G. *pusillum ibid.* p. 791 G. *sylvestre αα* est. — G. *obliquum Vill.* (quod vide), fide clo *Smith*, omnino hujus loci; minime vero G. *pusillum Vill.*, si figura bona. *Halleri* quoque *Galium* n. 715. huc spectare monet ill. *Smith*, sed synonyma confudisse, et plurima ad G. *glaucum* spectantia huc retulisse; in ed. 2. sub n. 717. div. *Haller* eandem speciem descripsisse sub G. *austriaco Jacq.;* differre potissimum *pusillum* pube brevi, molli, non adhaerente, rarissime nullâ; cespites formare floribus parvis albis innumeris conspicuos.

Pag. 231. n. 52. Galium *scabrum.* Addatur:

Obs. Clo *Bertoloni in litt.* delendum videtur, utpote idem cum *pusillo;* quocum consentit *Link Enum. alt.* p. 135.

Pag. 232. n. 53. Galium *obliquum.* Addatur:

Obs. Delendum, utpote, fide speciminis auctoris, et amici sui, Chaix, apud *Smith Engl. Fl.*, idem ac G. *pusillum* L.; flores in icone a *Villars* data nimis acutos esse. Hinc G. *obliquum Link Enum.* p. 135, cui folia lineari-mucronulata hujus loci. Clo *Bertoloni* idem videbatur olim cum G. *rubro* suo *Amoen. ital. p.* 14. n. 3. Etiam clo *Treviranus* Galii *rubri β* est in *Link Jahrb.* II. *p.* 11. *Wallroth in litt. ad* div. *Römer* monuit omnino esse Galium *mucronatum Decand;* minime vero varietatem sistere *Molluginis.* Quae ergo apud eosdem corrigenda.

Pag. 233. 55. Galio *incurvo* adde synonymon:

G. caule basi ramoso, nitido; geniculis tumidis; foliis octonis linearibus, glabris, aristatis, deflexis, incurvis; floribus paniculatis; corollâ obtusâ, muticâ. *Dum. d'Urv. enum. pl. Orient. p.* 15.

Caulis laevissimus, tetragonus, stramineus, 1 1/2 pedalis. Folia fere pollicaria, 1/2-1 lin. lata, margine revoluto scabra, subtus pallidiora, internodiis duplo breviora. Cor. in nostro specimine deest, quod *Sieber* in alpibus sphakioticis legit. Ex quo certi sumus, quod *incurvum Smith* et *trinacrium* nostrum diversae sint species, nec, ut videtur clo *Sprengel* S. V. p. 390., eadem. *In collibus petrosis insulae Sami, ad ruinas veteris urbis.* ♃.

n. 56. Galium *verum.* Addatur:

Wahlenb. Fl. ups. p. 54. *Link Enum.* p. 135. *Bi-*

gelow Fl. bost. p. 135. *Svensk Bot.* t. 165. *Smith Engl. Fl.* p. 208. G. fol. 8-nis linearibus, sulcatis, margine verticillisque reflexis, nitidis; caule obsolete tetragono, erecto, simpliciusculo; ramulis floriferis paniculatis, subterminalibus; pedicellis congestis, foliosis, flores subaequantibus. *Wallroth Sched. crit. p.* 56. cui α. *trachyphyllum*; caule pedicellis foliisque utrinque scaberrimis; floribus flavis. G. *verum* L. a. latifolium; fol. linearibus; b. angustissimum; fol. setaceis, cuspidatis, convolutis. β. *leiophyllum*; caule foliisque latioribus, utrinque laeviusculis; floribus pallide-flavescentibus, congestis. G. *verum S. V. ed. nostr.* γ. *canescens*; foliorum paginâ inferiore, caule, ramis, pedunculisque incano-pubescentibus. *Röhling Deutsch. Fl. Mert. Koch. p.* 783. quibus ad β nostrum: G. *ochroleucum Wolf* in *Kort.* et *Schweigg. Fl. Erlang.* (quod G. *vero-Mollugo Schiede* plant. hybr. p. 64. *bot. Zeit.* 1824. 7. p. 100. et quod hybridum e *vero* et *Mollugine Wallr.* l. c. *Addend.* p. 503.)

Obs. Definitionem nostram in plantam thuringiacam non quadrare, in qua caules constanter plus minus pubescere, rigidiusculos, nec ramos floriferos esse tam abbreviatos, et folia supra esse constanter scabra, ut definitio data a *Smith* ad amussim cum iisdem conveniat; antheras vero semper flavescere: *Wallroth in litt.* ad div. *Römer*, qui quaerit an nostrum genuinum *Linn.*? GALIUM *verum Thunb. jap.* p. 59, a nobis a Linnaeano rite distinctum, a se *japonicum* fuisse dictum. Variare thuringiacum magnitudine, in dumetis corymbum speciosum sistens et frutices integros obducere; in asperis vero esse caule pedali, erecto, rigido, floribus depauperato, quam varietatem nostrum esse G. *vero simile* credit, sed in hoc fallitur: perstat enim culturâ. Etiam G. *verum*, quod cls *Dum. d'Urville* (*Enum. pl. orient.* p. 17.) prope templum Iunonis observavit, huic medium videtur G. *verum* inter et *tunetanum Desf.*: „sed, *cum glabrum sit*," ad *verum* potius refert. Cls *Besser* in *Enum. pl. Volhyn.* p. 7. distinguit GALIUM *verum* α. floribus pallidioribus; β caule magis tomentoso; γ. *verum* podolicum; et iterum *ibid.* p. 42 α, caule superne pubescente; β caule foliisque glabris, germinibus et apicibus ramorum pubescentibus; γ caule, ramis, foliis, pedunculis, germinibusque pubescentibus, et ab hoc distinguit:

n. 56 a. GALIUM *mutabile Bess.*; caulibus glabris, diffusis; floribus majoribus primo flavicantibus, demum in pallidum et album transeuntibus; pedunculis germinibusque glabris. *Bess. Enum. pl. Volhyn.* p. 42.

Folia, uti in G. *vero*, tamen quandoque latiora. *In Podoliae australioris fruticetis. Andrzeiowski.*

Pag. 234 n. 57. GALIUM *vero-simile.* Addatur G. *verum* ε *Röhl. Deutschl. Fl. Mert. Koch. p.* 784.

Obs. Clo *Besser* fors idem videtur cum GALIO *pseudo-vero Hortul.*

n. 57 a. GALIUM *caucasicum Lag.*; foliis suboctonis, linearibus, revolutis, asperis, cuspidatis; pedunculis axillaribus (dichotomo-) multifloris, folia subaequantibus; corollis luteis, acuminatis. *Spreng. n. Entd.* I. *p.* 282. *Lagasca Cat. H. Matrit. p.* 9. *Syst. Veg. ed. nostr. p.*

264. *n.* 138. *Sylloge pl. nov.* in *bot. Zeit.* 1824. *p.* 195 (ubi fructus tomentosi.).

Caulis scaber, decumbens, herbaceus; rami patentes, abbreviati. Folia angustissima, antrorsum aculeolata, unguem longa, patentissima, subreflexa, 8-na et 6-na. Pedunculi ex axillis superioribus folia aequantes, vel parum longiores. Corollae generis, luteae, acuminatae. G. *verum*, forte proximum, recedit abunde caule erecto, foliis planis, paniculis folia superantibus. *Spreng.* *In Russia, Caucaso.*

Obs. „Adest e seminibus *H. Gorenk.* et ex *Ucrania* ab exc. *M. a Bieberstein.* Fructus illius globosi sunt, mox glabri, mox pubescentes; pedunculi fructiferi vero semper deflexi. Ucranicum praeterea differt caule laevi, et fructibus omnibus laevibus." *Besser in litt.* Quod in varios hortos ex Matritensi transiit *caucasicum* est forte *veri* progenies culturâ orta: ego saltem tale spontaneum a *vero* non distinxi. Caulem nec in *vero*, nec in *caucasico Hort.* scabrum animadverto, foliorum vero paginam superiorem et marginem scabrum agnosco, uti *Smith* in *vero*. *M. a Bieb.* *Sprengel* nunc idem esse cum *G. vero* in *S. V.* p. 389. n. 50.

n. 57 b. G. *tuberculatum Presl;* foliis octonis, linearibus, revolutis, rigidis, apiculatis, superne tuberculato-scabris; paniculâ contractâ; caule tetragono, pubescenti-scabro; fructibus glabris, laevibus. C. B. *Presl in Delic. Prag.* I. p. 120.

Caulis ultra pedalis, erectus, strictus, simplex. Folia mucrone cartilagineo apiculata, superne praecipue ad latera et apicem versus tuberculato-muricata, inde scabra, superne atroviridia, inferne pallidiora. Panicula terminalis, simpliciter ramosa. Corolla flava, limbi laciniis acutiusculis. Fructus globosi. Habitus et affinitas G. *veri;* sed differt: caule erecto, stricto, simplici, pubescenti-scabro; foliis rigidis, revolutis, tuberculatis, apiculatis; paniculâ contractâ, subsimplici. — Affine quoque G. *apiculato Fl. graec.* t. 129, cujus habitum refert; sed nostrum nec incanum est, nec folia sena, plana scabra, nec flores purpureo-virescentes, tristes possidet. — Cum G. *incurvo Fl. graec.* t. 132 minime convenit, ut confundi possit, licet habitu propinquum. *Presl. Sprengel* omnino eandem esse cum G. *vero* speciem affirmat in *S. V.* p. 389! *Hab. ad vias et in collibus asperis Siciliae.* ♃.

n. 58. GALIUM *Mollugo.* Addantur synonyma: *Bertolon. Amoen.* p. 16. *Link Enum.* p. 135. *Röhling Deutschl. Flor. Mert. Koch* p. 781. *Svensk Bot. t.* 357. *Smith Engl. Flor. p.* 233. *Plenk off.* t. 55. G. fol. 8-nis, elliptico-lanceolatis, obtusiusculis, mucronulatis, margine scabris; paniculâ subracemosâ, obtusâ, repetito trifido-divaricatâ, foliosâ, multiflorâ; caule tetragono, surrecto, vitigineo, remote geniculato. *Wallr. Sched. crit. p.* 55. cui: *α. latifolium;* foliis lanceolato-oblongis, subsenis, basi attenuatis; verticillis pedunculisque confertioribus. G. *Mollugo α. Leyss. hal.* 57. *β. angustifolium;* fol. linearibus, mucronatis. G. *Mollugo β. Leyss.* *γ? pauciflorum;* pedunculis subumbella-

tis, trifidis, simplicioribus. *δ. racemosum;* ramulis floriferis geniculisque remotis; racemis axillaribus ovatis, obtusis, simplicibus, internodio brevioribus. *ε. virgatum;* ramulis floriferis strictis, virgatis, acutis, foliosis.

Obs. Cli *Mertens* et *Koch* praeter *β* nostrum (quod illis *γ*), *ζ* et *η* nostrum distinguunt: *β* caule ramisque pilis brevibus incurvis. *δ*. *β* nostrum, sed caule supra medium foliisque ibidem glabris, vel his tantum subtus pilosis. *ε*. caule 1-1½ ped., erecto, rigido; foliis angustis, linearibus glabris, lanuginosisve vel pilis brevibus. *ζ*. vix ½ ped., corollis purpurascentibus. Transire colorem corollae ex albo per ochroleucum in flavum. Varietates innumeras fere G. *Molluginis* tutissime et facillime ad suam speciem revocari seriebus 3 glandularum fuscarum minutissimarum, nonnisi sub lente discernendarum, *Mollugini* et *linifolio* tantum propriis, *Wallroth in litt. ad div. Römer.* Varietates in *Sched. crit.* adductas ludere itidem caulibus glabris et hirsutis; *γ* hybridum videri ex G. *Bocconi* patre; G. *tyrolense* hortorum quorundam esse verum G. *Molluginem Wallr. l. c.* G. *tyrolense Willd. Enum.* et *Syst. Veg. ed. nost. p.* 238. n. 65. s. G. *elatum Thuil. paris.* 2. 76 nonnisi *Molluginis* varietatem majorem esse *Link* l. c. monuit. An recte? G. *tyrolense H. paris.* fide spec. apud *Mert.* et *Koch* in *Röhl. Deutschl. Fl.* omnino idem cum *elato*: sed G. *tyrolense* clo *Sprengel* idem ac G. *Mollugo* in S. V. p. 389!! „Folia supra punctis innumeris minimis tota scatent, neque tamen exasperantur, quin potius nitent. Corollae lacinulae acutae, apice inflexae. G. *lucidum* n. 263 amplius non separo, pro varietate angustifolia *Molluginis* habens.“ *M. a Bieb. taur. cauc. Suppl.* p. 107. Specimina in siccis aridis humiliora nomine G. *densifolii* tulit a clo *Persoon*, et nostrum (suum *β*) a clo *Schleicher* nomine *pubescentis* cls *Bertoloni*.

n. 58 a. GALIUM *asperifolium Wall.;* foliis senis, cuneato-oblongis, retusis, mucronatis, patentissimis, breviter petiolatis, supra scabris, costis margineque hispidis; caulibus villosis, tetragonis, brachiatis, flaccidis; paniculis gracilibus; corollis subulatis, germine glabro. *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall* I. p. 381. n. 1.

Caules robusti, pilis numerosis mollibus recurvis; rami copiosi, debiles, articulis subincrassatis. Folia inferiora remota, pollicis et ultra, superiora minora, magis approximata, fere reflexa, cuneata, omnia basin versus in pedunculum brevissimum attenuata, apice acumine triangulari griseo, emarcido, brevi, supra atro-viridia, lucida, scabra, pilis brevibus rigidis, subtus pallida, mollia praeter marginem integerrimum recurvum, costamque elevatam. Paniculae elongatae, foliis floralibus parvis ternis oppositisve, copiosis. Flores fasciculati. Cor. magna, patens, lacinià lanceolatâ singulâ acumine capillari. Stylus bifidus. Stigma capitatum. Germen perfecte glabrum. Habitus *Molluginis,* caulibus ramisque mollibus, foliis interea pilis rigidis scabris: epidermis paginae superioris in siccis facile decedit, cinerascit, et instar CORDIARUM horret. *Wallich l. c.* *In Nepala.* D. *Gardener.*

Pag. 235. n. 59. GALIUM *lucidum.* Addatur synonymon: *Seb.* et *Maur. prodr. Fl. p.* 79. *Link Enum. p.* 136. *Röhling Deutschl. Fl. Mert. Koch p.* 781. et, his testibus (fide spec. G. *lucidi All. a clo Balbis*): G. *erectum Huds.* et *Smith* (S. V. ed. nostr. p. 245. n. 82.) *fide specim. Turner.* G. *Bocconi Tenore.* (Adducunt, uti nos, G. *rigidum Vill.* et *provinciale Lam.*) Excludendum

synonymon *M. a Bieb.*, quod auctori ipsi nunc varietas angustifolia G. *Molluginis.*

Varietates sequentes enumerant cli *Koch* et *Mertens:* α. caule glabro, foliis nitidissimis. β. idem caule inferne ramisque inferioribus pilis lanuginosis tenuissimis brevibus incurvatis. γ. caule inferne vel ad medium usque pilis brevibus, patentibus; foliis nunc glabris, nunc pilis similibus. G. *scabrum Jacq.* δ. foliis tenuibus, filiformi-convolutis; carinâ tantum subtus margine folii aculeolato tenui utrinque cinctâ, prominente; caule 1-1 1/2 ped., nunc diffuso, repando, nunc erecto. G. *tenuifolium Wulf.* (fide specim.) ε. caule 4-8 poll., tenui, gracili, rigido; paniculâ angustâ; foliis 2-3 lin., tenuibus, convolutis, rigidis. G. *corrudaefolium Villars* (fid. specim. *Villarsiani*). G. *tenuifolium Allion.* *Link* l. c. in *lucido* folia 1/2 poll., lin. lata, pedunculos terminales subcorymbosos petit.

Obs. G. *lucidum* se nomine G. *cinerei* a DD. *Persoon, Loiseleur* et *Bonjean*, (uti *Mertens* et *Koch l. c.* a *Schleicher*, qui iterum nomine *bicoloris*, quo olim etiam G. *Villarsi* β idem iisdem misit) nomine etiam *erecti* a D. *Loiseleur* accepisse monet cls *Bertoloni Amoen.* p. 16. ubi sequentibus distinguit: „glabrum, fol. suboctonis, linearibus, subulatisve, aristatis; floribus paniculato-condensatis; corollae laciniis mucronulatis, et notat: „β; caule inferne foliisque primoribus hirtis; δ; caule decumbente, foliis latioribus, obverse lanceolato-linearibus.“ „Caules“ addit „exacte quadranguli, geniculis tumidis, glabri, etiam 2-ped.. Folia in locis siccis subcarnosa, subulata, subtus magis convexa et pallidiora, in humentibus magis plana, duplo saltem latiora, linearia, semper tamen carnosula, utrinque sulco longitudinali, aristulâ albâ, margine deorsum scabriuscula. Rami paniculae primarii oppositi, altero saepius breviore. Flores primum albo-luteoli, dein albi, odori. Corollae laciniae mucronulatae. Antherae luteae.“ Confer etiam *Amoen. p.* 126.

n. 60. Galium *cinereum* restituatur sub diagnosi ab *Allioni* data, cui subjungatur: G. foliis senis octonisve linearibus, mucronatis, margine antrorsum aculeatis; caule debili, ramosissimo, fructuque laevi; corollâ acuminato-mucronatâ. *Smith Engl. Flora p.* 205, quo teste: *Allioni* l. c., et G. *cinereum Decand.* l. c. (fide seminum a divo *Thouïn* ad ill. *Smith* missorum), *Willem. Stell.* 54. *Hook. Scot.* 52.

„Caules 1 1/2-2 ped., diffusi, foliosi, pallidi vel glaucescentes; tetragoni, angulo subinde uno alterove duplicato. Folia vix lanceolata, evenia, utrinque laevia, apicem versus praecipue serraturis setulisve ad marginem simplici serie. Paniculae terminales, trichotomae, corymbosae: supremae aggregatae. Pedunculi laeves. Cor. alba, major quam in *erecto*, segmentis horizontalibus, apice mucronato-acuminatis, nec aristatis: mucrone longitudine et directione vario. Stigmata magna, globosa. Fructus laeves vel subgranulati. Multum affine *erecto*: tempus characterum constantiam docebit. G. *austriacum Jacq.* similius, quam figura; sed folia margine laevia, aut retrorsum aspera. Folia in his 3 speciebus, saltem in siccis, plus minus revoluta.“ *Smith.*

Obs. Synonymon *Gaudini*, qui iconem *Allioni* pessimam dicit, forte excludendum. Nec hujus forte loci G. *cinereum Link Enum.* p. 135, tum ait: „*A Mollugine* vix nisi caule lignoso et foliis longioribus differt. G. *lucidum* ibericum hujus varietas videtur ill. *Marsch. t. cauc.* 3. 107;

sed utrumque vix separandum a *Mollugine.*" *Link.* Hujus β nostrum videtur, quod nomine G. *pubescentis Schrad.* e monte Gerhardi Budae lectum tulimus a clo *Lang*, nisi fors species propria: *Molluginis* varietas saltem esse nequit. Caulis basi lignescens, erectus, firmus, tetragonus, angulis acutis, cinereus. Folia cana, rigida, elliptica, apice obtusissima cum mucrone, utrinque setulis adpressis hispida, margine serrulato-setosa, 9-10 lin., 2-3 lin. lata, patentissima; inferiora reflexa. Rami supra tertiam caulis partem patentes, inferiores foliosi, superiores fere nudi, ramulosi. Flores numerosissimi, conglomerati, pedicellis ultimis brevissimis. Corollae sat magnae, ut videtur e siccis, sordide albae, laciniis obtusis, mucronatis. Fructus in specimine nostro florere incipiente desunt.

n. 61. GALIUM *tenuifolium.* Addatur:

Obs. Cli *Mertens* et *Koch* in *Röhling Deutsch. Flor.* G. *tenuifolium All. lucidi* ε, *tenuifolium Wulf. lucidi* δ esse jubent. Clo *Persoon* GAL. *scabri Jacq.* varietas est.

Pag. 236. n. 62. GALIUM *intermedium.* Addatur:

Obs. Dele 10? ad G. *sylvaticum Bess.* monente ipso *Besser in litt.*, qui varietatem e *Hort. Gorenk.* nomine G. *linifolii* tulit, nonnisi foliis acutis (in *intermedio* obtusis) diversam.

n. 63. GALIUM *sylvaticum.* Addatur synonymon: *Link Enum. p.* 136. *Röhling Deutsch. Fl. Mert.* et *Koch p.* 786. G. *sylvaticum,* fol. 8-nis, ovato-oblongis tenuissime serrulatis, in basin attenuatis, glauco-viridibus; caule tereti, erecto, geniculis nodosis, distantibus, pedicellis umbellato-corymbosis, foliosis, demum erectis. *Wallr. Sched. crit. p.* 55. cui: α *laevigatum:* caule foliisque utrinque laevissimis. G. *laevigatum Vill.?* (sine dubio vero male *Mertens* et *Koch l. c.* qui tantum G. *sylvestre Scop.* cum? huc ducunt.) β. *pubens;* caule foliisque carinâ scabris. G. *sylvaticum Linn., Schrad., Pers.*

Obs. Ill. *de Vest* in *Bot. Zeit.* 1821. *p.* 530 distinguit: G. *sylvaticum,* caule tereti, erecto, laevi; foliis subseptenis, oblongo-lanceolatis, glaucis, margine carinâque scabris; paniculae pedunculis divaricatis, capillaribus: corollis virgineis nutantibus. Et ab hoc specie disjungit GALIUM nostrum *sylvaticum* (in *Obs.*): quod illi GALIUM *Schultesii,* caule tetragono, erecto, laevi; foliis subseptenis, oblongo-lanceolatis, margine scabris, glaucescentibus; paniculae subcorymbosae pedicellis subcapillaribus; corollis subcampanulatis, muticis, quod *prope Klagenfurt in sylva circa M. Rain.* Hoc eodem nomine speciem esse propriam jubent *Mert.* et *Koch* in *Röhling Deutschl. Fl. p.* 787. G. *sylvaticum Syst. Veg. ed. nostr.* clo *Wallroth* l. c. aliud videtur, ob flores sat magnos, et, an ad G. *glauci* varietatem referendum quaerit. Cls *Link* l. c. G. *sylvaticum* nostrum describit. G. *sylvaticum* e Volhynia fert folia viridia, anguste lanceolata, caulem subtetragonum et pedicellos minus capillares quam *austriacum*, a quo tamen specie vix distinguendum. *Besser Enum. volh.* p. 42. Confer G. *aristatum.*

Pag. 237. n. 64. GALIUM *linifolium.* Addatur synonymon: *Link Enum. p.* 136. G. caule tereti, erecto, laevi; foliis subseptenis lineari-lanceolatis, ubique laevibus, subtus glaucis, acutis, muticis; paniculae pedunculis capillaribus; corollis planis, subaristatis. *De Vest Bot. Zeit* 1821. *p.* 531? (Conf. Obs. ad *aristatum*).

„Caulis minime teres. Affine *Mollugini*, at pedunculi terminales subcorymbosi. Folia 8 lin. 2 lin. lata, margine scabra, subreflexa. G. *laevigatum Willd.* vix differre videtur; non est in Horto, nec in Herbario." *Link.*

n. 65. Galium *tyrolense*. Addatur:

Obs. Cls *Link* idem esse in *Enum.* p. 135., ac *Molluginem* ζ; sed non quadrare cum hac varietate descriptionem Willdenowianam recte monent *Mertens* et *Koch* in *Röhling Deutschl. Fl. p.* 780. *Treviranus* idem cum *linifolio* ad *aristatum* duxit in *Link Jahrb. Fl.* 2. *p.* 10.

n. 66. Galium *baldense*. Addatur synonymon: *Röhling Deutsch. Fl. Mert* et *Koch. p.* 793. G. *saxatile Schleich.* et *Sieb. Herb. austr. n.* 44.

Obs. D. *Willdenow* in *Reliquiis* habet G. *baldense*: foliis senis lanceolatis; pedunculis *unifloris*, axillaribus; sed cum? Tulit a Do *Gebhardt monte Baldo.* Differt ab agnatis potissimum foliis mucrone incurvo, nec in pilum, nec in aristam desinente. *Treviranus* (*Jahrb.* 2. *p.* 12.) proximum esse G. *pumilo* (quod idem credit cum G. *Jussiaei Vill.*) hoc tamen charactere differre et ab illo, et a varietatibus minoribus G. *sylvestris.*

n. 66 a. Galium *Panzerianum*; foliis linearibus, inferioribus oppositis. G. *filicaule Reliqu. Willd.*

In *Carolina.* D. *Panzer.* Nomen mutandum erat, cum jam sit *filiforme.*

Pag. 239. Galio *trinacrio* subjungatur:

n. 67 a. Galium *affine*; suffruticosum, procumbens, laeve; foliis suboctonis, lineari-lanceolatis, mucronatis; margine scabris, glaucis, reflexis; paniculâ subsimplici; petalis aristatis; fructu glabro, laevi. G. *aetnense* C. B. *Presl* in *Delic. Prag.* I. *p.* 120.

Radix lignosa, nigricans. Caules basi perennantes, procumbentes, tetragoni, laeves, ramosi, inferne dense foliosi, glauci, digitales et unciales. Folia lineari-lanceolata vel lineari-oblonga, inferiora sena latiora, media octona lineari-oblonga, angusta, conferta. Panicula parva, erecta; flores pedicellati, erecti. Corolla alba. Fructus magni, caesio-nigri, globosi. A. G. *trinacrio* notis indicatis abunde differt, nec cum G. *arenario Lois.* confundi potest. *Hab. in acervis arenarum vulcanicarum Aetnae supra regionem arborum.* ♄. (Nomen mutandum ob *aetneum* antiquius *Bivona.*)

n. 69. Galium *aristatum*. Addatur synonymon: G. foliis senis petiolatis, lanceolatis, planis, reticulato-venosis, mucronato-aristatis, margine antrorsum aculeolatis; caule ramosissimo, diffuso, laevi; fructu reniformi, laevi, distincto; corollâ acuminato-mucronatâ. *Smith Engl. Flor. p.* 203. (et exclude, hujus auctoritate, synonyma, praeter *Linn. Spec.* 152 et *Boccone Mus.* t. 75 et hujus copiam *Barrel. ic. t.* 556.) G. *erectum Don.* (fide specim. apud *Smith*).

„Rad. videtur lignosa. Caules numerosi, pedales, erecti, ramis patentibus, tetragonis, laevissimis. Folia in ramis saepe 4-5" maxima pollicis longitudine, flexilia, utrinque atroviridia. Flores dichotome paniculati, albi, pedunculis gracilibus, laevibus, nec tamen capillaribus. Laciniae corollae patentes, non aristatae, sed acuminatae ut in *erecto* et *cinereo.* Semina subinde

leviter granulata. *Linnaeum* serius cum suo *aristato* confudisse G. *laevigatum*, quod, ut ipse suspicabatur, idem ac *sylvaticum*, distinctum paniculâ capillari, quod neotericorum plurimorum *aristatum* est. Fructus in G. *sylvatico* globulus parvus, duplicatus, seminibus globosis arcte congestis; folia subtus glauca; caulis teres; quibus characteribus abunde ab *aristato* differt." *Smith.*

Obs. Cls *Treviranus* in *Link Jahrb.* 2. p. 11. huc spectare monet: G. *sylvaticum Pollin. Viagg. al M. Baldo* 17. 95, 197.; *Balb.* et *Nocc. Fl. ticin.*; *Galium n.* 2. *Seguier Fl. veron.* 1. 188.; G. *aristatum Wulf.* in *Röm. Arch. Bot.* 3. p. 233.; G. *laevigatum Vill. Delph.* 2. p. 317. (excl. syn. G. *sylvatici Linn.* et syn. *J. Bauh.*); G. *linifolium Lam. dict.* 11. 578.; *Ait. Kew.* 1. p. 144., *Willd. Enum.* 153; G. *tyrolense Willd. Enum.* l. c.; dubitare se vero, utrum G. *linifolium Dec.* hujus, cum *Decandolle*, licet sub signo?, citet G. *glaucum Sut.* et *Hall.* n. 716., a suo *aristato* omnino diversum. — Attamen, cum cls *Decandolle* G. *linifolium Lam.*, amici sui, sine dubio, *Barrelier ic.* 356 et 583, *Bocconi l. c.*, GAL. *laevigatum Vill.*, G. *aristatum sine dubio* citet, quis non „ubi plura nitent, cur ego paucis offendar maculis" dicet? *Aristatum Linn.*, quod ill. *Smith* „speciem paucis notam" dicit, cls. *Lamarck*, *Villars*, *Aiton*, *Willdenow* dubium erat. Quis G. *tyrolense*, et *linifolium* eandem esse facile plantam credet, cum, monente ipso *Treviranо*, D. *Otto* observasset G. *tyrolense* nonnisi in umbra, *linifolium* vero ubique laete vigere? Et quomodo, quaesumus, G. *aristatum Linn.* a *sylvatico*, ut videtur clo *Treviranus*, foliis rigidioribus se distinguet, cum ipsissimus *Linnaeus* suo GALIO *aristato* adjecisset: „folia minime rigida!" Dubiis ergo, quae solvi credidimus, nova progignuntur! Nec solvit ill. de *Vest bot. Zeit.* 1821 p. 527. qui G. *linifolium Ait.* et *Willd.* synonyma facit *aristati*, de planta vero *Barrelieri* 583 recte dubitat, anne potius ad *linifolium Lam.* spectet. Hoc tamen autographo divi *Wulfen* ad specimen Villarsianum *laevigati* evicit ill. *de Vest*, *laevigatum Vill.* et *aristatum Wulf.* esse unam eandemque plantam s. *linifolium Lam.*, et p. 530 distinguit „G. *aristatum* L.? an *hybridum*? caule tetragono erecto laevi, foliis subseptenis lanceolatis margine carinâque scabris, paniculae pedunculis capillaribus divaricatis, corollis planiusculis cuspidatis;" addens: „si folia *aristati* laevia, margine scabriuscula, hoc diversum" (quod nobis sane videtur) et *linifolium*, ut sub eodem diximus, designat. Nec solvunt, sed potius augent, cli *Mertens* et *Koch* in *Röhling Deutsch. Fl.* p. 788., cum G. *aristatum Linn.* idem dicant cum G. *aristato Wulf.*, et G. *laevigatum Vill.* (ad *sylvaticum* ducentes) ab eodem sejungant non obstante autographo Wulfeniano supra a *de Vest* citato; cum porro *linifolium Ait.*, *Willd.*, *Link*, quod ad suum *aristatum* ducunt, sejungant a *linifolio Lam.*, ad quod *laevigatum Vill*, auctore *Decandolle*, ergo etiam *aristatum Wulf.*, omnino spectat. Dubia haec nonnisi speciminum auctorum collatio solvere potest hucusque ubique neglecta, ut ex recentissima hujus speciei expositione a *Moretti* data in *Giorn. di Fis.* 1825, T. VIII., 6. Bimestre, p. 467. videmus, ubi sub G. *aristato*, foliis octonis lanceolatis laevibus, paniculâ capillari, petalis aristatis, seminibus glabris, junguntur G. *aristatum Linn. Syst. nat.* ed XII. II. p. 118, *Wulf. Fl. noric. ined.* (fid. specim.), *Willd. Sp. Pl.* I. p. 592, *Turr. Fl. ital. pr.* p. 18., *All. Fl. ped.* I. p. 7., *Poll. Fl. Veron.* I. p. 171, G. *laevigatum Linn. Sp. Pl. Append.* p. 1667, *Vill. Delph.* II. p. 327 (excl. plur. syn.), G. *bericum Turr. Veg. mont. Bald.* in *Giorn. d'Ital* I. p. 119 et 27, G. *linifolium Lam. Enc. bot. ed. Pad.* II. p. 572, G. *aetnicum Bivon. Stirp. sicil. manip.* IV. p. 21, G. *aetnense Presl. Pl. rar. Sic.* p. 120, G. *tyrolense Willd. Enum.* p. 153, *Pollin Fl. veron.* I. p. 171, G. *sylvaticum Nocc.* et *Balb. Fl. ticin.* I. p. 73, *Pollin.* l. c. p. 170, *Suffr. Frioul.* p. 117, *Comoll. Prodr. flor. comens.* p. 23, et nescimus, cur reliqua vix non omnia.

n. 69 a. GALIUM *gibraltaricum Schott. fil.*, foliis octonis; inferioribus ovatis, margine revolutis, hispidulis; paniculâ composita; petalis cuspide incurvâ. *Schott. fil.* in *Schreib. Nachricht.*

Caules pilosi, aciebus minute muriculatis. Folia summa opposita. Corolla 4-partita, laciniis oboviformibus, lateribus revolutis. Fructus glabri. A GAL. *aristato*, cui forte simile, differt: flo-

ribus luteis, radice annuâ, et altitudine saepe 3 ped. *Hab. in montosis Gibraltariae.*

Pag. 240. n. 71. G. *hierosolymitanum.* Addatur:

Obs. Sprengel S. V. p. 391. speciem hanc cum G. *paschali Forsk.*, nomine *paschalis*, conjungit tanquam unam eandemque speciem. Si vero ita omnino se res haberet, nomen antiquius *Linnaeanum* retinendum fuisset, nec cum recentiore *Forskoliano* commutandum.

n. 73. Galium *glaucum.* Addatur synonymon: G. *glaucum*; foliis suboctonis, lateribus revolutis, scabris, glaucis; caulibus diffusis, adscendentibus, superne tetragonis; ramis alternis paniculato-trichotomis; corollis campanulatis, mucronatis. *Besser in litt.* et, hoc teste, omnino Asperula *galioides M. B. M. a Bieb. taur. cauc. Suppl. p.* 104. Asperula *galioides*; fol. subsenis, linearibus, sulcatis, subtus ramulisque junioribus glaucescentibus, margine hispido-reflexis; floribus subumbellatis terminalibus, tubo brevi fructuque glaberrimo. *α.* glabra, caule foliisque glabris. *Wallroth Sched. crit. p.* 60. *Bess. Enum. volhyn. p.* 7. *Spreng. S. V. p.* 396.

„Habitu firmiore, aut graciliore flaccido variat. Corollae lacinulae apice inflexo - unguiculatae. Ab hac distinguit *Besser Cat. Crem.* 1811. *Suppl.* 3. p. 4 et *Cat.* 1816 indigenam Galiciae et Volhyniae A. *glaucam*, discrepantem habitu firmiore, foliis plerumque 8-nis duplo latioribus et brevioribus, superne magis glaucescentibus; floribus confertioribus, praecocioribus, et corollae lacinulis non unguiculatis; quae species mihi nondum rite innotuit, ex siccis enim speciminibus ob summam hujus affinitatem, nil quod mihi sufficeret, colligere potui. Id quidem pro certo affirmabo, nostram taurico-caucasicam non differre ab ea, quam ante 30 annos in Suevia legi.“ *M. a. Bieb.* In Herbariis antiquis occurrit etiam nomine Asperulae *belgicae*.

Pag. 242. n. 74. Galium *campanulatum Vill.* Addatur synonymon:

G. *campanulatum*; foliis octonis, lateribus revolutis, scabriusculis, glaucis; caulibus erectis, teretibus; ramis oppositis, paniculato-trichotomis; corollis campanulatis. *Besser in litt.* Asperula *glauca Besser* (se teste) *Enum. Volhyn. p.* 7. et G. *glaucum Jacq. t.* 81. Ergo Asperula *galioides. Röhling Deutsch. Flor. Mert. Koch p.* 765 (excl. syn. *Bieberst.*) G. *Halleri Suter.*

Obs. Gal. *glaucum Jacq.* nequaquam diversum esse a G. *campanulatò Vill.* omnino persuasus sum. Asperula *glauca* nostra non diversa a G. *glauco Jacq.*, et, me hercle, non discrepat a descriptione optima *Gmelini* G. *campanulati.* Quadrant omnia, et articuli violaceo - purpurascentes (character tamen non constans.) Notandum icones plurimas Jacquini esse a plantis cultis desumtas; hinc folia nimis lata culturae adscribenda. G. *glaucum* (Asperulam *galioidem* M. B.) tam e seminibus lutetianis, quam landishutanis, tauricis et podolicis possideo, et exsiccatam ad Tanaim lectam ab exc. M. *Bieberstein.* Hanc solam video differentiam: plantae junioris et debilioris caules sunt tetragoni, diffusi, patentes, pedales; folia suboctona, breviora, magis patentia, glaucaque; in adultioribus cau-

les 2-3 ped., adscendentes, basi teretes, apicem versus tetragoni; folia longiora, inferiora 8, stricta, minus glauca. Melius hae species fors sub ASPERULIS militarent; habitus illarum potius ASP. *cynanchicae, tinctoriae, aristatae,* quam GALIORUM lateriflororum. Idem videtur de GALIO *humifuso* ab ASPERULA *Aparine* generice non separando. G. *glaucum Scop.* videtur alia planta ob corollae tubum longum et colorem rubrum albumve corollae; potius A. *cynanchicae* affinis. *Bess. in litt.* Clis *Mertens* et *Koch* specimina G. *glauci* gallica a Jacquinianis diversa videntur corollis minoribus, fol. pallidioribus.

n. 74. a. GALIUM *pallidum Presl;* glaucum; caule adscendente, tetragono, glabro; foliis senis, linearibus, margine revolutis (et) scabris; paniculâ trichotomâ; corollae tubo brevissimo; petalis aristatis; fructibus glabris, laevibus. C. B. *Presl in Delic. Prag.* I. *p.* 121.

Radix perennis, inter saxa plerumque calcarea haerens, nigricans. Caules plures ex unâ radice, glauci, simplices aut basi ramosi, foliosi, pedales et ultra. Folia mucronata, utrinque glauca. Panicula digitalis et semipedalis: ramis erectis, trichotomis, multifloris. Flores brevissime pedicellati. Corolla alba. Fructus nigricantes. Affine G. *glauco,* sed differt: 1.) caule tetragono, adscendente; 2.) foliis semper senis; 3.) floribus paniculatis, paniculâ trichotomâ; 4.) corollae tubo brevissimo, limbi laciniis aristatis; 5.) staturâ minore. *Hab. in rupibus Siciliae.* ♃.

n. 76. GALIUM *rubrum.* Addatur synonymon: *Nocc.* et *Balb. Fl. ticin.* I. *p.* 74. et 242. *t.* 8. *Röhling Deutsch. Flor. Mert. Koch p.* 784. G. *purpureum;* hirtum, diffusum; foliis suboctonis, tenuibus, obverse elliptico-lanceolatis linearibusve, mucronatis; paniculis capillaribus, divaricatis; corollae laciniis longe aristatis. *Bertol. Amoen.* p. 14. n. 3. (excl. syn. *purpurei Linn.*) G. *mucronatum Savi* 2 *Cent.* p. 44 (teste *Bertoloni,* fide specim. *Savi.*) G. *obliquum Vill. Delph.* II. p. 320. n. 9. t. 8. *Pers. syn.* I. *p.* 127. *n.* 46 (teste *Bertolon.,* qui hoc nomine etiam a *Römer* et *Schleicher* tulit. Clo *Treviranus* vero in *Link Jahrb.* II. *p.* 11. hoc hujus β est: floribus albis.) *Wulf. Descr. pl. rar. p.* 15. *β.* totum glaberrimum. *Bertolon.* l. c.

G. *rubrum Willd. Enum.* p. 153. non differre a *purpureo* monet *Link Enum. p.* 136. Differt tamen abunde diagnosis! Utrum G. *rubrum Dum. d'Urville Enum. pl. Orient.* p. 17. huc spectet? recedere monet a specie Linnaeana: „foliis duplo longioribus, pedicellis paululum longioribus, saepe dichotomis, atque fructibus duplo minoribus." Clis *Mertens* et *Koch l. c.* G. *obliquum Vill.* seu *mucronatum β Decand. rubri β* est floribus albis, et ejusdem γ fol. latioribus, inferioribus subellipticis, G. *mucronatum α Dec.* (excl. G. *scabro Jacq.*)

Obs. Editores *Syst. Veg.* ed. hujus, Willdenowium sequentes, pro hac specie habuere GAL. *purpureum Linn.*. De hac specierum commutatione primus nos monuit *Allionius Flor. pedem.* 1. *p.* 5. *n.* 20: „puto hoc pro *purpureo* a non paucis auctoribus habitum fuisse." Si Botanici attendissent ad hoc *Allioni* monitum, tum ad definitiones Linnaeanas G. *rubri*

et *purpurei*, demum ad *Smithii* monitum: „nulli GALII *purpurei* iconi fidendum esse, *Linnaeus* enim sub hoc „(non vero sub *rubro!*)" falsas icones attulerat," facile errorem hunc editores intellexissent. Hinc restitue GALIUM *rubrum* ut in *Bert. Amoen. ital. p.* 126. *n.* 61." *Bertol. in litt.* qui pari ratione etiam restitui ad *Amoen. ital. p.* 14. *n.* 3. suadet.

Pag. 243. n. 77. GALIUM *purpureum*. Addatur synonymon: *Nocca et Balb. Fl. ticin.* I. *p.* 73 et 243. t. 3. *Röhling Deutsch. Flor. Mert. Koch* p. 785. G. *rubrum*; pubescens; foliis suboctonis, lineari-setaceis; ramis nutantibus, pedunculo bracteis sublongiori. *Bertol. Amoen.* p. 126. *Seb.* et *Maur. prodr. Fl. rom.* p. 79.

Folia, rami apice nutantes, flores plus minus secundi. Corollae levi arefactione clauduntur. *Bertol.*. Huc, si quid in *Sprengel S. V.* augurari licet, G. *rubrum* suum.

Pag. 244. n. 78. GALIUM *tenuissimum*. Addatur synonymon: *M. a Bieb. taur. cauc. Suppl.* p. 107.

Simillimum huic G. *divaricatum* pedicellis multoties brevioribus discrepat. *M. a Bieb. l. c.* Censori in *Diario Gottingensi* idem videtur ac GALIUM *floribundum*.

Pag. 245. *n.* 82. GALIUM *erectum*. Addatur synonymon: *Smith Engl. Flor. p.* 202.

Obs. Omnino idem esse cum *lucido* (quod confer) fide spec. affirmant *Mertens* et *Koch* in *Röhling Deutsch. Fl. p.* 781. *Smith* vero, qui plantas *Allioni* aeque perspectas habet, ac illas *Hudsoni*, silet de hocce synonymo. *Wahlberg Fl. Gothob. p.* 22. idem cum *Fries Nov.* G., GALIUM *Mollugo γ. erectum* dicit, et descriptio ab illo data omnino convenit cum *erecto*.

n. 83. GALIUM *tricorne*. Addatur synonymon: *Smith Engl. Fl.* p. 205. *Röhling Deutsch. Fl. Mert. Koch. p.* 771. VALANTIA *spuria Pers. Syn.* I. p. 129 (excludatur *ejusd.* V. *Aparine*). *Savi bot. Etrusc. p.* 124. *Seb.* et *Maur. prodr. Fl. rom. p.* 80. GAL. *spurium Hoffm. germ. p.* 75. (*fide Wallroth in litt. ad div. Römer*). G. *triflorum Röhling Fl. p.* 148.

Obs. Huc, ex descriptione, spectare videtur GALIUM *spurium Brot. Fl. lusit.* p. 150. n. 7. Ill. *de Vest* in *Bot. Zeit.* 1821 *p.* 532 distinguit G. *tricorne* pedunculis communibus plerumque folio brevioribus; pedicellis fructus deflexo-incurvatis; fructibus verrucoso-scabris et setis brevibus hispidis; floribus lateralibus-saepe tantum trifidis, masculis; caule magis firmo erecto; addit vero: „fructuum hispiditas in hoc genere non constans: si ergo reliqui characteres non sufficerent pro differentia specifica, *spurium* et *tricorne* conjungenda essent." G. *diffusum Schleich.*, fide speciminis *Schleicherian.*, huc spectat.

Pag. 246. n. 84. GALIUM *anglicum*. Addatur synonymon: *Smith Engl. Flor. p.* 209. *Brotero Fl. lusit p.* 149. *n.* 5. G. *rubrum Poll. palat.* (fide *Koch* et *Ziz.*) G. *scabrum Rochel pl. pan. exsicc.* C. III. fide de *Vest. bot. Zeit.* 1821. p. 532. (sed corollae laciniae acutae). G. *gracile Wallr.*; foliis reflexis, antrorsum hispidis: infeferioribus ovatis, subquaternis; superioribus senis, lance-

olatis, duplo majoribus; corollis germine minoribus, pedunculis communibus bracteatis, patentibus; partialibus inaequalibus, bifidis, aphyllis; fructu ruguloso duplo longioribus. *Wallr. Sched. crit. p.* 57. G. *gracile* β *Röhling Deutschl. Flor. Mert. Koch p.* 776. (quibus testibus G. *parisiense Wulf.* fid. specim. omnino ad *parisiense* spectat, et huc adhuc) *G. rubrum Pollich*, G. *uliginosum Spreng.* et nostrum, G. *parvifolium Gaud. n.* 85 (quod vix ac ne vix!) G. *scabrum Fl. Hal.* G. *divaricatum Pourret*, fide *Smith Fl. angl.* 209.

Obs. „GALIUM *anglicum* delendum, et *parisiensi* subscribendum instar β, (ut in *Amoen. p.* 17. et *Seb.* et *Maur. prodr. Fl. rom. p.* 79.) qua de re ne minimum quidem superest dubium, non obstante Gallorum Anglorumque antipathiâ.“ *Bertol. in litt.* Idem sentit *de Vest l. c.* Attamen characteribus a se *Fl. brit.* l. c. datis a G. *parisiensi* L. differre manifeste, iterum monet ill. *Smith Engl. Fl. l. c.*, cum *Sprengel S. V.* p. 392 idem sub nomine *parisiensis* sepeliisset. Descriptio *gracilis* data a clo *Wallroth* omnino *anglici*. Pro G. *uliginoso* habuisse suum *gracile* et clm. *Sprengel* et clm. *Schrader*, pro intermedio *anglicum* inter et *litigiosum* clm. *Mertens*, *Wallroth l. c.*

Pag. 247. n. 86. GALIUM *divaricatum*. Addatur synonymon: *Link Enum.* p. 136?

Caulis et folia asperrima: *Link*; quod etiam in spontaneis pannonicis. Clo *Loiseleur scabri* varietas videtur, uti nunc legimus; sed idem *Loiseleur* G. *tenue Vill.* fide speciminis auctoris idem dixit cum *divaricato*, et tamen nunc *Sprengel S. V.* p. 388. n. 36 G. *divaricatum Lam.* et n. 38 *tenue Vill.* tanquam distinctas species proposuit.

n. 87. GALIO *uliginoso* addantur synonyma: *Vest bot. Zeit.* 1821. *p.* 535. *Fl. Dan. t.* 1509. *Fl. lond. nov. ser. fasc.* 4. t. 20. G. fol. subsenis lanceolatis, basi attenuatâ cauleque erecto retrorsum, apice antrorsum hispidis; corollis germine majoribus; pedunculis communibus bracteatis, divaricato-refractis; partialibus bifidis, aphyllis, fructus laeves subaequantibus. *Wallr. Sched. crit.* p. 57. *Röhling Deutschl. Fl. Mert. Koch* I. p. 775. *Nutt. gen. p.* 73. *Smith Engl. Fl.* p. 201. (qui *Barrelier* t. 82 excludendum esse).

Obs. Brotero suo GALIO *uliginoso*, adductâ definitione *Linnaei*, addit: „Caulis 4-5 poll., angulis 4 scabris; folia glabra, revoluta, 3-4 lin. longa; corymbi terminales trifidi; flores albi, parvi, unam lineam lati. *In sylvis humidis circa dumeta, maxime prope Torres Vedras.*“ *Hallerum* dubitare, utrum G. *uliginosum* differat a suo GALIO n. 718. (G. *helvetico Weig.* et *saxatile Sutt.*): at differre, inflorescentiâ licet eâdem, G. *hercynicum* s. *saxatile* foliis multo latioribus, margine vix scabriusculis, caule laevi, fructibus majoribus. *Vest l. c.* Confer G. *elongatum.*

Pag. 248. n. 89. GALIUM *micranthum*. Addatur synonymon: G. *parviflorum Rafinesque*, (fide *Spreng. S. V. p.* 392).

n. 90. GALIUM *brachiatum*. Addatur synonymon: *Nuttall gen.* p. 93.

n. 91. GALIUM *megalospermum*.

Obs. Cls. *Sprengel S. V.* p. 391. nostrum *β*, *arenarium Lois.*, speciem propriam, *G. arenarium* esse jubet.

Pag. 249. n. 94. GALIUM *saccharatum*. Addatur synonymon: *Röhling Deutschl. Flor. Mert.* et *Koch* I. p. 772. VALANTIA *Aparine Pers. syn.* I. p. 129 (fide *Wallroth in litt. ad div. Römer.*) G. *verrucosum Sibth. Smith Fl. graec.* t. 133. *Smith Engl. Flor. p.* 204. *Hook Scot.* 52. G. *tricorne Don. H. Br.* 103.

Pag. 250. n. 95. GALIUM *chersonense* deleatur, utpote idem cum G. *Cruciata*, quod confer.

n. 97. GALIUM *tauricum*. Addatur synonymon: VALANTIA *taurica M. Bieb. taur. cauc. Suppl.* p. 640. V. *rediviva Hoffm. H. mosqu.* 1808. n. 3387.

Pili longiusculi apicis pedicellorum abscondunt germina, quae jam pilis, longe tamen quam in pedicellis brevioribus, magis minusve pubescere animadverto: fructus vero mihi calvi apparuere. *M. a Bieb.*. Clo *Sprengel* planta haec antiquissima G. *reflexum Presl* est in *S. V.* p. 392.

Pag. 251. n. 100. GALIUM *spurium*. Addantur synonyma: G. fol. suboctonis, margine cauleque retrorsum aculeatis; pedunculis axillaribus cymosis, fructu glaberrimo, erecto. *Smith Comp. Fl. brit. p.* 25. *Engl. Bot.* 1871. *Engl. Flor.* p. 206. et, hoc teste, *Vaill. paris. t.* 4. f. 4., excepto b. G. foliis senis, carinatis, lanceolatis, cauleque flaccido setuloso-scabris; pedunculis axillaribus subquadrifloris, folia excedentibus; pedicellis divaricatis; fructibus rugosis, demum glabris. *De Vest bot. Zeit.* 1821. p. 532. G. *agreste β lejospermum*, fructibus laevissimis *Wallroth Sched. crit.* p. 59. *Röhling Deutschl. Flor. Mert. Koch. p.* 775. G. *hispidum Hoffm. germ.* I. *p.* 74. G. *spurium Linn. Spec.* I. *p.* 154 nec *Auctor.* *Link Enum. p.* 136?

Flores virides. Semina reniformia. *Smith.*

Obs. „GALIUM *spurium Besser Fl. Gal.* 1. p. 367. videtur idem cum G. *adhaerente Gaud. Fl. helv.* Ms. An re verâ specie distinctum? Genicula quaedam parum villosa etiam in G. *spurio* vero vidi. G. *spurium Roth*, quod haud ita recte idem cum nostro credidi, videtur, quantum ex descriptione apparet, verum G. *spurium* L." *Bess. in litt.* „G. *spurium* in systemate hodierno titulum vagum praebet, et hinc ob errores innumeros melius ommittitur. Aliud enim auctores varii intelligunt, quam *Linnaeus*, ut ex G. *spuriis Willd.*, *Hoffm.*, *Spreng.*, *Dcd.* patet." *Wallr.* l. c. p. 60. Cli *Mertens* et *Koch l. c.* huc ducunt instar synonymorum G. *spurium Roth N. Beytr.* et *ejusd. hispidum Fl. germ.* *Link* l. c. petit: „caulem retrorsum aculeatum; corollam albam; fructum granulis minutis inspersum."

n. 100 a. GALIUM *involucratum Humb. et Bonpl.*; caulibus procumbentibus, glabris; foliis quaternis, lineari-lanceolatis, apice setigeris, margine ciliatis et revolutis,

internodia aequantibus; pedunculis unifloris; flore involucrato sessili; fructibus glabriusculis. *Humb. et Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. p. 335. G. *sessiliflorum* caulibus divaricatis, ramosis; foliis 4-nis, hispidis; pedunculis axillaribus, di-tetraphyllis, unifloris. *Willd. Herb.* huc spectare nobis videtur. (Adsentitur etiam *Spreng. S. V. p.* 387).

Rad. perpendicularis. Caules cespitosi, debiles, ramis abbreviatis. Folia sessilia, margine pilis setiformibus, apice acuminato-setigera, rigida, 2-4 lin.. Involucrum 4-phyllum, foliolis foliis similibus, sed multo minoribus, patentibus, flori subaequalibus. Cor. rotata, profunde 4-fida, glabra, laciniis ovatis, acutis, trinervibus. Stamina laciniis dimidio breviora, longitudine stylorum 2. Fructus subrotundus, magnitudine grani majoris Sinapis. *Kunth* l. c. *Juxta urbem Quito* ⊙.

Obs. Sprengel huc sine dubio trahit G. *ciliatum Ruiz* et *Pav.*, quod ex descriptione omnino simile videtur: si vero, ut cls *Sprengel* l. c. affirmat, omnino idem, tunc nomen antiquius *Ruiz* et *Pavon* retinendum fuisset.

n. 100 b. GALIUM *elongatum Presl;* foliis subsenis, oblongo-lanceolatis, margine hispidis, summis inaequalibus; caule erecto, elongato, tetragono, laevissimo, geniculis tumido; floribus paniculatis, densis, (fructibus glabris, laevibus.) C. B. *Presl in Delic. Prag.* I. p. 119.

Caulis 2-3 pedalis, interstitiis elongatis, (4 pollicaribus), superne ramosus, paniculatus. Folia obtusa, glabra, utrinque viridia, subtus pallidiora, inferiora et media septena et sena, aequalia, suprema i. e. ramea, quina quaternave inaequalia. Flores paniculati, paniculà ramosissimà, densi; corolla alba, rotata, tubo brevissimo l. nullo, limbi laciniis acutiusculis. Habitus ASPERULAE *longifoliae Sibth. Fl. graec.* t. 118, sed genere differt; affine quoque *palustri;* sed differt: 1.) caule erecto, elongato, laevissimo; 2.) foliis inferioribus aequalibus, rameis inaequalibus; 3.) floribus paniculatis, densis; 4.) magnitudinè et staturà majore. *Sprengel S. V. p.* 388 idem dicit cum G. *uliginoso*, a quo abunde differt. *In humidis ad rivulos Panormi Siciliae.* ♃.

Pag. 252. n. 101. GALIUM *saxatile.* Addatur synonymon: G. foliis subquinis, obovato-oblongis, breviter mucronatis, subpetiolatis, margine scabriusculis; caulibus procumbentibus, ramosis, laevibus; corymbis terminalibus axillaribusque foliis longioribus. *De Vest Bot. Zeit.* 1821. *p.* 559. *Fl. Dan.* 1633. *Link Enum. p.* 136. G. *hercynicum Röhling Deutschl. Fl. Mert. Koch p.* 793. *Smith Engl. Flor.* 201. (qui *Witheringi* inter et *uliginosum* posuit) G. *ovatum Mönch.* G. *aetnicum Bivona.* fid. *Spreng. S. V.* p. 391.

n. 102. GALIUM *filiforme.* Addatur: VALANTIA *filiformis Spreng. S. V.* p. 394.

n. 103. GALIUM *brachyphyllum.* Addatur synonymon: *M. a Bieb. taur. cauc. Suppl. p.* 107. G. *alpestre Steveni Cat. Hort. Gorenk.* 1812. *p.* 43.

Plantula ramosissima, circiter dodrantalis, tota pube exili scabriuscula, saturate viridis. Folia tantum 2-3 lin., mucrone brevissimo; in caulibus ramisque primariis sena; in ramulis tantum axillaribus floriferis quaterna, sub pedicellis opposita. Pedicelli flore circiter triplo longiores. Cor. alba, laciniis obtusiusculis. Fructus parvi, pubescenti-scabri, uti tota planta, ad lentem hirti. *M. a Bieb.* *In montibus calcareis jugi subalpini Caucasi orientalis circa Buduch.* ♃.

n. 103 a. GALIUM *adscendens Willd.;* foliis quinatis, rameis quaternis, oblongis, obtusiusculis, margine cauleque scabris; pedunculis subdichotomis. *Reliqu. Willd. Ms. Spreng. S. V. p.* 390.

In *America merid. Humb. et Bonpl.*

n. 103 b. GALIUM *reflexum Presl;* foliis quaternis, ovatis, (subtus) reticulato-venosis, cauleque simplici-(ssimo) hirsutis, pilis patentibus; pedunculis axillaribus, oppositis, 1-2floris, hirsutis; fructibus globosis, deflexis, piloso-scabris. *C. B. Presl in Delic. Prag.* I. p. 123.

Planta pusilla, biuncialis, vix digitalis. Radix filiformis, annua, Caulis erectus. Folia obtusa, inferiora plerumque deflexa. Pedunculi folio dimidio breviores, pilis longis, rigidis, albidis hirsuti, post florescentiam deflexi. Flores minimi, albidi. Fructus in paginâ inferiore foliorum reperiuntur, pilis brevibus, rigidis, adpressis scabri. *Presl. Sprengel S. V.* p. 392 hoc nomine antiquissimam VALANTIAM *tauricam* profert, quam confer. *In graminosis humidiusculis Nebrodum Siciliae.* ⊙.

Pag. 253. n. 104. GALIUM *boreale.* Addatur: *Wahlenb. Fl. ups. p.* 55. *Nutt. gen.* 93. *M. a Bieb. taur. cauc. Suppl. p.* 108. *Svensk Bot. t.* 122. *Röhling Deutschl. Fl. Mert. Koch p.* 779. *Smith Engl. Flor. p.* 209. G. *trinerve Mönch.*

„Caucasicum nostrum, fortassis ex loco natali elatiore, est vulgari minus, habitu *valantioidis*, cauleque et foliorum paginâ inferiore manifeste pubescit; sed nec vulgare plane glabrum." *M. a B. l. c.* In *Nepal* planta, omnino europaea, lecta a Cent. *Gardner*, fide speciminis a *Wallich* ad *Smith* missi.

Obs. Varietates 3 notat *Wallroth Sched. crit.* p. 59. 1.) caule basi hirsuto; 2.) caule ramosissimo, procero, cubitali; ad quam G. *rubioides Poll.* et *hyssopifolium Hoffm.* spectare sibi videri; 3.) fructibus obsolete hispidis, et omnino glaberrimis. Ad hanc varietatem, fruct. glaberrimo, videtur spectare: G. *boreale γ Mert. et Koch*, quod G. *rubioides Pollich*, fide eorumdem, et G. *rubioides β* nostrum. *Sprengel S. V. p.* 391. G. *septentrionale Pursh* cum *boreali* conjungit. *Nuttall post boreale* posuit:

n. 105. GALIUM *septentrionale.* Addatur synonymon:

Richardson in *bot. app.* ad *Frankl. Journey* p. 41. *Frankl. App. edit. prior.* Nr. 41.

Caulis 2-ped., erectus, 4-gonus, laevis, nitidus, nodis purpureo-fuscis, angulis scabriusculis. Rami graciles, breves, superiores floriferi. Fol. 1 1/2 poll. internodiis breviora, quaterna, linearia, vix acuminata, supra in marginibus revolutis et subtus in nervis pilis brevissimis scabriuscula. Flores albi numerosissimi. Panicula 3-4-ve trichotoma, divisuris singulis foliolis 2 ellipticis bracteatis. Pedunculi breves glabri, subcorymbosi, erecto-patentes. Cor. alba fructu triplo major, 4-5-6 fida, inter cujus lacinias stamina efflorata reflexa sunt. Fructus setis albis tenuissimis apicibus rectis fere tomentosus. Cum specim. Pallasianis e Sibiria in Herb. Lamb. convenit, etiamsi in illis folia latitudine maxime variant. G. *boreale* (e Scotia) differt: caule pubescenti, foliis latioribus ovato-lanceolatis, superioribus ovatis plerumque 5-nervibus, marginibus fere planis, pubescentiâ pedunculorum patentissimâ, corolla minori, setis fructus apicibus inclinatis (vix tamen uncinatis ut in *Smith Engl. Flor.*). *Richardson.*

Pag. 254. n. 106. GALIUM *rotundifolium*. Adde synonymon:

Bertolon. Amoen. p. 338. G. foliis quaternis, subrotundis, rigide ciliatis, trinervibus; caule decumbente. *Link Enum.* 137. G. *rotundifolium β. S. V. ed. nostr.* (exclude vero *α*, quod *decipiens.*) G. *rotundum Thunb.* (fid. *Steud.*)

Variat glabrum vel pubescens, *) foliis parvis et etiam pollicem longis, semper trinervibus. Panicula divaricata. *Bertolon.* l. c.

n. 106 a. GALIUM *decipiens Ehrh.*; foliis quaternis ellipticis, molliter ciliatis, trinervibus; caule decumbente. *Link Enum.* p. 137 (sub GALIO *elliptico.*) G. *rotundifolium α S. V. ed. nostr.*

Nomen cli *Link* mutandum fuit, cum sit antiquius *ellipticum.*

Obs. Cli *Mertens* et *Koch* in *Röhling Deutschl. Flor.* p. 778 varietatum instar habent *rotundifolium* et *decipiens.* An huc GALIUM *ellipticum;* fol. quaternis, ellipticis, trinervibus, acutis cauleque erecto hirsutis; floribus paniculatis. *Reliqu. Willd. Ms.* originis ignotae?

---

*) Cls *Bertoloni* ne quidem litterâ adjectâ distinguit GALIUM *Barrelieri*, fol. 4-nis, ovatis, trinervibus, cauleque hirsutis; paniculâ capillari, ramosissimâ; seminibus villosis, *Salzmann in bot. Zeit.* 1821 p. 107. Cruciata major, villosa, flore Molluginis albo. *Barrel. obs. icon.* 324, quod idem ac GALIUM *ellipticum*, hirsutum, pilis reflexo-patentibus; foliis quaternis, ovali-ellipticis: caule erecto; paniculâ trichotomâ; fructibus uncinato-hispidis *C. B. Presl Delic. prag.* 1. p. 122. Rubia semine duplici hispido, latis hirsutis foliis. *Boccon. rar. sicul.* p. 10. t. 6. f. 1. (quae species propria apud *Sprengel S. V.* p. 391.) Caulis erectus nec subdecumbens, ait *Salzmann*, sed caules plures, simplices et ramosi, tetragoni, hirsuti, pedales et ultra. Folia sessilia acuta, utrinque hirsuta. Panicula erecta, simplex aut ramosa, glabra, apud *Salzmann* pubescens. Flores pedicellati erecti G. *rotundifolii*, albi. In sylvis montosis Calabriae et Siciliae *Presl*, in Corsicae umbrosis *Salzmann.* Anne idem cum G. *ovalifolio?*

n. 106 b. G. *ovalifolium Schott fil.*; foliis quaternis, subrotundo-ovatis, brevissime cuspidatis, trinervibus, cauleque hirsutis; fructibus lappaceis. G. *hirsutum C. G. Nees ab Esenb. Hor. Berol. p.* 113. *t.* 22. *Spreng. S. V. p.* 391. G. *ovalifolium Schott* fil. in *Schreiber's Nachrichten.*

Caules pedales circiter, adscendentes, tetragoni, articulati, pilis albis, ramis alternis. Genicula tumida, inferiora magis approximata. Folia inaequalia, patentia, in petiolum brevissimum contracta, apice in brevem cuspidem obtusam desinentia, margine plana, integerrima, undique albo-hirsuta. Pedunculi axillares, filiformes, patentes, albo-hirsuti, cymoso-trichovel dichotomi, pauciflori; bracteis primariis quaternis, secundariis oppositis, spathulatis. Pedicelli 2-3, bracteis 2 minutis ovatis, valde hirsutis. Flores campanulati, albi, limbo patente, laciniis ovatis, acutis, dorso longe ciliatis. Stam. limbo breviora, antheris globosis, fuscis. Fructus parvus, setis uncinatis, confertissimis, patentissimis, albis. *Nees l. c.* Caules striati, aciebus inferne villosis, supra glabratis. Folia inferiora 4-na, superiora glabra, linearia. Fructus minutus, dense glochidibus. Differt a *rotundifolio* magnitudine et hirsutie. *Schott.* *Prope Algeciras. Schott. In Castanetis Septentrionem et Orientem versus ab Orotava Teneriffae*, altit. 3000 ped. ♃? L. a *Buch.*

Obs. Cum tria jam sint GALIA *hirsuta*, et ab omnibus receptum illud *Ruiz et Pav.*, nomen mutandum fuerat.

n. 106 c. GALIUM *obovatum Humb. et Bonpl.*; caule subsimplici, piloso; foliis quaternis, subpetiolatis, obovatis, acutis, planis, glabriusculis, ciliatis, internodiis quadruplo brevioribus; floribus terminalibus ternis, pedunculatis; fructibus uncinato-hispidis. *Humb. et Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. 336. *t.* 277.

Caules 1 ½ ped., debiles, pilis sparsis subreflexis. Folia basi cuneato-angustata, reticulato-venosa, membranacea, adjecto petiolo 7-9 lin., 3-3 ½ lin. lata. Internodia 1 ½-2 poll.. Flores magnitudine G. *Aparinis*, pedunculi ½ poll., filiformes, patuli, glabri, basi foliolis 3 involucrati. Cor. rotata, profunde 4-rarissime 5-fida, glabra, albo-violacea, laciniis ovatis, acuminato-cuspidatis, subaristatis, trinervibus, aequalibus. Stamina laciniis duplo breviora. Antherae subrotundae, violaceae. Stylus bifidus, stigmatibus globosis. Pili uncinati, flavi, in fructu magnitudine grani Sinapeos. GALIO *rotundifolio Linn.* habitu proximum, et G. *latifolio Mich.* affine. *Kunth l. c.* *In temperatis r. Quitensis prope Chillo et Cachabamba.* ⊙.

n. 107. GALIUM *bermudianum.* Addatur synonymon: *Nuttall gen.* p. 93.

Pag. 255. n. 111. GALIUM *hispidulum.* Addatur synonymon: *Nuttall gen. p.* 93. G. *hispidum Pursh Amer.* I. p. 104. G. *carolinianum Dietr.*

n. 112. GALIUM *triflorum*. Addatur synonymon: *Nuttall. gen. p.* 93.

n. 112 a. GALIUM *pensylvanicum Willd.*; foliis senis cauleque retrorsum hispidis; pedunculis axillaribus, subbifloris. *Reliqu. Willd. Ms.*

In Pensylvania. Mühlenberg. Videtur ergo excludendum in sequente

Pag. 256. n. 113. GALIO *suaveolente*, quod idem dicitur cum *trifloro* a *Sprengel* in *S. V. p.* 392. et *cuspidato Ellis* in *Herb. Willd.* G. *cuspidatum Ell.* vero ipsi *Nuttall* species genuina est.

n. 114. GALIUM *circaeoides*. Addatur synonymon: GALIUM *circaezans Nutt. gen. p.* 93. GALIUM *brachiatum Mühlenb. Bigelow Flor. bost. p.* 37.

Caulis erectus, minute pubescens. Folia 1-1 ½ poll., ultra ½ poll. lata, trinervia. Pedunculi sub floribus articulati, varie flexi, folio minuto. *Bigel.* Confer G. *pilosum.*

Pag. 257. n. 116. GALIUM *ruthenicum*. Addatur synonymon: G. fol. sub-8nis, lin., supra scabris, m., m., r.; caule ramoso diffuso ramulisque floriferis paniculatis pubescentibus; fructibus villoso-hispidis. *M. a Bieb. taur. cauc. Suppl. p.* 708. *Hall. hist.* I. *p.* 315.

Habitus omnino *veri*, folia huic similia, sicut tota planta pubescenti-aspera, caulina inferiora tantum octona, ramea breviora sena. Ramuli floriferi atque pedicelli villosi. Corollae parvae, luteae. Fructus parvi villis albis, copiosis, parum rigentibus. Species G. *vero* nimis affinis, praeprimis varietati: fructibus hirtis. *M. a Bieb.*, qui olim cum G. *humifuso* commutasse semina. *In Iberia, Tauria, apricis Ucraniae.* ♃.

n. 117. GALIUM *humifusum*. Addatur synonymon: ASPERULA *humifusa*; foliis senis, linearibus, reflexo-patentibus cauleque ramosissimo prostrato villosis; corollae subcampanulatae tubo brevi. *M. a Bieb. taur. Cauc. Suppl. p.* 105 (et exclude in *Fl. taur. cauc.* n. 265 synonymon *Pallasi*) *Bess. Enum. Volh.* p. 7. *Dumont d'Urville Enum. pl. Orient. p.* 15. *Spreng. S. V. p.* 896.

Obs. „Corolla extus pilis sparsis pubescens: tubo circiter longitudine limbi. Fructus glaber, quem ex confuso cum hac specie specimine sicco fructifero GALII *ruthenici* villosum male olim descripsi.“ *M. a Bieb.* l. c. An huc: G. *humifusum*; fol. caulinis octonis, rameis quaternis, lanceolatis; caule prostrato, pubescente. *Reliqu. Willd. Ms.*, ubi e Caucaso a C. Mussin Puschkin. ? *Circa Theodosiam D. d'Urville.*

n. 118. GALIUM *Aparine*. Addatur synonymon: *Wahlenb. Fl. ups. p.* 55. *Svensk Bot.* t. 419. *Nutt. gen. p.* 93. *Bigelow Boston. p.* 37. γ *hirsutum*; caule aculeato, pilis patentibus hirsuto. *Röhl. Deutsch.*

Fl. Mert. Koch p. 774. *δ.* glochidibus paucis, remotis. *Ibid.*

Varietatem foliis senis notat *Wahlberg Fl. Gothoburg p.* 23. Variare foliis 6-9 subspathulatis et lanceolatis, mucronatis, caule quadrangulo subalato, aculeis nonnunquam rectis, et iterum caule foliisque validioribus, pedunculis dichotomis patentissimis, geniculis glabriusculis, cls. *Láng in litt. et specim.* Galium *tenerum Schleich.* nostrum *β* est.

Obs. G. *Aparine* cli *Wallich* in *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 382 ex descriptione a nostro saltem diversum videtur, tum ait: „2 circiter pedum, ramis copiosis oppositis alternisque, quibus plantis propinquis innititur. Folia caulina 6-7 na, 1-2 poll., 2 lin. lata, a medio multum attenuata, superiora minora, 5 na, 6 na, omnia longitudine internodiorum, superne scabra, margine carinâque, ut caulis ramique angulis, aculeolis recurvis pellucidis. Pedunculi axillares, plerumque oppositi et triflori. Cal vix conspicuus. Cor. minutissima, flavescens. Styli 2. Fructus setis hamatis dense obsitus." *Sprengel* in *S. V.* p. 393 Galium *infestum Kit., aparinoides Forsk., brachycarpon Clark, scaberrimum Vahl* eandem esse speciem jubet cum *Aparine*, et *spurium* hujus tantum varietatem fructibus glabris!!

n. 118 a. Galium *elegans Wall.;* foliis quaternis, ovatis vel rotundato-ovatis, obtusis, trinervibus, mollibus, pilosis, nervis villosis; caulibus diffusis, pilosis; paniculis trichotomis; seminibus setis hamosis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 382. n. 3.

Rad. gracilis, repens, rubra, fibris verticillatis. Caules debiles, elongati, quadranguli, bipedales et ultra, juniores villosissimi, serius pilis raris recurvis ad angulos scabri. Folia 1/2-1 poll., sessilia, integerrima, internodiis plerumque breviora, basin versus attenuata, supra punctata, pilosa, subtus glabriuscula, margine nervisque elevatis villosa. Paniculae divaricatae, terminales et axillares, plerumque oppositae, paribus aliquot foliorum oppositorum, ramis filiformibus bracteolatis. Laciniae corollae lanceolatae, acutae, uninerves. Setae seminum rotundorum molles. *Wall.* l. c. *In Nepala. Gardner.*

n. 118 b. G. *caripense Humb.* et *Bonpl.;* caule retrorsum aculeolato; foliis octonis, superioribus senis, oblongo-lanceolatis, mucronatis, margine (et subtus) retrorsum aculeolatis, internodiis multo brevioribus; floribus terminalibus subternis, pedunculatis; fructibus hispidis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. p. 337. G. fol. 6-nis ellipticis, pedunculis dichotomis. bracteis axillaribus. *Reliqu. Willd. Ms.*

Galio *tinctorio* affine. Caules ramosi, glabri, angulis retrorsum aculeolatis. Folia sessilia, basi angustata, apice obtusa, mucronata, plana, membranacea, glabra, 1/2 poll., laete viridia. Internodia bi-superiora unipollicaria. Flores in apice ramulorum gemini aut terni, minuti, pedunculis 2-3 lin., divaricati, basi folio. Cor. campanulato-rotata, profunde 4-fida, glabra, laciniis ovatis, obtusiusculis, aequalibus, trinervibus. Stam. corollâ dimidio breviora. Stylus brevis, bifidus, stigmatibus globosis. Fructus pilis reflexis, coccis magnitudine

Sinapeos. *Kunth* l. c. *In umbrosis prope Caripe Cumanensium.* ⊙.

n. 118 c. GALIUM *piliferum Humb.* et *Bonpl.;* caule retrorsum aculeolato; foliis octonis, lineari-lanceolatis, acuminato-piliferis, glabris, margine subrevolutis nervoque medio retrorsum aculeolatis, internodiis multo brevioribus; floribus terminalibus ternis, longe pedunculatis; fructibus hispidis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. p. 337.

G. *uliginoso* parum simile. An vere hujus generis ob corollam campanulatam? Caules debiles, 2 ped., ramique glabri, angulis retrorsum aculeolati. Folia sessilia, basi cuneato-angustata, 4-6 lin., lineam lata. Internodia 2-3-poll.. Pedunculi terni, uniflori, filiformes, retrorsum aculeolati, 4-5 lin.. Flores magnitudine GALII *veri.* Cor. campanulata, 4-fida, externe adpresso-hispidula, laciniis ovatis, obtusiusculis, aequalibus. Stamina corollâ dimidio minora. Stylus bifidus, glaber; stigmatibus globosis. Fructus pilis recurvatis. *Kunth l. c. In Andibus Quinduensium prope los Gallegos et Quebrada de Tochecito.* ⊙.

n. 118 d. GALIUM *mexicanum Humb.* et *Bonpl.;* caule retrorsum aculeolato; foliis octonis, linearibus, acuminato-pungentibus, glabris, margine revolutis nervoque medio retrorsum aculeolatis, internodiis duplo brevioribus; corymbis terminalibus, subtrichotomis; fructibus hispidis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. p. 337.

Caules 1 ½ ped. ramique glabri, angulis retrorsum aculeolati. Foliola sessilia, basi angustata, rigida, supra nitida, 6-8 lin., 1-1 ½ lin. lata. Internodia 1-1 ½ poll.. Corymbi foliati. Flores solitarii, gemini aut saepissime terni, magnitudine GALII *veri*, pedicellis glabriusculis, basi bracteâ lineari-subulatâ. Cor. campanulata, 4-fida, externe hispidula, laciniis ovato-oblongis, subacuminatis, apice revolutis, aequalibus. Stamina corollâ dimidio breviora. Stylus bifidus, glaber; stigmatibus globosis. Pili in fructu recurvi. An potius RUBIAE! *Kunth* l. c. *In r. mexicano prope Guanaxuato.* ⊙.

Pag. 258. n. 119. GALIUM *aparinoides.* Huic subjungatur:

n. 119 a. GALIUM *trachycarpon Clarke;* fructu densissime hispido; foliis senis, angusto-lanceolatis, longe mucronatis, carinâ margineque aculeolatis. *Clark's Reisen* in *Spreng. N. Entd.* III. *p.* 158 (qui nimium affine *aparinoidi* et *infesto* l. c. dicebat, nunc vero in *S. V.* p. 393 idem dicit.)

n. 120. GALIUM *infestum.* Addatur synonymon: *Link Enum. p.* 137. G. *agreste;* foliis senis octonisve lanceolatis, mucronatis, basi attenuatis, supra scabris, margine carinâque retrorsum hispidis; geniculis nudiusculis,

subapproximatis; corollis (virentibus) germine minoribus; fructibus reniformibus laevibus hispidisve. *α. echinospermum;* fructibus aculeolatis aduncis parce obsitis. *Wallroth Sched. crit. p.* 59. *Röhling Deutschl. Flor. Mert. Koch p.* 775.

Obs. Cls *Treviranus* in *Link Jahrb.* 1. 2. H. p. 11. nonnisi *spurii* varietatem esse monet. G. *Aparines* forte prolem hybridam esse e solo pendentem *Wallroth* l. c. Exc. vero *M. a Bieb. taur. cauc. Suppl.* p. 110 monet G. *infestum* W. K., (quod Aparine vulg. semine minore Tournef. *Vaill. paris. p.* 14 *t.* 4. f. 4.) per Rossiam commune ab *Aparine* differre: foliis angustioribus, plerumque apicem versus minus dilatatis, et praesertim fructibus duplo minoribus: setis brevioribus.

Pag. 259. n. 123. GALIUM *microcarpum.* Addatur synonymon: G. caule laevi herbaceo; foliis subsenis: inferioribus oblongis, superioribus setaceis; pedunculis trifidis: fructibus hispidis. *Dumont d'Urville enum. pl. Orient. p.* 16. G. *eriospermum Chaix.* G. *capillare Cavan.* (quod confer.)

In summis montibus insulae Coi. ⊙.

n. 125. GALIUM *Cucullaria* generis fors proprii. *Smith.*

Pag. 260 n. 126. GALIUM *hispidum.* Adde synonymon: VALANTIA *hispida Link Enum. p.* 260. *Spreng. S. V. p.* 394. VALANTIA *muralis Sieb. Herb. cret.* (fid. specim.)

Fructus pedicellati, bini, reflexi. Cum flos masculus germini hermaphroditi insideat, ut in V. *murali,* ad VALANTIAS referenda species. *Link.*

n. 127. GALIO *tuberoso* subjungatur:

n. 127 a. GALIUM *granadense Willd.;* scabrum; foliis subsenis, linearibus, acuminatis; pedunculis bifloris, diphyllis. *Reliqu. Willd. Ms.*

In Granada.

n. 127 b. GALIUM *kamtschaticum Steller;* foliis quaternis, obovatis, subtrinervibus hirsutis; pedunculis subumbellatis, paucifloris terminalibus; caule filiformi, repente. *Reliqu. Willd. Ms.*

In Kamtschatka. Steller. Dedit *Pallas.*

n. 127 c. GALIUM *caminianum;* caule procumbente, debili, ramoso, glabro; foliis subsenis, ovatis, oblongis, basi angustatis; pedunculis axillaribus, hirsutis, deflexis, trifloris; fructu minimo, hispido. G. *micranthum Dum. d'Urv. Enum. pl. Orient. p.* 16.

An GALII seu VALANTIAE species? *Ad marginem Vulcani insulae novae Camini prope Theram.* ⊙.

Obs. Nomen mutandum erat, cum G. *micranthum Purshii* sit antiquius.

n. 128. GALIUM *pilosum*. Addatur synonymon: *Nutt. gen.* p. 93.

Obs. *Sprengel S. V.* p. 391. Galium hocce varietatem dicit *circaezantis* „foliis ramisque undique villosis, quae in sylvis antiquis Novae Caesareae;" ast *Nuttall*, testis oculatus, utramque speciem distinxit.

n. 129. GALIUM *parisiense*. Addatur synonymon: *Link Enum. p.* 137 (qui etiam G. *anglicum* colit, quod confer.) G. *litigiosum*; fol. subsenis, lineari-lanceolatis, scabris; paniculis axillaribus dichotomis, paucifloris; corollis germine minoribus; pedicellis fructu piloso triplo longioribus. *M. a Bieb. taur. cauc. Suppl. p.* 109. G. *agreste α.* fruct. glochidato-piloso. *Röhling Deutschl. Fl. Mert. et Koch p.* 776. G. *spurium Allion.* (secundum *Decandolle*) G. *parviflorum Mönch.*

Caulis sursum, folia deorsum scaberrima. Cor. perexigua e viridi sordide rubella. *M. a. B.* *In Tauria.*

Pag. 261. n. 130 a. G. *canescens Humb. et Bonpl.*; caule glabriusculo; ramis junioribus foliisque piloso-villosis, quaternis, ovatis, acuminatis, triplinervibus, subtus canescentibus, internodiis multo brevioribus; ramulis floriferis bifidis; floribus alaribus et axillaribus solitariis, terminalibus ternis; fructibus uncinato-hispidis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 336.

GALIO *maritimo* habitu simillimum. Caules pedales, procumbentes, ramique angulis incrassatis glabriusculi, pilis patentibus aut subreflexis: ramuli floriferi bifidi. Folia sessilia, breviter acuminata, reticulato-trinervia, membranacea, 4-5 lin., 2-2 ½ lin. lata. Internodia 1-1 ½ poll.. Flores magnitudine GALII *veri*, pedunculis glabris, ½-1 lin., fructiferis longioribus, reflexis. Cor. rotata, profunde 4-fida, glabra, laciniis ovatis, subacuminatis, trinervibus, aequalibus. Stamina laciniis dimidio breviora, longitudine styli glabri, bipartiti. Stigmata globosa. Fructus tenuissime hispidus, pilis flavidis uncinatis. *Kunth* l. c. *Cum involucrato.* ⊙.

Obs. Anne huc G. *trichospermum*; fol. quaternis, subrotundo-ovatis, acutis, trinervibus, utrinque cauleque hispidis; fructibus hirtis. *Reliqu. Willd. Ms.* (quod div. *Willdenow* ab illustr. de *Humboldt*)? *Sprengel S. V.* p. 393. sine dubio jungit G. quoddam *trichocarpon Willd.* Herb.

Pag. 261. n. 131. GALIUM *villosum Lam.* Addatur

Obs. Huc potius, quam ad *maritimum*, videtur spectare: G. *maritimum*; fructibus hispidis, foliis lanceolatis cauleque herbaceo tetragono hirtis: inferioribus senis, superioribus latioribus quaternis; corymbis axillaribus terminalibusque breviusculis. *De Vest bot. Zeit.* 1821. p. 543.

Pag. 262. n. 132. GALIUM *tomentosum*. Addatur synonymon: *Thunb. in Mém. d. Pétersb. T.* I. *p.* 327.

n. 133. GALIUM *minimum*. Excludatur synonymon GALII *muralis M. a Bieb.*, ipso monente, et addatur: SHERARDIA *muralis Bertol. Amoen.* p. 337. GALIUM *murale*

Seb. et Maur. prodr. Fl. rom. p. 80. ASPERULA *nutans* *Mönch meth.*

Sprengel G. *verticillatum Kunth* cum hac specie conjungit, et SHERARDIAM *erectam Smith.*

n. 134. GALIUM *verticillatum.* Addatur synonymon: *Decand. Fl. franc. Suppl.* n. 3383 a. *M. a Bieb. taur. cauc. Suppl.* p. 109 et, se teste, GALIUM *murale Fl. taur. cauc.* n. 266. (excl. synon. praeter *Pallas* et *Gerard.*)

Distinctissimum a SHERARDIA *murali Linn.* et primo intuitu fructibus subsessilibus, nec pedicellatis reflexis, dignoscendum. *M. a Bieb.*

Pag. 263 n. 136. GALIUM *capillare.* Addatur patriae *Creta*, fide specim. *Sieber* et *Cavanill.*.

Pag. 264. n. 139. GALIUM *horridum.* Addatur synonymon: *Thunb. Mém. de Petersb.* T. I. p. 331.

n. 140. G. *pauciflorum Willd.*; foliis quaternis, oblongis, obtusis, margine et nervo medio subtus hispidis; pedunculis unifloris. *Reliqu. Willd. Ms.*

Sprengel S. V. p. 392. hanc speciem G. *lappaceum* R. et P. esse jubet; sed haud congruunt folia acuminata cum obtusis, et *Pursh hispidulum Mich.* nonnisi cum? cum *lappaceo* conjungit: *Sprengel* vero sine omni dubio, more sibi solito. *In America meridionali. Humb.* et *Bonpl.*

Quid GALIUM *bryophilum Goldbach* in *Weinmann Elench. pl. hort. Pawlowsk.* p. 69? Inter muscos humidiusculos in sylvis umbrosis prope Pawlowsk.

n. 482. VAILLANTIA.

p. 264. VAILLANTIA *muralis.* Addatur synonymon: *Seb.* et *Maur. prodr. Fl. rom.* p. 80. *Trattinn. Thesaur.* t. 36.

Quid VALANTIA *aspera Wald. Kit.* apud *Steudel?*

n. 483. ASPERULA.

Pag. 264. n. 1. ASPERULA *Aparine.* Addatur synonymon: A. fol. octonis lanceolatis, margine carinâque retrorsum scabris; floribus paniculatis: corollâ tubuloso-infundibuliformi. *Reichenb. B. Zeit.* 1823. *p.* 735. *Icon. pl. rar.* t. 93. *M. a Bieb. taur. cauc. Suppl.* p. 105 (exclus. syn. *Sibthorp*, uti etiam apud nos.)

„Notabilem varietatem, distinctam forte speciem, ex Iberia habeo, nisi pygmaeam ex loco natali arido judices. Caulis palmaris, tetragonus: angulis vix exasperatis, ramulis brevibus, floriferis. Folia pro ratione caulis etiam diminuta: setulis marginis atque carinae minimis. Cor. et fruct. ut in vulgari." *M. B. l. c.*

n. 1. a. ASPERULA *rivalis Sibth.*; foliis octonis lanceolatis, margine carinâque retrorsum scabris; floribus panicula-

tis; corollâ campanulatâ. *Reichenb. ll. cc.* A. *rivalis Sibth.* (uti in S. V. ed. nostr. sub A. *Aparine.*)

A priore *Aparine* nonnisi corollâ magis campanulatâ differre speciem distinctissimam, *Sprengel* S. V. p. 397. *In Creta ad ripas fluvii prope Plataniam. Etiam circa Brunam Moraviae* et *Vratislaviam Silesiae, monente Reichenbach.*

n. 1. b. ASPERULA *Tournefortí Sieb.*; foliis octonis senisque ovatis, glabris, margine carinâque laevibus; caule paniculato; corollâ infundibuliformi. *Sieb. Reis. Kret. p.* 316. *t.* 6. *f.* 2. *Spreng. S. V.* p. 395.

Rore glauco tecta, suffruticosa. Caulis articulatus, cortice cinereo, laevi, internodiis folio longioribus, ramis oppositis alternisque. Folia verticillata, coriacea, subconcava, sicca reflexa, 4 lin. longa, 2-3 lata, superiora fere orbicularia. Flores in ramis tantum axillares et terminales, brevissime pedunculati, in apice conferti, fusco-lutei, extus pubescentes, 2 fere lin.. Fructus? *Ad specimen Sieberianum, qui in rupibus ad Dicto, Mirabello, Itaro.*

Pag. 265. n. 2. ASPERULA *odorata.* Addatur synonymon: *Wahlenb. Fl. upsal.* p. 51. *Svensk Bot. p.* 50.

n. 5. ASPERULA *arvensis.* Addatur synonymon: A. *dubia Willd. Herb.*

Pag. 266. n. 6. ASPERULA *hirta.* Addatur synonymon: *Link Enum. alt.* p. 133.

n. 7. ASPERULA *hirsuta.* Addatur synonymon: *Link. Enum. alt.* p. 134. A. *repens;* foliis lineari-lanceolatis, omnibus senis, rarissime quinis; floribus terminalibus, subcapitatis; corollis omnibus quadrifidis; fructu suborbiculari. *Flor. lusit.* p. 152 n. 2. *Phyt. lusit. selectior* p. 23 t. 10.

Cor. alba. *Link.*

Pag. 267. n. 8. „ASPERULA *commutata* deleatur, quia fide speciminum innumerorum ex Capreis lusus tantum ASPERULAE *incanae n.* 9. seu *tomentosae Tenore Nap.* 1. *p.* 34. *t.* 9." *Bertolon. in litt.*

Obs. Cls *Wallroth in litt.* ASPERULAM *hirsutam s. tomentosam Tenore,* quam ad *incanam* duximus, instar speciei propriae habet ab *hirsuta* et *incana* distinctae, quae illi „ASPERULA *Tenori;* pubescenti hirsuta, foliis quaternis, inferioribus oblongis acutiusculis, superioribus oppositis, lanceolato-linearibus; floribus paniculatis, caule corollisque longe tubulosis, dense pubescentibus. Caulis ramosus, erectus, tetragonus, ut partes reliquae pilis densis brevibus patentibus pubescens. Folia inferiora oblonga, internodiis breviora, acutiuscula; caulina superiora lineari-lanceolata, summa opposita bina. Pubes ut in G. *maritimo.*" Sed haec omnino est nostra *commutata,* ab *incana* diversa omnino, ut speciminibus Sieberianis etiam evincitur, et Bertolonianis e Capreis, quae nunc vero etiam 1-1 ½ ped. esse videmus.

n. 9. ASPERULA *incana.* Addatur

Obs. Differt a *commutata*, fide speciminum a clo *Sieber* in Creta lectorum, canitie; foliis semper senis, internodia fere subaequantibus; floribus magis terminalibus, pluribusque in fasciculo singulo. Synonymon Tenori hic delendum. Confer *Obs.* ad praecedentem *commutatam*. *A. incanam Sibth.* minime eandem esse cum *crassifolia* L., ut *Sprengel S. V. p.* 395 asserit, ipsa possessoris Herbarii Linnaei et *Flor. graec.* editoris auctoritas, ill. *Smith*, evincit, qui nunquam unam eandemque plantam duplice nomine salutavit.

Pag. 268. n. 11. Asperula *aristata*. Addatur synonymon: *Link Enum.* p. 134.

„Cor. ochroleuca, aristâ crassâ, conicâ. *Link.* Cli *Koch* et *Mertens* in *Röhling Deutsch. Flor. p.* 764 eandem cum? ad *longifloram* ducunt.

n. 12. Asperula *hexaphylla*. Addatur synonymon: A. *umbellata Willd.* (fid. *Spreng. S. V.* p. 396.)

n. 13. Asperula *pyrenaica*.

Obs. Cls. *Sprengel A. saxatilem Lam.*, a nobis cum? licet hic adductam, ad *nitidam Smith* trahit, nomenque *nitidae Smith* supprimit!

n. 14. Asperula *tinctoria*. Addatur synonymon: *Wahlenb. Fl. ups.* p. 51. *Link Enum.* p. 134 (et, hoc teste: Asp. *erecta Hortul.*) *Svensk Bot. t.* 241.

Pag. 269. n. 16. Asperula *montana*. Addatur synonymon: *Link Enum.* p. 134.

Folia floralia linearia. *Link.*

n. 17. Asperulae *cynanchicae* addatur

Obs. „Exclude synonymon *Columnae*, quod pertinet ad Asperulam *longifloram* n. 26." *Bertolon. in litt.* monuit. Etiam ill. *Smith Engl. Fl.* 1. *p.* 199 synonymon hocce, licet ab illo adductum, in descriptione dubium reddit, tum ait: „fructus granulati, licet non setosi, ut in *Columnae* figura."

n. 17. a. Asperula *alpina M. a Bieb.*; foliis quaternis linearibus cauleque procumbente pubescenti-scabris, opacis: superioribus subaequalibus, patentibus; floribus omnibus 4-fidis. *M. a Bieb. taur. cauc. Suppl.* p. 103. A. *cynanchica Stev. Mem. soc. Mosqu.* 3. p. 253.

Rad. elongata, nigricans, cum rubore translucente: hybernaculo multicipite e basi persistente caulium annosiorum. Caules annotini, digitales, argutius quam in affinibus 4-goni, pube tenuissimâ veluti pulvisculo adspersi, scabriusculi. Folia omnia subaequalia, margine revoluta, obtusiuscula, 4-5-lin., levissime pubescentia. Inflorescentia magis conferta, flores paulo latiores in *cynanchica*, quae caulibus elongatis, obscure tetragonis, foliis longioribus, erectioribus, valde inaequalibus, bracteis angustioribus, mucrone rigidulo, glabra, nitens. — Germina pilis incumbentibus incana. Fructus? — *In Caucasi orientalis alpestribus circa Buduch.* ♃.

Pag. 270. n. 19. Asperulae *rigidae* subjungatur:

n. 19. a. Asperula *scabra Presl*; foliis quaternis: inferioribus oblongis, pubescentibus; superioribus linearibus, duobus minimis aristatis; caule diffuso, geniculato; floribus

fasciculatis, (externe) rugoso-scabris; tubo ovario (glabro) quadruplo (imo quintuplo) longiore. *C. B. Presl in Delic. Prag.* I. p. 124. A. *scabra;* fol. caulinis quaternis, linearibus: inferioribus ellipticis, superioribus binis; omnibus aristulatis corollisque scabris. *Link Enum.* p. 134.

Radix lignosa, flexuosa, subhorizontalis. Caules plures ex eâdem radice, ramosi, quadranguli, inferne pubescentes. Folia infima oblonga, obovatave, parva, pubescentia; media linearia, mucronulata, margine revoluta; superiora mediis simillima sed inaequalia, duobus nempe minimis aristatis; summa i. e. floralia bracteaeformia, bina. Flores in ramulis terminales, sessiles. Corolla albida vel pallide rosea, laciniis limbi quadrifidi oblongis, obtusis, cartilagineo-mucronatis. Affinis A. *rigidae Smith prodr. Fl. graec.;* sed differt: foliis inferioribus oblongis obovatisve, pubescentibus; superioribus linearibus, duobus minoribus; floribus fasciculatis; corollis majoribus, tubo ovario quadruplo longiore, geniculato. *Presl.* „Nomine *tomentosae* accepimus, et convenit cum specimine in Italia lecto, nisi quod undique pubescens. Ab A. *tomentosa Ten.* foliis mucronulatis, a *commutata* foliis corollisque (albis) scabris differt.“ *Link.* *In apricis montanis elatioribus Siciliae.* ♃.

Pag. 271. n. 22. ASPERULA *supina.* Addatur synonymon: *Link Enum.* p. 270 *M. a Bieb. taur.cauc. Suppl.p.* 103.

In horto habitum mutat et erecta fit. *Link:* Flores albi, in *cynanchica* carnei. *M. a Bieb. l. c.*

Pag. 272. n. 26. ASPERULAE *longifoliae* addatur synonymon: A. fol. inferioribus quaternis, lanceolatis; superioribus subbinis, linearibus, elongatis; umbellulis subtrifloris; corollae laciniis infra apicem mucronatis. *Bertolon. Amoen.* p. 337. A. *glauca Traunfelln.* (fid. spec. apud. *Mertens* et *Koch* in *Röhling Deutschl. Flor.* p. 765.) *Sprengel S. V.* p. 394 cum hac conjungit A. *digynam Dufour;* quae tamen *macrorrhiza.*

n. 27. ASPERULA *laevigata.* Addatur synonymon: ASPERULA *fallax Ehrh. Herb.* 142. (fide *Wallroth in litt.* ad d. *Römer*) *Röhl. Deutsch. Flor. Mert.* et *Koch* 1. *p.* 760. (Huc, attamen cum?, cls *Sprengel* ASP. *rotundifoliam Linn. Mant.* trahit.)

n. 28. ASPERULA *calabrica.* Addatur synonymon: ERNODEA *calabrica Link Enum.* p. 138, et, hoc teste: PAVETTA *foetidissima Willd. En. Suppl.* p. 8. ERNODEA *montana Spreng. S. V.* p. 406.

Pag. 273. ASPERULIS addatur:

n. 29. ASPERULA *arcadiensis Sims;* hispidula; foliis senis, oblongo-ovatis, acutis, margine revolutis; caulibus de-

cumbentibus; floribus sessilibus, terminalibus aggregatis, axillaribusque. *Bot. Mag.* 2146.

Caules angulati, hispidi, ramosi, caespitosi. Folia pilosa. Flores rosei. Tubus corollae folio longior: limbus 4-fidus, revolutus. Antherae 4, filamentis brevibus, fauci insertae, cum laciniis alternantes. Stylus tubo corollae longior, apicem versus in lacinias duas inaequales filiformes divisus. Stigmata globosa. *In monte Tyria Arcadiae, a D. Hawkins detecta.* ♃.

n. 30. Asperula *tyraica Bess.;* foliis octonis, linearibus, lateribus revolutis, strictis, subtus glaucis; caulibus erectis, teretibus; paniculâ oblongâ; corollis campanulatis, mucronatis. *Bess. Enum. pl. Volhyn.* p. 42.

Variat caule inferne et foliis subtus hirsutis. Flores albi, praecociores quam in *galioide.* *Ad Tyram. Andrzeiowski.*

n. 484. SHERARDIA.

Pag. 273. n. 1. Sh. *arvensis.* Addatur synonymon: *Smith. engl. Fl.* 1. p. 197. *Svensk Bot.* t. 609.

Obs. Ill. *Smith* hanc forte unicam hujus generis esse speciem genuinam monet. Sh. *fruticosam* L. carere calyce generis, et similem esse Ernodeae *montanae Fl. graecae* t. 143. Sh. *muralis* et *erectae Fl. graec.* t. 115. 116. semina esse disjuncta, oblonga, coronam obscuram, corollam flavam, stigmata simplicia.

n. 485. SPERMACOCE.

Pag. 274. n. 1. Spermacoce *tenuior.* Adde synonymon: *Nutt. gen.* p. 94. *Link Enum.* p. 131 (et exclude apud nos varietatem in *Obs.* l. c.)

n. 1. a. Spermacoce *lanceolata Hort.;* foliis petiolatis, oblongo-lanceolatis; staminibus inclusis; floribus verticillatis. *Link Enum. p.* 132.

Folia 2 poll. et ultra, 10 lin. lata. Cor. alba, parva. *Link.* A *Sprengel S. V.* p. 401 tantum *tenuioris* varietas dicitur. *In Jamaica.* ⊙.

n. 1. b. Spermacoce *diffusa Humb.* et *Bonpl.* in *Syst. Veget. edit. nostr. p.* 531. *n.* 55. et huic addatur synonymon: Sp. caulibus suffruticosis, procumbentibus, teretibus, hirtis; foliis lanceolatis, utrinque retrorsum scabris, margine serrulatis; floribus capitatis et verticillatis; laciniis calycinis duabus multo majoribus, corollam subhypocrateriformem duplo superantibus; capsulis glabriusculis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 343.

Sperm. *tenuiori* affinis, humilis. Rad. perpendicularis, simplex. Caulis ramis oppositis, epidermide solubili. Folia subsessilia, etiam oblongo-lanceolata, acuta, basi angustata, rigida, margine serrulato-spinosa, 8-12 lin., 1 ½-3 lin.. Stipulae apice

dentato-ciliatae, hispido-hirtae, ciliis setiformibus erectis. Internodia $^1/_2$-1 $^1/_2$ poll., in ramulis brevissima. Flores sessiles, minutissimi; verticilli subglobosi, multiflori, magnitudine pisi, terminalis major, foliis 4 involucratus. Cal. laciniis 2 oppositis: longissimis, lineari-subulatis, margine serrulato-spinulosis, inaequalibus; 2 alternis multo brevioribus, setiformibus, margine spinulosis. Cor. minutissima, alba, glabra, tubo tereti, superne parum ampliato, limbi laciniis ovato-oblongis, obtusis, aequalibus, tubum subaequantibus. Stam. exserta. Stigma laciniis patenti-recurvatis, glanduloso-puberulis. Caps. subglobosa, calyce dimidio brevior, magnitudine grani papaveris, coccis laevibus. Sem. fusca. *Kunth* l. c. *In arenosis Provinciae Varinensis, in ripa Apure, in calidis Orinoci.* ♄.

n. 3. SPERMACOCE *latifolia.* Addatur synonymon: *Link Enum.* p. 132, et, hoc teste, SPERMACOCE *ocimifolia Willd.* (*S. V. ed nostr.* p. 530 n. 43.) quam confer infra sub n. 43.

Specimen, quod div. *Willdenow* a *Rudolphi* habuit, hic a clo *Poiteau* e Domingo tulit, plane convenit cum icone Aubletiana. Cor. rubella. *Link*, qui semina e Brasilia.

n. 3. a. SPERMACOCE *capitellata Willd. S. V. ed nostr.* p. 530 n. 42. Addatur synonymon:
SP. fol. ovato-oblongis, utrinque attenuatis, lineatis, glabris; stipulis ciliato-setosis; verticillis globosis; corollis intus villosis; staminibus exsertis. *Spreng. N. Entd.* III. *p.* 46. *Spreng. S. V.* p. 402. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. p. 248 (cui dubia, et qui „an staminibus exsertis?" addit.) SP. *portoricensis Hb. Balbis.*

Caulis cubitalis, herbaceus, glaber, 4-angularis, cubitalis. Folia petiolata, acuta, lineata. Stipulae connatae. Verticilli multiflori. Cor. albida. *Spreng.*, qui proximam *latifoliam* differre floribus axillaribus, corollis intus glabris. *In Cuba et Hispaniola.*

Pag. 275. n. 6. a. SPERMACOCE *cornifolia Fisch.*; villosa, erecta; foliis (elliptico-) oblongis, acutis, venis subtus pubescentibus; verticillo altero terminali quadrifolio; staminibus exsertis. *G. Nees ab Esenb. Hor. Berol. p.* 50. *Link Enum. p.* 132.

Caulis erectus, pedalis, quadrangulus, mollissime villosus. Folia in petiolum decurrentia, venoso-lineata, margine subciliata. Petioli stipulaeque multisetae villosi. Foliorum fasciculi in axillis. Verticilli densi. Flores pallidi. Cal. membranaceus, villosus, laciniis 4 aequalibus, linearibus, ciliatis. Cor. tubulosa, nervis striata. Antherae violaceae. Stylus exsertus. Differt a simili SP. *villosa Sw.* foliis latioribus, solis nervis subtus pubescentibus, staminibusque exsertis, unde corrigenda definitio SP. *villosae:* erecta, foliis ovato-lanceolatis, pubescentibus, verticillo altero terminali quadrifolio, stamini-

bus inclusis. *C. G. Nees* ab E. ad *Herb. Otton.* — Bracteae oblongae, acutae: setae stipularum nullae. Cor. calyce duplo longior, rubra. Stamina exserta. *Link.* *In Brasilia.* ⊙.

n. 7. SPERMACOCE *rubra.* Addatur synonymon: SP. *strigosa Bot. Mag.* t. 1558 (fid. *Sprengel S. V.* p. 402, et, eodem teste:) SP. *involucrata Pursh.*

Pag. 276. n. 9. a. SPERMACOCE *longiflora Humb.* et *Bonpl.*; caule herbaceo, teret, retrorsum hispidulo; foliis lanceolato-oblongis, acuminatis, utrinque hispidulis, margine serrulatis; capitulis terminalibus; corollis hypocrateriformibus, calycem duplo superantibus. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth.* III. p. 346. SP. *longiflora Herb. Willd.* (*Syst. veg. ed. nost. p.* 531 *n.* 49.)

SP. *prostratae Aubl.* et sequenti *psyllioidi* affinis. Caulis pedalis, erectus?, ramosus. Folia subsessilia, basi angustata, membranacea, supra viridia, subtus glaucescentia, margine plana, pollicaria et ultra. Stipulae piloso-hispidae, apice ciliato-setosae. Internodia 2 fere poll.. Capitula solitaria, subglobosa, foliis 4-9 inaequalibus involucrata, iisdem triplo quadruplo breviora, magnitudine PRUNI *spinosae*; multiflora. Flores sessiles, magnitudine VALERIANAE *rubrae.* Cal. superus, 4-partitus, laciniis linearibus acuminato-subulatis, margine serrulato-scabris, aequalibus, basi membranaceis, piloso-ciliatis, tubo corollae dimidio brevioribus. Cor. violacea, tubo tereti, 4 lin., superne scabriusculo, laciniis oblongis, aequalibus, externe hispidulis, tubo triplo brevioribus. Stam. corollam vix superantia. Stylus exsertus. Stigma lobis 2 truncatis. *Kunth l. c.* *In nov. Hispan. prope Ario et urbem Mexico.* ♃.

n. 9. b. SPERMACOCE *psyllioides Humb.* et *Bonpl.*; caule suffruticoso, erecto, quadrangulari, retrorsum scabro; foliis lineari-lanceolatis, utrinque hirtellis, margine serrulatis; capitulis terminalibus; calycibus infundibuliformibus, quadrifidis, corollâ infundibuliformi brevioribus. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 346 *t.* 278.

Caules pedales, ramis patulis. Folia breviter petiolata, acuta, basi valde angustata, margine revoluta, rigida, nervo quoque medio serrulato-scabra, supra canescenti-viridia, subtus pallidiora, 1 1/2 poll. et ultra, 2-2 1/2 lin. lata. Stipulae abbreviatae, apice ciliato-setosae. Internodia 15-20 lin.. Capitula in apice ramulorum sessilia, foliis 6-8 capitulum triplo quadruplove superantibus involucrata, subglobosa, florifera magnitudine pisi majoris. Flores subsessiles, magnitudine ASPERULAE *cynanchicae.* Involucrum multipartitum, laciniis setiformibus, villosis, flore duplo brevioribus. Cal. 4-fidus, laciniis lanceolatis, acutis, hispidis, aequalibus, longitudine tubi corollae. Cor. glabra, alba, laciniis patentibus, ovato-oblongis, acutis, obsolete trinervibus, apice ciliatis, fauce villosa. Stam. exserta. Stylus longitudine tubi. Stigma lobis 2

patulis. Fructus? *Kunth* l. c. *In r. Mexicano, prope Ario.* ♄.

n. 9. c. SPERMACOCE *bogotensis Humb.* et *Bonpl.;* suffruticosa; ramis quadrangularibus, scabris; foliis oblongo-lanceolatis, glabris, margine et nervo medio serrulatis; capitulis terminalibus, rarius subaxillaribus; calycibus tubo corollae subinfundibuliformis dimidio brevioribus; capsulis glabris. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* II. p. 347. *Syst. Veg. ed. nost.* III. p. 530. n. 44.

Caules ramosi procumbentes spithamaei, ramis adscendentibus glabris (in diagnosi scabris!) Folia subsessilia, acuta, basi angustata, coriacea, supra viridia et nitida, subtus pallidiora, margine revoluta, 6-7 lin., 1 ½ lin. lata. Stipulae hirtellae, apice dentato-ciliatae, ciliis erectis, setiformibus. Internodia ½-1 poll.. Capitula multiflora, subglobosa, fructifera magnitudine pisi majoris. Flores sessiles magnitudine masculorum VALERIANAE *dioicae.* Cal. 4-partitus, laciniis lanceolatis, acutis, inferne hispido-ciliatis, subaequalibus, patulis, tubo dimidio brevioribus. Cor. glabra, tubo cylindrico superne parum ampliato, laciniis patentibus, ovato-oblongis, obtusiusculis, aequalibus, tubum subaequantibus, fauce tuboque superne barbatis, pilis crassiusculis, albidis. Stam. corollâ breviora. Stylus glaber, stigmate exserto laciniis capillaceis, patenti-revolutis, puberulis. Caps. ovato-turbinata, laevis, fusca, magnitudine Cannabis. Semina elliptico-oblonga, laeviuscula, fusca. *Kunth* l. c. Huc a clo *Sprengel* trahitur SP. *linifolia Nees* s. *Neesiana* nostra. *Ad S. Fe de Bogota.* ♄.

n. 11. SPERMACOCE *longifolia.* Addatur:

Obs. Cll. *Nees* et *Martius* in *Nov. Act. Ac. Nat. Cur.* T. XXII. p. 11. SP. *longifoliam Aubl.* et SP. *capitatam Ruiz* et *Pav.* unius ejusdemque speciei esse putant. SP. *longifoliam Lam.* vero cum? hûc ducunt. Radix nigra. Caulis rubicundus glaber ad angulos 4 obtusos scaber. Folia lanceolata valde costata, costis subtus scabris (quâ notâ distat a SP. *distante H. et B.*) Flores albi, 10—14, in capitulis rotundis, secundis, axillaribus. Fructus pubescens. Semen subfuscum. *Nees* et *Mart. Ad flumen Ilheos prope Itahype, multisque aliis locis Brasiliae.*

Pag. 277. n. 12. SPERMACOCE *flagelliformis.* Addatur

Obs. Huc a *Sprengel S. V.* p. 402. trahitur SP. *flagellaris Willd.* n 64. *S. V. ed. nostr.*

n. 13. SPERMACOCE *verticillata.* Addatur synonymon: *Link Enum. p.* 133. BORRERA *verticillata;* caule suffruticoso; foliis oblongo-linearibus, obtusiusculis; floribus globoso-capitatis verticillatisque remotis; calycibus bifidis. *Meyer Essequ.* p. 83. (qui synonyn. *Brown p.* 141. n. 4, et *Sloane hist.* I. *p.* 170 ad plantam tetradynamicam spectans excludi jubet). BIGELOVIA *verticillata Spreng. S. V.* p. 404.

„Caulis erectiusculus. Folia margine scabra. Flores capitati, terminales et axillares. Cor. albae.“ *Link.*

Obs. An illa „planta simillima, nec ullo charactere dignoscenda, semper annua in horto" sequens? Tota glaberrima. Caulis angulis acutis. Folia glabra, laevia, venis paucis, subsessilia, acuta, 1 ½ poll., 2-3 lin., foliorum minorum fasciculis in axilla. Vaginae breves, membranaceae, utrinque 5-setae, supremae subverticillares, pubescentes. Verticilli 2 densi: secundus terminalis, bifolius. Flores minuti, albi, staminibus longitudine corollae; calyces ciliati. *In Jamaica, Africa;* ⊙. C. G. *Nees ab Esenb. Hor. Berol.* p. 49.

n. 13 a. Spermacoce *mucronata* C. G. *Nees* ab *Esenb.;* glabra, erecta; foliis lanceolatis, mucronulatis; petiolis muricatis; verticillis globosis, altero terminali. C. G. *Nees ab Esenb. Hor. Berol.* p. 49. *Link Enum. p.* 133.

Differt a *verticillata* foliis multo brevioribus, obtusis, margine petiolisque dorso scabris, magisque approximatis, caule humiliore. Caulis erectus, glaber, lateribus alternis angustioribus, angulis acutiusculis. Folia vix poll., 3 lin. lata, in petiolum attenuata, margine setulis remotis, costâ basin versus muricatâ. Vaginae striatae, utrinque 5-setae, pubescentes. Foliorum fasciculi parci ex alis. Verticilli 2 densi, ultimo bifolio. Flores parvi, albi. Cal. linearis, scaber. Cor. infundibuliformis, laciniis ovatis, obtusis. Stam. longitudine corollae. Fructus glaber. Ad *Herb. Otton.* A clo *Sprengel S. V.* p. 401 eadem dicitur cum Sp. *rotata Poit.*. *In Brasilia* ♃.

n. 13 b. Spermacoce *distans Humb.* et *Bonpl.;* caule herbaceo, erecto, quadrangulari, in angulis retrorsum aculeolato; foliis lanceolatis, glabris, margine serrulatis; floribus capitatis et verticillatis; verticillis remotis; calycibus bipartitis, corollâ infundibuliformi paulo brevioribus; capsulis villosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 344. et, hoc teste, Sp. *apiculata Willd. Herb.* (*Syst. Veg. ed. nostr.* III. *p.* 531. *n.* 48.) Sp. *aculeata Schlechtend.* in *Herb. Willd.* (*Syst. Veg. ed. nostr.* III. *p.* 531 n. 53.) Bigelovia *gracilis Spreng. S. V. p.* 405 (qui huc etiam Sp. *gracilem R. et P.* trahit.)

Ill. D. de *Schlechtendal* et *apiculatae* et *aculeatae* diagnosin communicavit cum divo *Römer*, plantarum, et characteribus et patriâ abunde distinctarum. *Apiculatam* interea hic potius descriptam esse a clo *Kunth* et diagnosis et descriptio suadet sequens: „Caules ramo altero saepe minore aut nullo. Folia breviter petiolata, acuta, basi valde angustata, membranacea, margine revoluta, supra laete viridia, subtus pallidiora, 13-18 lin., 2-3 lin. lata. Stipulae hirtellae, apice ciliato-setosae. Internodia 1 ½ poll.. Flores verticillati et capitati, densissimi, magnitudine Fediae *olitoriae.* Verticilli capitulaque globosa, multiflora, foliis 4-8 involucrata, fructifera magnitudine fructus *Pruni spinosae.* Cal. bipartitus, laciniis lanceolatis, acutis, uninervibus, pilosiusculis, patulis. Cor. infundibuliformis, alba, glabra, limbo calycem paulo superante, laciniis ovatis, acutis, aequalibus, longitudine fere tubi, fauce subimberbi. Stam. longitudine corollae. Stylus exsertus. Stigma bilobum, lobis patulis. Caps. oblonga, compressa, superne villosa, parum

similis fructui *Bidentis*, fuscescens, vix 1 1/2 lin., coccis externe convexo-angulatis. Semina lineari-oblonga, fusca, laevia, 1 2/3 lin.. *Kunth* l. c. *In nova Hispania ad radicem montis Jorullo.* ♃.

n. 13 c. Spermacoce *aturensis Humb.* et *Bonpl.;* suffruticosa, erecta; ramis quadrangularibus, ramulis (retrorsum) scabriusculis; foliis anguste linearibus, glabris, margine serrulatis; capitulis terminalibus, rarius lateralibus; calycibus tubo corollae infundibuliformis parum brevioribus; capsulis piloso-pubescentibus. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. p. 345.

Caules pedales, rami glabri. Folia sessilia, apice angustata et acuta, rigida, margine revoluta, supra laete viridia, subtus glaucescentia, 1 1/2-2 poll., 1-1 1/2 lin. lata. Stipulae hirtae, apice ciliato-setosae. Internodia subsesquipollicaria. Capitula solitaria, foliis compluribus involucrata, fructifera globosa, magnitudine Cerasi. Cal. 4-interdum 5-partitus, laciniis lineari-subulatis, uninervibus, erectis, subaequalibus, margine ciliato-hispidulis, rigidis. Cor. infundibuliformis, alba, glabra, laciniis oblongis, acutis, aequalibus. Stam. exserta. Stylus exsertus? Stigma bilobum? Caps. oblonga, basi cuneata, fusca, 1 1/2 lin., coccis extra convexis. Semina oblongo-linearia, utrinque acutiuscula, subcylindracea, externe fusca, nitida, 2/3 lin. Affinis *verticillatae*, diversa praecipue inflorescentià. *Kunth l. c.* *Ad Orinocum prope Atures.* ♄.

n. 13 d. Spermacoce *tenella Humb.* et *Bonpl.;* caule herbaceo, erecto, subsimplici, tereti, hirtello; foliis anguste linearibus, glabris, margine serrulatis; capitulo terminali; calycibus tubum corollae infundibuliformis subaequantibus. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. p. 345 et, hoc teste, Sp. *capitata Herb. Willd.* (quam *Sprengel S. V.* p. 403 ad *aturensem* trahit!) Sp. *orinocensis Schlechtend.* in *Willd. Herb.* (*Syst. Veg. ed. nostr.* III. p. 531. n. 58).

Subpedalis. Caulis filiformis. Folia sessilia, acutiuscula, rigida, margine revoluta, supra laete viridia, subtus glaucescentia, 12-15 lin.; 1/2 lata. Stipulae hirtae, apice ciliato-setosae. Internodia 1 1/2-2 poll.. Capitulum subglobosum magnitudine pisi majoris, foliis 2-4 eodem triplo-quadruplo longioribus. Flores magnitudine Asperulae *cynanchicae*. Cal. 4-5-partitus, laciniis spathulato-linearibus, obtusiusculis, uninervibus, hispidulo-scabris, inaequalibus. Cor. glabra, caerulea, laciniis oblongis, acutiusculis, trinervibus, externe hirtellis, aequalibus, tubo brevioribus, fauce imberbi. Stamina corollam subaequantia. Stylus exsertus. Stigma lobis abbreviatis, truncatis? *Kunth l. c.* *In ripa umbrosa humida Orinoci prope S. Fernando.* ♃.

Pag. 278 n. 15. Spermacoce *sumatrensis.* Adde synonymon: Sp. fruticosa, erecta, tetragona; foliis lanceolatis, remotis, breviter petiolatis; corymbis terminalibus decomposi-

tis; capsulis basi dehiscentibus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 372. *Link Enum.* p. 133.

Caulis erectus, lanatus, obsolete tetragonus. Rami oppositi, tetragoni; folia opposita, patentia, pubescentia, variae magnitudinis. Stipulae connectentes membranaceae, 2-3-dentatae. Umbella composita, terminalis. Flores parvi, albi. Cal. 4-phyllus. Cor. brevis tubo gibbo. Caps. oblonga, a basi bipartibilis. Sem. solitaria. *Roxb.* l. c. *In montibus Circar.*

Obs. „Sollicite conferenda cum Hedyot. *fruticosa Retz Obs.* 11. 8. et capsula ejusdem in *Linn Fl. zeyl.* n. 63 sedulo examinanda. (Confer *Rees's Cyclop.* XVII.) Differentia potissimum in stipulis posita videtur, quae in mea planta semper membrana lacera. Knoxia *corymbosa Linn. Sp. Willd.* I. *p.* 582, quae ibidem K. *stricta Gaertn.* dicitur, mihi videtur eadem, nec Knoxiae genus diversum a Spermacoce. *Roxb.* l. c.

n. 15 a. Spermacoce *teres Roxb.*; fruticosa, erecta, teres, villosa: foliis oppositis, remotis, lanceolatis, integerrimis, villosis; corymbis terminalibus decompositis; alternis fasciculis corymbi seminiferis in spicas abeuntibus; staminibus erectis, sub pilis absconditis; stylo corollâ duplo longiore. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 373. n. 2. Knoxia *umbellata Herb. Banks.*

Habitus Hedyotis *fruticosae*, sed stipulis, caulibus, ramisque diversa. Multum quoque similis *sumatrensi*, cui rami tetragoni vero, tubus corollae glaber, brevis, gibbosus, caps. bipartibilis, a basi dehiscens, seminibus oblongis, fuscis, *Knoxiae.* Caulis in *terete* perennis, junior villosus, ramis oppositis, subinflexis, 3-ped.. Folia breviter petiolata, 2-4 poll.: membrana connectens divisionibus pluribus erectis, filiformibus, sub corymbis copiosioribus et involucrum sistentibus. Corymbi brachiati. Cor. tubus clausus, fauce pilis multis longis, albis. Stylus erectus, stigmate bifido laciniis involutis. *Roxb.* l. c. *In sylvis Koorg.* Dr. *Buchanan. Specimina e Nepala parum diversa. Wallich* l. c. ♄.

Obs. Est vera Knoxia; namque capsula bipartibilis basi dehiscit. Similis nostrae Hedyotis *fruticosa*, sed stipulae membranaceae laciniis filiformibus differunt. *Sprengel N. Entd.* III. *p.* 131.

n. 15 b. Spermacoce *exserta Roxb.*; fruticosa, erecta, partibus tenerioribus villosa: foliis remotis, oppositis, petiolatis, lanceolatis; corymbis terminalibus decompositis; staminibus stigmateque bifido exsertis; capsulâ ovali. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 374. n. 3.

Admodum affinis *tereti*, futuris fors investigationibus eadem. *Roxb.* l. c. Utraque eadem a *Sprengel S. V.* p. 406, et Knoxia *umbellata Banks* ab illo dicitur. *In Circars.* ♄.

n. 15 c. Spermacoce *insularis Spreng.*; fruticosa, teres, glabra, erecta; foliis lineari-lanceolatis, glabris; corymbis axillaribus compositis; stylis pilosis; stigmate clavato; capsulis globosis, glabris. Sp. *glabra Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 374 *n.* 4. *Spreng. S. V. p.* 404.

Habitus graminis s. Bambusae: Rami teretes, glabri, erecti, articulati, siccati fistulosi. Folia opposita subsessilia, integerrima, 4-6 poll.: membrana connectens processibus inaequalibus, subulatis. Pedunculi axillares umbellulis decussatis s. capitulis florum parvorum ochroleucorum. Bracteae minutae. Cor. campanulata, fauce tubi pilosâ. Stylus corollâ longior. Stigma sulcatum. Caps. glabra, magnitudine capituli aciculae. *Roxb.* l. c. *In Pulo-pinang.* Nomen mutandum ob Sp. *glabram Mich.*

n. 15 d. SPERMACOCE *Roxburghiana*; biennis, recta, teres, glabra; foliis subsessilibus, lanceolatis, utrinque attenuatis; corymbis terminalibus, antheris in fauce barbata corollae infundibuliformis absconditis. SPERMACOCE *laevis Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 374 *n.* 5. SP. *Roxburghii Spreng. S. V. p.* 404.

Generis ex indicis pulcherrima, a *tereti* glabritie, magnitudine florum, structurâ corollae distincta. Caules erecti, ramis oppositis, 3-ped.. Folia opposita, glabra, integerrima, 1-3 poll.: membrana connectens laciniis pluribus subulatis. Corymbi compositi et decompositi. Flores numerosi, magni, pallide fusco-rufi. Bracteae parvae, ad divisiones corymbi praecipue. Calycis laciniae persistentes, unicâ majore. Cor. infundibuliformis, ante expansionem apice lata, quadricornis, unde dein noduli conici sub apice laciniae singulae. Filamenta brevia, antheris linearibus. Stylus tubo corollae longior, stigmate bifido, laciniis revolutis. Caps. oblonga, coronata, valvulis dorso carinatis. Semen intus medio longitudinaliter sulcatum. *Roxb. l. c.* *In interioribus Bengaliae.* ♂. (Nomen mutandum erat, cum jam sit *laevis Poir.*)

n. 15 e. SPERMACOCE *lineata Roxb.*; erecta, ramosa, pilosa; foliis breviter petiolatis, lanceolatis, acuminatis, lineatis; stipulis triangularibus laceris; capitulis axillaribus in pedunculis brevibus, trichotomis; staminibus protrusis. *Roxb. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 375. *n.* 6.

In Moluccis.

n. 15 f. SPERMACOCE *nana Roxb.*; erecta, simplex, subteres, glabra; foliis petiolatis, lanceolatis, integerrimis, glabris; floribus axillaribus terminalibusque, sessilibus, confertis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* I. *p.* 375. *n.* 7.

Vix 6 poll.. *In insula Honimoa.*

n. 16. SPERMACOCE *corymbosa.* Addatur synonymon: *Roth nov. pl. spec.* p. 98. KNOXIA? *Heyne.*

Caulis erectus, simplex, pedalis et ultra, obsolete tetragonus, purpureus, scabriusculus, articulis aequalibus. Folia integerrima, basi parum attenuata, costata, subvenosa, margine scabra, subtus pallidiora, utrinque punctis minutissimis. Petioli vix ultra lineam, basi membrana setigera, pubescente, fusca, semilunari: setis pilosis, subulatis, petiolo triplo longioribus

Corymbus densus, ramis ramulisque erectis, pilosis, bracteis setaceis, brevibus, pilosis. Cal. dentibus 4 exiguis, obtusis. Cor. infundibuliformis, 3 lin.; tubus deorsum attenuatus, setaceus, sursum dilatatus: laciniae 4 triangulares, obtusae. Stam. inclusa. Fructus ovatus, calyce persistente coronatus, bipartibilis. *Roth.* Confer *sumatrensem.*

n. 17 a. SPERMACOCE *Fischeri Link;* foliis basi attenuatis, acutis, integerrimis, pilis brevissimis pubescentibus; stipulis connatis, ciliatis; floribus terminalibus, subaxillaribus, sessilibus, densis. — *Link Enum. p.* 278. SPERMACOCE *adscendens Fischer Hort. Gorenk.*

Affinis *asperae*, at folia latiora, quam in figura *Aubleti.* Caulis erectus, tetragonus, hirtus. Folia 20 lin., 10 lin. lata. Cal. foliolis 4, lanceolatis, acutis, corollâ albâ parum brevioribus. *Link.* *In Jamaica.* ⊙.

n. 17 b. SP. *echioides Humb. et Bonpl.;* caule herbaceo quadrangulari foliisque hispidis; floribus capitatis et verticillatis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 344.

SP. *asperae Vahl* valde similis. Caules erecti. Folia petiolata, acuminata, 2 poll.. Stipulae hispidae, ciliato-setosae. Internodia 2-3 poll.. Verticilli capitulaque subglobosi, magnitudine pisi. Specimina in *herb. Bonpland.* in Americam translato: hinc denuo flores examinandi. Variat caulibus ramisque glabriusculis, foliis angustioribus, minus hispidis. *Kunth l. c.* A *Sprengel S. V. p.* 401 eadem dicitur cum SP. *aspera.* *Prope Campeche Mexicanorum.* ♃.

Pag. 279. n. 20. SPERMACOCE *hispida.* Addatur synonymon: SP. annua; ramis diffusis, obsolete tetragonis, pilosis; foliis obovatis, cuneatis, undulatis, scabris; floribus verticillatis, 2-4 in axilla singula; tubo corollae calycem duplo excedente; staminibus styloque erectis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 372. *Link Enum. p.* 133.?

Burmanni icon bene convenit, si excipis flores numerosos, pedicellatos. *Roxb.* Corollam parvam albam petit *Link* l. c. *In arenosis Coromandel.*

n. 20 a. SPERMACOCE *pusilla Wall.;* erecta; simplex, tetragona, scabra, pilis brevibus; foliis sessilibus, linearibus, subtus glabris, argenteis, internodiis quidquam brevioribus; ciliis stipularibus longissimis; verticillis capitatis; staminibus exsertis; capsulis apice villosis, ibique in valvulas 2 bifidas dehiscentibus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 379. *n.* 14. BIGELOVIA *pusilla Spreng. S. V. p.* 405.

Rad. parva, fibrosa. Caulis unicus, filiformis, 4-6 poll. subadscendens, pilis brevibus, albis, subulatis, uti foliorum pagina superior scaber. Folia circiter pollicaria, patentia, acumina-

to-attenuata, subtus costâ elevatâ pilosâ, enervia, supra basin parum contracta, dein ampliata in stipulam membranaceam amplam, truncatam, ciliis 5 longis, capillaribus. Flores minimi, pallidi, subsessiles, in verticillis 4-5 densis, axillaribus, superioribus majoribus, fultis foliis 3 reflexis, floralibus. Laciniae calycis erectae, lineares, deciduae, longitudine tubi filiformis, glabri; corollae, quae fauce ampliatâ, laciniae lanceolatae longitudine filamentorum patentium. Germen oblongum, subcompressum, sulco utrinque longitudinali, basi glabrum, apice villosum. Caps. ovata, chartacea, apice dehiscens in valvulas 2 bifidas, subrecurvas. Dissepimentum evanescens. Semina linearia sulco centrali. *Wall. l. c.* *In valle Nepala. Gardener.*

Obs. *Crateogonum minus s. verum Rumph amb.* VI. p. 25 bene cum hac planta convenit; sed laudatur ad SPERMAC. *strictam Linn. fil.*; quae differt foliis lanceolato-linearibus, cauleque ramoso. Eadem laudatur a clo *Smith Rees Cycl.* ad HEDYOT. *verticillatam* (OLDENLANDIAM *Linn. Mant.*), hinc diversa a *pusilla*, quae *linifoliae Vahl* et *remotae Lam.* proxima. S. *nana* differt glabritie foliisque petiolatis. *Wall.* l. c. Esse BORRERIAE speciem *Sprengel N. Entd.* III. *p.* 134.

Pag. 21. SPERMACOCE *scabra*. Adde synonymon:

SP. annua, diffusa, teres, pilosa; foliis oppositis, sessilibus, rotundis, obovatis, margine pilosis multumque revolutis crispatulisque; floribus axillaribus, sessilibus; staminibus styloque erectis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 377. *Rheed. t.* 76. (sed nimis hispida.)

Caules breves, et plerumque annui. Rami inferiores oppositi, superiores alterni, teretes, colorati, omnino pilosi, scabriusculi, varie curvati. Folia acutiuscula, utrinque pilosa. Stipula connectens processibus 3-5 filiformibus. Flores plerumque per paria, saepe plures, sed successivi, parvi, purpurei. Cal. laciniis s. potius foliolis lanceolatis, longitudine fere tubi corollae. Cor. subcampanulata, semiquadrifida, longitudine staminum, stylique. Stigmata 2, biloba, laciniis revolutis. Caps. ovalis, dissepimento membranaceo. Semen solitarium, ovale, utrinque obtusum. *Roxb. l. c.* *In Coromandel.*

n. 22. SPERMACOCE *articularis*. Addatur synonymon:

SP. annua, diffusa, tetragona; foliis oppositis, sessilibus, late lanceolatis; stipulis connectentibus setis 3-5; floribus verticillatis; corollâ infundibuliformi calycem quadruplo excedente; staminibus styloque erectis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* I. p. 378.

Rad. plerumque annua. Caulis vix ullus, sed rami multi, diffusi, tetragoni, alterni, hispidi, 1-2 ped.. Folia subpilosa, venis simplicibus, 1-2 poll., $^1/_2$ poll. lata. Stipulae connectentes urceolatae, setis in latere singulo 3-6. Flores axillares sessiles, 2-4, successivi. Calycis laciniae tenues, lineares. Cor. infundibuliformis, tubo gracili. Stigma bifidum, lobis latis, revolutis. Dissepimentum capsulae membranaceum. Semen solitarium, ovale, latere plano sulcatum. *Roxb.* l. c. *In arenosis Coromandel.*

Pag. 280. n. 24. SPERMACOCE *sricta*. Addatur synonymon: SP. annua, erecta, tetragona: foliis sessilibus, lineari-lanceolatis; verticillis densis, globosis, axillaribus; capsulis scabris, apice hiantibus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* I. *p.* 376. *Link Enum.* p. 132. An BORRERIA?

Caulis pedalis, angulis acutis, scabris. Rami decussati, similes cauli, sed tenuiores. Folia opposita, integerrima, scabriuscula. Membrana connectens ciliata, stipularum loco. Involucra similia foliis. Flores copiosi, parvi, albi, tubo cylindrico, stigmate globoso. Semen solitarium. *Roxb. l. c.* Folia 2 poll. *Link*, qui affinem *lanceolatae* dicit. *In oryzetis humidis.*

n. 24 a. SPERMACOCE *stylosa Link*; caule decumbente, tereti, glabro; foliis oblongo-lanceolatis, basi attenuatis; stipulis setosis; floribus verticillatis; stylo (longe) exserto. *Link Enum.* p. 132.

Caulis vix pedalis, ramosus. Folia 14 lin., 6 lin. lata, acuta, subpetiolata, integerrima, laevia, glabra, 5-nervia. Stipulae connatae setis longis. Verticilli densi. Flores bracteis lanceolatis cincti, his paullo minores. Cor. 3-4-fida, parva, alba. Stam. corolla breviora. Stylus bifidus. *Link. In Manilla.* ⊙.

n. 24 b. SPERMACOCE *costata Roxb.;* diffusa, pilosissima; foliis late lanceolatis oblongisve, costatis; floribus in umbellulis parvis, axillaribus, proliferis, congestis; staminibus protrusis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* I. p. 376. n. 9 (excl. Syn. *Linn.*)

Rad. biennis, nisi perennis. Caules s. potius rami plurimi teretes, 1-3 ped., pilis longis, mollibus, patentibus. Folia opposita, subsessilia, integerrima, costis numerosis magnis, simplicibus, parallelis, utrinque pilosis, 2-3 poll., poll. lata; membrana laciniis plerumque 3, inaequalibus, gracilibus, subulatis. Flores numerosi, pallide rufo-fusci, minimi, in capitulis parvis, globosis, breviter pedunculatis; involucra et involucella annularia, villosa, 3-6-partita. Cal. laciniis aequalibus, acutis, pilosis. Cor. infundibuliformis, extus et fauce pilosa, laciniis limbi recurvis. Germen late turbinatum. Stylus longitudine fere tubi corollae. Stigma bifidum, villosum. *Roxb* l. c. *Fertur e Moluccis allata.*

Obs. Dir. *Roxburgh* tanquam synonymon laudavit HEDYOTIN *Auriculariam Linn.*. Sed hanc sine dubio distinctam esse, et habitu *H. ulmifoliae* convenire cls. *Wallich* l. c. *Sprengel S. V.* p. 404 huc trahit SP. *cristatam Willd.*, plantam ex diagnosi saltem alienam.

n. 24 c. SPERMACOCE *semierecta Roxb.;* caulibus varie flexis, adscendentibus, tetragonis; ramis brachiatis, alternatim minoribus; foliis ovatis; verticillis florum parvis, compactis; staminibus styloque inclusis; capsulis turbinatis pilosis *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 377. n. 10.

Rami superiores saepe solitarii, angulis acutis, hispidulis, caete-

rum glabri. Folia opposita, in axillis minora, breviter petiolata, acuminata, integerrima, scabriuscula, praecipue margine, subtus nervosa, venosa: connectens membrana laciniis pluribus filiformibus. Flores numerosi, parvi, albi, sessiles, verticillis rotundis. Laciniae corollae medio barbatae. *Roxb. l. c.* *In Sumatra, ut videtur, cum ex terra inde allata nata.*

n. 25. SPERMACOCE *linifolia* BORRERIA videtur clo *Meyer Essequeb.* p. 83.

n. 25 a. SPERMACOCE *grandiflora Spreng.*; hirta; foliis linearibus, rigidis, cuspidatis, ciliatis; stipularum ciliis subulatis, elongatis; floribus geminis axillaribus; fructibus globosis, glabris. *Spreng. N. Entd.* III. p. 46. *Ejusd. Syst. Veg. p.* 400.

Rami superne angulati, hirti. Folia patentia, utrinque hirta, pollicaria et ultra, 2 lin. lata. Stipularum cilia erecta, 4 linear. Flores oppositi. Cal. 4-dentatus. Cor. infundibuliformis, alba, glabra, 4 lin. Stam. 4 inclusa. Fructus bilocularis, loculis 1-spermis. SP. *linifolia* differt villis ramorum brevibus, mollibus; foliis glabriusculis; floribus capitatis; staminibus exsertis: SP. *hirta* fol. ovato-lanceolatis, lineatis, scabris, stam. exsertis. *Spreng.* *In Cuba et Hispaniola.*

n. 27. SPERMACOCE *procumbenti* s. *corymbosae Linn.* addatur:

SP. *dichotoma Humb.* et *Bonpl.*; caule suffruticoso, compressiusculo-quadrangulari, glabro; ramulis dichotomis; foliis lanceolatis, acuto-mucronatis, glabris, margine serrulatis; floribus capitato-congestis, terminalibus et axillaribus; calycibus bipartitis, corollà infundibuliformi paulo brevioribus; capsulis punctato-scabriusculis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. p. 348. et hoc teste: KNOXIA *dichotoma Herb. Willd.* (*Syst. Veg. ed. nostr.* T. III. *p.* 532. *n.* 3.) DIODIA *glabra Herb. Willd.* (*Syst. Veg. ed. nostr.* T. III. *p.* 532 *n.* 9).

Obs. Licet „specimina suppetentia valde incompleta et viva denuo inspicienda, et describenda" KNOXIAM tamen *dichotomam Willd.* lectam in monte *Tunguragua*, et DIODIAM *glabram Willd.* prope *Ayavaca Peruv.* crescentem junxit cls *Kunth.* In planta *Tunguaraguensi* ait: Caules erecti? pedales, lateribus oppositis convexis: rami erecti, glabri, ramuli dichotomi. Folia breviter petiolata, membranacea, nervo etiam medio serrulato-scabra, supra laete viridia, subtus pallidiora, margine revoluta, 7-8 lin, 2 lin. lata. Stipulae membranaceae, hirtae, apice ciliato-setosae. Internodia 1-1½ poll. Flores breviter pedicellati, nonnulli solitarii et alares, magnitudine ASPERULAE *cynanchicae*, capitulis sessilibus foliis suffultis, alaribus, breviter pedicellatis, nudis. Cal. laciniis ovato-lanceolatis, acuto-mucronatis, erectis, aequalibus, ovarium longitudine subaequantibus, rigidis, glabris, dentibus *interjectis nonnullis* capillaceo-subulatis. Cor. calycem paulo superans glabra, alba?, 5-fida, laciniis oblongis, obtusiusculis, aequalibus; fauce pilosiusculâ. Praefloratio valvata. Stam. tubo inserta, demum exserta. Filamenta capillacea, glabra. Antherae lineares, dorso affixae, demum versatiles, biloculares, longitudinaliter interne dehiscentes. Ovarium obovatum, compressum, hinc et inde sulco

longitudinali notatum, glabriusculum. Stylus et Stigma? Caps. obovata, dicocca, bipartibilis, calyce persistente coronata, magnitudine grani Cannabis punctato-scabriuscula, fusca, glabra, coccis monospermis extra convexis, intus planis et longitudinaliter dehiscentibus. Sem. oblongo-elliptica, compressiuscula immatura. In *Ayavecensi* planta (Diodia *Willd.*) caules lignosi, procumbentes? ramosi ramique glabri, oppositi, lateribus 2 oppositis convexis, 2 alternis? angustis et concavis, floriferi subdichotomi. Folia ut in *Tunguraguensi*, 8-9 lin., 1 ½-2 lin. lata. Stipulae et internodia ut in hac. Cal. superus subquadrifidus, laciniis ovato-lanceolatis, acutis, 2 oppositis aequalibus majoribus, ovarium subaequantibus, erectis, 2 alternis lateralibus multo minoribus, lineari-subulatis aut saepissime nullis. Cor. infundibuliformis, alba?, glabra, calycem parum superans, 4-partita, laciniis oblongis, acuto-mucronatis, aequalibus, fauce villosa. Stam. fauci inserta, subexserta. Filamenta brevia, glabra. Antherae oblongo-lineares, incumbentes, glabrae. Ovarium cuneatum, compressiusculum, glabrum. Stylus capillaceus, glaber, tubo corollae brevior. Stigma bipartitum, subexsertum, laciniis capillaceis, patulis, glanduloso-puberulis. Caps. dicocca, bipartibilis, obovata, laciniis calycinis 2 majoribus coronata, glabra, magnitudine grani Cannabis, coccis monospermis externe convexis, laevibus, interne planis et longitudinaliter dehiscentibus. Semina obovato-lenticularia, immatura.

Pag. 281. Spermacoce *spinosa*. Addatur:

Obs. Div. *Willdenow* Spermac. *spinosam Jacq. Amer.* p. 21 a *Linnaeo Spec. pl.* p. 148 tanquam synonymon adductam omisit; uti etiam *Poiret*, qui in *Enc.* ad calcem specierum Spermacocis eandem, cum *Gmelin S. V.* 234, nomine Spermacocis *havanensis* instar dubiae adduxit. Div. *Römer* utramque expunxit. A clo *Jacquin* describitur: „Frutex nanus, totus rigidus, lignosus, diffusus, ramosissimus, nitidus. Spinae subulatae, acutissimae, axillares in foliis, terminales in ramusculis junioribus, brachiatis. Folia obovata, integerrima, nitida, opposita, petiolata, ¼ poll.. Paniculae terminales. Flores exigui, candidi, inodori, numerosi, germinibus rubellis. Cal. 4-phyllus, superus, persistens, foliolis ovatis, concavis, acutis, erectis. Cor. tubus infundibuliformis, erectus, interne pilosus, calycem superans. Limbus 4-partitus: laciniis ovatis, planis, acutis, patenti-reflexis, longitudine tubi. Filamenta 4, subulata, erecta, tubo corollae paulo longiora. Antherae subrotundae. Germen obovatum, compressum. Stylus filiformis, erectus, staminibus longior. Stigmata 2, obtusa, crassiuscula, patentia. Fructus? *In rupestribus Havanae.*"

n. 28 a. Spermacoce *rigida Syst. Veg. ed. nostr.* T. III. p. 531. n. 34. et huic addatur synonymon:

Sp. caule suffruticoso, repente, quadrangulari, hirto; foliis lanceolatis, apice piliferis, margine serrulatis, rigidis, subtus hirto-pilosiusculis; verticillis bifloris; calycibus tubo corollae infundibuliformis dimidio brevioribus; capsulis angulato-costatis, glabris. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 342.

Sperm. *spinosae* proxima. Rami canescenti-hirti. Folia sessilia, apice acuminato-subulata, supra glabra. Stipulae membranaceae, hirtae, apice ciliatae, ciliis setiformibus. Internodia ½ poll. et ultra. Flores axillares solitarii, oppositi, sessiles, magnitudine Valerianae *Tripteridis*. Cal. 4-partitus, laciniis lineari-subulatis, uninervibus, margine serrulato-scabris, erectis, una saepissime reliquis minore. Cor. alba, glabra, laciniis oblongis, acutis, aequalibus, revolutis, fauce imberbi. Stamina corollà dimidio breviora. Stylus exsertus: stigmata 2 subglobosa. Caps. obovata, fusca, magnitudine grani minoris Cannabis, extus convexis, tricostatis, coriaceis. Semina laevia, fuscescentia. *Kunth* l. c. Huc a *Sprengel S. V.* p. 400 vocatur Sp. *apiculata Willd. Hb.* *In siccis prope urbem Caracas.* ♄.

n. 28 b. Spermacoce *diversifolia Humb. et Bonpl.*; herbacea, erecta; ramis retrorsum scabris; foliis linearibus, margine remote serrulatis, inferioribus minutis, oblongo-ellipticis; floribus terminalibus subcapitatis; calycibus bi- aut 4-partitis corollâ hypocrateriformi triplo brevioribus; capsulis hispidulis. *Humb. et Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. p. 341. Knoxia *simplex Willd.* in *Syst. Veg. ed. nostr.* T. III. p. 532.

Herba 2-3 poll.. Rad. perpendicularis, simplex. Caulis ramis patulis, glabris, angulis retrorsum scabris. Folia sessilia, acuta, inferne angustata, membranacea, glabra, subtus subglaucescentia, margine subrevoluta, 6-8 lin., $^5/_4$ lin. lata; ramea anguste linearia, approximata. Stipulae membranaceae glabriusculae, apice laciniato-ciliatae. Internodia $^1/_2$ fere poll., ramea multo breviora. Flores terminales subcapitato-congesti, solitarii aut subgemini in apice ramulorum, omnes sessiles, magnitudine Fediae *olitoriae*. Cal. 2-3-4-partitus, laciniis lanceolatis, acuto-mucronatis, scabriusculis, patulis, 2 oppositis majoribus, alternis minoribus, saepe minimis aut subnullis. Cor. alba, glabra, tubo cylindrico, fauce constrictâ, imberbi, laciniis oblongis, acutiusculis, aequalibus, tubo dimidio brevioribus. Stamina corollâ dimidio breviora. Stylus exsertus, stigmatis laciniis recurvato-patulis, glanduloso-puberulis. Caps. obovatae, compressiusculae, magnitudine Cannabis. *Kunth.* l. c. *Sprengel* huc trahit Sp. *reclinatam Nees*, quam confer. *In r. Mexicano, prope S. Rosa de la Sierra.* ⊙.

Pag. 281 et 531. n. 31. Spermacoce *virgata.* Addatur: Sp. caule suffruticoso erecto ramisque teretibus glabris; foliis linearibus, angustissimis, flaccidis: stipulis discoloribus ciliatis; corollis longe tubulosis; staminibus exsertis. *Sprengel S. V. p.* 401.

Pag. 282. n. 32. Spermacoce *diodina.* Addatur synonymon: *Nutt. gen.* p. 94

n. 32 a. Sp. *hyssopifolia Humb. et Bonpl. Syst. Veg. ed. nostr.* III. p. 532 n. 61; et huic addatur: Sp. suffruticosa; ramis teretiusculis, hirtellis; foliis linearibus, glabris; verticillis subsexfloris; capsulis hirto-puberulis. *Humb. et Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. p. 342.

Folia sessilia, acuta, membranacea, subtus glaucescentia, 6-8 lin., $^2/_3$ lin. lata. Stipulae glabriusculae, apice laciniato-ciliatae, ciliis subulatis, erectis. Internodia 3-5 lin.. Flores axillares, sessiles, verticillis approximatis. Flores? Caps. obovato-turbinatae, stipulas subaequantes, fuscae. Semina punctulato-scabriuscula. Sp. *diodinae Mich.* parum affinis. *Kunth* l. c. *Prope pagum San Borja, ad ripam Orinoci.* ♄.

Obs. Alia fors est Sperm. *hyssopifolia Smith* in *Abbot*, nobis ignota.

n. 32 b. Spermacoci *lineari Humb. et Bonpl.* in *Syst. Veg. nostr. ed.* III. p. 532. *n.* 60. addatur:

Sp. caule suffruticoso?, obsolete tetragono, pubescenti-hirto; foliis linearibus, subtus hirtellis, margine serrulatis: verticillis multifloris; corollis hypocrateriformibus, calycem superantibus; capsulis hispidulis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. et spec. red. Kunth* III. *p.* 343. Bigelovia *linearis* *Spreng. S. V.* p. 405.

Caules simplices? elongati, 12-15 poll.. Folia sessilia, utrinque angustata, acuminata, rigida, supra viridia, subtus glaucescentia, margine revoluta, 2 fere poll., 1 1/2 lin. lata. Stipulae hirtae, apice dentato-ciliatae, inferiores laxae, ciliis erectis, setiformibus. Internodia 12-15 lin.. Flores axillares sessiles, magnitudine Arenariae *trinerviae*, basi pilis crebris, setiformibus, verticillis 18-24-floris. Cal. laciniis oblongolanceolatis, acutis, hispidis, inaequalibus, tubo corollae brevioribus, patulis. Cor. alba, glabra, tubo superne parum ampliato, limbi laciniis oblongis, obtusiusculis, aequalibus, tubo parum longioribus. Stam. corollam superantia. Stylus exsertus, stigmate subcapitato, emarginato, bilobo. Caps. oblonga, membranacea, vix 2 lin.. Semina compressa. *Kunth* l. c. *In ripae Orinoci calidis.* ♄?

n. 33. Spermacoce *involucrata.* Addatur synonymon: *Nuttall gen.* 94. Clo *Spreng.* eadem videtur cum *rubra!*

n. 35. Spermacoce *glabra.* Addatur synonymon: *Nutt. gen. p.* 94.

Pag. 283. n. 38 a. Spermacoce *philippensis Willd. Herb.*; caule erecto foliisque oblongis venosis asperis; stipulis dentatis; staminibus exsertis; fructibus glabris. *Sprengel S. V.* p. 401.

In Insulis philippinis. Malaspina.

n. 40. Spermacoce *suffrutescens.* Addatur synonymon: *Link Enum. p.* 133. Sp. *suffruticosa Sprengel S. V.* p. 400.

Cor. alba. Affinis *verticillatae.*

Pag. 530. n. 43. Spermacoce *ocimifolia.*

Obs. Cls *Link* hanc delere jubet, utpote eandem cum *latifolia; Sprengel* vero in *S. V. p.* 401 eandem denuo tanquam genuinam speciem distinxit: „caule suffruticoso erecto glabro, foliis oblongo-lanceolatis venoso-lineatis glabriusculis, stipularum ciliis elongatis nudis, staminibus inclusis."

n. 45. Spermacoce *humifusa.* Addatur synonymon: Sp. caule suffruticoso, procumbente, tetragono, glabro; foliis oblongo-lanceolatis, glabris, margine ciliato-serrulatis; capitulis alaribus et axillaribus pedunculatis; calycibus tetragono-urceolatis, sinuato-quadrifidis. *Humb. et Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. p. 349. *Syst. Veg. ed. nostr.* III. *p.* 530. *n.* 45.

Specimen incompletum. Caules ramosi, ramuli superne puberuli. Folia breviter petiolata, triplinervia, acuta, subcoriacea, laete viridia, subtus pallidiora, 5-6 lin., 1 1/2 lin.. Stipulae pubescentes, apice ciliato-setosae. Internodia 4-9 lin. Capitula solitaria, foliis 4 involucrata. Cal. laciniis acutis, ciliatis, inaequalibus. *Kunth* l. c. *Ad S. Fe de Bogota.* ♄.

n. 46. Spermacoce *stellata.* Addatur synonymon: Bigelovia *commutata*; caule herbaceo, obtusangulo, glabro; foliis linearibus, acuminatis, elongatis, revolutis, scabriusculis; verticillis capitatis. *Spreng. S. V. p.* 404. et, hoc teste: Sp. *verticillata Hort.*

Pag. 531. n. 48. Spermacoce *aculeata* deleatur, utpote *distans.*

n. 50. Spermacoce *hirsuta* est Richardia *pilosa* s. Richardsonia *pilosa Kunth.*

n. 51. Spermacoce *frigida.* Addatur synonymon: *Humb. et Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 348. (cui dubia.) Sp. foliis oblongis obtusiusculis cauleque obtusangulo hispidis, stipularum dentibus rigidis, capitulis densis verticillatis involucratis, dentibus calycinis duobus elongatis rigidis. *Sprengel S. V.* p. 403.

n. 52. Spermacoci *Radulae* addatur synonymon: Sp. caule herbaceo, quadrangulari, ramoso, hirsuto; foliis ovatis oblongisve, venoso-lineatis, supra calloso-hispidis; dentibus calycinis elongatis, patulis; floribus verticillatis; fructibus globosis, hispidiusculis. *Spreng. N. Entd.* II. p. 144. *Ejusd. S. V.* p. 401.

Cum nulla alia ob callos minutos confundenda, e quibus pili brevissimi rigidi. Stipulae setaceae, elongatae. *Spreng l. c. Etiam in insula Sti Thomae; Portoricco, Bertero.*

n. 52 a. Spermacoce *discolor* E. *Meyer*; caule suffruticoso, pubescente; foliis lanceolatis, utrinque acuminatis, glabris, asperis, subtus canescentibus; floribus subverticillatis, sessilibus; fructu hirto. *E. Meyer Fl. surin.* in *Act. Acad. Leop. Carol.* T. XII. p. 786.

Caulis erectus vel adscendens basi lignescens, 1/2-1 1/2 ped. ramosus, ramis brevibus, erectis, teretiusculis, superne subsimplex, tetragonus, cortice rubente, pubescente praesertim ad angulos, internodiis circiter pollicem longis. Folia opposita, in petiolum decurrentia, 1 1/2 poll. et ultra, infima tamen breviora, latiora et fere obovata, margine integerrimo, subrevoluto, hispido, glabra, sed utrinque retrorsum asperrima, sub-9-nervia, nervo venisque rufescentibus. Stipulae fissae

in setas utrinque 7-11, duas fere lineas longas, ad lentem breviter ciliatas. Calyx irregulariter 4-5 dentatus, dentibus nunc aequalibus, nunc duobus collateralibus multo brevioribus, pilis erectis hispidulus, basi stipatus pilis ipsum fere aequantibus. Corollae tubus calycis dentibus duplo longior; limbi laciniae lineares, obtusae, ciliato-fimbriatae. Stamina in meis speciminibus exserta. Stylus stamina aequans. Pericarpium calycis dentibus oblitteratis coronatum, pilis jam patentissimis hirtum, perfecte biloculare, non dehiscens, fragile. M. *In Surinamo legit Dr. Hoffmann.*

Obs. Spermacoce Radula *Willd.* eadem ac nostra esse posset; an vero sit, ex sola diagnosi eaque manca divinari nequit: M. (non est; fructus enim, fide speciminis a *Bertero* in Porto-Ricco lecti, non hirtus, sed glabriusculus.)

n. 52 b. SPERMACOCE *brasiliensis Spreng.;* caule suffruticoso, erecto, ramoso, glabro; foliis lanceolatis, acuminatis, glabris, subfasciculatis; stipularum setis coloratis, elongatis; capitulis globoso-ovatis, involucratis, basi setosis; staminibus exsertis. *Sprengel S. V.* p. 402.

Praecedenti valde affinis videtur. *In Brasilia.*

n. 52 c. SPERMACOCE *commutata;* caule (s. ramo?) angulis quatuor membranaceis, inferne spinulosis, superne glabris; foliis ovatis, utrinque scabris, acumine brevi, obtuso; floribus axillaribus, solitariis, oppositis; ciliis glabris. DIODIA *scabra Bertero.*

In specimine nostro, satis caeterum conspicuo, quod clo *Balbis* debemus, *Radulae*, praesertim fructu, simillimo, dubii haeremus, an caulis, an ramus prae oculis versetur: basi nempe fragmentum lignosum, num e collo radicis, truncove? adhaeret: si caulis, tunc decumbens; si ramus, tunc horizontaliter patens. Caulis s. ramus simplex, alternatim compressus, basi 1 1/2 lin. latus, laevis, et, praeter angulos alarum, glaber. Folia opposita, subsessilia, fere pollicaria, 4-6 lin. lata, supra punctato-rugosa, subtus pallida, nervosa, nervis scabris; margine quidquam incrassato, revoluto, scaberrimo: inferiora internodiis longiora, deflexa; superiora breviora, patentia. In axillis inferiorum fasciculi foliorum minorum. Cal. sub flore 4-fidus, in capsula vero diphyllus, laciniis bipartitis, inaequalibus. Cor. in speciminibus nostris imperfecta. Caps. bipartibilis, hexagona, medio longitudinaliter dehiscens, 3 lin. longa, fuscescens: semen in singulo loculo lignoso unicum, ovatum, altero latere excavatum, fuscum, nitens, punctis parvis sub lente. *Ad littus maris in Porto-Ricco. Bertero.*

n. 53. SPERMACOCE *apiculata* deleatur; spectat enim ad *distantem*; a clo *Sprengel* vero ad *rigidam* vocatur.

n. 57. SPERMACOCE *vaginata.* Addatur synonymon: BIGELOVIA *vaginata*; caule suffruticoso ramisque teretibus glabris; foliis lanceolatis, venosis; stipulis connatis, vaginantibus, fructibus hispidis. *Spreng. S. V. p.* 405.

n. 58. SPERMACOCE *orinocensis* deleatur; est enim eadem ac *tenella.*

n. 59. Spermacoce *cephalotes.* Addatur synonymon: Sp. caule erecto foliisque lanceolatis, acuminatis, utrinque glaberrimis, venosis; capitulis terminalibus hirsutis, involucratis. *Spreng. N. Entd.* II. p. 144. Nunc vero in ejusdem *S. V. p.* 402: „caule herbaceo, scabro, ramoso; foliis lanceolatis, basi attenuatis, asperis; capitulis involucratis, hirsutis; staminibus exsertis."

Pag. 532. n. 64. Spermacoce *flagellaris.* Addatur synonymon: Spermacoce *Willdenowi Dietrich Nachtr. z. Lexik.* 8. B. p. 385. Clo *Sprengel S. V. p.* 402 eadem ac *flagelliformis.*

n. 65. Spermacocibus addatur:

Spermacoce *Neesiana;* glabra, erecta; foliis lanceolatis, acutis, margine costâque scabris; verticillis subbinis, altero terminali. Sp. *linifolia C. G. Nees ab Esenb. Hor. Berol. p.* 49.

Caulis spithamaeus et ultra, erectus, glaber, quadrangulus, geniculatus, nodis approximatis. Folia basi attenuata, sessilia, integerrima, patentia, avenia, costâ infra setis antrorsum spectantibus, caeterum glabra, summa lineari-lanceolata. Stipulae vaginales nervosae, completae, scariosae, setis utrinque 5 ciliatis. Flores capitati terminales, subjecto interdum uno alterove verticillo. Bracteae oppositae, 2-4, foliis superioribus simillimae, basi dilatatâ albo-membranaceâ, vaginantes, vaginae margine ciliato. Flores densissime capitati, parvi, albi. Cal. superus, membranaceus, ciliatus, in 2 foliola viridia setacea abiens. Cor. infundibuliformis, tubo brevi, limbo patulo, dentibus 4 ovatis, brevibus, obtusiusculis. Faux ciliis conniventibus clausa. Stam. 4 cum laciniis limbi alternantia, iisque paulo breviora, alba. Antherae albae. Stylus staminibus longior paullo. Stigma laciniis 2 revolutis. Receptaculum setulis et paleis vaginis bractearum similibus. *N. a E. l. c.* *In Brasilia.* ♃.

Obs. Nomen mutandum cum sit *linifolia* antiquior *Vahl. Sprengel* hanc eandem esse cum *bogotensi*, quam confer.

n. 66. Spermacoce *reclinata C. G. Nees ab Esenb.;* glabra adscendens; foliis lanceolatis, acutis, laevibus; floribus capitatis. *C. G. Nees ab Esenb. Hor. Berol. p.* 50.

Caulis procumbens, arcu adscendens, uti et rami, gracilis, tetragonus, glaber, angulis acutis infra geniculis scaber. Folia utrinque acuta, in petiolum laevem attenuata, glabra, subavenia, pollicaria, vix 3 lin. lata. Vaginae breves, membranaceae, utrinque 5-setae, pubescentes. Capitulum terminale hemisphaericum, densum, bifolium, foliis duplo reliquis brevioribus. Flores albidi, majores quam in *mucronata* et *Neesiana.* Cor. infundibuliformis, laciniis obtusis. Stam. longitudine corollae. Cal. et fruct. glaber. *N. a E.* ad *Herb. Otton. Sprengel S. V. p.* 403. hanc ad Sp. *diversifoliam* trahit, sed discrepat nimis utrinque descriptio. *In regno Mexicano.* ♃.

n. 67. SPERMACOCE *elliptica Holm;* caule simplici foliisque ellipticis glabris; floribus axillaribus. *Plant. brasil. Dec.* III. *praes. Thunberg* C. O. *Holm p.* 28.

Tota glabra. Rad. fibrosa. Caulis teres, erectus, debilis, biulnaris. Folia opposita, petiolata, integra, erecta, palmaria. Petioli circiter unguiculares, sensim in folium dilatati. Flores aggregati, perianthiis setaceo-aristatis. *Holm l. c.* *In Brasilia.* ⊙.

n. 68. SPERMACOCE *Holmiana;* caule ramoso, piloso; foliis ovatis, hirsutis; floribus verticillatis. SP. *strigosa Plantae brasil. Dec.* III. *praes. Thunb.* C. O. *Holm p.* 29.

Caulis herbaceus, angulatus, totus pilis densis tectus albidis reflexis, flexuoso-erectus, ramosus, pedalis et ultra. Rami alterni et oppositi, sparsi, similes cauli, flexuosi, erecti. Folia opposita, sessilia, obtusa, integra, tota tecta utrinque setis albidis, strigosis, vix unguicularia. Flores axillares et terminales capitati, villositate densâ albidâ. *In Brasilia.* ⊙.

n. 69. SPERMACOCE *cymosa Spreng.;* caule herbaceo, obtusangulo, glabro; foliis oblongis, coriaceis, utrinque laevibus; stipularum ciliis rigidis; capitulis pedunculatis, subcymosis, ternis; calycibus fructibusque hirsutis. *Spreng. S. V.* p. 403.

In Brasilia.

Obs. Genus a SPERMACOCIBUS separandum, et ad quod plures hujus generis species brasilienses sibi pertinere videntur, benigne communicavit cls *Zuccarini,* ob superiorem capsulae partem deciduam mitraeformem MITRACARPUM ab illo dictum. Character generis hujus: „*Calyx* superus, 4-partitus, laciniis duabus oppositis multo longioribus. *Corolla* monopetala, infundibuliformis, 4-fidâ. *Stam.* 4 exserta. *Stylus* simplex, *stigmate* bifido. *Capsula* bilocularis, loculis monospermis, oblique circumscissis. *Semina* solida, testâ quadrilobâ." *Zuccarini in litt.*, qui hujus generis unicam nobis indigitavit speciem: „M. *scabrum* in *sabulosis prope Forte Louis crescentem.*"

Pag. 283. n. 485 a. BORRERIA.

n. 1. B. *suaveolens Meyer;* caule erecto, fruticoso; foliis linearibus, acuminatis, glabris; floribus globoso-capitatis verticillatisque; calycibus 4-fidis. *Meyer Essequeb. p.* 81. *Tab.* I. BIGELOVIA *suaveolens Sprengel S. V. p.* 404 *). SPERMACOCE fruticulosa atque ramosa, foliis linearibus, floribus constipatis ad alas. *Brown Jam. p.* 141. *n.* 4.

Frutex 2-3-ped., ramosissimus, cortice glabro nitido, rubrobrunneo, rosam spirans. Rami oppositi erecto-patentes, teretes, juniores obsolete tetragoni. Folia sinu 4-6 sensim breviora foventia, ramos per paria alternantia, verticillatim ambientia, firma, apice brevi subpungente, integerrima, opaca.

---

*) Cls *Sprengel* BORRERIAS nunc omnes cum quibusdam SPERMACOCIS speciebus BIGELOVIAS dicit; sed prostat antiquior BIGELOVIA.

stipularum loco margo subcartilagineus, setis rigidis, subulatis, rufescentibus. Flores fasciculati, brevissime pedicellati. Involucri foliola rameis simillima, sed parum latiora, capitulum vix superantia, basi membranâ subcoriaceâ, rugoso-venosâ. Cal. tubulosus, fauce clausâ, margine brevissimo 2-4-lobo, laciniis subulatis, margine submembranaceis, 2 oppositis basi paululum latioribus, utroque latere setâ brevissimâ. Cor. tenera, alba, calycem paululum superans, tubo cylindrico, fauce dilatatâ, laciniis lanceolatis, acuminatis, recurvatis, nervo intermedio et 2 marginalibus tenuissimis. Stamina corollam paulo superantia. Antherae albae. Stylus filamentis paulo longior. Caps. ovali-oblonga, calycis laciniis cristata, valvulis oblongis, infra connatis, apice bifidis et tenuissime hispidulis. Semina oblonga, brunnea. *In arenosis continentis circa Arowabischkreek.*

n. 2. BORRERIA *stricta Meyer;* caule herbaceo, stricto; foliis lanceolatis, basi attenuatis; floribus globoso-capitatis verticillatisque; calyce bifido. *Meyer Essequeb.* p. 83. t. 1. f. 1. 2. ad dextr. (Forte SPERMACOCE *stricta Linn.*).

n. 3. BORRERIA *parviflora Meyer;* caule herbaceo, diffuso; ramis subalato-quadrangulis; foliis oblongis, acutis; floribus verticillatis; calycibus quadrifidis. *Meyer Essequeb. p.* 83. *t.* 1. f. 1—3 ad sinistram.

In S. Domingo, Herb. cl. *Mertens.*

Obs. SPERMACOCE *verticillata* L., *linifolia Vahl* cum pluribus aliis speciebus SPERMACOCIS *Ruiz* et *Pav.* hujus esse generis videntur clo *Meyer l. c.,* et BIGELOVIAE *Spreng.*

n. 4. BORRERIA *umbellata Spreng.;* caule herbaceo, ramoso; foliis lanceolatis, acuminatis, (nervoso-) venosis; stipulis setaceis; floribus umbellatis, axillaribus terminalibusque; calycibus quadrifidis. *Spreng. N. Entd.* II. p. 144. BIGELOVIA *umbellata Spreng. S. V.* p. 405.

Caulis nitidus, fuscus, subtetragonus, culmi secalini crassitie, cubitalis. Folia utrinque attenuata, glabra, subtus discoloria, 1 1/2 poll. longa, 1/2 poll. lata. Stipulae basi connatae, vaginantes. Pedunculi aggregati, umbellis multifloris erectis, pedicellis filiformibus glabris. Cal. obovatus, fructui adnatus, dentibus 4 aequalibus, subulatis, scaber. Cor. minima, albida, infundibuliformis, limbo subreflexo, quadrifido. Stam. 4 tubo corollae inserta, hanc aequantia. Stigma emarginatum. Caps. flavida, pubescens, calyce tecta, laciniis subulatis coronata, bipartibilis, dentibus 4 obtusis. Valvulae inflexae, dissepimentum spurium sistentes. Sem.? fusca, glabra, oblonga, dorso convexa. *Sprengel* l. c. *In Brasilia.*

485 b. PSYLLOCARPUS.

n. 1. PSYLLOCARPUS *ericoides Mart.* et *Zuccarin.;* suffruticosus, inferne subsimplex, glaber; ramis tenuibus, virgatis; foliis (sub-) verticillatis, 8-15-nis, brevioribus

quam internodia; floribus terminalibus subcapitatis. *De Mart. et Zuccarin. nov. gen. et spec. Fasc. 3. p. 45. t.* 28. f. 1.

Rad. lignosa, fibrosa. Caules 1-2-ped., erecti, tenues, cortice cinereo-fusco, glabro, basi subteretes, apicem versus quadrangulares, ad nodos subincrassati stipulisque patentibus obsiti; ramis erectis, brevibus, aggregatis, rarius subdichotomis, caeterum cauli conformibus. Folia in fasciculos 2 oppositos, stipulis connatos, subverticillatim congesta, subulato-subtriquetra, acuta, subpungentia, glabra, erecta, internodiis breviora, rarius iisdem subaequalia, 4-6 lin.. Internodia $^1/_2$-1-poll., inferiora semper remotiora. Stipulae inter se et cum foliorum basibus connatae, membranaceae, glabrae, apice setoso-ciliatae. Flores sessiles, oppositi vel subverticillati, dense aggregati et capitulum referentes, singuli folio florali, reliquis simili, suffulti. Cal. urceolatus, compressiusculus, glaber, dentibus 2 longioribus tubo adpressis, dein divaricatis, reliquis minoribus setaceis, fimbriato-ciliatis. Cor. calyce triplo longior, tubo cylindrico extus glabro vel ad lentem squamoso-scabriusculo, pallide caeruleo, laciniis ovatis, acutis, patentibus, intus violaceis, villo denso, albo obducta. Filamenta brevissima; antherae ovatae, erectae, polline oblongo, flavo. Germen ovatum, supra convexo-planum. Stylus brevissimus; rectus, teres, glaber. Stigma capitato-emarginatum. Caps. *laricioide* minor. *M. et Z. In campis ad Bandeirinha, prope Tejuco, distr. adamantum in Minas Geraës.* ♄.

n. 2. PSYLLOCARPUS *laricioides Mart.* et *Zuccar.*; frutescens; ramosissimus, ramis glabris; foliis fasciculato-verticillatis, approximatis, setaceis; floribus terminalibus subspicatis; calycibus glabris. *De Mart.* et *Zuccar. nov. gen. et spec.* l. c. f. 2. *β. densifolia.*

Rad. lignosa, fibrosa. Caulis erectus, 1$^1/_2$-2 ped., a basi ramosus, cortice cinereo fusco, solubili, teres, glaber. Rami erecto-patentes, tenues, stricti, iterum dichotomo-ramosi, subfastigiati, epidermide albâ, solubili, cortice fuscescente. Folia 12-30 in fasciculos oppositos, verticillos referentes, congesta, sessilia, glabra, apicem versus parum latiora, acuta, integerrima, 6-8 lin.. Internodia vix $^1/_2$ poll.. Stipulae inter se et cum foliorum basibus connatae, membranaceae, glabrae, apice setoso-ciliatae. Flores singuli sessiles in axillis foliorum versus apicem ramorum, approximati, spicam brevem, laxam referentes. Cal. urceolatus, glaber, dentibus 2 oppositis triplo longioribus, patentibus; reliquis brevissimis, ciliatis, setaceis. Cor. calyce duplo longior, tubulosa, pallide caerulea; tubus cylindricus; limbi laciniae ovatae, acutae, patentes, extus glabrae, intus, uti tubus, villo denso albido. Filamenta brevissima. Antherae polline minimo flavo. Germen ovatum, supra planum. Stylus et stigma ut in *ericoide*. Caps. calyce persistente coronata, ovata, compressa, glabra, utrinque lineis 3-5 longitudinalibus, obsoletis, bilocularis, bivalvis. Valvulae ab apice dehiscentes, intus glaberrimae. Disse-

pimentum valvulis parallelum, membranaceum, glabrum, lineâ longitudinali et in centro utrinque cicatrice e seminis insertione. Semen fuscum. β internodiis magis approximatis, foliis longioribus copiosioribusque parum diversum. *M. et Z. In siccis montosis Minas Geraës, in Serra de Sincorá Bahiens. β in Serra do Itambé.* ♄.

n. 3. PSYLLOCARPUS *thymbroides Mart.* et *Zucc.;* caule frutescente, ramosissimo; ramis squarrosis pubescentibus; floribus terminalibus subspicatis; calycibus hirsutis. *De Mart.* et *Zuccar.* l. c. p. 46.

Humilis, 1-2-ped.. Folia fasciculata ut in reliquis, approximata, puberula. Flores azurei. *M. et Z. In campis montosis Serra de Gran Mogol prov. Minas Geraës.* ♄.

n. 4. PSYLLOCARPUS *asparagoides;* suffruticosus, glaber, ramis virgatis tenuibus; foliis filiformibus; pedunculis terminalibus, elongatis, nudis; floribus capitatis. *De Mart. et Zuccar. l. c.*

1½-2 ped., ramis gracilibus, dilute fuscis. Folia numerosissima, fasciculata, setaceo-filiformia. Flores minuti, albi. *M. et Z. In campis altis minarum novarum prope Piedade pr. Minas Geraës.* ♃.

n. 486. KNOXIA.

Pag. 284. n. 2. KNOXIA *corymbosa* deleatur: est eadem cum SPERMACOCE *sumatrensi.*

Pag. 532. n. 3. KNOXIA *dichotoma* deleatur, utpote SPERMACOCE *dichotoma*, fide *Kunth.*

n. 4. KNOXIA *simplex* expungatur; est enim, monente *Kunth*, eadem ac SPERMACOCE *diversifolia.*

Obs. KNOXIA *umbellata Banks* et *Sprengel* (*S. V. p.* 406) SPERMACOCE *teres* et *exserta* R. nunc a *Sprengel* l. c. dicuntur.

n. 2. KNOXIA *brasiliensis Spreng.;* caule herbaceo adscendente glabro; foliis oblongis utrinque attenuatis glabris; pedunculis cymosis axillaribus dichotomis. *Spreng. S. V.* p. 406.

In Brasilia. Sello.

n. 487. DIODIA.

Pag. 284. n. 1. DIODIA *virginica.* Addatur synonymon: *Nutt. gen.* p. 94.

Pag. 285. n. 4. DIODIA *prostrata.* Addatur:

Obs. Specimen, quod cls *Bertero* in *S. Domingo* legit, convenit plurimis, non paucis tamen recedit. Caulis fruticosi frustum cinereum, glabrum. Rami filiformes, triquetri, cinerei, glabri, ad angulos scabri, rarissime pilo uno alterove. Folia nitida potius, quam hispida, sed omnino scabra. Stipula spinulis potius, quam ciliis, rufescentibus. Flores in specimine nostro imperfecti.

n. 6. Diodia *sarmentosa*. Addatur.

Obs. Etiam hujus specimen a D. *Bertero* in Guadeloupe lectum discrepat caulis angulis laevissimis; floribus, s. potius fructibus terminalibus, quasi in verticillum coalitis: reliqua conveniunt cum descriptione.

n. 7. Diodia *hirsuta*. Addatur synonymon: *Nutt. gen. p.* 94.

n. 8. Diodia *tetragona*. Addatur synonymon: *Nutt. gen.* p. 94.

n. 10. Diodia *alata N.* et *M.*; caule erecto, angulis quatuor membranaceis, spinulosis; foliis ovatis, cuspidatis; verticillis terminalibus, nudis, globosis. *Nees et Mart. Nov. Act. N. Cur.* T. XII. p. 11.

Planta haud inamoena. Radix annua. Caulis pedalis et ultra, glaber, inferne dichotomus, superne trichotomus, geniculatus, crassiusculus, angulis acutis spinuloso-denticulatis, faciebus 2 oppositis latioribus convexis sulco medio notatis. Folia opposita poll. et ultra, elliptico-ovata, in petiolum attenuata, integerrima, glabra, margine scabra, costâ venisque simplicibus, arcuatis, subtus prominulis albidis. Stipulae: membrana continua, margine in cilia 16 longa, subulata divisa. Verticilli densissimi, multiflori, 3-4, remotiusculi, inferiores pari foliorum minorum suffulti, superiores 2 nudi, quorum alter terminalis capitatus. Cal. diphyllus glaber, foliolis oblongo-lanceolatis persistentibus. Cor. parva alba infundibuliformis, laciniis ovatis obtusis, faux pilis minutis cincta. Filamenta brevissima infra limbum inserta; antherae oblongae corollam fere aequantes. Stigma incrassatum. Fructus obovatus, compressiusculus, calycis foliolis divergentibus coronatus, et exinde bicornis, didymus, bilocularis, bipartibilis, griseus. Semen in singulo loculo singulum oblongum, lateribus involutum, fuscum, punctatum. *Nees* et *Mart.* *In viis vici S. Petri d'Alcantara Brasiliae. Ser. Princ. Max a Neovid.* ⊙.

n. 11. Diodia *brasiliensis Spreng.*; caule fruticoso, erecto, ramoso; foliis verticillatis, oblongo-linearibus; stipulis setaceis; floribus terminalibus, subfasciculatis. *Spreng. S. V. p.* 406.

In Brasilia. Sello.

n. 12. Diodia *pedunculata Spreng.*; caule herbaceo, scandente, tetragono; foliis lanceolatis, verticillatis, margine scabris; floribus verticillatis; calyce bidentato. *Spreng. S. V.* p. 405.

In Antillis.

n. 488. CRUCIANELLA.

Pag. 286. n. 2. Crucianella *latifolia*. Addatur synonymon: *Link Enum.* p. 138.

Folia saepissime sena, parum latiora, quam in *angustifolia*; at flores distantes, magis adpressi, qui in *angustifolia* approximati,

apice patuli. Spicae laterales vix ullae. *Link.* CR. *angustifolia Sieb. Herb. cret.* omnino *latifolia* est. Vix tamen CR. *monspeliaca* L., ut videtur clo *Sprengel S. V.* p. 398, *latifoliae* L. varietas.

n. 4. CRUCIANELLA *aegyptiaca.*

Obs. Ad hanc cls *Sprengel S. V. p.* 399 *pentandram Dufour* trahit!

n. 5. CRUCIANELLA *tuberculosa Cav.*

Obs. Haec, et *patula Willd.* (quam distinctam credit ab antiquissima *patula Linn.* ex *Loefling*) junguntur a *Sprengel* S. V. p. 398 tanquam una eademque species cum sequent.

n. 6. CRUCIANELLA *ciliata*!

n. 6 a. CRUCIANELLA *gilanica Trin.*; procumbens; foliis quaternis, lineari-lanceolatis, scabris; floribus remote spicatis; bracteis ovatis, subciliatis. *Trin. Mém. de l'Acad. de Petersb.* 1813-14. p. 493. *tb.* 12.

Rad. tenuis, fibris ad nodulos lignosos repens. Caules spithamaei pedales et ultra, geniculati, infra et imum versus nudi, subtetragoni, levissime striati, glabri, basi ramulis foliiferis, superne ramo uno alterove florifero. Folia in medio caulis acuta, patentissima, saepe reflexa, margine inflexa, facie punctato-scabra, glaucescentia. Spica racemosa plerumque simplex, floribus remotiusculis, oppositis, divergentibus. Bracteae ad florem singulum ternae, extima paulo major, ovatae aut ovato-lanceolatae, acutae, basin tubi obvolventes, margine pilis brevissimis. Corollae tubus sat longus, extrorsum incurvus, pallidus, limbo atro-rubente 5-fido, laciniis linearibus, unguiculatis, patentissimis. Stam. 4 in fauce corollae. Stylus tubo brevior. *In Gilean.*

Pag. 287. n. 6 bis. CRUCIANELLA *orientalis Willd.*; caule fruticoso, ramoso; foliis quaternis, linearibus, scabris; floribus terminalibus, verticillato-spicatis, quinquefidis. *Reliq. Willd. Ms.*

In montibus Gilean nive obtectis. Pallas. ♄.

Pag. 288. n. 8. CRUCIANELLA *patula.* Addatur synonymon: CRUCIANELLA *pentandra Dufour.*

n. 10. CRUCIANELLA *pubescens.* Conferatur: ASPERULA *incana.*

Pag. 289. n. 14. CRUCIANELLA *mollugìnoides.* Addatur synonymon:

Reichenb. icon. tab. 262. GALIUM *longiflorum Güldenst. it.* I. *p.* 327. (fide *M. a Bieb. taur. cauc. Suppl. p.* 110. qui nomine CRUC. *anomalae* variis hortis botanicis eandem tribuisse monet. CR. *asperam M. a Bieb.* hujus varietatem esse petit *Spreng. S. V. p.* 399.).

n. 14 a. CRUCIANELLA *stylosa Trin.*; procumbens; capi-

tulis terminalibus pedunculatis; floribus 5-fidis, pentandris; foliis subnonis, lanceolatis, cauleque hispidis. *Trin. Mém. de l'Acad. de Petersb.* 1813-14 *p.* 490 tb. XI. LAXMANNIA *fasciculata Gmelin jun.*

Rad. brevis, horizontalis, lignosa. Caulis dodrantalis, pedalis et ultra, infra nudus, e nodis lignosis fibras emittens tenues, radicantes, sulcato-tetragonus, angulis aculeis brevissimis raris sursum hispidus, simplex, rarius ramosus, ramis oppositis, patentibus. Foliorum verticilli remoti, inferiores foliis brevioribus reflexis 6, superiores plerumque 9, subinde ovato-lanceolatis, mucronatis, margine revoluto carinâque aculeato-hispidis. Pedunculus ex summo verticillo pollicaris, interdum palmaris, rectus. Flores in capitulo hemisphaerico plurimi?, luridi, bracteis suffulti, exterioribus perianthium commune mentientibus, ad basin singuli flosculi singulis lineari-lanceolatis, acuminatis, margine aculeis longiusculis rarisque ciliatis. Corollae infundibuliformis tubus quam in congeneribus longior, filiformis, limbum versus paulo dilatatus; limbi laciniae patentes, breves, lineari-lanceolatae, angustae, obtusiusculae nec unguiculatae. Stam. in fauce corollae. Stylus? ante fecundationem tubo brevior, hac peractâ corollâ duplo fere longior. Stigma clavatum, rugulosum, bicorne, sub fecundatione apicibus callosis patentissimum. *Trin. l. c.* *Inter saxa montium Sanamisicorum. Gmel.* jun. ♃.

n. 489. SIPHONANTHUS.

Pag. 290. n. 1. SIPHONANTHUS *indica*. Addatur synonymon: CLERODENDRON *Siphonanthus Aiton.* IV. 65 (quo teste *S. angustifolia* non differt, nec differt OVIEDA *mitis Willd. Spec.* III. *p.* 382.) *Spreng. S. V.* II. *p.* 758.

n. 490. EPIMEDIUM.

Pag. 290. EPIMEDIO *alpino* addatur diagnosis:

n. 1. EPIMEDIUM *alpinum*; foliis radicalibus nullis, caulino biternatim secto. *Decand. Syst. nat.* II. *p.* 28. *Sibth. Fl. graec.* 2. *p.* 39. *t.* 150. *Smith Engl. Fl.* 220. *β. pubigerum*; petiolis pilosis, nodis hirsutissimis. *Decand. l. c.* E. orientale flore ex albo flavescente. *Tour. Cor.* 17? E. orientale flore albo. *Tourn. Cor* 17?

β, quam circa Byzantium legit *Olivier*, differt a *vulgari* petiolis passim pilis patulis, rufis, ad nodos confertioribus, collare quasi sistentibus; fasciculo pilorum albidorum subtus ad basin foliolorum; floribus in sicco pallidis; calycis foliolis obtusioribus. An species propria? *Decand.?* Huic subjungatur:

n. 2. EPIMEDIUM *pinnatum Fischer*; foliis radicalibus pinnatim sectis; scapo aphyllo. *Decand. Syst. nat.* II. p. 9. *Fischer in litt.* ad *Decand.*.

Rhizoma horizontale, fibrillis dependentibus. Folia radicalia,

2-3, petiolata, bijuga cum impari, segmentis longe petiolatis, superne nitidis, profunde cordatis, acuminatis, acute serratis, margine cartilagineis. Scapus pedalis, foliis longior, erectus, racemo simplici longo a medio ad apicem. Pedicelli simplices, 1-flori, distantes, 2-3 lin.. Flores erecti. Fructus apice pedicelli inflexo-penduli. *Decand.* ex *Fisch.* *In Persiae Gilan, Habliz,* in *Herb. Pallas.* ♃.

n. 491. PTELEA.

Pag. 291. n. 1. PTELEA *trifoliata.* Addatur synonymon: *Nutt. gen. p.* 104. *Tuss. Mem. Mus.* XII. p. 510.

1. a. PTELEA *pentandra Fl. mex. ined.*; foliis 3-foliolatis: foliolis ovalibus, subpetiolatis, utrinque attenuatis; floribus paniculatis, pentandris. *Fl. mex. ined. ic. Decand. Prodr.* 2. *p.* 83.

In Mexico. ♄.

n. 1 b. PTELEA *podocarpa Decand.*; foliolis ovatis, basi obtusis, sessilibus; corymbis paucifloris; samaris pedicellatis, ellipticis. *Decand. Prodr.* 2. p. 83. PT. *trifoliolata Fl. mexic. inedit.*

In Mexico. ♄.

n. 2. PTELEA *monophylla.* Addatur:

Obs. Clo *Nutall gen.* p. 104. videtur MYLOCARIUM *ligustrinum.*

n. 3. PTELEA *ovata Lour.*; foliis ovatis, simplicibus; racemis sparsis. *Lour. Cochin.* I. *p.* 104.

Arbuscula 4-ped. ramosissima. Folia utrinque obtusa, integerrima, glabra, parva, alterna. Flos albus, minusculus, racemis brevibus, sparsis. Cal. minimus. Pet. oblonga, patentia, coriacea. Stam. subulata, brevia. Pistillum non invenit *Lour.* BLACKBURNIAE affinem dicit *Willdenow.* Omisit div. *Römer.* *In Cochinchina.* ♄. An PTELIDIUM ut videtur clo *Decand.* et clo *Sprengel,* cui SERINGIA? Ill. de *Jussieu Mém. Mus.* XIII. *p.* 510 valde dubia videtur.

n. 492. PTELIDIUM.

n. 1. PTELIDIUM *ovatum.* Addatur synonymon: *Poiret Enc. ill. genr. Suppl.* p. 550. t. 916 f. 1. SERINGIA *ovata Spreng. S. V. p.* 441. Cl. *Decand. Prodr.* 2. p. 11. cum? hic ducit P. *ovatam Lour.*

493. GYROCARPUS.

Pag. 292. n. 1. GYROCARPUS *americanus.* Addatur synonymon: G. fol. subcordatis, glabris (?), floralibus integris (rarius 2-3-lobis?); alis druparum cultriformibus, obtusis, integris, latissimis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* T. VII. p. 193. *Humb. Relat. hist.* 86. GYR. *Jacquini Gaert. Fruct.* II. p. 92. t. 97.

Arbor 40-50-ped., inermis, ramosissima; ramuli sericeo-pubescentes, apice foliosi et floriferi. Folia (floralia) alterna, longe petiolata, rhombeo-subrotunda, acuminata, basi acutiuscula, integra et integerrima, reticulato-trinervia, nervis venisque primariis subtus prominentibus, membranacea, utrinque glabra, subtus pallidiora, in nervis venisque primariis puberula, 5 1/4 poll., 4 1/2 poll. lata. Petioli 3 1/2 poll., glabri. Stipulae nullae (?). Corymbi axillares et terminales longe pedunculati, dichotomi, petiolis parum longiores, pedunculis 2 1/2-2 3/4 poll., puberulis; ramis ramulisque cano-tomentosis, divaricatis. Flores parvi, pedicellati, in apice ramulorum conglomerati, suppetentes omnes masculi. Bracteae nullae? Cal. 7-partitus, utrinque canescenti-tomentosus, laciniis spathulatis subaequalibus. Stamina 4 fundo floris inserta, inaequalia, calycem duplo superantia. Filamenta filiformia, glabra, libera. Antherae ellipticae, basi affixae, cum filamento continuae, glabrae, 2-loculares; loculis lateralibus operculatis, operculo a basi ad apicem dehiscente. Glandulae (stamina sterilia) 5, stipitatae, clavatae, tomentosae, fundo calycis insertae ipsoque dimidio breviores, inaequales. *Kunth.* Quadrat ad amussim descriptio in Specimen a *Bertēro* in St. Martha lectum, exceptis alis druparum spathulatis, subinde bifidis. *In locis temperatis inter Carthagenam de Indias et Turbaco regn. Novo-Granat.; in provincia Caracasana prope Banno de Mariara et juxta Zompango Mexicanorum.*

n. 2. Gyrocarpo *asiatico* addatur synonoymon: G. *Jacquini;* polygama; paniculis dichotomis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 465.

Arbor sat magna, trunco erecto, cortice glabro, e virescenti cinereo; ramis tenuibus, diffusis. Folia approximata ad apices ramulorum, petiolata, late cordata, trinervia, saepe obsolete lobata, supra glabra, subtus pubescentia, scrobiculis 2 supra ad basin, 5-6 poll. in diametro. Petioli teretes, pubescentes, 3 poll.. Panicula terminalis, umbellata. Flores parvi, flavi, ☿ i˘ solitarii, sessiles in dichotomia. Calycis foliola 2 exteriora parva, ovata, bracteiformia, caduca, 2 interiora magna, cuneiformia, 3-dentata, persistentia, increscentia cum pericarpio in alas 2 longas membranaceas. Nectarium glandulae flavae. Antherae tetragonae. Stylus 0. Stigma parvum, immersum. Caps. globosa, rugosa, magnitudine Cerasi. *Roxb.* l. c. *In montosis Coromandel.*

n. 494. BLACKBURNIA.

n. 1. Blackburnia *pinnata.* Addatur synonymon: Samara *Blackburnia Sprengel S. V.* p. 441.

n. 2. Blackburnia *monadelpha Roxb.;* arborea; foliis alternis lanceolatis; filamentis basi coadunatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 435.

Arbor magna, trunco erecto, cortice tenui firmo, flavo-virente extus, intus profunde rubro; ramis numerosis. Folia breviter petiolata, lineari-oblonga, glabra, subtus albicantia, integer-

rima, undulata, acuta, 5-6 poll., 1 1/2-2 lata. Stipulae 0. Racemi axillares, parvi, erecti, plerumque compositi. Bracteae parvae, subulatae. Flores parvi, flavi. Petala oblonga, expansa, apice revoluta. Nectarium annulus cingens germen, staminifer. Filamenta petalis breviora, pilosa, antheris ovatis. Germen globosum, stylo brevi, stigmate capitato. Bacca depressa, succulenta, magnitudine Cerasi majoris, pruinâ atropurpureâ. Semen solitarium, arillâ tectum, quasi bilobum, laete purpureum. *Roxb. l. c.* *In montosis Circars.* ♄. *Sprengel*, uti genus ipsum, sic etiam hanc speciem neglexit.

n. 495. SKIMMIA.

Pag. 293. SKIMMIA *japonica* est ILEX *Skimmia Spreng. S. V.* p. 495.

n. 496. MONETIA.

n. 1. MONETIA *barlerioides;* foliis oppositis, petiolatis, ovato-lanceolatis, glabris, apice pungentibus; spinis stipularibus quaternis. *Lam. Enc.* I. p. 343 (sub AZIMA *tetracantha*) cum tota synonymia nostra S. V. l. c.

n. 2. MONETIA *diacantha Willd.;* foliis petiolatis, ovatis, pubescentibus; spinis stipularibus binis, *Lam.* l. c. (sub AZIMA *diacantha.*) *Willd. S. V.* II. p. 670. (excl. syn. *Rheede.*) *Spreng. S. V. p.* 642. Amaranthoides indicum verticillatum Parietariae folio spinosum. *Pluk. Alm.* 27. t. 133.

Folia alterna: at flores oppositi verticillati ad nodos folia non esse alterna suadent, sed opposita, ut in foliis terminalibus figurae. Spinae minus numerosae ad nodum singulum. *Lam. l. c.* *In Ind. or.*

Obs. *Willdenow* Tsjerou kara *Rheed. Mal.* 6. t. 73. p. 37. ad MONETIAM suam *diacantham* citavit, et addidit: „haec species dubia est secundum clm. *Dryander* (*Trans. Linn. Soc.* II. p. 221), quam *Lamarck* descriptionem ex icone *Pluckenetii* formaverit, eam tamen conservandam esse censeo, ob *Rheedii* accuratam descriptionem et figuram.“ Serius idem *Tsjerou kara* (neglecto synonymo AZIMAE *diacanthae Lam.* et *Pluk.* t. 133) ad WEBERAM *tetrandram* duxit, ad quam non *Tsjerou kara*, sed *Kanden-Kara Rheed.* V. t. 36, spectare docuit cls *Wallich Fl. ind.* p. 170., qui *Amaranthoides* de *Pluk.* 133 excludit a CANTHIIS suis, seu WEBERIS *Willd.*. *Tsjerou-Kara* plantam minime *tetrandram* esse, docet descriptio a *Rheede* data longo saeculo ante Systema Linnaeanum: „staminulis quinque viridi-albicantibus, apicibus flavo-rufescentibus, inter quae stylus albicans, inferne pilis candidis.“ Planta ergo tantum ex *Pluknet* nota. — — Tertiam MONETIAE speciem *Sprengel l. c.* CAMPHOROSMA *paleacum* L. esse jubet *S. V. l. c.*

n. 497. SAMARA.

Pag. 294. SAMARIS subscribantur:

n. 2. SAMARA *paniculata Roxb.;* arborea; foliis oppositis, integerrimis, late lanceolatis; paniculis axillaribus; stigmate bilobo. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 435.

Arbor. Folia petiolata, in acumen acutum attenuata, glabra, 3-5 poll., 1 1/2-2 lata. Corymbi parvi, pedunculati, foliis breviores, trifurcati. Drupa sicca, oblonga, nuce uniloculari. *Roxb. l. c.* *In montibus Circar.* ♄.

n. 3. SAMARA *polygama Roxb.;* foliis oppositis, breviter petiolatis, late lanceolatis, firmis, nitidis; paniculis axillaribus et terminalibus; filamentis brevibus, sinui ad marginem baseos petalorum insertis. *Roxb. l. c.*

In Moluccis.

n. 4. SAMARA *saligna Willd.;* foliis oblongo-lanceolatis, obtusiusculis, basi angustatis, nervo medio subtus, petiolis ramulisque rufo-tomentosis; floribus pentandris. *Willd. Reliqu. Ms.*

Arbor 12 ped., ramis erectis, adpressis, junioribus pulverulento-tomentosis; floribus interdum tetrandris, iterum hexandris. Variat calycibus 4-fidis et 5-fidis. *In Americ. meridion.* ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

n. 5. SAMARA *myricoides Willd.;* foliis oblongis, obtusis, basi angustatis, supra nitidis, glabris, subtus pilosiusculis, nervo medio petioloque pubescentibus; floribus pentandris. *Reliqu. Willd. Ms.*

Arbor 3-4 org., cacumine ovato, ramis junioribus apice incanis, sericeis; floribus albis. *In Americ. merid.* ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

n. 6. SAMARA *myrtifolia Willd.;* foliis ellipticis, acutis. *Reliqu. Willd. Ms.*

In Amer. merid. ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

Obs. Ad genus hocce nomine SAMARAE *Isquierdae* cls *Sprengel* S. V. p. 448. ISQUIERDAM *aggregatam*, nomine SAMARAE *Blackburniae* BLACKBURNIAM *pinnatam Forst.* traxit: species vero *Humboldtianas*, N. 4-6, neglexit.

n. 497 a. ASTROPUS.

n. 1. ASTROPUS *tomentosus Spreng. N. Entd.* III. *p.* 64. WALTHERIA *Astropus Spreng. S. V.* III. *p.* 31.

Frutex ramis fuscis, ramulis dense tomentosis, stellato-pubescentibus, stipulis filiformibus. Folia rigida, sessilia, trinervia, obtusa, subrotunda, apice dentata, utrinque pube stellatâ, sparsâ. Flores terminales, pedunculati, corymbosi, minuti. Pedunculi villosi. Bracteae ad calyces lanceolatae. Cal. nervosus, angulatus. Pet. subcontorta, lanceolata, lutea. Filamenta membranacea, discreta, corollâ breviora. Stigma more SIDAE in plura filamenta rubra divisum. Caps. villosa supera. *Sprengel* qui nunc WALTHERIAM dicit. Sed quomodo *Monadelpha*, si stamina discreta? *In Brasilia.* ♄.

n. 498. HARTOGIA.

Pag. 294. n. 1. HARTOGIA *capensis* clo *Sprengel S. V. p.* 780 ELAEODENDRON *schinoides* est.

n. 499. CURTISIA.

n. 1. CURTISIA *faginea*. Addatur synonymon: *Link Enum. p.* 144. DORATIUM *Sol.* in *Jaum. exp.* 2. p. 267.

Flores albi.

n. 501. FAGARA. *)

Pag. 295. n. 1. FAGARAE *triphyllae* addatur synonymon: F. fol. etc., foliolis oblongis etc.; paniculis axillaribus brachiatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 437. et hoc teste, *Rumph Amb.* II. t. 62. EVODIA *triphylla*; foliolis ovatis, acuminatis, subtus glabris; paniculis lateralibus brachiato-pyramidatis, petioli circiter longitudine. *Decand. Prodr.* I. *p.* 724. *Spreng. S. V. p.* 442.

Caulis erectus, lignosus, crassitie baculi, glaber, cinereus, ramis junioribus teretibus, pilosis. Foliola lanceolata vel oblonga, utrinque glabra, 2-10 poll., 1-4 lata. Paniculae petiolis breviores, brachiatae, villosae. Flores numerosi, minuti, albi, inodori, bracteâ triangulari ad divisiones paniculae. Cal. parvus. Petala oblonga, alba, glabra, patentia, longitudine pistilli et quadruplo calyce longiores. Filamenta longitudine petalorum. Germen globosum, pubescens, quadrisulcatum pro receptione filamentorum. Stylus longitudine germinis, stigmate 4-lobo. Capsulae 1-4, distinctae, magnitudine fabae. Semina 2, rotundata, magnitudine *Piperis nigri*, castanea, lucida, ut in affini XANTHOXYLO *alato*. *Roxb.* l. c. *In Pulo Penang. W. Roxburgh.*

n. 1 a. FAGARA *latifolia*; foliolis ovatis, acutis, subtus lanuginosis; paniculis axillaribus petioli longitudine. EVODIA *latifolia Decand. Prodr. p.* 724. AMPACUS *latifolia Rumph* II. p. 186. t. 61.

Foliola 8-12-poll. *In Amboina.* ♄.

n. 1 b. FAGARA *glabra Blume*; foliis ternatis, foliolis obovatis, integerrimis, glabris; paniculis in summis foliorum axillis divaricatis, corymbosis, folium aequantibus. *Blume Catal. Buitenzorg.* EVODIA *Forst.*

In Java.

---

*) FAGARAM L. cum XANTHOXYLO *Smith, Nees, Mart.*, OCHROXYLO *Schreb., Nees, Mart.*, KAMPMANNIA *Rafin.*, LANGSDORFIA *Leand.*, POHLANA *Nees* et *Mart.*, AUBERTIA *Bory* et EVODIAE Spec. *Decand.* ill. de *Jussieu Mem. Mus* XII. *p.* 503 ZANTHOXYLUM, s. rectius XANTHOXYLUM est, etiam clo *Kunth.* „FAGARA *Jacq., L., Schreb., Nees* et *Mart.*, PTEROTA *P. Brown.* XANTHOXYLI *Spec. Nees, Mart.* ait, complectitur species, quibus laciniae calycis, petala et stamina 4, ovaria 2. Auctores fefellit in floribus masculis gynophorum rudimentum ovariorum bipartitum gerens, ideoque ovarium simplex cum stigmate bilobo et flores hermaphroditos descripserunt. Huc referuntur X. *Pterota*, X. *Culantrilo* et aliae, si quae petalis 4, simulque ovario duplici instructae. Quaedam 4-petalae existunt, sed ovario unico (interdum tamen geminato) ut X. *praecox St. Hil.*, X. *affine*, X. *Budrunga*, X. *Rhetsa.* In FAGARA *Lam.* et *Sw.* et XANTHOXYLO *Nees, Mart.*, speciebus praecedentibus accedunt quaedam tripetalae, triandrae, triovarieae, qualia X. *pimpinelloides*, *ternatum*, *punctatum*, *emarginatum*, *acuminatum*, *spinosum.*“

n. 1 c. FAGARA *obtusifolia*; foliolis ovalibus, obtusis, utrinque glabris; paniculis axillaribus petiolo fere brevioribus. EVODIA *obtusifolia Decand. prodr. p.* 724. AUBERTIA *Tuss. Mém. Mus.* XII. p. 506.

In insulis Mauritianis. ♄.

Obs. Huic sane magis, quam *triphyllae*, similis FAGARA *Herb. Maur. Sieb.* No. 202, quae sub *triphyllae* nomine venum data. Folia 2-3 poll., 1½ poll. lata, obtusa cum acumine obsoleto, petiolo communi rugoso-rimoso, singulo brevissimo. Paniculae oppositae vix ½ poll., pedunculis pedicellisque crassiusculis, glaberrimis; bracteis brevissimis, lineari-lanceolatis. Cal. glaberrimus. Petala glaberrima. Stam. 4. Hisce abunde differt a *triphylla*.

n. 2. FAGARA *Evodia.* Addatur synonymon: EVODIA *hortensis*; foliolis lanceolatis ramulisque pubescentibus; paniculis axillaribus foliolisque petiolo longioribus. *Decand. Prodr.* p. 724 *). *Spreng. S. V.* p. 442. *Juss. Mém. Mus.* XII. p. 485.

n. 3. FAGARA *Pterota.* Addatur synonymon: XANTHOXYLUM *Pterota*; aculeatum; fol. imparipinnatis; foliolis 4-5-jugis, oblongis, obtusis, margine crenatis et glanduloso-punctatis, glabris; petiolo communi hirtello; rhachi nudâ; spicis axillaribus, brevibus multifloris; ovariis duobus (?); capsulis solitariis pisiformibus. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. red. Kunth* VI. p. 3. *Decand. Prodr.* p. 725. *Spreng. S. V.* p. 945, et his testibus: FAGARA *lentiscifolia Willd.* (infra Nr. 13.).

n. 3 a. FAGARA *Budrunga Roxb.*; arborea, aculeis parvis, incurvis; foliis pinnatis, foliolis 5-6 jugis, inaequaliter ovatis, lanceolatis, integerrimis, acuminatis; paniculis confertis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 437. n. 2. XANTHOXYLUM *Budrunga Decand. prodr. p.* 728. *Spreng. S. V. p.* 945.

Arbor magna. Truncus erectus, demum inermis, ramis ramulisque aculeolis innumeris albis. Folia conferta, 6-10 poll.; foliola opposita vel subopposita, glabra, 3-4 poll., 1½ lata. Paniculae terminales, longe pedunculatae, trichotomae, sat magnae, ramosae, globosae, foliis breviores. Cal. 4-dentatus. Petala elliptica, patentia, staminibus multo breviora. Germen ovatum, stylo brevi. Caps. magnitudine pisi, drupacea, unilocularis, tunicâ exteriore cellulis balsamo fragrante repletis. Semen solitarium, apice suturae valvularum affixum, rotundum, glabrum, nitidum, nigrum, aromaticum, odore

*) Cls. *Decandolle* genus EUODIAE cum speciebus hic enarratis admisit charactere sic efformato: Cal. 4-5-fidus partitusve. Pet. 4-5. Glandulae totidem vel nectarium cyathiforme inter stamina et ovaria. Caps. 4-cocca, coccis basi tantum connexis, bivalvibus, 1-2-spermis. Poterit, cum genus FAGARAE nunc adeo divulsum, interim sectionis ad instar hic persistere cum reliquis. EVODIA *febrifuga St. Hil.* monente *Jussieu Mém. Mus.* XII. p. 486. ESENBECKIA est.

corticis Citri. Integumenta 3; extimum fragile, sub quo pulpa aurantiaca; medium durum, crassum, instar nucis, nigrescens; intimum membranaceum. *Roxb. l. c.* *In Silhet.* ♄.

n. 3 b. FAGARA *Rhetsa Roxb.*; arborea, teres: foliolis 8-16-jugis, lanceolatis, integerrimis; paniculâ terminali. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 438. XANTHOXYLUM *Rhetsa Decand. prodr. p.* 728. *Spreng. S. V. p.* 947.

Arbor magna, trunco erecto, cortice suberoso, profunde fisso, ex albo griseo, ramis numerosis, lâtissime patentibus, aculeis numerosissimis parvis acutissimis, in ligno annosiore basi conicâ solidâ. Folia versus apicem ramulorum, abrupte pinnata, 12-20 poll., foliolis oppositis, breviter petiolatis, undulatis, in acumen angustum attenuatis, 5-6 poll., 2 latis, omnibus fere aequalibus, inaequaliter nervosis, parte exteriore duplo latiore interiore. Petioli teretes, glabri, subsulcati. Stipulae nullae. Paniculae etiam ex axillis extimis, plerumque ramulis decussatis, pedunculi pedicellique glabri, subinde compressi, bracteis minutis, deciduis. Flores minimi, flavi. Cal. 4-phyllus. Filamenta petalis breviora, longitudine styli crassi. Stigma attenuatum. Caps. globosa, magnitudine pisi, sicca, semine rotundo, nitido, atro, sapore PIPERIS *nigri*; immatura baccata, aromatica, adinstar corticis aurantiorum. An haec F. *piperita?* sed foliola semper integerrima. *Roxb.* l. c. *In montosis littoris.* ♄.

Pag. 296. n. 4. FAGARA *piperita.* Addatur synonymon: XANTHOXYLUM *piperitum Decand. prodr. p.* 845.

n. 4 a. FAGARA *nitida Roxb.*; fruticosa; ramulis, petiolis costisque armatis; foliolis bi-trijugis, terminali impari oblongo, lucido, remote glandulose crenato, apice elongato, emarginato; ramis axillaribus. FAGARA *piperita Lour. Cochin.* p. 101. XANTHOXYLUM *nitidum Decand. prodr. p.* 727. *Spreng. S. V. p.* 945.

Flores uti in speciebus reliquis, sed pistillum 3-4-lobum, lobo singulo, ut videtur, in stylum recurvum stigmate bilobo terminatum. Hinc magis quam ulla alia species affinis XANTHOXYLO. *Roxb. l. c.* Fruticem hunc quotannis florere sine fructu; ramos longos graciles per frutices proximos oberrare; juniores pubescere, adultos cortice fusco nitere, omnes horrere aculeis numerosis, compressis, purpureis, recurvis; folia petiolata, 6-12 poll., petiolis acutis, aculeatis; foliola subsessilia, lanceolato-oblonga, basi rotundata, subaequalia, apice in acumen angustum attenuata, 3 fere poll., undulata, integerrima vel crenis glandulosis remotis in junioribus, supra lucida, punctis glandulosis numerosis transparentibus ad marginem, subtus pallida, costâ aculeolatâ; racemum solitarium vel 3 fasciculatos in axillis extremis, poll. 2-3, erectos, teretes, pedunculis villosis teretibus; flores numerosos, fragrantes, albos, breviter pedicellatos; cal. planum, laciniis minimis, ovatis, acutis; petala lanceolata, subconcava, calyce quadruplo longiora, bre-

viter acuminata, staminibus duplo breviora. Pistilla? 4, ovata, parva, stylo recurvo brevi terminata; stigma acutum, supra dente brevi: *Wall.* l. c. qui dioïcam asserit esse, et ad Xanthoxylon referendam. *Cantone Sinarum.* ♄.

n. 4 b. Fagara *affinis*; aculeata; foliis impari-pinnatis: foliolis 4-5-jugis, oblongis, margine crenatis et glanduloso-punctatis, glabris; petiolo communi hirtello; rhachi nudâ; spicis axillaribus, brevibus, multifloris; ovariis duobus (?); capsulis solitariis, pisiformibus. Xanthoxylum *affine Humb.* et *Bonpl. nov. gen. et spec. red. Kunth* T. VI. p. 3.

Xanthoxylo *piperito* (Fagarae *piperitae*) valde affinis. Arbor ramis sparsis, teretibus, laevibus, fuscescentibus, hirtellis; aculeis sparsis, solitariis, conico-subulatis, curvatis, glabris, 2 lin.. Folia alterna 1 ½-2 poll.; foliola 11 (9-11?) subopposita, subsessilia, basi acutiuscula, obsolete venosa, nervo medio subtus prominulo, membranacea, supra nitida, subtus pallidiora, 5-6 lin., 2-2 ½ lin. lata, inferiora minora. Petioli teretiusculi, interne canaliculati, nudi, adjectâ rhachi 12-24 lin. Rhachis aptera. Spicae solitariae, breviter pedunculatae, hirtellae, suppetentis inexplicatae, 3 lin. Flores dioici; masculi haud suppetunt, feminei sessiles, bracteâ suffulti, minuti, suppetentes nondum aperti; bracteis minutis, subrotundo-ovatis, obtusis, hirtellis, persistentibus. Calyx 4-partitus, hirtellus, laciniis 2 exterioribus subrotundis, 2 interioribus minoribus, ovatis, acutiusculis. Petala 4, hypogyna, aequalia, hirtella, infra apicem gibba, ante apertionem floris marginibus incumbentia. Stamina nulla. Pistillum oblongum, glabrum, fertile (ovula vidi, sed quot?) Capsula nuda, subglobosa, coriacea, rugulosa, fusca, glabriuscula, 1-locularis, 2-valvis, monosperma, magnitudine Pisi minoris. Endocarpium chartaceum, tardius solubile valvasque 2 interiores referens. Semen globosum, laeve, atrum, nitidissimum, magnitudine grani Cannabis; suppetens vermibus exesum. *Kunth.* *In regno mexicano, ad lacum Cuiseo,* alt. 900 hexam.

n. 4 c. Fagara *Culantrilo;* foliis ternatis vel impari-pinnatis: foliolis oblongis, subemarginatis, margine crenatis et pellucido-punctatis, glabris; petiolo communi glabro; rhachi obsolete alatâ; pedunculis axillaribus, ramosis, petiolo parum longioribus; ovariis duobus; capsulâ solitariâ pisiformi. Xanthoxylum *Culantrilo Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth.* T. VI. p. 2. Culantrilo incolarum.

Arbor 3-4-orgyalis et altior, ramosissima; ramis sparsis, teretibus, inermibus, laevibus, fuscescenti-cinereis, glabris: ramulis junioribus hirtellis. Folia alterna, petiolata: foliola opposita, 2-juga cum impari, obtusa, basi cuneata, obsolete reticulato-venosa, nervo medio subtus prominulo, membranacea, supra nitida punctulisque nigris, subtus pallidiora, 12-16 lin., 5-7 lin. lata; in foliis ternatis: subaequalia, lateralia sessilia, terminale petiolatum; in foliis pinnatis: 2 inferiora minora, omnia sessilia. Petiolus communis semiteres, interne

canaliculatus, nudus (nec alatus), adjectâ rhachi 12-15 lin. Stipulae nullae. Pedunculi axillares et subterminales, solitarii, racemoso-ramosi, hirtelli, vix poll., bracteati; rami 2-4, alterni aut suboppositi, patentes. Flores parvi, subsessiles, sparsi, subsolitarii, dioici; suppetentes nondum aperti. Bracteae minutae ad basin foliorum et sub quolibet flore solitariae, abbreviatae, rotundatae, hirtellae. Flores masculi: Calyx parvus, cupuliformis, 4-fidus, glabriusculus; lobis rotundatis, aequalibus, 2 exterioribus, 2 interioribus. Petala 4, hypogyna, calyce 4-plo longiora, subelliptica, obtusa, infra apicem gibba, concava, glabra, alba, aequalia, ante apertionem marginibus incumbentia. Stamina 4 cum petalis alternantia, aequalia. Filamenta hypogyna, subulata, glabra, libera. Antherae ellipticae, obtusae, basi profunde bifidae, dorso affixae, glabrae, biloculares, longitudinaliter interne dehiscentes, flavidae. Ovaria lageniformia, glabra, fundo prominenti truncato-conico calycis insidentia, conniventia, sterilia. Flores feminei floribus masculis similes. Stamina 0. Ovaria 2, parva, sessilia, subovata, glabra, arcte inter se contingentia, 1-locularia, 2 sperma (?). Stigma capitatum, subsessile, magnum. Capsulae subglobosae, laeves, glabrae, fuscescentes, subcoriaceae, 1-loculares, 2-valves, magnitudine grani Piperis. Semina solitaria, globosa, nigra, nitida (ex *Bonpl.*) *Kunth.* *In ripa fluminis Amazonum, prope Jaen de Bracamoros.*

n. 5. FAGARA *tragodes.* Addatur synonymon:
XANTHOXYLUM *tragodes. Decand. prodr. p.* 725. *Sprengel S. V. p.* 946.

Pag. 297. n. 6. FAGARA *xanthoxyloides.* Addatur synonymon:
XANTHOXYLUM *senegalense Decand. prodr. p.* 726. *Spreng. S. V. p.* 946.

Obs. Decandolle l. c. tantum FAGARAM *xanthoxyloidem* L. huc instar synonymi ducit, et *martinicensem* tanquam speciem propriam nomine XANTHOXYLI *martinicensis* proponit. *Sprengel* vero l. c. FAGARAM *xanthoxyloidem* et *senegalensem*, plantas omnino diversas, eandem esse speciem, nomine X. *senegalensis* esse jubet.

n. 7. FAGARA *horrida.* Addatur synonymon:
XANTHOXYLUM *horridum Decand. prodr.* p. 728.

n. 8. FAGARA *capensis.* Addatur synonymon:
ELAPHRIUM *capense Decand. prodr.* p. 724. AMYRIS *capensis Spreng. S. V.* II. p. 218.

Obs. „*Fagaras capenses* forsan ad ELAPHRIUM quoque referendas opinatur *de Candolle*, nisi tamen potius ex his proprium genus instituatur, quod ego characteribus sequentibus definiverim: Flores hermaphroditi. *Cal.* 3-4 partitus, brevis. Petala totidem longiora. Stamina numero dupla, alterna breviora, filamentis supra basin incrassatis, antheris magnis. Ovarium simplex, infra attenuatum in stipitem basi petaliferum staminiferumque, tuberculosum, apice 3-4-lobum, 3-4-loculare, loculis biovulatis. Stylus prismatico-3-4gonus, crassus (ovarium fere aequans) glaber, apice 3-4-lobus. Fructus? Huc species africanae capenses guineensesve, nempe FAGARA *capensis*, AMYRIS *anisata Willd.* (certe capensis congener) ELAPHRIUM *inaequale* DC. etc.? FAGARA *armata Thunb.* Genus non *Rutaceum*, sed potius *Terebinthaceum*, forsan *Burseraceis Kunth* consociandum, aut etiam *Auranticum.*" *de Juss.*.

n. 9. FAGARA *armata*. Addatur synonymon: XANTHOXYLUM *Thunbergi Decand. prodr.* p. 726. (qui, an potius ad ELAPHRIA, dubitat). AMYRIS *armata Spreng. S. V.* II. p. 219.

Pag. 298. n. 10. FAGARA *Avicennae*. Addatur synonymon: XANTHOXYLUM *Avicennae Decand. prodr. p.* 726. *Sprengel S. V. p.* 946.

n. 11. FAGARA *octandra*. Addatur synonymon: ELAPHRIUM *tomentosum Decand. prodr.* p. 723. AMYRIS *tomentosa Spreng. S. V.* II. p. 219 *). ELAPHRIUM *Jacquinianum*; ramulis teretibus, superne ferrugineo-tomentosis; foliolis 7-9, grosse crenatis, supra rugulosis, hirtellis et nitidulis, subtus molliter fuscescenti-tomentosis, junioribus ferrugineis: terminali subrhombeo-ovato; lateralibus inaequilateralibus, rhachi alatâ; alis integerrimis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. et spec. red. Kunth.* T. VII. p. 29. t. 613.?

Obs. Cum ipsi clo *Kunth* dubium sit, an ELAPHRIUM suum *Jacquinianum* idem sit cum FAGARA *octandra* L., descriptionem suam uberiorem hic subjungemus. Arbor 40-ped.; ligno albo; cortice laevi; ramis erectis; ramulis crassis, glabris, cicatricibus petiolorum delapsorum scabratis, apice foliosis. Folia sparsa, petiolata, imparipinnata. Foliola opposita, brevissime petiolata, reticulato-venosa, venis primariis subparallelis nervoque medio subtus prominentibus, membranacea, epunctata; terminale maximum, aequilaterum, a summo pari haud remotum, acutum vel obtusum, basi cuneato-angustatum, 22-24 lin., 12-14 lin. latum; reliqua gradatim minora, inaequilatera, oblonga vel ovato-oblonga, obtusa, basi rotundata, 15-17 lin., 8-10 lin. lata; infima 9-12 lin.. Petiolus communis 5-10 lin., semiteres (?) molliter piloso-tomentosus, fuscescens, basi dilatatus. Rhachis molliter piloso-tomentosa, adjecto petiolo communi 2 1/4-3 poll., apice abrupta, nec ultra summum par producta; alae margine revolutae, membranaceae, utrinque praesertim inferne valde angustatae, supra hirtellae, subtus molliter tomentosae, 1-1 1/2 lin. Racemi axillares, solitarii, simplices, longe pedunculati, 3-8 flori, adjecto pedunculo 1 1/2 poll.; pedunculus, rhachis pedicellique molliter pilosa. Flores pedicellati, remoti, parvi, albovirescentes; pedicellis basi bracteatis, superioribus 1 1/2 lin., inferioribus longioribus, (2 1/2 lin.) medium versus bibracteolatis. Calyx profunde 4-partitus, piloso-hirtus; laciniis lanceolatis, acutis, aequalibus, erectis. Petala 4, sub disco inserta, sessilia, calycem 1/3 superantia, ovata, acuta, carinata, obsolete venosa, externe praesertim dorso pilosa, aequalia, erecta. Stamina 8, sub disco inserta, corollâ dimidio breviora, erecta, alterna (petalis opposita) reliquis breviora. Filamenta lineari-subulata, glabra, libera. Antherae oblongae, supra basin affixae, glabrae, omnes conformes. Pistillum lageniforme. Ovarium superum, sessile, subrotundo-ovatum, apice in stylum desinens, glabrum, biloculare; ovula 2 in quolibet loculo, ovato-oblonga. Stylus brevis, stamina paulo superans, glaber. Stigmata 2, capitellata, patula. Discus orbicularis, concavo-urceolatus, glaber, integer, per basin exteriorem calyci adnatus. Fructus haud suppetit. Ex trunco inciso stillat succus glutinosus, fragrans, contactu aëris coagulatus, resinam constituens gummosam. Lignum et cortex spirant longeque conservant odorem fortem et gratum *Kunth*. l. c. *In convallibus Araguensium, prope la Victoria*, alt. 270 hex.

n. 12. FAGARA *Elaphrium*. Addatur synonymon: ELAPHRIUM *glabrum Decand. Prodr. p.* 724. AMYRIS

---

*) FAGARA *octandra* L. et *Elaphrium* depulsae ad ELAPHRIUM *Jacq.* genus dubie RUTACEIS consociatum in *prodr. Decand.*, rectius BURSERACEIS a *Kunth* (*Terebinth.* p. 15 *Nov. gen. et spec.* T. VII. p. 26) recenterque pluribus ditatum speciebus, omnibus americanis. *Juss. Mem. d. Mus.* T. XII. p. 506.

Elaphrium *Spreng. S. V.* II. p. 219. ELAPHRIUM *glabrifolium*; ramis tortuoso-flexuosis, teretibus, tomentosis; foliolis 7-9, obtusis, grosse crenatis, glabris, supra nitidis: terminali elliptico-oblongo, lateralibus inaequilateris; rhachi alatâ, alis subdentatis. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. red. Kunth.* T. VII. p. 28.?

Obs. Cum ips. cl°. *Kunth* dubium sit, an planta sua hûc spectet, totam suam descriptionem, subjungemus. Arbor 2-org., aromatica; ramis tomento canescente, solubili, sub tomento striatis et fuscis; ramulis abbreviatis, alternis, apice foliosis. Folia in apice ramulorum, fasciculato-congesta, petiolata, imparipinnata. Foliola brevissime petiolata, opposita, 3-4-juga (3 superiora interdum in unum, inaequaliter bipartitum connata), reticulato-venosa, venis primariis nervoque medio subtus prominente, membranacea, epunctata, supra satiate viridia, subtus pallidiora; terminale basi cuneatum, aequilaterum, 9-11 lin., 5-6 lin. latum; lateralia elliptica vel ovato-elliptica, 8-9 lin.; infima ovata, ½ poll.; petioli proprii pilosi, cum rhachi articulati. Rhachis communis dorso sulcata, glabra, ad foliolorum insertiones pilosa, adjecto petiolo communi (5 lin., canaliculato, dorso sulcato, basi dilatato) 12-16 lin.; alae membranaceae, ½-¾ lin. latae, inferne cuneato-angustatae, superiores subdentatae, inferiores integerrimae. Drupa (a me haud visa) aromatica, globosa, hinc et inde longitudinaliter sulcata, monopyrena, magnitudine pisi; ossiculum osseum durissimum. (*Bonpl.*) *Kunth.* *Inter Pazcuaro et montem ignivomum Jorullo.*

n. 13. FAGARA *lentiscifolia* eadem ac FAGARA *Pterota* (monentibus cls. *Kunth* et *Decand.*) Conf. supra n. 3.

Obs. Si F. *lentiscifolia* omnino F. *Pterota*, tunc fide speciminis a *Bertero* in S. Domingo lecti potius F. *Pterota* β *Lam*, cum in F. *Pterota* flores axillares, subsessiles, glomerati, in β vero pedunculati, racemosi.

Pag. 299. n. 14. FAGARA *heterophylla*. Addatur synonymon: XANTHOXYLUM *heterophyllum* *Smith* in *Rees Cyclop.* n. 14. *Decand. prodr. p.* 726., et hoc teste, MAQUERIA *Commers.* *Spreng. S. V. p.* 946.

n. 15. FAGARA *pimpinelloides*. Addatur synonymon: XANTHOXYLUM *pimpinelloides* *Decand. prodr. p.* 726. *Spreng. S. V. p.* 946.

n. 16. FAGARA *martinicensis*. Addatur synonymon: XANTHOXYLUM *martinicense* *Decand. prodr.* p. 726. X. *senegalense* *Spreng. S. V. p.* 946.

n. 17. FAGARA *monophylla*. Addatur synonymon: XANTHOXYLUM *Ochroxylum* *Decand. prodr. p.* 725; quo teste OCHROXYLUM et CURTISIA *Schreb. gen. n.* 508 *emend.* p. 826. *Sprengel S. V. p.* 944. (quo teste sua SALMASIA *spinosa* in *N. Entd.*) *Juss. Mém. Mus.* XII. *p.* 505.

Obs. *Jussieu* XANTHOXYLO *Ochroxylo* affinia dicit l. c. X. *pentanome*, *tricarpon*, (quod omnino FAGARA *fraxinifolia* *Lam.*, fide *Decand.* l. c.) *rhoifolium*, *tragodes* et *hermaphroditum*.

Pag. 300. n. 18. FAGARA *spinifex*. Addatur synonymon: XANTHOXYLUM *spinifex* *Decand. prodr. p.* 728.

n. 19. FAGARA *inermis* *Willd.*; foliis pinnatis; foliolis oblongis, obtusiusculis, crenatis, basi cuneatis, integerrimis; petiolo marginato. *Reliq. Willd. Ms.*

In Americ. merid. ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

n. 20. Fagara *dubia Willd.*; foliis pinnatis; foliolis lanceolatis, basi attenuatis, apice subserratis; petiolo marginato. *Reliqu. Willd. Ms.*

In Mexico. ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

n. 21. Fagara *peruviana Willd.*; foliis pinnatis; foliolis lanceolatis, crenatis; petiolo communi nudo; caule spinoso. *Reliqu. Willd. Ms.*

In Peruvia, ♄. *Humb.* et *Bonpl.* An Xanthoxyla?

Obs. Fagara *zeylanica* apud *Decandolle prodr.* n. 728 Xanthoxylum *zeylanicum* est. Quid Fagara *horrida* et *spinifex* apud *Sprengel*, invenire non potuimus. Tetradium *trichotomum Lour.* ill. I. E. *Smith* Fagara videtur; probabiliter Xanthoxylum dicit *Juss. Mem. Mus.* XII. p. 521.

Quid Fagara *acuminata Raeuschel?*

n. 502. OTHERA.

n. 1. Othera *japonica* est Ilex *Othera* apud *Sprengel S. V. p.* 496.

n. 503. ORIXA.

n. 1. Orixa *japonica* est Ilex *Orixa* apud *Spreng. S. V. p.* 496.

n. 504. ORTHOSTEMON.

n. 1. Orthostemon *erectum.* Addatur synonymon: Exacum *erectum Roth nov. pl. Spec. p.* 300. *Spreng. S. V. p.* 425.

Caulis articulatus, nodosus, crassitie fili emporetici, 1/2 ped. et ultra, a basi foliosus, ad lentem magis augentem papillis minutis, scabriusculis, ramis oppositis. Folia lata, inferiora approximata, internodiis longiora; superiora remota, minora, suprema magis acuminata. Flores fastigiati, purpurei. Pedunculi setacei, 3-4 lin., 1/2 poll., nudi. Cal. oblongus, subquadrangulus, 4-dentatus, corollae tubo paulo longior, basi ebracteatus: dentibus lanceolatis, acuminatis, tertiam lineae partem vix superantibus. Cor. infundibuliformis; tubus oblongus, aequalis, limbus tubo vix duplo brevior, 4-partitus, laciniis oblongis, obtusis. β *minus* structurâ omnino convenit; teneritate omnium partium tantum recedit pulchella haec planta, ut nonnisi varietatis nomine venire debeat, quamvis habitus quodammodo alienus. Caulis digito intermedio vix longior, superne tantum ramosus, setâ porcinâ vix crassior. Folia magis remota, articulis longe breviora. Rami magis divaricati, minus divisi, cum pedunculis capillares. Pedunculi longiores. Flores duplo minores. Facies Exaci *diffusi Willd.*; recedit caule tetragono, nec quadrialato; foliis obtusis, inferioribus petiolatis, nec acutis, nec omnibus sessilibus; corollae tubo aequali nec ventricoso; staminibus aequalibus, nec inaequalibus. *Roth l. c.*

n. 505. CANSCORA.

Pag. 301. n. 1. Canscorae *perfoliatae* addatur synonymon:

PLADERA *perfoliata;* annua; erecta, quadrialata; foliis caulinis lanceolatis, trinervibus, floralibus s. bracteis perfoliatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 418. (et, hoc teste: *Rheed. Mal.* X. *t.* 52.) *Spreng. S. V. p.* 427.

Rad. ramosa; caulis 18 poll., erectus, alis 4 membranaceis latis; rami oppositi, similes cauli, omnes glabri. Folia sessilia, glabra, integerrima. Flores terminales, pedunculati, numerosi, sat magni, rosei. Cal. 4-dentatus, striatus, persistens. Cor. subbilabiata, labium superius majus, profunde bipartitum, inferius minus, bilobum. Filamenta 3 tubi parieti superiori, quartum longius sub fissura labii inferioris insertum. Antherae oblongae. Stylus longitudine staminum. Stigma bipartitum, segmentis recurvis. *Roxb.* l. c. *In humidis Indiae.*

n. 1 a. CANSCORA *decussata;* annua, erecta, quadrialata, ramis decussatis; foliis ovato-lanceolatis, trinervibus; floribus terminalibus, ternis, pedunculatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 418 (sub PLADERA *decussata*, ut *Spreng. S. V. p.* 427.) EXACUM *alatum Roth* in *Syst. Veg. ed. nostr.* 3. *p.* 159. (fide *Wallich* *).

Affinis *diffusae;* sed magis robusta, et humilior. Caulis pedalis, strictus, angulis acutis s. potius membranaceo-alatis, glabris, ramosis. Folia patentia, sessilia, acuta, integerrima, glabra. Flores etiam axillares; terminales terni, axillares solitarii, majores quam in *diffusa*, albi. Pedunculi 4-goni, alati. Reliqua ut in *diffusa.*

n. 2. CANSCORAE *diffusae* addatur synonymon:
PLADERA *virgata;* annua, erecta, tetragona; ramis oppositis alternisque; foliis sessilibus, lanceolatis, trinervibus; floribus terminalibus subpaniculatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 417. *Spreng. S. V. p.* 427.

---

*) EXACUM *alatum* a clo *Roth nov. pl. Spec. p.* 159 describitur sequentibus. Caulis erectus, teres, flavescens, nitidus, pedalis et ultra, inferne crassitie culmi secalini, superne filiformis, glaberrimus, nodosus, articulis longis, uti rami ramulique utrinque alis foliaceis duabus approximatis, unde anceps videtur primo intuitu. Rami ramulique oppositi, brachiati, erecto-patuli. Folia basi parum attenuata, glabra, laete viridia, pollicaria, superiora magnitudine decrescentia, integerrima. Flores in ramis ramulisque terminales, solitarii, 2-3-nive, rosei; pedunculis 1-1 1/2 poll., rectis, ebracteatis, alatis, basi parum attenuatis. Cal. ovato-acuminatus, carinis 4 membranaceis, elegantissime reticulatis, fere usque ad basin 4-partitus, foliolis lanceolatis, margine membranaceo tenui sibi incumbentibus, apice mucronatis. Cor. tubulosa, marcescens; tubus longitudine calycis, inferne subventricosus, superne angustatus, filiformis, fauce parum dilatatus, subcurvus; limbus quasi bilabiatus, labio superiore bipartito, laciniis obovatis, integris, rectis; inferiore bifido, deflexo, paulo minore superiori, inferne antheram staminis majoris fovente, laciniis oblongis, bifidis. Stamina 3 minora, quartum majus: filamenta minorum tubo corollae inserta; antherae oblongae, sagittatae, longitudinaliter dehiscentes, flavae: defloratae erectae: filamentum majus fauci corollae insertum, teres; antherâ ovatâ, obtusâ, paulo majore. Germen oblongo-ovatum; stylus longitudine filamentorum breviorum, simplex, filiformis, teres; stigmata globosa, ferruginea. Caps. oblongo-ovata, obtusa, brevi mucronata, 1-locularis, bivalvis, seminibus minutis, lentiformibus, fuscis, placentae marginali valvularum affixis. Calycis structurâ accedit ad SEBAEAM; corollâ omnimode convenit cum CANSCORA *Lam.*, at calycem tubulosum, subincurvum requirit hoc genus. *Roth l. c.*

Caulis erectus, tetragonus, glaber; folia opposita, sessilia; inferiora lanceolata, superiora latiora, omnia acuta, glabra. Flores numerosi, parvi, rosei. Cal. 4-dentatus. Cor. infundibuliformis, limbo irregulari, tripartito: laciniis 2 superioribus aequalibus, orbiculatis, inferiore bipartito, sulco profundo, in quo stamen longius. Stamina fauci tubi inserta, longius anthera aurantiacâ, reliquis pallentibus. Stylus longitudine filamentorum breviorum, stigmatis bifidi laciniis recurvis. *Roxb. l. c.*

n. 3. Canscora *sessiliflora;* annua, erecta, tetragona, angulis alatis; foliis oppositis, sessilibus, ovatis, integerrimis; floribus sessilibus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 416. (sub Pladera *sessiliflora* ut *Sprengel S. V. p.* 427.) Exacum *heteroclitum S. V. ed. nostr.* p. 158. n. 9. Centaurium *malabaricum Borkhaus.*

Caulis erectus, spithamaeus, paribus 2-3 ramorum oppositorum, saepius subinde iterum dichotomorum, alâ tenui membranaceâ. Folia trinervia, maximum vix pollicare. Flores solitarii in dichotomiis, parvi, pallide rubri. Cal. subcylindricus, dentibus 4 acutis. Cor. tubus longitudine calycis, limbus 3-fidus, laciniis 2 aequalibus, oblongis, apice conniventibus; tertium semibifidum. Filamenta 3 fauci tubi inserta: quartum sub fissura lobi bifidi. Antherae aequales, oblongae. Stylus longitudine staminum; stigma lobis 2 magnis, obovatis, tenuibus. Caps. subcylindrica, longitudine fere calycis persistentis. Receptaculum e marginibus valvularum involutis. Semina angularia, minima. *Roxb. l. c.* *In humidis Coromandel* et *Bengaliae.*

n. 4. Canscora *pusilla;* annua, 1—2 pollicum; foliis sessilibus, subcordatis; floribus terminalibus, sessilibus, ternis, monandris; corollâ calyce absconditâ; capsulâ globosâ. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 419. Hopea *dichotoma Vahl Enum.* I. p. 3. (fide *J. E. Smith Rees Cyclop.* et *Wallich* l. c.; ergo etiam *Willd. N. Schr. berl. Ges.* 3. p. 434. 435. *Hayne term. bot.* t. 30. f. 3. *S. V. ed. nostr.* I. *p.* 35. Pladera *pusilla Spreng. S. V. p.* 427.) Exacum *sessile Willd.* I. p. 635. et *S. V. ed. nostr.*

Caulis erectus, tetragonus, ramis decussatis. Folia opposita, parva, glabra. Flores parvi, flavi. Cal. subcylindricus, longitudine corollae, 4-dentatus, persistens. Cor. tubus subgibbosus, fauce 4-dentatus. Filamenta tubo corollae inclusa, prope basin ejusdem inserta. Antherae 3 minutae, abortivae: majore fertili. Stylus brevis, stigmatibus 2 globosis. Caps. ovata, calyce tecta. Semina nigra. *Roxb. l. c.* *In Coromandel.*

Obs. Sunt qui Gentianam *auream Thunb.* hujus esse loci affirmant, cum ipse *Thunberg* ad eandem Exacum *sessile* L. laudet.

n. 506. AMMANNIA.

Pag. 302. n. 2. Ammannia *ramosior.* Adde synonymon:

Nutt. gen. p. 104. (*Sprengel S. V.* p. 443 huc adhuc A. *densifloram Roth* trahit, et A. *verticillatam Lam.*; prior sane distincta.)

n. 3. Ammannia *humilis.* Adde synonymon: *Nutt. gen. p.* 104.

n. 5. Ammannia *sanguinolenta.* Addatur synonymon: *Link Enum. p.* 142.

Foliis *latifoliae* simillima; differt floribus pedunculatis, pedicellis brevissimis, ramosis. *Link.*

Pag. 303. n. 6. Ammannia *auriculata.* Addatur synonymon: *Link Enum. p.* 142.

Folia amplexicaulia, subauriculata. Corymbi axillares, pedunculati. *Link. Sprengel S. V. p.* 444 huc trahit A. *racemosam Roth* et *coccineam* Pers., quae potius *octandra.*

n. 8. Ammannia *diffusa.* Addatur synonymon: *Link Enum. p.* 142.

Affinis *auriculatae.*

n. 9. Ammannia *aegyptiaca.* Addatur synonymon: *Link Enum.* p. 142.

Obs. Huc a clo *Sprengel S. V.* p. 444 trahitur A. *viridis Hornem.* et *caspica M. B.! Sieber* in *H. aegypt.* ad suam *aegyptiacam* (quae omnino eadem cum illa *Willd. H. berol.* t. 6.) trahit Corneliam *verticillatam Ard.*, quae ad *bacciferam* ab omnibus fere; nobis I. tantum *Arduini Spec.* suppetit.

n. 9 a. Ammannia *caspica* MB.; foliis lanceolatis, basi attenuatis; caule (argute) tetragono, ramoso; floribus axillaribus glomeratis, apetalis. (?) *M. a. Bieberst. taur. cauc.* II. p. 457. *Link. Enum. p.* 142.

Annua, glabra, glauco-viridis, habitu A. *aegyptiacae Willd.* (quacum eandem male conjungit cls. *Sprengel*). Rad. brevis, fibrosa, albida. Caulis spithamaeus et pedalis, ramis oppositis simplicibus. Folia facie Polyg. *avicularis*, integerrima, sessilia. Flores axillares magnitudine Peplos *Portulae* glomerati: pedunculo glomeruli pedicellisque brevissimis. Bracteae propriae flosculorum longitudine lanceolatae, acutae. Cal. campanulatus, viridis, dentibus acutis, patentibus, plicis inter dentes obtusis, fornicatis, faucem claudentibus. Genitalia inclusa. Stam. pistillo paulo breviora. Germen obovatum. Stigma simplex, capitatum, sessile. Caps. sphaeroidea, longitudine calycis persistentis, seminibus minutissimis nigro fuscis. *MB.* qui petala 4, minima, oblonga, admodum fugacia in *Fl. taur. Suppl.* p. 112. Folia 1 1/2 poll., 4-5 lin. lata. Semina pyramidata. Affinis *sanguinolentae Link. Ad Cyrum et Alazonium; ad ostia Volgae infra Astrachan.* ☉.

Pag. 304. n. 10. Ammannia *octandra.* Addatur synonymon: A. annua, erecta, brachiata, tetragona; foliis sessilibus, lineari-sagittatis; pedunculis bi-trifloris; floribus octandris;

capsulâ quadriloculari. *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall. I. p.* 447.

Rad. fibrosa. Caulis strictus, glaber, 1-3 ped., ramis numerosis, decussatis. Folia opposita, glabra, margine subrevoluta, 1-2 poll., 1/4 poll. lata. Pedunculi axillares brevissimi, 2-3-flori. Flores parvi, laete rubri, bracteâ minutâ, longitudine staminum. *Roxb. l. c.* *In humidis.*

n. 10 a. Ammannia *rotundifolia Buchan.;* diffusa; foliis oppositis, rotundis, integerrimis; floribus spicatis; petalis ovatis; capsulâ quadrilobâ. *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* I. *p.* 446.

Caules plures repentes, adscendentes, teretes, glabri, succulenti, 6-8 poll.. Folia subsessilia, glabra, succulenta. Spicae axillares et terminales, hae saepius compositae. Bracteae oppositae, exterior cordata, interior lanceolata, saepe parva, uniflora. Flores numerosi, parvi, carnei. Cal. 4-partitus, laciniis obtusis. Petala magna, sessilia, emarcescentia. Caps. in fundo calycis persistentis abscondita. *Roxb. l. c.* *In Kukshenee poora et Malda; in Turraye, W. Jack;* in *Nepala, Gardner.*

n. 10 b. Ammannia *multiflora Roxb.;* erecta, tetragona, ramosa; ramis simplicibus; foliis sagittatis amplexicaulibus; pedunculis 3-7-floris; petalis magnis; capsulâ uniloculari. *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* I. *p.* 447. n. 3.

6-12 poll.. Caules recti, angulis acutis, lateribus convexis, ramis decussatis, uti folia horizontalia, sessilia, linearia, basi dilatata, cordata, variae magnitudinis. Pedunculi axillares, fere semper solitarii, longitudine fere foliorum minorum, floribus longe petiolatis. Petala rotundata, rubra. Caps. univalvis, receptaculo globoso. *Roxb. l. c.* *In apertis prope Calcuttam.* ⊙.

n. 10 c. Ammannia *vesicatoria Roxb.;* erecta; ramosa; ramis indivisis; foliis oppositis sessilibus, lanceolatis, utrinque attenuatis; floribus axillaribus; corollâ 0; capsulâ uniloculari. *Roxb, Fl. ind. Car. et Wall.* I. *p.* 447. *n.* 4.

Caulis 6-36 poll., obsolete tetragonus, ramis inferioribus oppositis, decussatis, superioribus alternis. Folia glabra, floralia multo minora. Caps. univalvis, calyce semitecta. Acidum muriaticum olet, acerrima. Differt a *baccifera* characteribus datis, cum in hac folia linearia, amplexicaulia. *Roxb.* l. c. *In humidis, cultis.*

n. 10 d. Ammannia *pentandra Roxb.;* caule inferne simplici repente, superne ramoso, tetragono, ramis simplicibus; foliis sessilibus lanceolatis; floribus axillaribus solitariis, sessilibus, pentandris; capsulâ uniloculari. *Roxb. Fl. ind. et Car. et Wall.* I. p. 448. n. 5.

Caulis pars erecta colorata, 6-8 poll.. Folia opposita, glabra,

integerrima. Bracteae 2 lanceolatae, calyci ad latera appressae. Cal. dentibus 10, alternis minoribus, inflexis. Petala 5 parva. *Roxb. l. c.* *In humidis.*

n. 10 e. AMMANNIA *nana Roxb.*; caule basi repente, parte erectâ ramoso; ramis compositis; foliis cuneiformibus, sessilibus; floribus solitariis; capsulâ uniloculari. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 448. *n.* 6.

Caulis ut in *pentandra*, sed magis ramosus, et tota planta omnibus partibus minor. Folia opposita, glabra, integerrima. Flores axillares, sessiles. *Roxb* l. c. Cum *pentandra.* Huc a *Sprengel S. V. p.* 443. AMMANIA *rosea Poir.* trahitur.

n. 10 f. AMMANNIA *repens Rottler*; foliis subpetiolatis, (lato-lanceolatis vel) oblongis, obtusiusculis; floribus axillaribus, solitariis, sessilibus; caule tetragono, radicante. *Martius Denkschr. Münchn. Akad.* VI. *B.* p. 151.

Caulis prostratus et suberectus, hinc inde radiculis, glaber, ramosus, annuus. Rami erecti, stricti. Folia infima saepe ovata, unguem circiter longa, in petiolos breves attenuata, approximata, glabra, nervo venisque subtus prominentibus. Cal. membranaceus, glaber, obsolete tetragonus, oblongus, dentibus 4 latioribus erectis, cum totidem parvis alternantibus. Bractea setacea, calyce brevior, ad hujus latus exterius et interius. Petala nulla videntur adesse. Caps. oblonga, cylindrica, calyce brevior, 4-locularis, fusca, glabra. Stylus tenuis, exsertus, stigmate capitato. Semina fusca. *Mart.* *In India orientali. Rottler* in *Herb. Schreb.*

n. 11. AMMANNIA *baccifera.* Addatur synonymon: A. fol. caulinis subpetiolatis, lanceolatis, utrinque attenuatis, floralibus sessilibus; ramis omnibus floriferis; verticillis densissimis; floribus pedicellatis; capsulis calyce majoribus. *Roth nov. pl. spec. p.* 100. *Link Enum.* p. 142.

Caulis decumbens. Folia basi attenuata, 10 lin., 4 lin. lata. Flores axillares, alii subsessiles, alii pedunculati. Dentes triangulares, medio elevati. Cor. 0. *Link.*

Obs. Linnaeus videtur specimen nanum, minus perfectum prae oculis habuisse. Specimina a B. *Heyne* lecta possideo palmaria et pedalia, omnia inferne ramis laxis, oppositis, simplicibus. Folia caulina inferiora lanceolata, utrinque attenuata et subpetiolata, floralia vero omnia sessilia, basi retusa. Specimen majus capsulis onustum *Blitum virgatum* refert. *Anonymos linariae folio* etc. *Pluk, Alm. p.* 33. *t.* 136 *f.* 2. omnino ad hanc speciem pertinere videtur. *Roth l. c.*

n. 12. AMMANNIA *densiflora.* Addatur synonymon: *Roth nov. pl. spec. p.* 99.

Caulis basi ad nodos radicans, adscendens, glaber, subanceps, angulis 2 prominentibus, purpurascens, a basi ramosus, 1/2 ped. et ultra, glaber. Rami oppositi, solitarii, 1/2 digiti, simplicissimi, patenti-recurvi, foliis floralibus subsquarrosi. Folia longitudine articulorum, ad caulem reflexa, glabra. Bracteae floribus triplo longiores, lineares. Flores magnitudine *A. bacciferae*, 2-3, sessiles et quasi verticillati: verticillis su-

perioribus approximatis, contiguis. Cal. membranaceus, albidus: dentibus lanceolatis. Pet. obovata, albida. Styl. longitudine corollae. Caps. subglobosa, calyce minor. *Roth.* Clo *Sprengel* eadem est cum *ramosiore* in *S. V. p.* 443!

Pag. 305. n. 17. Ammanniae *viridi* subjungatur:

n. 18. Ammannia *pallida Lehm*; caule erecto, tetragono; foliis lanceolatis, acuminatis basi dilatato-cordatis; floribus glomerato-verticillatis. *Lehm. Enum. sem. h. Hamburg ao* 1822. *collect. p.* 3.

Differt ab A. *viridi*, cui proxime accedit, praesertim foliis basi dilatato-cordatis.

Obs. Peplis *indica* clo *Sprengel S. V. p.* 444. Ammannia *peploides* est. Quid Ammannia *tetrandra Raeusch?*

n. 507. ISQUIERDA.

n. 1. Isquierda *aggregata* clo *Spreng. S. V. p.* 442. Samara *Izquierda* est.

n. 508. LEPTA.

n. 1. Lepta *triphylla* Othera videtur clo *Poiret*, Skimmia clo *Juss.*; Vitis cel. *Smith.* *Sprengel eandem* Ilicem *Leptam* dicit *S. V. p.* 496.

n. 509. HELICIA.

Pag. 306. n. 1. Helicia *cochinchinensis.*

Obs. Sprengel S. V. p. 482. huc trahit Rhopalam *robustam Roxb.* et *cochinchinensem* R Br., licet *robustam* diversam esse a *cochinchinensi* moneat testis oculatus *Wallich.*

n. 510. TRAPA.

n. 1. Trapae *natanti* addatur:
Bot. Regist. 259. *Tittmann* in *Bot. Zeit.* 1818. *p.* 592 c. icone (elegantissima germinationis mirae hujus plantae enucleatio). *Dict. Scienc. Nat. Fasc.* XX.

n. 2. Trapae *bicorni* addatur synonymon:
T. nuce cornubus 2 oppositis, recurvis, obtusissimis. *Roxb. Fl. ind. ed. Carey* et *Wallich* I. *p.* 449.

In China, ubi colitur in lacubus stagnisque.

n. 3. Trapa *bispinosa Roxb.*; nuce cornubus 2 oppositis rectis, barbatis, spinosis; nectario cyathiformi, crispo. *Roxb. Fl. ind. ed. Carey* et *Wallich* I. p. 449. et his testt: Shringata *Asiat. Researches* III. *p.* 253. Panover-tsjerana *Rheed. Malab.* XI. *p.* 64. *t.* 33. (evidenter huc, nec ad Tr. *natantem*). *Roxb. Coromand.* III. *t.* 234.

Rad. fibrosa, fibrillae e cicatricibus foliorum deciduorum. Cau-

les stoloniferi, saepius plurium pedum, natantes. Folia alterna, approximata circa apicem caulis, rhomboideo-reniformia, margine postico integerrima, anteriore serrato-dentata, supra laevia, saturate viridia, subtus villosa et purpurascentia, 3-4 poll. in diametro. Petioli villosi, demum elongati aetate, apice attenuati, vesiculis pluribus inflatis. Stipulae per paria duo; superiores simplices, semilanceolatae, caducae; inferiores primum simplices et filiformes, serius aetate ramosae, persistentes. Pedunculi axillares solitarii, petiolis breviores, uniflori, incurvi, donec flores marcescant, tunc submerguntur et fructificant. Flores albi, expansi. Cal. 4-phyllus, foliolis per paria oppositis, lanceolatis, villosis, 2 persistentibus. Cor. petalis 4 in tubum contractis ob calycem undique in eadem prementem, superne dilatata, expansa, margine crispa. Nectarium ad apicem germinis circa basin tumidulam styli octo sulcatum, margine lacinulatum, crispatulum. Antherae ovatae. Germen obconicum, biloculare. Nux turbinato-triangularis, lignosa, dura, atro-fusca, cornubus 2 validis, conicis, eleganter tuberculatis, unilocularis, non dehiscens, apice foraminulo, pro embryonis exitu, setis cincto. Integumentum fuscescens, tenue, tenax, adhaerens. Embryo in apice perispermii albi, cartilaginei, edulis. *Roxb. l. c.* *In stagnis non salsis Bengaliae et aliis Indiae regionibus.*

n. 4. Trapa *quadrispinosa Roxb.*; nuce paribus 2 oppositis cornuum rectorum, acutorum, spinosorum. *Roxb. Fl. ind. ed. Carey* et *Wallich* I. *p.* 451.

Edulis. *In lacubus et stagnis non salsis Silhet.*

n. 307. CISSUS.

Pag. 307. n. 1. Cisso *vitigineae* addatur synonymon: C. foliis cordatis, serratis; cymis decompositis; baccis 1-2-spermis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 424. *Link Enum.* p. 143.

Truncus lanatus, ramosus, alte scandens, cirrhis oppositifoliis, bifidis. Folia alterna, petiolata, etiam dentata, utrinque glabra, 4-6 poll., 3-4 lata. Stipulae cordatae. Cymae pedunculatae, oppositifoliae. Flores parvi, rubri. Germen nectario 4-fido, carnoso semi-immersum. Bacca parva, nigra. *Roxb. l. c.* *In sylvis, montibus, incultis.*

Obs. Roxburgh citat l. c. *Willd. Spec.* I. 655., nullumque aliud addit synonymon. *Link* folia juniora ferrugineo-pubescentia, ut in *antarctica*, at folia lobata petit, quae in *antarctica* integra.

n. 1 a. Cissus *adnata Roxb.*; foliis rotundato-cordatis, setoso-serratis, acuminatis, stipulis orbicularibus, adnatis, centro gibbis, margine scariosis; cymis planis, floribus pendulis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 423. n. 1.

Caules ramique fortiores lignosi, alte in arbores adscendentes, rami juniores teretes, subpubescentes, subsulcati. Folia alterna, saepe oblique cordata, subinde repanda, supra glabra, subtus pubescentia, praecipue ad venas, 2-6 poll., 1/4 minus lata. Pedunculi (petioli?) folio dimidio breviores, pu-

bescentes. Stipulae medio intensius virides, margine scariosae, fuscae. Cirrhi oppositifolii, ubi cyma nulla. Cymae oppositifoliae, pedunculis villosis, longitudine petiolorum, ramosissimis, planis. Flores numerosi parvi. Bacca succulenta, magnitudine pisi, matura nigra, laevis, ut plurimum 1-locularis, 1-sperma, semine obovato, basi acuto, integumento exteriore nuciformi, rugoso, perispermate cartilagineo albo. *In Dacca, unde Cent.* P. *Murray*.

Obs. *Sprengel S. V.* p. 447 huc Cissum *indicam Willd.* trahit, in qua nec stipulae adnatae, nec flores cymosi, sed racemosi.

n. 1 b. Cissus *glauca Roxb.;* foliis (late)-cordatis, setoso-serratis, glabris; stipulis late sulcatis; cymis decompositis; baccis monospermis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 425. *n.* 3., et, hoc teste, *Schunambu Valli Rheede Malab.* VII. p. 21. t. 11.

Vitigineâ major, ramis, cirrhis, petiolis, pedunculis glabris subglaucescentibus, hinc nec *repanda,* nec *latifolia.* Cirrhi oppositifolii, indivisi. Folia alterna, petiolata, plus minus acuminata, subinde, ubi latiora, sublobata, 4-8 poll. in diametro. Stipulae late falcatae, apice rotundatae, caducae. Cymae 3-5-partitae, divisionibus ultimis umbellatis. Bacca subrotunda, magnitudine pisi, glabra, succulenta, purpurea. Semen obovatum, integumento duplici membranaceo, parenchymate spongioso argenteo intra utrumque. *Roxb.* l. c. *Cum vitiginea.*

Pag. 308. n. 5 a. Cissus *uvifera Afzel.;* foliis cordatis, integerrimis, septemvenosis, basi maculâ notatis; sarmentis teretibus; fructu botryformi. *Afzel. Remed. Guineens. Collect.* X. p. 69.

Stirps sarmentosa. Sarmenta longa, annua, volubilia, cylindrica, 12-13-striata, glabra, e cinereo fusca, intus vasis insignibus corticem inter atque medullam in circulum locatis, quasi tetragona et fere quinqueforia. Folia maxima, spithamam longa lataque, subpeltato-cordata, acuminata, margine aliquantum undulata, utrinque glabra, ad basin, ubi venae illae majores exeunt, maculâ orbiculatâ, nigricante, subtus magis conspicua. Petioli spithamaei, striati, glabri, e fusco cinerei, torti. Fructus in formam uvae collectus, numerosus, edulis. Bacca drupacea, oblongo-sphaeroidea, magnitudine baccae *Vitis viniferae*, 1-locularis, monosperma, epidermide tenuissimâ; pulpâ gelatinosâ, tenaci; testâ oblongo-cylindricâ, fragili. *Afzel. In Sierra Leone.*

n. 7. Cissus *antarctica.* Addatur synonymon: *Bot. Mag.* 2488. Vitis *lucida Fisch.* Cissus *Baudiniana Brouss.* (fide *Decand. prodr.* p. 629.)

Pag. 309. n. 8. Cisso *repenti* addatur synonymon: Cissus *cordata*; fruticosa, scandens, glabra; foliis cordatis, obsolete et remote setoso-serrulatis; cymis compositis, oppositifoliis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 425

(fide *Wall.*) *Rheede Mal.* VII. *t.* 48. *Rumph Amb. V. t.* 164. f. 1. (uterque fide *Roxb.*)

Caulis ramique longi, late scandentes, cortice glabro, in junioribus nitido, purpurascente. Folia alterna, petiolata, serraturis acutis, utrinque glabra, 4-6 poll., acria. Cirrhi oppositifolii, simplices, colorati, uti stipulae conjunctae, ovales. Cymae divisiones primae trichotomae. Flores parvi, obscure purpurei. *Roxb.* l. c. *In Amboina.*

n. 10 a. Cissus *tiliacea Humb.* et *Bonpl.*; glabra; ramis tetragonis; foliis subrotundo-ovatis, cordatis, argute dentatis, subcoriaceis; cymis dichotomis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth fasc.* 21. *p.* 222. C. fol. profunde cordatis, acuminatis,. argute serratis; ramulis obtuse subtetragonis *Reliqu. Willd. Ms.* (ubi ad fluv. *Magdalenae*).

Caulis fruticosus, volubilis; rami nodosi, glabri, nigro-verrucosi, an Coccis? Folia acuminata, complicata, reticulato-venosa, sub-5-nervia, membranacea, glabra, laete viridia, subtus vix pallidiora, 2-3 poll., 1 1/2-2 poll. lata. Petiolus 15-18 lin.. Stipulae 2, petiolares, oblongae, apice rotundatae, tenuiter membranaceae, marcidae, glabrae, persistentes, 1 1/2 lin.. Cirrhi in apice oppositifolii, elongati, bifidi, glabri. Cymae oppositifoliae, solitariae, bracteatae, folio parum breviores. Flores umbellulati, pedicellati, magnitudine floris Vitis *viniferae*, pedicellis glabris, 2 lin., fructiferis longioribus, recurvatis. Bracteae ovatae, acuminatae, membranaceae, glabrae. Cal. parvus, obsolete 4-lobus, glaber, persistens, lobis rotundatis. Petala 4, ovato-oblonga, acuta, basi lata, alba, glabra, aequalia. Stam. 4, petalis opposita et parum breviora. Antherae ellipticae. Discus undulato-tetragonus. Stylus staminibus brevior, stigmate simplici. Bacca glabra, magnitudine pisi, sed adhucdum immatura. *Kunth* l. c. *Prope urbem Mexico.* ♄.

n. 11. Cissus *canescens.* Addatur synonymon: C. ramis angulatis; pedunculis cymisque villoso-tomentosis; foliis ovato-oblongis, acutis, inaequaliter cordatis, argute dentatis, supra puberulis, subtus tenuiter canescenti-tomentosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth fasc.* 21. p. 223. (fid. *Herb. Mus. paris*).

Caulis fruticosus, volubilis, cirrhosus, ramulis fuscescentibus. Folia lobis rotundatis, patentibus, reticulato-venosa, nervo medio subtus prominente, membranacea, glanduloso-punctata, 1 1/2-2 poll., 12-16 lin. lata. Petioli 4 lin. longi, villoso-tomentosi. Stipulae petiolares geminae, apice rotundatae, membranaceae, tenuiter tomentosae. Cymae oppositifoliae, 4-5 radiatae, solitariae, folio breviores, bracteatae: radiis simplicibus aut apice bifidis, pedunculo 6-8 lin. ramisque cymae villoso-tomentosis. Flores pedicellati, 4-6, umbellulati, erecti, magnitudine *Vitis viniferae;* pedicellis glabris 1 1/2 lin. longis. Cal. parvus, orbiculatus, obsolete 4-lobus, glabriusculus, lobis rotundatis. Petala 4, ovata, acuta, glabra, al-

ba, aequalia, calyce multo longiora. Stamina petalis opposita iisque parum breviora. Antherae ovato-ellipticae, basi emarginatae. Discus magnus, carnosus. Germen loculis dispermis. Stylus erectus, staminibus brevior. Stigma simplex. Fructus? *Kunth* l. c. *In calidis regni peruviani, prope Truxillo.* ♄.

Obs. An huc Cissus *hirsuta;* foliis cordatis, mucronato-remote serratis, subtus hirsutis, *Willd. Reliqu. In America merid. Humb.* et *Bonpl.?*

n. 11 a. Cissus *umbrosa Humb.* et *Bonpl.;* ramis subtetragonis, hirtellis; foliis inaequilatero-ovatis, oblique cordatis, argute denticulatis, supra pilosiusculis, subtus tomentoso-pubescentibus et canescentibus; pedunculis cymisque glabriusculis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth Fasc.* 21. *p.* 223.

Caulis fruticosus, scandens, nodosus; ramis hirtellis flexuosis. Folia subovata, acuta, lobis patentibus, reticulato-venosa, membranacea, 2 1/2 poll., 20-30 lin. lata. Petioli 6-8 lin., tenuiter tomentosi. Stipulae? Cymae oppositifoliae, solitariae, sub-5-radiatae, folio duplo breviores, bracteatae; radiis simplicibus aut apice bifidis, pedunculis pedicellisque pilosiusculis; pedunculis 5-6 lin.; pedicellis erectis, 1 1/2 lin.. Flores umbellulati, magnitudine *canescentis.* Cal. parvus, glaber, obsolete 4-lobus, lobis rotundatis. Petala 4, ovata, glabra, aequalia. Stam. 4, petalis breviora. Stigma simplex. Bacca globosa, magnitudine pisi, laevis, glabra, 1-sperma. Differt a *canescente,* cui valde affinis, foliis latioribus, subtus minus tomentosis, pedunculis cymisque glabriusculis. *Kunth* l. c. *In ripa obumbrata fl. Magdalenae, prope Mompox.* ♄.

n. 12. Cissus *sicyoides.* Addatur synonymon: C. ramulis teretibus; foliis subcordato-ovatis, setaceo-serratis, nudis. *Meyer Essequeb.* p. 90.

Obs. Excludatur hic synonymon *Lam. ill.* t. 84. f. 1., quae C. *Lamarckiana.* C. *producta* a *Sprengel S. V.* p. 447 huc trahitur.

n. 12 a. Cissus *producta Afzel;* foliis ovato-oblongis, subsetaceo-denticulatis; sarmentis longissimis, lentis; floribus paniculatis. *Afzel. Remed. guineens. Coll.* IX. p. 63.

„C. *sicyoidi* adeo proxima, ut re verâ dubitemus an specie ab illa differat „(clo *Sprengel* non distinguenda videtur in *n. Entd.* III. p. 233 et *S. V.* p. 447, differt vero descriptio nonnullis)." Sarmenta omnium longissima, striata, glabra, fusco-castanea, ad nodos dilatata, subhirta, inferne fistulosa, superne inania, siccata compressa, cirrhis mediocribus, oppositifoliis, gracilibus, glabris, simplicibus, rarius dichotomis, tunc ibidem unibracteatis, superne plerumque dextrorsum plus minus flexuoso-volubilibus et interdum simul tortis. Folia petiolata, alterna, remota, tenuissima, acuminata, dentibus minutis, ràris, setiformibus, saepe obsoletis, ciliata, utrinque glabra, rubro aliquantulum tincta, superne saturatissime viridia, subtus multo-pallidiora, ibique praeprimis venoso-nervosa; inferiora ovato-oblonga, repanda, superiora ovato-

lanceolaria, fere integerrima. Petioli longi, graciles, striati, glabri, basi subhirti. Stipulae breviusculae, oblongae, tenues, glabrae, subfuscae, deciduae. Panicula maxima, confuse racemoso-paniculata, dichotome, trichotome, aliterque ramosissima, glabra, apice hirta, nunc fusca, nunc castanea; ramulis compressis, striatis. Flores speciminibus fructificantibus racemosi, plerumque 3 in apice ramulorum. Cal. parvus, acetabuliformis, integer, membranulà staminiferà in fructu persistente. Bacca drupacea, ovalis, carne exteriore crassâ, firmà, testâ durâ, tuberculatâ, albidâ. *Afzel.* *In montibus Sierra Leone.* ♄.

n. 12 b. Cissus *tuberosa Fl. mex. ined.*; foliis obovatis, glabris, grosse serratis, aut trifidis; lobis incisis; radice tuberosâ. *Decand. prodr. p.* 629.

Accedit ad *sicyoidem* et *ovatam*. An varietas? *In nova Hispania.*

n. 12 c. Cissus *caesia Afzel.*; foliis cordatis, subangulosis, setaceo-dentatis, scabris; sarmentis teretibus; floribus pendulis. *Afzel. Remed. Guineens. Coll.* VIII. *p.* 55.

Frutex magnus, sarmentosus, scandens. Sarmenta longissima, nisi primo enata, compressiuscula, striata, glabra, inania, nodis fragilia, caeruleo-vel caesio-nebulosa. Cirrhi longi, oppositifolii, dichotomi, glabri, bibracteati, initio recti, dein dextrorsum sinistrorsum volubiles. Folia petiolata, alterna, rarius sinuata vel solum repanda, dentibus minutis, remotis, setiformibus, apice rarius rotundata obtusa, plerumque acuta, utrinque rugosa, supra atomis variis setisque minimis raris, infra venoso-nervosa: interstitiis nervorum subtilissime cinereo-tomentosis. Petioli pilis brevibus tortis hirti, ut etiam foliorum nervi. Stipulae breves, latae, appressae, cordatae, apice rotundatae, tenuissime glabrae, fusco-rufae. Inflorescentia oppositifolia, in apice ramulorum erecta, composito-umbellata: umbellulis involucro tetraphyllo, hirtis; pedicellis incrassatis, cernuis. Cal. parvus, acetabuliformis, integerrimus, persistens, reflexus. Petala 4, decidua: membranula germen cingens in fructus basi persistens. Bacca subrotunda, parte styli coronata, succulenta, acida. *Afzel.* *In montibus Sierra Leone, planitie Bullomensi et regionibus Susuensium.* ♄.

n. 12 d. Cissus *Lamarchiana*; ramis sulcato-angulatis foliisque subtus hirtellis, supra glabris, ovato-oblongis, subacuminatis, basi oblique truncatis; cymis pedunculisque glabris. Cissus *smilacina Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth fasc.* 21. *p.* 224. et hoc teste: C. *sicyoides Lam. Enc. Suppl.* I. *p.* 104. (*auct. Herb. Mus.*) nec *Jacq.* C. *ovata Spreng. S. V. p.* 447.

Caulis scandens, cirrhosus. Folia remote et argute denticulata, reticulato-venosa, sub-5-nervia, nervis venisque primariis subtus prominentibus, supra glabra, laete viridia, subtus vix pallidiora et hirtella, 4-4 1/2 poll., 24-28 lin. lata. Petioli pol-

licares. Cymae s. umbellae compositae solitariae, folio breviores, pedunculo ramisque glabris. Flores pedicellati, umbellulati, duplo minores quam in *umbrosa*, pedicellis glabris. Cal. parvus, 4-lobus, glaber, lobis rotundatis. Pet. ovata, alba. Stam. 4. Antherae subrotundo-ovatae. Fructus subglobosi, sed immaturi. *Kunth* l. c. *Cum umbrosa.*

Obs. Nomen mutandum erat, cum alia sit *smilacina* antiquior *Willd.*, quae ab hac diversa; nec *ovata* Lam., ut dubitat *cls. Decandolle prodr.* p. 629 et *Sprengel S. V.* p. 447, cui nihil unquam dubium, affirmat.

n. 12 e. Cissus *fuliginea Humb. et Bonpl.*; fuligineo-ferruginea; ramulis teretibus pedunculisque hirsuto-tomentosis; foliis subrotundo-ovatis, profunde cordatis, remote denticulatis, supra hirtellis, subtus molliter tomentosis, inferioribus (apice) 3-5-lobis, superioribus integris. *Humb.* et *Bonpl. nov gen. red. Kunth. Fasc.* 21. *p.* 224.

Caulis lignosus, scandens, ramulis nodosis. Folia lobis rotundatis et divergentibus, acuta, inferiora lobis acuminatis, reticulato-7-nervia, nervis venisque subtus prominentibus, membranacea, 2 1/2 - 3 1/2 poll., 27-33 lin. lata. Petioli 20-27 lin.; teretiusculi, interne canaliculati, hirto-tomentosi. Stipulae petiolares, geminae, abbreviatae, rotundatae, tomentoso-hirtae. Cymae oppositae, capitato-conglomeratae, petiolo duplo breviores, pedunculo tomentoso. Baccae nigrae, monospermae, edules. *Kunth* l. c. *In ripa fl. Magdalenae, prope S. Bartholome.* ♄.

Pag. 310. n. 13. Cissus *quadrangularis.* Addatur synonymon:

C. perennis, scandens, articulatus, quadrialatus; foliis reniformi-cordatis, serratis; baccis sphaericis, monospermis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 426.

Rad. fibrosa. Caules ramique alis acutis, magnis, glabri. Folia alterna, ad articulos singulos, breviter petiolata, 1-1 1/2 poll. in diametro. Stipulae lunatae, integerrimae: cirrhi solitarii, simplices. Umbellae solitariae, oppositifoliae, ex umbellulis 3-4 subglobosis, involucro involucellisque vix fere ullis. Germen ovatum, nectario immersum, 2-loculare, seminibus 2 in loculo singulo. Stylus brevis, stigmate simplici. Bacca magnitudine pisi, glabra, unilocularis, monosperma. *Roxb.* l. c. qui vulgatissimam *in India* dicit.

n. 14. a. Cissus *rugosa Lunan.*; foliis cordatis, trifidis quinquefidisque, rugosis; floribus racemosis. *Decand. prodr.* 629. *Lunan hort. jam.* 2. p. 216.

Baccae nigrae, majores 4-spermae. Folia fere V. *viniferae. In montibus Jamaicae.*

n. 15. a. Cissus *javana Decand.*; foliis subcordatis, ovato-lanceolatis, acuminatis, glabris, subserratis: serraturis setaceis adpressis; ramulis subteretibus, sulcatis; pedunculis trifidis, subcorymbosis. *Decand. prodr.* p. 628 n. 16.

In Java; D. Coulon.

n. 15 b. Cissus *pentagona Roxb.*; ramis junioribus lucidis, angulis 5 rotundatis, lateribus sulcatis; foliis cordatis, rarius sublobatis, serrulatis, acuminatis, glabris. *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* I. *p.* 426. *n.* 6.

Altissime scandens in sylvis Chittagong.

n. 15 c. Cissus *tinctoria Mart.*; caule tetragono; foliis cordato-ovatis, subquinqueangulatis, mucronato-serratis, utrinque glabriusculis; umbellis solitariis axillaribus. *Spreng. S. V.* p. 448.

An C. *tinctoria Arruda?* *In Brasilia.* ♃.

Pag. 311. n. 16. Cissus *tomentosa* clo *Spreng. S. V.* p. 311. eadem ac *capensis*, quae nunc Vitis.

n. 18. Cissus *capensis* deleatur hic; est Vitis *capensis Thunb. S. V. ed. nostr. T. V. p.* 316. *n.* 6. *Sprengel* interea *S. V. p.* 448 eandem retinuit sub Cisso, et huc traxit C. *tomentosam Am.*.

Pag. 312. n. 21. Cissus *cirrhosa* deleatur hic, est enim Vitis *cirrhosa Thunb. S. V. ed nostr.* T. V. p. 320. n. 20.

n. 22. Cissus *trifoliata.*

Obs. Sprengel S. V. p. 449 huc trahit C. *obtusifoliam*, quam ad *crenatam* potius spectare *Poiret* recte monuit.

n. 22. a. Cissus *caustica Tuss.*; foliis trifoliolatis; foliolis ovatis, obtusis; ramis teretibus, geniculatis, succulentis; petiolis canaliculatis. *Tuss. Fl. Antill. t.* 16. *Decand. prodr. p.* 630.

Flores sanguinei, corymbosi. *In insulis Caribaeis.* ♄.

n. 22 b. Cissus *quadrialata Humb. et Bonpl.*; ramis tetragonis, quadrialatis foliisque glabris, ternatis: foliolis obtusis, crenato-denticulatis, pellucido-punctulatis, intermedio (subrotundo-) ovato, basi acuminato, lateralibus inaequilateris, pedunculis cymisque pilosiusculis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth Fasc.* 21. *p.* 225.

Caulis fruticosus, scandens, alis membranaceis. Foliola remote crenata, in crenis dente subulato instructa, reticulato-venosa, nervo venisque primariis subtus prominentibus, membranacea, laete viridia, supra nitida, subtus pallidiora: intermedium breviter petiolatum, 4-4 ½ poll., 28-34 lin. latum; lateralia sessilia, ovata, basi interiore cuneato-angustata, 33-40 lin. longa, 21-27 lin. lata. Petioli communes glabri. Cymae pedunculis 4 poll. et ultra, ramulis cymae pilosis. Flores pedicellati, umbellulati, duplo minores quam in *Vite vinifera*, erecti, rubri, pedicellis lineam longis, pilosis. Cal. parvus, 4-lobus, glaber, in floribus junioribus pilosiusculus, lobis rotundatis. Petala 4, ante explicationem externe pilosa, ovata,

acuta, aequalia. Stam. 4. Antherae ellipticae, utrinque obtusae: connexivo crasso. Nonnisi fragmenta. *Kunth* l. c. *In Isla Panumana inter Atures et Carichana.* ♄.

Obs. An huc Cissus *triphylla;* foliis ternatis: foliolis oblongis, cuneatis, inaequaliter serratis, glabris. *Reliqu. Willd. Ms. In America merid. Humb.* et *Bonpl.*

n. 22 c. Cissus *pubescens Humb. et Bonpl.;* ramis quadrangularibus, striatis, hirtis; foliis ternatis, supra puberulis, subtus canescenti-pubescentibus: foliolis acutis, (remote et) argute denticulatis, intermedio majore, petiolato, ovato-oblongo, basi cuneato-angustato. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth. Fasc.* 21. *p.* 226.

Caulis fruticosus, scandens, cirrhosus; ramis nodosis. Foliola inaequalia, reticulato-venosa, membranacea; intermedium sub-5-pollicare, 2 poll. latum: lateralia subsessilia, inaequilatero-ovata, basi exteriore rotundata, 36-40 lin., 16-19 lin. lata. Petiolus communis teres, pilosus, longitudtne fere folioli intermedii. Stipulae petiolares. Cirrhi oppositifolii, elongati, striati, hirti, apice dichotomi, et spiraliter contorti. Flores? Fructus? An vere hujus generis? *Kunth. Frequentissima ad fluv. Magdalenae inter Mompox* et *Buena Vista.* ♄.

n. 22 d. Cissus *angustifolia Roxb.*; dioïca; foliis ternatis: foliolis lanceolatis, (remote) serratis, glabris; stipulis ovatis, acutis; cymis petiolo brevioribus; baccis sphaericis, 1-2-spermis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 427. n. 7.

Scandens, tenuis, plana, instar vittae. Cirrhi simplices. Foliola petiolata, acuminata, 3-6 poll., 1-1 $^1/_2$ lata. Petioli foliolis breviores, canaliculati, glabri. Stipulae triangulari-ovatae, acutae, glabrae. Cymae axillares, solitariae, subrotundae, parvae. Flores parvi, e viridi flavi: in maribus pistilli loco corpusculum rotundum in centro glandulae 4-lobae; in feminis germen rotundum, stylus nullus, stigma magnum, obscure 4-lobum, sublacerum. Baccae sphaericae, glabrae, magnitudine pisi, albae, foetidissimae. *Roxb. l. c. In Sumatra.*

n. 22 e. Cissus *scariosa Blume;* foliis pedatis, 5-phyllis, coriaceis, glabris: foliolis oblongis, basi inaequali-rotundatis, apice obtusis et grosse serratis, serraturis apice scariosis; caule rimoso. *Blume* in *Bot. Zeit.* 1825. p. 616.

In hujus radice Rafflesia. *In Java.*

n. 22 f. Cissus *thyrsiflora Blume;* foliis inferioribus subternatis, summis quinatis: foliolis elliptico-acutis, superne serratis supra ad costam et venas subtusque tomentosis; baccis 2-4-spermis. *Blume Bot. Zeit.* 1824. *p.* 291.

In monte Gedee Javae.

n. 23 a. Cissus *tuberculata Jacq.*; foliis ternatis; foliolis sublanceolatis, glabris, subserrulatis. *Jacq. H. Schönbr.* I. p. 14. *t.* 32.

Glabra, 6-ped.. Folia alterna. Petioli 2 poll., parce vel non tuberculati. Foliola acutiuscula, tenuia, petiolata, intermedio longiori, 2-3 poll., lanceolata, lateralia acuta. Cirrhi oppositifolii. Pedunculi in ramulis terminales, ramosi, subcymosi, multiflori, ad lentem parce villosuli, superne coccinei. Bracteae ad divisiones minutissimae, vix conspicuae. Involucrum 0. Cal. et Petala coccinea, Nectarium flavescens. Antherae ochroleucae. *Jacq.* *In America torrida.* ♄.

Pag. 313. n. 25. Cissus *crenata.* Addatur:

Obs. Cissus *trilobata Lam.*; fol. trilobatis trisectisve; lobis ovatis, acutis, dentatis, subcarnosis; ramis teretibus, ad quam cl. *Lamarck* citat *Rheed. mal.* 5. t. 45., clo *Decandolle prodr.* 629 species dubia, sed distincta videtur a *crenata*.

n. 26 a. Cissus *salutaris Humb.* et *Bonpl.*; ramis teretibus, striatis pedunculisque hirtellis; foliis ternatis: foliolis oblongis, argute serratis, pellucido-punctulatis, supra hirtellis, subtus ferrugineo-hirtis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth fasc.* 21. *p.* 225.

Caulis scandens, fruticosus, ruber. Foliola brevissime petiolata, obtusa, reticulato-venosa, nervis venisque subtus prominentibus, membranacea: intermedium basi cuneatum, 33-36 lin., 13-15 lin. latum: lateralia breviora, inaequilatera, basi oblique rotundata, 27-30 lin., 11-14 lin. lata. Petiolus communis 5 lin., teretiusculus, interne canaliculatus, hirtus. Stipulae? Paniculae pedunculatae (fructiferae tantum adsunt, et nonnisi fragmenta suppetunt) folio breviores, ramis oppositis, subdichotomis pedunculisque striatis, hirtellis. Fructus pedicellati, subglobosi, stylo umbilicati, calyce suffulti, glabri, immaturi magnitudine piperis. *Kunth l. c.* *In aridis prope Quetepe et Cumana (Nov. Andalus.).* ♄.

n. 27. Cissus *carnosa.* Addatur synonymon:
C. caule complanato, perenni; foliis petiolatis, ternatis; foliolis ovalibus (grosse) serratis; baccis tetraspermis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 427. et, hoc teste: *Rumph amb.* V. t. 166. f. 2. (nec t. 165.)

Caulis planus, adinstar taeniae, longissimus, ramis junioribus pubescentibus. Cirrhi oppositifolii, bi-trifidi. Folia alterna, petiolata, foliolis pubescentibus, 2-3 poll.. Petioli teretes, pubescentes. Stipulae oblongae, caducae. Cymae ut in *angustifolia.* Flores parvi, albi. Baccae atrae, 4-spermae. *Roxb.* l. c. qui vulgarem *ad sepes et in sylvis.*

n. 27 a. Cissus *setosa Roxb.*; herbacea, scandens, setosa; foliis sessilibus, ternatis: foliolis grosse setoso-serratis; baccis monospermis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* I. *p.* 428. *n.* 9.

Tota acerrima. Rad. fusiformis. Caules herbacei, teretes, striati, tecti setis distinctis, glandulosis, capitatis, albis, uti planta tota, etiam fructus. Cirrhi oppositifolii, plerumque bifidi. Folia alterna, rare quinata. Foliola 2 lateralia (4 ubi 5) sessilia, tertium s. quintum breviter petiolatum, omnia ovata, undulata, carnosa, utrinque setosa, 1-5-poll.. Stipulae cordatae. Cymae ut in *carnosa*. Petala revoluta. *Roxb.* l. c. *In sylvis et ad sepes Rajamundree Circar.* ♃.

n. 27 b. Cissus *feminea Roxb.*; foliis digitatis; foliolis petiolatis, late lanceolatis, (sub) integerrimis; stylo nullo; stigmate 4-5-lobo. *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* I. *p.* 428. *n.* 10.

Caulis lignosus, scandens arbores, ramis flexuosis a folio ad folium. Cirrhi simplices, oppositifolii. Folia alterna, petiolata, foliolis oblongis lanceolatisque, subcrenulatis, acutis, glabris, lucidis, 4-6 poll., 1-2 latis. Petioli teretes, glabri, 1-2 poll.. Cymae breviter pedunculatae, axillares, bracteis parvis, deciduis. Flores parvi, virides. Cal. parvus. Cor 4-rarius 5-petala. Nectarium vix ullum. Stam. 0. nisi unicum sterile. „(Stamina fertilia in alio fors individuo!)" Germen globosum. Fructus? *Roxb.* *In sylvis montosis.* ♄.

n. 27 c. Cissus *elongata Roxb.*; rami juniores succulenti, nitidi; foliis digitatis; foliolis petiolatis, oblongis, acutis, remote serratis, glabris. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 429. n. 11.

Caulis longissimus, altissimas obducens arbores, subcompressus, ramis paucis vel plane nullis, nisi annosus. Folia alterna, petiolata, foliolorum pari infimo obliquo, 2-6 poll. longa, 1-3 lata, petiolis teretibus, glabris, 4-5 poll., petiolis partialibus sulcatis. Stipulae cordatae, parvae. Cirrhi oppositifolii, simplices. Cymae trichotomae et dichotomae, in umbellulas desinentes. Bracteae cordatae, permanentes. Cor. annulo inserta germen cingenti. Nectarium 4-lobum coloratum stamina inter et stylum. Stigma simplex. Bacca magnitudine Cerasi, rotundato-turbinata, laevis, matura nigra. Sem. magnum, subrugosum. *Roxb. l. c.* *In montibus littoris Coromandel*, et *in sylvis Bengaliae.*

n. 27 d. Cissus *auriculata Roxb.*; scandens, perennis; foliis quinatis: foliolis oblongis, acutis, obtuse serratis supra glabris, subtus villosis; stipulis auriculatis; baccis rotundis, glabris, monospermis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall* I. *p.* 430. *n.* 12.

Caulis in quinquenni crassitie brachii anterioris, altissimas scandens arbores, cortice fungoso, profunde fisso; ramis junioribus succulentis, teretibus, villosis. Folia alterna, remota, longe petiolata, foliolis petiolatis, oblongo-ovatis rhombeisve, supra lucidis; superius 2-3 poll., $^2/_3$ longitudinis latum; exterius multo majus. Petioli fere longitudine foliorum, teretes, villosi. Stipulae recurvae. Cirrhi oppositifolii, 2-3fidi. Cymae axillares et terminales, dicho- et trichotomae, iterum divi-

sae. Germen conicum, seminibus 4 in loculo singulo. Bacca magnitudine et habitu cerasi rubri. Semen oblique obovatum, subcompressum, basi subacutum. Integumentum simplex, nuciforme, rugosum, fructus pulpâ viridi baccae tectus. *Roxb. l. c.* *In Mysore.* B. *Heyne.*

n. 27 e. Cissus *lanceolaria Roxb.*; dioïca; foliis pedato-quinatis: foliolis lanceolatis, utrinque attenuatis, glabris, remote (acuteque) serrulatis; stipulis conico-lanceolatis; cymis longitudine (fere) petiolorum. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 430. n. 13. et, hoc teste: *Vallia-Tsjori-Valli Rheed. Mal.* VII. p. 15. t. 8.

Scandens, lignea, altissima, sexennis crassitie brachii, compressa, lateribus planis sulcata, cortice fusco, profunde fisso, ramis ramulisque scandentibus, junioribus teretibus glabris. Cirrhi oppositifolii indivisi. Folia alterna, petiolata; foliola recurva, acuminata, acuta, utrinque nitida, subcarnosa, 3-6 poll., 1-2 lata. Petioli universales et partiales pilis brevibus, rufescentibus. Cymae subaxillares, petiolis fere breviores. Flores pallide flavi. Bracteae ad basin pedunculorum cordatae. In mare calyx vix 0, pistilli loco glandula flava, umbilicata. *Roxb. l. c.* *In montibus finium orientalium Bengaliae.*

Pag. 314. n. 30 a. Cissus *pauciflora Burch.*; foliis trifoliolatis, glabris, rigidulis; foliolis obovatis, subintegris, basi cuneatis, apice obtusis; pedunculis paucifloris, folio brevioribus. *Burchell Cat. n.* 3009. *Decand. prodr. p.* 630.

In promontorio b. spei. ♄. *Burchell.*

n. 31. Cissus *pentaphylla.* Addatur synonymon: Vitis *filiformis Lam. illustr. n.* 2816. (fide *Poiret Enc. meth.* VIII. p. 611.)

n. 31 a. Cissus *pruinata Weinm.*; foliis quinatis: foliolis petiolulatis, lanceolatis vel ovato-ellipticis, serratis, glaberrimis; corymbis dichotomis; caule scandente, tereti, pruinato. *Weinm.* in *Syllog. pl. nov. Bot. Zeit.* 1824. *p.* 224.

Caulis sublignosus, teres, altissime scandens, ramosissimus, ramis junioribus pilosis. Folia longe petiolata: foliola inferiorum longe lanceolata, 4-8 unc. longa, 1-1 ½ unc. lata, serraturis grossis, distantibus; superiorum ovato-elliptica: omnia acuminata, basi inaequalia. Petioli communes teretes, 3-4 unc., pilosi. Stipulae ovatae, obtusae, ciliatae, fuscae, minutae, marcescentes. Corymbus pedunculatus, parvus, oppositifolius, pilosus. Cirrhi longi, bifidi, pilosi. Flores parvi, viridi-flavescentes. Cal. minutus, fusco-marginatus, hinc inde obtuse dentatus. Cor. petalis 4, excavatis, subcucullatis, deciduis. Nectarium margine germen cingens. Stam. 4 ad basin nectarii. **Stylus brevis, obtusus.** Baccae 4-spermae, nigrae,

magnitudine pisi minoris. *Weinm.* *In dumetis et sylvis Brasiliae.* ♄.

n. 32. Cissus *quinata* a clo *Spreng. S. V.* p. 314. eadem dicitur cum *granulosa.*

n. 32 a. Cissus *Simsiana;* foliis quinatis: foliolis utrinque attenuatis, acuminatis, serratis, petiolatis; ramis teretibus, nodosis, laevibus. Cissus *quinquefolia Bot. Mag.* Nr. 442. t. 2443. C. foliis quinatis, ellipticis, serratis, glabris; ramis laevibus. *Solander Ms.*

Nomen mutandum, cum sit antiquissima C. *quinquefolia.* Caulis inferne lignosus; rami numerosi, carnosi, geniculis tumidis. Folia alterna, petiolata; foliola inaequaliter et argute serrata, glabra, tenuia, medium majus, saepius tripollicare. Petiolus communis 1 ½ poll.; partiales foliolis quadruplo breviores. Pedunculi petiolis oppositi, his longiores, nudi: cymis parvis, compositis. Bracteae minutae, lanceolatae, singulâ sub quovis ramulo. Cal. minutus, urceolatus, 4-dentatus. Petala 4 minuta, concava, viridula. Non confundenda cum C. *pentaphylla* japonica et *quinata* capensi. Affinis *striatae Fl. peruv.* a qua characteribus datis distincta. *Sims.* ✱ *In Rio-Janeiro, in insula Raza ad ostium fluminis.*

n. 33 a. Cissus *mexicana Fl. mex. ined.;* foliis palmato-quinquefoliolatis, glabris: foliolis petiolatis, oblongo-lanceolatis, serratis; caule subtetragono. *Decand. prodr.* p. 631.

In Mexico. ♄.

n. 34. Cissus *granulosa.* Huc trahitur a *Spreng. S. V.* p. 450. C. *quinata Ait.!*

Pag. 315. n. 34 a. Cissus *diversifolia Decand.;* foliis glabris, radicalibus simplicibus, mediis 3-, summis 5-foliolatis: foliolis acuminatis, attenuatis, acute crenatis; petiolis lineâ pubescente. *Decand. prodr. p.* 631. (quo teste:) Cissus *heterophylla;* ramis teretibus, subpubescentibus; foliis radicalibus simplicibus, superioribus ternatis, summis quinatis: foliolis acuminatis, attenuatis, acute crenatis, glaberrimis. *Link Enum. p.* 143.

Nondum floruit. Foliorum quinatorum foliolum extimum 6 poll. *Link.* *Habitat?*

n. 35. Cissus *pedata.* Addatur synonymon:
C. perennis, scandens; cirrhis simplicibus bifidisve; foliis pedatis: foliolis late lanceolatis, serratis; baccis tetraspermis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* I. p. 431.

Caules lignosi: arbores scandentes; juniores pubescentes; cirrhi oppositifolii; folia alterna, petiolata; foliola pubescentia, variae magnitudinis; intermedium 4-6 poll., infima

lateralium 2-3 poll.. Petioli communes teretes, pubescentes, 3-5 poll.. Stipulae cordatae, acutae, deciduae. Cymae oppositifoliae et axillares. Pedunculi petiolis dimidio breviores, articulati, circa medium bracteati. Bracteae albae, 4-lobae, depressae. *Roxb. l. c.* *In sylvis, sepibus.*

n. 35 a. Cissus *serrulata Roxb.*; perennis, scandens, glabra; foliis pedato-quinatis: foliolis oblongis, serrulatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 453. *n.* 15.

In Chittagong. ♃.

n. 38. Cissus *japonica.*

Obs. Sprengel huc trahit Vitem *nepalensem Wall.*, quae in *Flor. ind.* T. II. sub Vite non occurrit. Si Cissum *nepalensem*, a *Decandolle* infra adductam, (quam frustra sub Cisso quaeres in *Fl. ind.* T. 1.) eandem credit, fallitur, cum utramque rite distinxisset *Decandolle.*

n. 38 a. Cissus *nepaulensis Decand.*; foliis pedato-5-foliolatis, glabris: foliolis ovalibus, acutis, basi attenuatis, aristato-serratis; pedunculis petiolo brevioribus. *Decand. prodr. p.* 632.

In Nepaul. D. Wallich.

n. 38 b. Cissus *coriacea Decand.*; foliis pedato-5-foliolatis, glabris, subcoriaceis; foliolis ovalibus, utrinque subattenuatis, late et distanter crenatis; pedunculis petiolo brevioribus. *Decand. prodr. p.* 362.

Variat foliolis angustioribus et latioribus. *In insula Timor.* ♄.

Pag. 316. n. 41. Cissus *orientalis.* Addatur synonymon: *Link Enum. p.* 143.

Petioli rubri. Foliola 2 poll. et ultra, basi ovata, integerrima. *Link.*

Pag. 317. n. 43 a. Cissus *timoriensis Decand.*; foliis trifoliolatis, membranaceis, glabris: foliolis petiolulatis, ovatis, acutis, late dentatis; paniculis laxis, trichotomis. *Decand. prodr. p.* 630.

In Timor. ♄.

n. 44. Cissus *ovata.* Addatur:

Obs. Cl. *Decandolle* „Cissum *ovatam Lam.* foliis ovatis, acuminatis, utrinque glabris, setaceo-serratis: serraturis paucis adpressis; ramulis teretibus" eandem omnino esse cum Irsiola *Browne jam.* t. 4. f. 1. 2, et „valde accedere ad *sicyoidem*, sed folia ovata, nec cordata esse" affirmat. Dubitat: „An C. *smilacina Willd.*, sed folia mea non cordata" ait. Cissum *ovatam Rich.*" *forsan* revocandam esse ad sequentem, quae.

n. 44 a. Cissus *obscura Decand.*; foliis ovato-lanceolatis, acuminatis, glabris; serraturis paucis, aristatis, adpressis. *Decand. Prodr.* I. *p.* 629.

Paniculae aliae magnae, ramosissimae, steriles; aliae parvae, fertiles. *Decand.* Species ex diagnosi sane obscura, et mirum,

quod divus *Richard* dubium non solvisset. *In Amer. merid.?* Herb. *l'Herit.*

n. 45. Cisso *puncticulosae* addatur synonymon:
C. foliis late cordatis, remote dentatis, apice truncato denticulo uno; caule basi strumoso. *Haw. Suppl. pl. succ.* 3. *p.* 317.

Planta basi tuberoso-strumosa. Rami teneri, nunc breves, stipulati, carnosuli. Folia viridia, undique minutim villosula s. pubescentia, mollia, carnosula, breviter petiolata, grosse-dentata, dentibus patulis, subsetaceo-acuminatis, utrinque venosa, venis supra obsoletioribus, impressis, subtus prominentibus. Petioli vix $^1/_2$ poll., semiteretes, supra sulcati. Descriptio ex uno folio post plantae inspectionem. *Haw.* *Cayennae.*

n. 46. Cissus *glandulosa Hornem.* videtur *glandulosa Gmel.;* dubitat interea cls *Decandolle prodr. p.* 629.

Pag. 318. Cissis addantur:

n. 50. Cissus *dendroides;* foliis oblongis, utrinque attenuatis, subcrenatis. Cissus *arborea. Reliqu. Willd. Ms.*

In America meridionali. ♄. *Humb. et Bonpl.* An fors Vitis? Nomen mutandum erat, ob antiquiorem *arboream.*

n. 51. Cissus *ferruginea Willd.;* foliis oblongis, acuminatis, subintegerrimis, venis subtus ramulisque ferrugineo-pubescentibus. *Reliqu. Willd. Ms.*

In America merid. ♄. *Humb.* et *Bonpl.* An eadem cum Cisso *ferrugineo Hort. Monsp.* et *Carlsruh?*

n. 52. Cissus *pentandra Willd.;* foliis elliptico-ovatis, utrinque acutis, parallele venosis; caule erecto, arboreo; floribus pentandris. *Reliqu. Willd. Ms.*

In Americ. merid. ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

n. 53. Cissus *reticulata Willd.;* foliis ovato-lanceolatis, subcordatis, argute remote adpresso-serratis, subtus reticulato-venosis cauleque tomentosis. *Reliqu. Willd. Ms.*

— — ♄. — —

n. 54. Cissus *trigona Willd.;* caule trigono, alato; foliis ternatis, serratis, scabriusculis. *Reliqu. Willd. Ms.*

In Brasilia. ♄. *Hoffmannsegg.*

n. 55. Cissus *parviflora Willd.;* foliis ternatis, oblongis, dentatis, glabriusculis, acuminatis. *Reliqu. Willd. Ms.* sub C. *micrantha.*

In India. ♄. *Roxburgh.* Nomen mutandum, cum sit *micrantha* antiquior.

n. 56. Cissus *multiflora Willd.*; foliis quinatis; foliolis oblongis, apice grosse serratis. *Reliq. Willd. Ms.*

In America merid. ♄. *Humb.* et *Bonpland.*

n. 512. GLOSSOMA.

n. 1. Glossoma *Votomita* addatur synonymon: Glossoma *gujanensis Raeuschel.*

n. 513. CORNUS.

n. 1. Cornus *suecica.* Addatur synonymon: *Smith Engl. Flor. p.* 221. *Fl. lapp. ed.* 2. 38. t. f. 3.

Pag. 319. n. 2. Cornus *canadensis.* Addantur synonyma: *Nutt. gen.* 98. *Bigelow Fl. Bost. p.* 37.

n. 3. Cornus *florida.* Addatur synonymon: *Nutt. gen.* 98. *Bigelow Flor. Bost* 98. *Ejusd. americ. med. Bot. t.* 28. *Link Enum. p.* 140. *Guimpel Abb. fremd. Holzart.* 21. 19.

Folia subtus alba, nervis pubescentibus, rubentibus. *Link.*

n. 4. Cornus *mascula.* Addatur synonymon: *Hayne dendrolog. Flor. p.* 6. *Guimpel Abbild. deutsch. Holzart.* 10. *t.* 2. τῳ γ addatur: *variegata Hayne l. c.* τῳ. δ.: β *xanthocarpa Hayne l. c.*

Subinde dioica et polygama.

Pag. 320 n. 6. Cornus *sanguinea.* Addatur synonymon: *Nutt. gen.* p. 98. *Hayne dendrolog. Flor. p.* 7. *Guimpel Abb. deutsch. Holzart.* 12. t. 3. *Smith. Engl. Fl.* p. 221. τῳ β: *variegata Hayne l. c.*

Dentes calycis longitudine nectarii. Nux globosa. *Hayne.*

n. 6 a. C. *excelsa Humb. et Bonpl.*; ramis patulis, ramulis foliisque subtus pubescentibus, supra pilis minutis conspersis, ovatis, acuminatis, subtus pallidioribus; cymis nudis, patulis. *Humb. et Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. p. 430.

Arbor procerrima, ramis teretibus, rubris, ramulis pubescentibus. Folia acumine obtuso, basi rotundata, subseptuplinervia, subtus pallidiora et pubescentia, fere 1 $^1/_2$ poll., 8-9 lin. lata. Petioli 2-3 lin., pubescentes. Gemmae minutae, ovatolanceolatae, puberulae. Cymae terminales solitariae, pedunculatae, ramosae, ebracteatae; radiis circiter 5 patulis, ramisque angulatis, hirtellis. Pedunculus 8-9 lin., hirtellus. Flores magnitudine *Corni albae.* Cal. minutus, angulato-quadridentatus, dentibus abbreviatis, acutis, adpresso-pilosis. Cor. alba externe pilis adpressis, petalis oblongis, acutiusculis, planis, aequalibus, patentibus. Stam. vix petalis

breviora. Stigma subcapitatum. Fructus? Affinis *sanguineae* *Kunth* l. c. *Chalco inter et Mexico.* ♄.

n. 7. Cornus *sericea.* Addatur synonymon: *Nutt. gen.* 98. *Hayne dendrolog. Flor. p.* 7. C. *cyanocarpos Mönch.*

Dentes calycis nectario triplo longiores, nux compressa. *Hayne.* *Cornum sericeam* L. non esse *sericeam l'Herit.*, sed *candidissimam Mill.* asserunt.

Pag. 321. n. 8. Cornus *alba.* Addatur synonymon: *Nutt. gen.* 98. *Bigelow Fl. boston. p.* 38. *Hayne dendrolog. Flor. p.* 7.

Dentes calycis longitudine nectarii; nux compressa. *Hayne.*

n. 8 a. Cornus *latifolia De Bray;* ramis implicitis, patulis; foliis ovato-subrotundis, subtus glaucis; cymis convexis. *De Bray in Denkschr. bot. Gesellsch.* II. *p.* 35.

Caulis erectus, tortuosus, dein in ramos numerosos sese extendens. Rami cortice griseo, fusco. Folia opposita, longe petiolata, plerumque latissima, praesertim apicem versus repando-dentata, breve acuminata, acumine obtusiusculo, supra saturate viridia, subtus pilis brevibus, albidis, adpressis adspersa, nervis conniventibus 7. Cymae nudae. Germina albo-tomentosa. Baccae ovales, e violaceo nigrescentes. Folia ineunte autumno rubent, ut in C. *sanguinea;* sed habitu et characteribus datis ab hac et omnibus aliis speciebus distincta." *Comes de Bray. In rupestribus calcareis apricis ad Dünae ripas prope Kokenhusen.*

n. 9. Cornus *circinnata.* Addatur synonymon: *Nutt. gen. p.* 98. *Bigel. Fl. bost. p.* 39. *Hayne dendrolog. Flor. p.* 7. Cornus *verrucosa Hortul.*

Dentes calycini longitudine nectarii; nux compressa. *Hayne.*

Pag. 322. n. 10. Cornus *stricta.* Addatur synonymon: *Nutt. gen. p.* 99. *Hayne dendrolog. Flor. p.* 8.

Dentes calycis nectario duplo longiores; nux ovata. *Hayne.*

n. 11. Cornus *asperifolia.* Addatur synonymon: *Nutt. gen. p.* 98.

n. 12. Cornus *paniculata.* Addatur synonymon: *Nutt. gen.* 98. *Bigelow Fl. boston. p.* 39. *Hayne dendrolog. Flor. p.* 8.

Dentes calycis longitudine nectarii; nux fere globosa. *Hayne.*

n. 12 a. C. *tolucensis Humb. et Bonpl.;* ramis dichotomis patulis; foliis ovato-oblongis, angustato-acuminatis, utrinque puberulis, subtus pallidioribus; cymis alaribus nudis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. p. 430.

Rami teretes, substriati, glabri, purpurascentes. Folia acumi-

ne submucronato, basi acuta, subseptuplinervia, membranacea, 2-3 poll., 8-9 lin. lata. Petioli 4-5 lin., puberuli. Gemmae minutae. Cymae fructiferae solitariae, pedunculatae, ramosae, ebracteatae, pedunculo pollicari ramisque cymae pilosis, patulis. Cal. dentibus 4, ovato-lanceolatis, acutis, pilosiusculis. Stigma subcapitatum, obtusum. Drupae ovato-subglobosae, calyce coronatae? laeves, glabrae, magnitudine pisi. C. *paniculatae* affinis. *Kunth l. c.* *In alta planitie nov. Hispan. prope urbem Toluca.* ♄.

Pag. 323. n. 13. CORNUS *alternifolia.* Addatur synonymon: *Nutt. gen. p.* 98. *Hayne dendrol. Flor. p.* 8. Et τῷ α: α. *pensylvanica Hayne l. c.* τῷ β. β. *canadensis Hayne l. c.*

Dentes calycis longitudine nectarii; nux globosa. *Hayne.*

CORNIS addatur:

n. 15. CORNUS *oblonga Wall.;* foliis oblongis, acuminatis, basi acutis, subtus glaucis, scabris, glandulis plurimis excavatis, longitudinaliter in axillis costarum nervorumque dispositis; cymis patentibus, paniculatis. *Wall.* in *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 432.

Arbor mediocris ramis copiosis patentibus, junioribus pilis adpressis. Folia per paria approximata, patentia, 4-6 poll., 1-1 1/2 poll. lata, tenuiter acuminata, pilis brevibus adpressis, supra atroviridia, lucida, subtus costâ nervisque suboppositis arcuatis latere suo exteriore glandulosis, glandulis ciliatis. Petioli 1-1 1/2 poll., graciles, sulcati, scabri. Cyma terminalis, sessilis, late ovata; radiis oppositis, patentibus, fasciculis breviter pedicellatis, confertis, subracemosis, terminatis. Bracteae oppositae, ovatae, acutae, deciduae. Cal., uti petala pedicellique, pilis brevibus, adpressis, argenteis. Petala lineari-oblonga, plana, alba aut purpurascentia, calyce 4-plo longiora, demum revoluta. Antherae purpureae. Germen 3-loculare. Stylus deciduus. Drupa ovato-oblonga, umbilico elevato glabro, putamine 2-3 loculari. *Wall. l. c.* *In Nepala circa Katmandu. Gardner.*

Obs. Specimina a *Saharunpore* Boream versus lecta a D. *Govan* huic speciei conveniunt, folia tamen majora, minus glandulosa, et cymae praecipue differunt pedunculatae ramis umbellatis, fructu immaturo compresso, ovali, simili *Viburni* fructui. *Wall.*.

n. 16. CORNUS *macrophylla Wall.;* foliis late ovatis acuminatis, basi rotundatis, glabris, subtus glaucis, mollibus, axillis subglandulosis; cymis subumbellatis; floribus racemosis. *Wall.* in *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 433. *n.* 2.

Rami glabri. Folia 6 poll., 4 lata, subtus pallida, subpubescentia, punctata, nervis copiosis obliquis. Petioli 1 1/2 poll., pilis paucis in axillis. Cyma ampla, terminalis, sessilis, planiuscula, racemis unilateralibus. Calycis dentes acuti. Petala lineari-oblonga, extus pilosa, ut germen sulcatum. Stylus staminibus brevior, stigmate capitato. Drupa rotunda, glabra,

magnitudine *Piperis nigri*, nuce biloculari. *Wall. l. c.* *Saharunpore, Boream versus.* ♄.

n. 17. Cornus *capitata Wall.;* arborescens: foliis lanceolatis, acuminatis, breviter petiolatis, scabris, pilis adpressis; capitulo rotundo; involucro magno, tetraphyllo, scabro; floribus sessilibus. *Wall.* in *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 434.

Arbor mediocris, ramis patentibus, pilis brevibus, junioribus subcompressis. Folia coriacea, utrinque attenuata, 2 fere poll., detersis pilis foveolata, glauca, subtus pallida, nervis subinde rufescentibus, glandulâ in axillis minutâ. Petioli brevissimi, sulcati. Capitulum terminale, solitarium, magnitudine Cerasi, pedunculo clavato, sulcato, in receptaculum apice ampliato. Folia involucri subinaequalia, coriacea, flava, obovato-cuneata vel late ovata, venosa, pollicaria, utrinque rotundata, acumine brevi sulcato. Cal. cylindricus, pubescens, laciniis oblongis, erectis, obtusis. Cor. calyce duplo longior, foliolis cuneatis, obsolete carinatis, longitudine staminum recurvorum, subulatorum. Stylus crassus, clavatus, striatus, staminibus brevior, basi nectario brevi, cylindrico, carnoso, crenulato; stigmate truncato. Affinis *floridae* et *canadensi*, sed characteribus datis satis distincta. *Wall.*. *Circa Gossain-Than in Nepala, Gardner; circa Sirinagur Colguhoun; Sutlej inter et Jumma* Dr. *Govan.* ♄.

n. 18. Cornus *pubescens Willd.;* foliis ellipticis, acuminatis, subtus petiolisque pubescentibus; cymis coarctatis. *Reliqu. Willd. Ms.*

In Mexico. ♄. *Humb. et Bonpl.*

Quid Cornus *nigra Raeusch?*

n. 539. FUSANUS.

Obs. Ad hoc genus *Sprengel S. V.* p. 490 retulit, Laurentiam *pedatam Lour.*, nomine Fusani *pedati.*

n. 515. LUDWIGIA.

Pag. 324. n. 3. Ludwigia *ramosa.* Addatur synonymon: *Link Enum.* p. 141.

Pag. 325. n. 4. Ludwigia *pedunculosa.* Addatur synonymon: *Nutt. gen.* p. 98.

n. 5. Ludwigia *linearis.* Addatur synonymon: *Nutt. gen.* p. 98.

n. 6. Ludwigia *linifolia* clo *Sprengel S. V. p.* 445. eadem ac *virgata!*

Pag. 326. n. 7. Ludwigia *jussiaeoides.* Addatur synonymon: Jussiaea *brachycarpa Lam?* (ut videtur clo *Poiret.*): sed fructus sane in *jussiaeoide* longissimi hujus generis, 1-1 ½ poll.

n. 8. Ludwigia *decurrens.* Addatur synonymon: Ludwigia *jussiaeoides Nutt. gen. p.* 98.

n. 10. Ludwigia *macrocarpa.* Addatur synonymon: *Nutt. gen.* 98. L. *microcarpa Link Enum. p.* 141. sphalmate, ut videtur pro *macrocarpa*, quia simul laudat L. *alternifoliam*).

Obs. Sprengel S. V. p. 446 huc trahit L. *salicifoliam Poir.* (cum tamen *Poiret* Herbarium ill. *Lamarck* contulisset et *decurrenti* potius similem suam dicat) cum *hirtella Rafin.*.

Pag. 327. n. 11. Ludwigia *virgata.* Addatur synonymon: *Nutt. gen. p.* 98. An huc L. *angustifolia* ut videtur clo *Poiret? Spreng. S. V. p.* 445. L. *linifoliam Poiret* huc trahit.

n. 12. Ludwigia *capitata.* Addatur synonymon: *Nutt. gen. p.* 98.

Pag. 328. Ludwigiis Addatur,

n. 17. L. *diffusa Hamilt.*; caule diffuso; foliis lanceolatis; capsulis subpedunculatis, folio dimidio brevioribus. *Hamilton* in *Linn. Trans.* XIV. 2. p. 301. *Carambu. Hort. Malab.* II. p. 95. f. 49.

Radix fibrosa, annua. Caulis herbaceus, solidus, geniculis inferioribus radicans, lineâ elevatâ e petiolorum basi utrinque decurrente angulatus, glaber, ramis sparsis, diffusis. Folia caulina alterna, integerrima, acuta, glabra, venis simplicibus instructa, plana; in ramis floriferis conferta, saepe opposita. Petioli brevissimi, semiteretes, glabri, basi rudimentis foliorum prodeuntium appendiculati. Flores subsessiles, axillares, solitarii, folio multo breviores, flavi, nudi. Calyx persistens: laciniis 4 ovatis, acutis, patentibus. Petala 4 calyce breviora, oblonga, concava, patentia, aequalia. Filamenta erecta, subulata, brevia. Antherae magnae, bisulcae, ovales erectae: Germen tetragonum, calyce longius. Stylus teres, longitudine staminum. Stigma magnum, globosum. Capsula? tetragona, prismatica, obtusangula, calyce reflexo breviore coronata, apice quadripunctato truncata, 4 locularis, ad latera indeterminate dehiscens, septis e medio laterum receptaculi centralis quadrangularis prodeuntibus. Semina plurima, parva, angulis receptaculi insidentia, conferta. *Hab. in Indiae ultra et citra Gangem aquosis. Hamilton l. c.* ⊙.

Obs. An L. *parviflora Roxb. Hort. Ind.* I. 440? Paucis descriptio suae a meâ recedit, plurima conveniunt. *Bem Lubunga* seu Caryophyllus sylvestris in *H. Bengal.* ob similitudinem fructus dicitur. *Hamilt.*

n. 18. Ludwigia *parviflora Roxb.*; annua, ramis diffusis: foliis alternis, lanceolatis, breviter petiolatis, glabris; floribus axillaribus sessilibus; capsulâ lineari, obsolete tetragonâ. *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* I. *p.* 441.

Rad. ramosa. Caulis brevis, teres, in juniore planta erectus, ramis pluribus substriatis, uti tota plana obscure ferrugineis. Folia integerrima, 1-3 poll.. Flores parvi. Folia ad apices ramorum adeo parva et conferta, ut spicae foliosae videantur.

Bractea minutissima utrinque ad insertionem floris. Cal. laciniae acutissimae, attenuatae, longitudine petalorum oblongorum. Caps. glabra. Semina colorata. *Roxb.* l. c. *In Bengalia.* ⊙.

n. 19. LUDWIGIA *prostrata Roxb.*; ramis inferioribus repentibus; foliis alternis petiolatis, lanceolatis, utrinque attenuatis; floribus axillaribus sessilibus; capsulis filiformibus, serie solitariâ seminum in loculo singulo, immediate axi affixorum. *Roxb. Fl. Ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 441.

Caulis declinatus, 1-2 ped., ramis numerosis, inferioribus caule longioribus, glabris, striatis, plerumque rubro tinctis. Folia glabra, variae magnitudinis, maxima, 3-5 poll.. Flores solitarii pluresque, parvi, in germine pedunculiformi multum elevati. Petala lanceolata, calyce longiora, flava. Filamenta longitudine styli. Antherae rotundatae, bilobae, stigmati magno viscoso semper post faecundationem adhaerentes. Capsulae graciles, plus minus incurvae, glabrae, quadrangulares, angulis rotundatis, lateribus sulcatis. Semina ovata, minuta, rufescentia. *Roxb. l. c.*, qui *parviflorae* simillimam, et nonnisi capsulâ discernendam esse censet. *In Pegu.* ⊙.

n. 20. LUDWIGIA *alata Elliott*; glabra; foliis cuneato-lanceolatis, decurrentibus; caule alato; capsulis cubicis sessilibus. *Elliott Bot. South Carolin.* et *Georg. p.* 212. *Nutt. gen. p.* 98.

Obs. Sprengel S. V. p. 446 hanc sine dubio eandem esse cum *microcarpa*, forte et cum *glandulosa Pursh.*

n. 21. LUDWIGIA *sphaerocarpa Elliott*; caule erecto, ramoso, glabro; foliis lineari-lanceolatis, glabriusculis; capsulis sessilibus, globosis, pubescentibus. *Elliott l. c. p.* 213. *Nutt. gen. p.* 98.

n. 22. LUDWIGIA *cylindrica Elliott*; caule erecto, glabro, ramoso, subangulato; foliis lanceolatis; capsulis cylindricis. *Elliott l. c. Nutt. gen. p.* 98. An *L. heterophylla Poir.* quaerit *Spreng. S. V. p.* 446.

n. 23. LUDWIGIA *lanceolata Elliott*; caule virgato; foliis angusto-lanceolatis, glabris, subdecurrentibus; capsulis sessilibus, cubicis, alatis. *Elliott l. c. Nutt. gen. p.* 98.

Obs. LUDWIGIA *hirsuta Lam.*, *mollis Mich.*, *microcarpa Mich.*, a recentioribus ad ISNARDIAS relegatae, LUDWIGIIS restituuntur a clo *Nuttall gen. p.* 98 et *Sprengel S. V. p.* 445, 446, qui etiam *nitidam* et *hastatam* huc trahit.

Post n. 515 LUDWIGIAM inseratur:

n. 515. bis. EPACTIUM.

n. 1. EPACTIUM *arenarium Willd. in Reliqu. Ms.*

Parva, repens; foliis oppositis, petiolatis, orbiculatis, minutis; floribus axillaribus, pedunculatis. *In Peruvia.* ♃. *Humb.* et *Bonpl.*

n. 516. SIRIUM.

n. 1. Sirium *myrtifolium* deleatur, et Sirium *ovatum* signetur n. 1. *venosum* n. 2. et sic porro. His dein subjungatur:

516 a. SANTALUM.

n. 1. Santalum *album;* foliis oblongis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 462. et, hoc teste: *Linn. Spec. ed. Willd.* I. 691. Sandalum album *Rumph. Amb.* II. 42. *t.* 11. Chandana. *Asiat. Researches* IV. *p.* 253. Santalum verum *Linn. Mat. med.* 102. Sandal-Wood. *Buchanan journ.* I. 186. 202. II. 117, 132. 536. III. 192.

Truncus in speciminibus cultis 12 annorum aliquot tantum pedum, indeque in ramos divisus, 2½-3 ped. in peripheria, cortice fuscescente, scabro, longitudinaliter fisso, ramis numerosis, multum divisis, patentibus, diffusis in coronam sphaericam, ad pedes 25 elevatam, junioribus teretibus, glabris. Folia opposita, petiolata, plerumque obtusa, glabra, integerrima, subtus glauca, 1½-3 poll.. Petioli glabri, vix ¼ longitudinis foliorum. Stipulae 0. Thyrsi axillares et terminales, folio multo longiores, pedicellis oppositis, pari inferiore plerumque trifloro. Flores copiosi, parvi, primum expansi straminei, dein ferrugineo-purpurei, inodori. Cal. laciniis ovatis, glabris, basi tantum persistens. Nectarium glandulae 4 rotundatae, sessiles, crassae, carnosae ad faucem calycis, cum laciniis ejusdem alternae, sub anthesi prima integrae, in *myrtifolio* lobatae. Filamenta longitudine nectariorum, cum iisdem alterna, glabra, postice fasciculo pilorum alborum e disco a staminibus distincto, ejusdem longitudinis; apices pilorum dorso antherarum bilobarum parvarum adhaerent. Germen semisuperum. Stylus longitudine tubi calycis. Stigma trinerve, quadrilobum. Bacca pyrena, globosa, glabra, matura nigra, succulenta, magnitudine Cerasi, calycis residuo coronata. Nux solitaria, sphaerica, costis 3 obsoletis ab apice decurrentibus. Semen nuci conforme. Integumentum simplex, molle, album, spongiosum. Perispermum semini conforme, album, amygdalinum. *Roxb. l. c.* *In littore Malabarico.*

n. 2. Santalum *myrtifolium;* foliis oppositis, lanceolatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 464. Sirium *myrtifolium Roxb. Corom.* 1. n. 2. *Spreng. S. V. p.* 489.

Frutex major, non arbor; folia breviter petiolata, patentia, integerrima, undulata, glabra, lucida, 2 poll., ¾ poll. lata. Stipulae 0. Racemi thyrsiformes, terminales, compositi, parvi, erecti. Flores parvi, rubentes. Cal. superior, tubo brevi, parum gibbo, limbi laciniis ovatis, expansis. Nectaria obcordata, crenulata, fauci calycis inserta. Filamenta brevia, pilosa, calyci inserta, cum nectariis alternantia. Stylus longi-

tudine tubi. Stigma 4-lobum. Bacca globosa, magnitudine pisi, glabra, succosa, atra. *Roxb.* l. c. *In Circars montibus.*

n. 518. COLUMELLA.

Pag. 329. n. 1. Columella *pedata Lour.* est Cissus *cochinchinensis Spreng. S. V.* p. 329.

n. 519. STRUTHIOLA. *)

Pag. 330. n. 1. Struthiola *virgata.* Addatur synonymon: *Link. Enum p.* 111. Str. foliis lanceolatis, acuminatis, canaliculatis, subamplectentibus, striatis; floribus sericeis; laciniis corollae lanceolatis, acuminatis. *Wikstr. Act. Ac. holm.* 1818. *Fl.* II. *p.* 286. et, hoc teste: Str. *virgata Linn. Mant. p.* 41. *Houtt. Pfl. Syt. V. t.* 41. *f.* 2. Str. *virgata γ* et ξ *Thunb. Mus. Nat. Ac. Ups. App.* XI. *p.* 4. *Burm. Afr. p.* 127. *t.* 48. *f.* 1. mala. Str. *longiflora Lam.?* (*S. V. ed. nostr. n.* 4.) Str. *ciliata Andr. rep. t.* 139. 149 (auct. *H. Kewens. l. c.*) *Lam. illustr.* (excl. syn. Passerinae *ciliatae*). *Burm. Afr. p.* 129. *t.* 47. *f.* 2. Passerinae *ciliatae* s. *Passerinae* 2. *H. Cliff. p.* 146., descriptio, fide *Dryander Linn. Transact* II. *p.* 234. Str. *pubescens Retz.* (c. syn. nostris) quam vide n. 3. *β.* fol. latioribus s. ovato-lanceolatis, arcte imbricatis. Str. *virgata ε Thunb. Mus. N. Acad. Ups. App. n.* 4. *γ.* folomnibus linearibus obtusis, planiusculis, extus subtrinervatis, haud amplectentibus. Str. *virgata. β. Thunb. Mus. N. A. Ups. P.* XIII. *p.* 106. Str. *tuberculosa H. Vahl,* non vero *Lamark.* *δ.* fol. omnibus linearibus, obtusis, planiusculis, glaucis, superioribus extus pubescentibus. Str. *erecta Thunb. Mus. P.* XIII. *p.* 106. Str. *villosa Hb. Vahl.* *ε.* ramulis incano-villosis, laciniis corollae suboblongis obtusis. Str. *incana Loddig. Cab.* II. *N.* 11. Str. *virgata δ. Thunb. Mus. App.* XI. *p.* 4.

Caules nunc simplices, nunc ramosi. Folia mire variant, nunc majora, s. latiora, nunc minora s. angustiora, superiora convexa, imbricata, subamplectentia, ciliata; inferiora plana, distantia et omnino glabra: vix duo specimina similia reperies. Str. *virgata* et *pubescens Retz* una eademque planta est, et ratio bractearum ad germen in *Hort. Kew.* designata nullo modo constans. Str. *ciliata Lam.* et *Andr.* stirps tantum major, fo-

---

*) Cls. *Wikström* in *Act. Acad. r. holm.* 1818 *Fasc.* II. p. 285 Struthiolae species sequente ordine disposuit: a. *corollis pubescentibus:* 1. S. *virgata.* 2. S. *lucens.* 3. S. *villosa* (an *chrysantha?*) 4. S. *striata.* b. *corollis glabris:* 5. S. *erecta.* 6. S. *ovata.* 7. S. *hirsuta.* 8. S. *Vahlii.* c. *Dubiae.* 9. St. *tuberculosa.* 10. St. *angustifolia.* 11. St. *longiflora.* 12. S. *tomentosa.* 13. S. *sulcata.* 14. S. *chrysantha.*

liis majoribus, superioribus pulcre ciliatis. In omnibus speciebus hujus sectionis rami superne pubescentes, inferne glabri. In β. rami eximie cicatrisati, et ramuli interdum illos *Ipecacuanhae fuscae* mirum in modum referunt. γ. Occurrit in *Herb. Vahl* hujus specimen a *Lamarck* datum sub nomine S. *tuberculosae;* at vera *tuberculosa* haud est, ob flores glabros. *Wikström. In campis sabulosis, lateribus montium prope Hex-Rivier, in Lange-Kloof prope Wolwekraal et alibi. Thunberg Fl. cap. Ed. nostr.* p. 382. STR. *virgatam* sequentibus describit. „Caulis frutescens, erectiusculus, fusco-purpureus, glaber, pedalis. Rami alterni, elongati, saepe simplices, interdum ramulosi, interdum inferne glabri, superne villosi, interdum toti albo-tomentosi, flexuoso-erecti, laxi. Folia decussatim opposita, sessilia, acutiuscula, integra, glabra, supra concava, subtus convexa, imbricata, semiunguicularia. Flores in apicibus ramorum axillares. Calycis tubus villosus, foliis longior. Variat: α foliis angustioribus et latioribus. β. foliis omnibus ciliatis et summis tantum ciliatis. γ. ramis apice villosis et totis lanatis." *Link.* l. c. folia imbricata, ovata, ciliata et corollas albas petit.

n. 2. STRUTHIOLA *lateriflora* est, monente clo. *Wikström,* eadem ac *imbricata. Spreng. S. V.* p. 455. hanc eandem dicit cum *virgata!*

n. 3. STRUTHIOLA *pubescens.* Addatur synonymon: STR. ramis virgatis, pubescentibus; foliis lanceolato-subulatis, ciliatis, corollis subsecundis, tomentoso-sericeis; glandulis 8 binatis. *Sims Bot. Mag.* t. 1212. *Link Enum. alt. p.* 111.

Obs. Cls *Sims* sine dubio huc ducit STR. *longifloram Lam.* una cum *Burm.* t. 147. f. 1., aeque ac *virgatam Smith;* cum? vero *virgatam Thunb.*. Descriptio a *Sims* data convenit cum illa *Smithii;* sed stigma hispidum addit *Sims,* et semen describit nigrum, involucro duplici, exteriore membranaceo, splendente, argenteo, fusco, interiore firmiore castaneo. *Link* folia subtus bisulca petit. Licet cls *Wickström* hanc speciem cum *virgata* junxisset, ob dubia tamen plura hanc adhucdum hic retinemus. Confer supra *virgatam.*

n. 4. STRUTHIOLA *longiflora* a clo *Wikström l. c.* p. 286. ad *virgatam* ducitur cum?, iterumque ab illo tanquam species inter *dubias* p. 292. Clo *Sprengel* sine dubio *virgata* est.

Pag. 331. n. 5. STRUTHIOLAE *glabrae* addatur synonymon: STR. *erecta;* ramulis strictis; foliis linearibus, obtusis, glabris, quadrifariam imbricatis, cauli adpressis; corollis adpressis. *Sims Bot. Mag.* 2138. *Loddiges Bot. Cab. t.* 74. *Thunb. Fl. cap. ed. nostr. p.* 382.

Caulis suffruticosus, erectus, spithamaeus, pedalis, cicatricibus foliorum nodosus, subrugosus, ramosus, glaber, cinereo-fuscus, ramis subverticillatis, ternis, foliosis, subfasciculatis, angulatis, ramuloso-dichotomis. Folia caulina nulla; ramea sessilia, alternatim opposita, ovata, acuta, erecta, imbricata, internodiis longiora, 2 circiter linear., supra concaviuscula, sub-

tus convexa, apice villosa, incurva, ciliata. Flores in ramis laterales, in axillis foliorum sessiles, solitarii, erecti, albi. Bracteae 2 lanceolatae, acutae, oppositae, ad basin floris, albae. Cal. tubulosus; tubus filiformis, foliis longior, superne ventricosus; limbus 4-partitus, laciniis ovatis, acutis, patentibus. Nectarium glandulae 8, antheriformes, lineares, tubo oris insertae, pilis albis erectis undique cinctae. Antherae 4 infra os tubi insertae, erectae, oblongae, sulcatae, sessiles. Germen superum. Stylus brevissimus, $^1/_2$ lin., filiformis, curvato-inflexus. Stigma simplex, obtusum. Capsula basi tubi inclusa, ovata, glabra, unilocularis. Semen unicum, ovatum, glabrum. *Thunb.* Confer infra *juniperinam*, quae fide *Wikström* eadem. Clo *Sprengel St. tuberculosa* hujus loci est, quae toto coelo diversa.

n. 6. Struthiola ***nana.*** **Addatur descriptio ex:** *Thunb. Fl. cap. ed. nostr. p.* 383.

Caulis frutescens, fuscus, erectus, palmaris, ramis paucis, apice ramulis fastigiatis. Folia sparsa, sessilia, integra, scabra, imbricata, vix unguicularia. Flores aggregato-capitati, plurimi, cincti bracteis purpurascentibus, valde pilosis, pilis albis. Calyx tubulosus, hirsutus, bracteis longior. Stamina 4, tubo inserta, cum glandulis pluribus. Struthiolae genus Gnidiis valde proximum distingui omnino potest setis plurimis os tubi coronantibus. Clo *Wikström* in *Act. Soc. reg. Holm.* 1818 p. 293 species Gnidiae est.

n. 7. Struthiola *juniperina.* Addatur synonymon:

Str. *erecta*; caule glabro; foliis lanceolatis, acutis acuminatisve, glabris; floribus glabris: laciniis corollae lanceolatis. *Wikström. l. c.* p. 289, quo teste, praeter synonyma nostra: S. *erecta Linn. Mant. p.* 41. *Wendl. Obs. bot.* p. 9. t. 2 f. 10. *Loddig. bot. Cab.* VIII. N. 74. S. *erecta α et γ. Thunb. Mus. Ups.* P. XIII. *p.* 106. *S. pendula Salisb. H. Alert. p.* 282. *S. tetragona Retz. Obs.* 3. *p.* 25. S. *subulata Lam. l. c.?* Nectandra *tetrandra Berg. Pl. Cap. p.* 133. Passerina *tetragona Linn. Spec.* I. *p.* 513. S. *juniperina Lodd. b. Cab. n.* 75. *Ait. Kew.* 2. *ed.* T. I. p. 271. S. *erecta Curt. b. Mag. t.* 222 (excl. omnib. synonym. et diagnosi. St. *juniperina*, ramulis virgatis, foliis linearibus, acutis, patentibus, corollisque glabris. *Sims in Bot. Mag.* ad. 2138.)

Obs. Caules superne quadranguli, inferne teretes, glabri. Folia lanceolata s. linearia, inferiora planiuscula, superiora convexiuscula. Squamulae faucis octo. S. *juniperina Retz* tantum junior, certe stirps est *erectae.* Foliola calycis paullo longiora, quam in *erecta*, quod tamen inconstans et nullius momenti, dum de caetero non differunt: *antherae* in utraque inclusae. Dicunt quidem Horticultores, ramos in *juniperina* laxos et nutantes esse, in *erecta* firmiores et erectos: ego vero nullam vidi *juniperinam*, quam ab *erecta* diversam habere potui. Credibile est, *subulatam Lam.* huc pertinere. Occurrit in *Herb. Vahl.* Struthiola nomine *angustifoliae* a *Lamarck* data, quae eadem omnino ac *erecta;* dum vero ipse *Lamarck ill.* l. c. *angustifoliam* inter species corollis extus hirsutis enumeret, nec unquam corollae Struthiolarum varient quoad glabritiem et hirsutiem, certe ab *erecta* L. diversa est. *Wikstr. l. c.*

n. 8. STRUTHIOLA *angustifolia* clo *Wikström* species dubia est.

Pag. 332. n. 9. STRUTHIOLA *lucens.* Addatur synonymon: *Wikström l. c. p.* 352.

Dubia species, et a *virgata* verisimiliter haud diversa. *Wikstr.*. *Sprengel S. V. p.* 455 hanc *juniperinam* esse jubet.

n. 11. STRUTHIOLA *imbricata.* Addatur synonymon: STR. *striata*; ramulis pubescentibus; foliis ovatis, junioribus lanceolatis, acutis, imbricatis, extus eximie nervosis; floribus sericeis, laciniis corollae lanceolatis, acuminatis. *Wikström l. c.* cum synonym. nostris: *striata Lam.* (fid. *Herb. Vahl.*) S. *lateriflora Horn.* (fid. specim.) S. *sulcata Schmidt;* fol. ovatis, imbricatis, sulcatis; floribus axillaribus. *Uster. Annal.* VI, *p.* 120.? (quam etiam dubias inter posuit.)

Folia adulta ovata, saepe lanceolata et margine ciliata, eximie nervosa, ut fere sulcata. Calycis foliola lanceolata, acuminata, margine ciliata. Squamulae faucis 4. *Wikstr.* *In Promont. b. spei.* ♄.

Pag. 333. n. 12. STRUTHIOLA *tomentosa Andr.*. Addatur synonymon, cum?

STR. *villosa;* ramulis villosis; foliis ellipticis, acutis, extus trinervatis, convexis, albo-hirsutis; floribus pubescentibus: laciniis corollae lanceolatis, acuminatis. *Wikstr. l. c.* (qui huc cum? et S. *tomentosam* et *chrysantham* adducit, utramque vero iterum inter dubias habet.) *Sprengel S. V. p.* 455 sine dubio *chrysantham* hujus loci esse jubet!

Frutex ramulis superne villosis, inferne glabris. Folia elliptica s. lato-lanceolata, 3-4 lin., 2 lata. Flores villosi s. pubescentes. Calycis foliola lineari-lanceolata, obtusa, extus villosiuscula. Squamulae faucis 12. *Wikstr.* *In promont. b. spei. Herb. Vahl.* et *Casström.* ♄.

n. 13. STRUTHIOLA *ovata.* Addatur synonymon: S. caule glabro; foliis ellipticis, lanceolatis ovatisve, acutis, glabris; foliolis calycis floribusque glabris: laciniis corollae lanceolatis, acuminatis. *Wikström l. c.* p. 290 (cum omnibus synon. nostris, deleto? apud *lanceolatam Retz* et exclusâ S. *myrsinite* fide specim. *Lamarck. in Herb. Vahl.*) (*Thunb. Fl. cap. ed. nostr. p.* 382.) *Loddig. Bot. Cab.* 141.

Frutex ab omni parte glaber. Folia 4-6 lin. longa, 2 lata. Flores folio duplo fere longiores, itaque longissimi. Folia calycis rarius margine pubescentia. Squamulae faucis 8. *Wikström.* „Caulis fruticosus, erectiusculus, totus glaber, pedalis. Rami alterni, pauci versus summitatem, fastigiati. Folia decussatim opposita, sessilia, acuta, integra, subtus costâ

mediâ, imbricato-patula, semiunguicularia. Flores versus summitates ramorum et ramulorum axillares. Calycis tubus foliis longior, glaber. *Thunb.*

n. 13 a. STRUTHIOLA *hirsuta Wikstr.*; caule hirsuto; foliis ellipticis ovatisve acutis, extus hirsutis; foliolis calycis pubescentibus; floribus glabris: laciniis corollae lanceolatis, acutis. *Wikström Act. Ac. reg. Holm.* 1818. *p.* 296. STR. *ovata β Thunb. Mus. Ac. Ups.* P. XIII. p. 106.

Differt ab *ovata Thunb.* praeter characteres datos: foliis minoribus magisque approximatis, saepe sparsis; floribus omnibus fere brevioribus minoribusque; laciniis corollae brevioribus. *Wikstr.* *In Prom. b. spei. Thunb.* ♄.

n. 13 b. STRUTHIOLA *Vahlii Wikstr.*; caule glabro; foliis oppositis, ovato-lanceolatis, acuminatis, amplectentibus; floribus glabris: laciniis corollae lanceolatis, acuminatis. *Wikstr. l. c. p.* 291. STR. *subulata Vahl Herb.* (minime *Lamarck*).

Valde affinis *ovatae*, differt, praeter characteres datos, foliis longioribus subulato-acuminatis, floribus brevioribus, *Wikstr.* *In Prom. b. spei. Herb. Vahl* et *Swartz.* ♄.

n. 14. STRUTHIOLA *tuberculosa* clo *Wikstr. l. c.* dubia videtur, uti

n. 15. STRUTHIOLA *chrysantha*, quae illi fors *villosa* sua.

Quid STRUTHIOLA *glauca Loddig. Catal.* 1807 *p.* 33 et *Donn H. Cantabrig. ed.* 6. *p.* 40. Etiam *Noisette.*
— — *laxa Noisette.*
— — *oppositifolia Cat. H. Liverpool p.* 176?
— — *stricta Donn l. c.*
— — *superba C. H. Liverp. l. c.?*

n. 520. DRAPETES.

n. 1. DRAPETES *muscosus.* Addatur synonymon: DRAPETES *muscoides Poiret Enc. ill. genr. Suppl. p.* 549. *t.* 915. f. 1. *Wikström Act. Ac. Holm.* 1818. *p.* 284.

n. 521. CANSIERA.

Pag. 334. n. 521. CANSIERA *Rheedi.* Addatur synonymon: C. *scandens Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 461. C. caule tenuissime tomentoso; fol. ovatis, acuminatis, petiolatis, glabris; racemis axillaribus, solitariis, binis ternisve; corollis ovatis: laciniis corollae ovatis, obtusis. *Wikström Act. r. Acad. Holm.* 1818 *p.* 285. DAPHNE *polystachya Willd. Spec.* II. 420. (fide *Wallich*), et τῷ β: DAPHNE *monostachya Willd.* l. c. (fide *Wikström.*)

Folia bifaria, breviter petiolata, integerrima, 3 poll. lata. Spicae plerumque solitariae, breves, bracteis solitariis, parvis, ovatis, unifloris. Flores parvi, sessiles, flavi. Foliola necta-

rii cordata, acuta, calyce dimidio breviora, circa basin germinis inserta. Filamenta calyce breviora. Bacca oblonga, glabra, rubra, succosa, magnitudine pisi. *Roxb. l. c.* Tota pulverulento-tomentosa. *Wikstr.* *In montibus Circar.*

Obs. Potameia *Thouarsi* apud *Sprengel S. V. p.* 453. Cansiera *madagascariensis* est.

n. 522. OPERCULARIA.

n. 1. Opercularia *umbellata.* Sub hac duo latere nobis species videntur, quarum prima:

n. 1. Opercularia *Lamarckiana*; floribus umbellatis; caule erecto, ramoso foliisque hirtis, lanceolatis, sessilibus, erectis. Op. *umbellata Lam. Ill. t.* 58. *f.* 1. *Juss. Ann. Mus.* IV. p. 24.

Rad. fibrosa, annua. Caulis 3-4-poll., strictus, teres, uti tota planta pilis hirtis albidis obsitus; ramis paucis, oppositis, cauli similibus. Folia opposita, sessilia, cauli fere appressa, utrinque attenuata, integerrima, 3-4 lin. 1 lin., lata. Stipulae lanceolatae, ciliato-hirsutae, integerrimae, 1 lin. longae. Umbellae terminales, 6-9 florae, foliis 2, ceteris angustioribus, suffultae; pedunculis partialibus teretibus, hispidis, longitudine foliorum longioribusque. Calyx communis campanulatus, hirtus, sulcato-striatus, 2-3-florus; limbo 6-9-dentato, laciniis rotundato-ovatis. Flores desunt in speciminibus nostris. Receptaculum floribus deciduis planum, 2-3 spermum. Semina fere cuneiformia, fusca, pilis albidis rigidis, tetragona, unisulca. Haec videtur illa, de qua ill. *Juss.* l. c. „in *herb. Mus. par.* specimen multicaule, simile specim. Banks., sed etc.“ uti apud nos in *S. Veg.* l. c. *In nova Hollandia. Sieber* sub Operc. *umbellata.*

n. 1 a. Opercularia *Banksiana*; floribus umbellatis; caule repente, diffuso foliisque hirtis, petiolatis, ovatis, patentibus. Op. *umbellata Gaertn. de Fruct.* I. *p.* 112. *t.* 24. f. 4. Pomax *umbellata Soland. Mss.*

Caules ramosi, humifusi, teretes, ad ramificationes et genicula radiculas copiosas fibrosas emittentes. Folia petiolata, utrinque pilis rigidis, integerrima, subtus ferruginea, 2-4 lin., 2 lin. lata. Petioli hirti, 1-2 lin., stipulis 2 subulatis, ciliato-hirsutis, petiolo multo brevioribus. Umbellae terminales, saepius fastigiatae, 3-7 radiatae, foliis 2 ceteris similibus suffultae; pedunculis partialibus teretibus, floriferis pilis longis, albidis, densis, seminiferis tantum pilosiusculis, 2-4 lin.. Calyx communis campanulatus, sulcatus, striatus, junior hirtus, serius pilosiusculus, 2-3 florus; limbo 8-9 dentato, laciniis rotundato-ovatis. Corollulae tubulosae, minimae, tridentatae, monandrae. Stamen unicum, antherâ exsertâ. Stylus 1, corollâ longior, bifidus. Receptaculum floribus deciduis planum, truncatum, 2-3-spermum. Semina fusca, pilis rigidis albidis obsita, fere tetragona, minuta, sulco vix conspicuo. *In nova Hollandia. Sieber* sub *umbellata.* ♃.

Pag. 335. n. 5. Opercularia *spermacocea* clo *Sprengel S. V. p.* 385. varietas videtur *vaginatae.*

Pag. 336. n. 8. Opercularia *ligustrifolia.* Addatur:

Obs. Cum definitione et icone a *Jussieu* data omnino convenit specimen quoddam nomine O. *rubioidis* in *Sieb. Herb. nov. Holl.* n. 251. prostans. Caulis in specimine nostro erectus, obtuse quadrangulus, striatus, glaberrimus, inferne crassitie pennae corvi; ramis inferne oppositis, apice dichotomis. Folia opposita, sessilia, utrinque attenuata, integerrima, utrinque glaberrima, margine carinâque scabriuscula, 1-2 poll., 2-4 lin. lata, subtus pallidiora. Stipulae profunde bipartitae, lineari-subulatae, plerumque reflexae, glaberrimae, 1-1 ½ lin.. Florum capitula globosa e dichotomiis, nutantia, magnitudine Pisi majoris. Pedunculi tetragoni, glaberrimi, nudi, foliis 3-4plo breviores. Calyces 4-5, tri-quinqueflori. Corolla ante nuptias ovata, serius campanulata, 4-partita, glaberrima. Stamina 4, filamentis corollâ longioribus. Antherae fuscae. Stylus bifidus. Receptaculum nudum. Semina grisea, scabriuscula, fere tetragona, bisulca. Exsiccatione nigrescit. — Cl. *Sprengel* l. c. O. *ligustrifoliam* varietatem *hyssopifoliae* dicit.

n. 11. Opercularia *rubioides.* Addatur:

Obs. Specimen nostrum, in *Herb. Sieb.* cum *ligustrifolia* sub eodem No. confusum, omnino convenit cum descriptione a *Jussieu* data, sed folia utrâque paginâ scabra et margine cartilagineo-serrulata.

Pag. 337. n. 12. Opercularia *diphylla.* Addatur cum? synonymon:

Opercularia *hispida Spreng.*; foliis ovatis, exiguis, ramisque diffusis hispidiusculis; capitulis pedunculatis, nutantibus; involucris echinatis. *Sprengel S. Veg.* I. p. 385 (quo teste O. *diphylla* cum? O. *aspera Juss.* vero sine dubio, quae ergo sub O. *aspera Gaertn.* excludenda foret.)

n. 525. PETROPHILA.

Pag. 338. n. 5. Petrophila *pulchella.* Addatur synonymon: Petrophila *fucifolia Knight* et *Salisb. prodr. p.* 92.

n. 6. Petrophila *fastigiata.* Huic subjungatur:

n. 6 a. Petrophila *sessilis Sieber;* foliis trifido-bipinnatis: laciniis divaricatis, canaliculatis, pungentibus; strobilis terminalibus, sessilibus: squamis sericeis; perianthiis lanatis. *Sieber Herb. nov. Holl. Nro.* 21.

Proxima P. *fastigiatae.* Frutex ramosus, cortice nigro-fusco, in ramis junioribus fere sericeo; ramis erectis, rigidis, teretibus. Folia rigida, patentia, glaberrima: petiolis canaliculatis, ½-1 poll., glaberrimis. Strobili ovati, magnitudine strobili Pinus *Laricis.* Squamae rotundatae cum acumine, griseo-sericeae. Perianthia undique pilis sericeis, 2-3 lin.; laminis lanceolatis, extus sericeo-lanatis, intus glabris, fuscis. Nux ovata, acuminata, fere triangularis, dorso convexo pubescente, marginibus pilis sericeis, comosis. *In Nova Hollandia Sieber.* ♄.

Pag. 339. n. 7. Petrophila *pedunculata.* Addatur:

Frutex ramosus, cortice fusco, laevi; ramis teretibus. Folia longe petiolata, glaberrima: laciniis fere teretibus, superne

canaliculatis, obtusis. Petioli teretes, canaliculati, glaberrimi, 2-poll. Strobili ovati, axillares; pedunculis $^1/_2$-1-poll., teretibus, squamosis, floriferis superne sericeis, fructiferis fere glabris. Squamae rotundato-ovatae cum acumine, in floriferis sericeae, serius glabrae, fuscae, resinoso-nitidae. Perianthia flava (?), sulcata, 2-3 lin., superne glabra, basi pilis sericeis, laminis glabriusculis, lineari-lanceolatis. Nux ovato-cordata, stylo coronata, compressa, pilis brevibus, marginibus pilis longis, sericeis comosa. Ad specim. *Sieber. Herb. nov. Holl.* N°. 20.

n. 526. ISOPOGON.

Pag. 340. n. 3. Isopogon *formosus.* Addatur synonymon: *Link Enum. alt. p.* 111.

Folia multipartita, laciniis divaricatis, brevibus, rigidis, acutis. *Link.*

n. 4. Isopogon *anemonifolius.* Addatur synonymon: *Link Enum. alt. p.* 111.

Folia pinnatifida, laminâ connectente et laciniis ad 2 lin. latis, rigidis, laciniis 2-3-fidis. Cor. flava. *Link.*

Obs. Specimen I. *anemonifolii* in *Herb. Sieb.* N. 18. quadrat ad amussim, si corollas excipis, quae potius glabrae, quam villosae.

n. 527. PROTEA.

Pag. 342. n 1. Protea *cynaroides.* An huc Protea *ovata Thunb.* quaerit *Spreng. S. V. p.* 461.

n. 2. Protea *latifolia.* Addatur synonymon: *Sims bot. Mag.* 1717. *Forts. Gart. Mag.* 4. *t.* 25. Pr. *radiata Andr. bot. Reg.* 646. *Bonpl. Malm. p.* 144. *t.* 59. Erodendron *eximium Salisb.* et *Knight Prot.* 41. Protea *spectabilis Lichtenst.* fide *Spreng. S. V. p.* 461.

Pag. 343. n. 4. Protea *longiflora.* Addatur synonymon: An *cristatae Lam.* varietas? *Poiret.* Erodendron *bombycinum Salisb.*

n. 5. Protea *coccinea.* Addatur synonymon: Protea *rangiferina Hortul.*

n. 6. Protea *speciosa.* Addatur synonymon: *Link Enum. alt. p.* 112. (Pr. *speciosa β. rubra Andr.* Leucadendr. *Lepidocarpodendron*: utraque fide *Steudel.*) Protea *coronata Lam. Dict. Sc. Nat. Fasc.* 20. Erodendron *magnificum Salisb.* fid. *Spreng.*, quod rectius fors sequens.

Obs. *Link* l. c. folia 3 $^1/_2$ poll., 1 $^1/_2$ poll. lata, hirsuta petit, et plures cujus varietates se possidere monet.

n. 6 a. Protea *magnifica Bot. Rep.*; foliis junioribus

pilosis, adultioribus glabris, rubentibus. *Link Enum alt. p.* 113. *Bot. Rep. t.* 458.

Folia 3 poll. 8 lin.; 1 poll. 4 lin. lata.

Pag. 344. n. 8. PROTEA *formosa.* Addantur synonyma: *Link Enum. alt. p.* 112. PR. fol. oblongo-ellipticis, marginatis; involucri bracteis spathulatis, externe (albo-) sericeis; corollis tomentosis; stylo apice incurvato; stigmate apice incrassato. *Sims Bot. Mag. t.* 1713. *Forts. Gart. Mag.* 4. *t.* 24.

Folia sessilia, integerrima, obtusa, plana, venosa, roseo-marginata, 2 poll., vix poll. lata. Bracteae intus laete rubrae, 2-3 poll., 3-4 lin. latae. Variat: floribus rubris, albis, et caerulescentibus. *Sims.* Folia basi non angustata, 3 ½ poll., 15 lin. lata, juniora tomentosa, adulta glabra, margine villosa. *Link.*

Pag. 345. n. 9. PROTEA *melaleuca.* Addatur synonymon: P. *cristata Lam. var.? Poir.*

Pag. 346. n. 10. PROTEA *Lepidocarpon.* Addatur synonymon:

Link Enum. alt. p. 112.

Rami glabri. Folia sessilia, basi parum attenuata, 4 ½ poll., 8 lin. lata, glabra, basi hirta, apice subcalloso. Capitulum 4 fere poll.. Bracteae interiores subspathulatae, extremitate nigro alboque villosae. Cal. aristatus, lanatus. *Link* l. c.

n. 11. PROTEAE *neriifoliae* addatur: *Bot. Reg. n.* 208. (*Sprengel* sequentem P. *pulchellam Andr.* hujus varietatem esse jubet).

n. 12. PROTEA *pulchella.* Addatur synonymon: *Bot. Reg.* t. 20. Tantum PR. *neriifoliae* var. apud *Spreng. S. V.* p. 462.

Pag. 347. n. 14. PROTEA *incompta.* Addatur synonymon: *Link Enum. alt. p.* 112.

Folia subamplexicaulia, 3 ½ poll., poll. lata. Capitulum fere 3 poll.. Cal. aristatus. *Link.*

n. 15. PROTEA *longifolia.* Addatur synonymon: *Bot. Reg. tab.* 47. ERODENDRON *umbonale* et *ligulaefolium Salisb.* (fid. *Spreng. S. V. p.* 462).

Pag. 348. n. 16. PROTEA *mellifera.* Addatur synonymon: *Link Enum.* p. 112. ERODENDRON *mellifluum Salisb.* (fid. *Spreng. S. V. p.* 462.)

Folia sessilia, basi attenuata, 3 fere poll., ½ fere poll. lata. Capitulum 4 fere poll.. Bracteae interiores lanceolatae, acutae, canaliculatae, glabrae. Cal. aristatus, lanatus. *Link l. c.*

n. 17. PROTEA *grandiflora.* Addatur synonymon:

Link Enum. alt. p. 113. *α latifolia. Bot. Mag.* t. 2447. P. *nitida Mill.*. *β. marginata Lam. Bot. Rep.* 569.

Rami demum glabri. Folia subattenuata, 4 poll., 1 ½ poll. lata, obtusa, juniora lanata, adultiora glaberrima. Capitulum 3 poll.. Bracteae interiores subspathulatae, glabrae, dorso sericeae. Cal. aristatus, lanatus. *Link.*

Pag. 349. n. 19. PROTEA *Scolymus.* Addatur synonymon: *Link Enum. alt.* p. 113.

Folia sessilia, 2 poll., 2 lin. lata, glabra. Capitulum subglobosum, pollicare. Bracteae interiores subspathulatae, glabrae. *Link.*

Pag. 351. n. 24. PROTEA *canaliculata.* Addatur synonymon: PR. *polygaloides Willd. Suppl.* fid. *Sprengel S. V.* p. 462.

n. 25. PROTEA *acuminata.* Addatur synonymon: *Forts. Garten. Magaz.* IV. t. 23.

n. 26. PROTEA *acaulis.* Addatur synonymon:

Link Enum. alt. p. 112. *Sims bot. Mag.* 2065. (et excludatur *glaucophylla.*)

Affinis *cynaroidi*, at folia basi longe attenuata. *Link. Sprengel S. V.* p. 463 huc praeter sequentem *glaucophyllam* trahit adhuc *elongatam*, *laevem*, et *angustatam R. Br.*

n. 26. a. PROTEA *glaucophylla Salisb. Parad.* 11. *Link Enum. alt.* p. 114.

„A praecedentibus „(*cynaroidi* et *acauli*) „foliis angustioribus glaucis distincta, quae vero nondum floruit. Habemus quoque similem nomine *longifoliae*, quae nondum floruit, a *longifolia R. Br.* (*S. V. ed nostr.* p. 347. n. 15.) „valde diversam." *Link*" l. c.

n. 27. PROTEA *elongata.*
n. 28. PROTEA *angustata* non diversae ab *acauli.*

Pag. 352. n. 31. PROTEA *laevis.* Addatur synonymon: *Bot. Mag. t.* 2439. P. *longifolia Salisb. Parad. Lond.* 37. (secund. *Sims.*) ERODENDRUM *longifolium Salisb.* et *Knight Prot. p.* 46. Clo *Spreng.* eadem ac *acaulis.*

Folia 2-3 lin. lata, sursum concava, exsiccatione recurva.

Pag. 353. n. 34. PROTEA *lorea.* Addatur synonymon: PR. *coronata Curt.* (fid. *Steudel.* Alio loco *idem* eandem dicit cum *coronata Andr.*)

Pag. 355. n. 39. PROTEA *humilis.* Addatur synonymon: *Link Enum. alt.* p. 113 et, hoc teste: PROTEA *humiflorens Willd. Enum. Suppl.* p. 7. PLEURANTHE *glastifolia Salisb.* (fide *Spreng. S. V.* p. 463.)

n. 40. PROTEA *acerosa.* Addatur synonymon: *Bot. Rep.* 371. An hujus β: PROTEA *virgata Andr.?*

n. 43. PROTEA *prostrata.* Confer LEUCADENDRON *tortum* monente *Steudel.*

Obs. A clo. *Link Enum. alt.* p. 113 adducuntur adhuc: PROTEA *arborea, at. plenifolia, graminea, radiata, Radula* (*H. Angl., radulifolia Donn.*)

Quid PROTEA *carinata H. Breit.?*
— — *ciliata H. Breit.?*
— — *ericoides H. Angl. Breit.?*
— — *mucronata Nois.?*
— — *multifida Nois.?*
— — *passerina Desfont.?*

n. 528. LEUCOSPERMUM.

Pag. 357. n. 3. LEUCOSPERMUM *Tottum.* Addatur synonymon: *Link Enum. alt.* p. 113.

Folia basi longe attenuata, $1\frac{1}{2}$ poll., 2 lin. lata, integerrima, carnosa, rigida, glaberrima. Rami purpurei, sericei. *Link.*

n. 3. a. LEUCOSPERMUM? *ovatum;* foliis ovatis, obtusis, integris, glabris; capitulo terminali; squamis calycinis ovatis, glabris. PROTEA *ovata Thunberg Mém. de l' Acad. de Petersbourg* 1813 — 14. *p.* 543 *tab.* 17. *Flor. cap. ed nostr.* p. 139.

Caulis fruticosus, teres, rufescens, glaber, erectus. Rami alterni, erecti, cauli similes, subfastigiati. Folia sparsa, sessilia, plana, erecto-patula, pollicem lata, $1\frac{1}{2}$ poll. Capitulum solitarium, obovatum, grande, glabrum, erectum. *Thunb. l. c.* *In prom. b. spei.* ♃.

Pag. 358. n. 4. LEUCOSPERMUM *medium.* Addatur synonymon: PROTEA *coronata Lam.* var? *Poir.* (fide *Steudel*).

Pag. 359. n. 8. LEUCOSPERMUM *grandiflorum.* Addatur synonymon:
PROTEA *villosa Poir.* (fid. *Steudel*). PROTEA *erosa Lichtenst.* (fid. *Sprengel S. V.* p. 464) quae a nobis ad L. *tomentosum* in *Obs.*

n. 9. LEUCOSPERMUM *puber.* Addatur synonymon: DIASTELLA *bryiflora Salisb.* (fide *Spreng.* l. c.)

n. 10. LEUCOSPERMUM *buxifolium.* Addatur synonymon: PROTEA *villosa Willd.* H. (fide *Spreng.* l. c.)

Pag. 360. n. 11. LEUCOSPERMUM *patulum.* Addatur synonymon:
PROTEA *patens Poir.* (fide *Steudel.*). Huc instar varietatis trahit *Sprengel l. c.* L. *spathulatum R. Br.*.

n. 11. a. LEUCOSPERMUM *marginatum Spreng.;* foliis spathulato-linearibus, apice callosis, venosis, margine lanato-sericeis: floralibus coloratis; bracteis villosis; calycibus gla-

bris; stigmate aequilatero. *Spreng. S. V.* p. 465. PROTEA *marginata Willd.*

In *Prom. b. spei.* (Descriptionem vide in S. V. ed. nost. T. 3. p. 345 n. 9. Obs. 2.)

Pag. 362. n. 17. LEUCOSPERMUM *oleaefolium.* Addatur synonymon:

PROTEA *crinita Jacq.* in *H. Willd.* (fide *Spreng. S. V. p.* 465).

n. 529. SERRURIA.

Pag. 365. n. 6. SERRURIA *simplicifolia.* Addatur synonymon: PROTEA *plumigera Thunb.* secund. *Sprengel S. V.* p. 466.

Obs. PROTEA *plumigera*; foliis filiformibus, subtrifidis, glabris; caule erecto; capitulis plumosis. *Thunb. in Mém. de l'Acad de Petersb.* 1813 — 14 tab. 14. *Fl. cap. ed. nostr. p.* 121. Caulis frutescens, erectus, glaber, ramosus. Folia sparsa, simplicia, apice saepe bifida, saepius trifida, patentia et curvato-erecta, glabra, pollicaria vel paulo ultra. Capitula globosa, terminalia, nuce avellanâ majora. A simili *decumbente* differt: caule erecto, capitulis hirsutissimis. *Thunb. l. c.* *In Promont. b. sp.*

n. 7. SERRURIA *diffusa.* Addatur synonymon: PROTEA *Brownei Poir.* apud *Steudel.*

Pag. 366. n. 10. SERRURIA *cyanoides.* Addatur synonymon: SERRURIA *nitida* R. Br. (fide *Sprengel S. V.* p. 466.).

Pag. 367. n. 12. SERRURIA *scariosa.* Addatur

Obs. Huc, cum? tamen, clo *R. Brown* spectare videtur PROTEA *coarctata*; fol. filiformibus triternatis; caule ramisque erectis; calycibus brevissimis, obtusis. *Thunb Fl. cap ed. nost. p.* 122 *Mém. Acad Petersb.* 1813 — 14, t. 15. cui „caulis frutescens, glaber, ramosus. Rami pauci versus summitatem, erecto-coarctati, glabri. Folia trifida, glabra. Capitula terminalia, hirsuta, alba. Calycinae squamae brevissimae."

n. 13. SERRURIA *pedunculata.* An huc PROTEA *sphaerocephala Houtt.?* quaerit R. *Brown* l. c., vel potius ad sequentem *hirsutam?*

Pag. 370. n. 22. SERRURIA *nitida.* Addatur synonymon: SERRURIA *cyanoides Spreng. S. V. p.* 467.

Pag. 373. n. 28. SERRURIA *adscendens.* Addatur synonymon: PROTEA *glomerata* n. 2. *Willd. Herb.* (fide *Sprengel S. V.* p. 468).

Pag. 374. n. 32. SERRURIA *decipiens.* Addatur synonymon: *Link Enum. alt.* p. 113.

Rami hirsuti pilis longis. Folia composita, laciniis filiformibus, ultimis 3 poll., mucronatis. Capitulum vix pollicis, subpedunculatum, villosissimum. *Link.* SERRURIA *compar* fide *Spreng. S. V.* p. 468 ab hac non diversa.

Pag. 375. n. 35. SERRURIA *candicans.*

Obs. SERRURIA *Burmanni* n. 36. clo *Sprengel S. V.* p. 469 eadem cum *candicante.* SERRURIA *foeniculacea Sieb. Herb. cap.* n. 10. omnino *S. Burmanni α* est.

Pag. 377. n. 58. SERRURIA *elongata*. Addatur synonymon: PROTEA *helvola Lichtenst.* apud nos. p. 379 n. 46. fide *Spreng. S. V.* p. 469.

n. 530. MIMETES.

Pag. 379. n. 1. MIMETES *hirta*. Addatur synonymon: MIMETES *capitulata Sieb. Herb. cap.* n. 4. (fid. spec.)

Pag. 384. n. 15. MIMETES *spectabilis* s. PROTEA *spectabilis Lichtenst.* clo *Spreng. S. V.* p. 460 eadem cum PROTEA *latifolia* videtur.

n. 531. NIVENIA.

Pag. 385. n. 3. NIVENIA *spathulata*. Addatur synonymon: PARANOMUS *adiantifolius Salisb.* et PROTEA *concava Lam.* (fid. *Spreng. S. V.* p. 469) de qua tamen dubitat ipsissimus *Brown.* Confer NIVENIAM *concavam*, n. 11., S. V. ed. nostr.

Pag. 386. n. 5. NIVENIA *spicata*. Addatur synonymon: PARANOMUS *crithmifolius Salisb.* et PROTEA *Lagopus Andr.* (utraque fide *Spreng. S. V. p.* 469).

Pag. 387. n. 7. NIVENIA *media*. Addatur synonymon: PROTEA *intermedia Poir.*. PARANOMUS *sceptriformis Salisb.* (fid. *Spreng. S. V.* p. 469.)

n. 8. NIVENIA *Lagopus*. Addatur:

Obs. Cls Steudel huc trahit PROTEAM *laevem*, quae tamen potius LEUCADENDRON, et proxima *adscendenti*, uti ex *Thunb. Fl. cap.* p. 133 (ed nostr.) patet.

n. 532. SOROCEPHALUS.

Pag. 390. n. 6. SOROCEPHALUS *lanatus*. Addatur synonymon: SORANTHE *ciliciiflora Salisb.* (fide *Spreng. S. V.* p. 470.)

Pag. 391. n. 7. SOROCEPHALUS *imbricatus*. Addatur synonymon:

SORANTHE *glanduligera Salisb.* (fid. *Spreng.*)

n. 533. SPATALLA.

Pag. 393. n. 5. SPATALLA *laxa*. Addatur synonymon: PROTEA *racemosa Lichtenst.* (fid. *Spreng. S. V.* p. 471.)

Pag. 394. n. 6. SPATALLA *bracteata*. Addatur synonymon: LEUCADENDRON *racemosum Berg.*

Pag. 395. n. 9. SPATALLA *pyramidalis*. Addatur synonymon: PROTEA *abietina Lichtenst.* (fid. *Spreng. S. V.* l. c.) quod ex descriptione minime.

Pag. 396. n. 12. SPATALLA *propinqua.* Addatur synonymon: PROTEA *australis* (fide *Steudel.*)

Pag. 397. n. 16. SPATALLA *abietina* clo *Sprengel pyramidalis* videtur.

n. 534. ADENANTHUS.

Pag. 397. n. 1. ADENANTHUS *cuneata.* Addatur synonymon: *Poiret Enc. meth. illustr. genr.* p. 547 t. 913. f. 1.

n. 1. a. ADENANTHUS *crenata Willd.*; foliis cuneatis, apice crenatis, sericeis, subnervosis. *Spreng. S. V.* p. 472. *In nov. Holland. Labillard.* a quo in *Herb. Willd.*

Pag. 398. n. 2. ADENANTHUS *obovata.* Addatur synonymon: *Poiret Enc. meth. illustr. Suppl.* p. 547 t. 913. f. 2.

n. 3. ADENANTHUS *sericea.* Addatur synonymon: *Poiret. l. c.* p. 548 f. 3.

n. 535. GUEVINA.

n. 1. GUEVINA *Avellana.* Addatur synonymon: QUADRIA *Avellana Gaertn. fil.*

n. 537. PERSOONIA.

Pag. 400. n. 4. PERSOONIA *juniperina.* Huic subjungatur:

n. 4. a. PERSOONIA *acerosa Sieber;* foliis lineari-subulatis, rigidis, imbricato-patentibus, glabris, pungentibus; pedunculis axillaribus spicisve foliosis; drupâ ovatâ, glabrâ, 1-loculari. *Sieber Herb. nov. Holl.* n. 59.

Habitus GNIDIAE. Frutex ramosus; ramis subverticillatis, teretibus, dense foliosis, rigidis, fuscescentibus, glabris, junioribus pilis sparsis, crassitie pennae corvi. Folia acerosa, marginibus involuta, ita ut teretiuscula canaliculata videantur, numerosissima, in ramulis stricta, in ramis quidquam patentia, glaberrima, $^1/_2$ - 1 poll., $^1/_2$ lin. lata. Flores in spicis brevibus, dense foliosis, axillaresque sparsi, foliis quidquam breviores; pedunculis teretibus, 1 - floris, floriferis pilosis, fructiferis fere glabris, 1 - 2 lin.. Perianthia fusca (?): laciniae apice reflexae, lineari - lanceolatae, acutae, glaberrimae. Filamenta perianthio insident. Antherae perianthio breviores, apice reflexae, interne longitudinaliter dehiscentes, flavae, dorso fuscae. Stylus filiformis, basi quidquam incrassatus; stigmate obtuso. Drupa ovata, glaberrima, nigra, (?), stylo drupae longitudine coronata, 2 - 3 $^1/_2$ lin., 1 $^1/_2$ - 2 lin. lata, monosperma. Tota planta exsiccatione nigrescit. *In nova Hollandia Sieber* ♄.

n. 4. b. PERSOONIA *gnidioides Sieber;* foliis lineari - subulatis, acutis, horizontaliter - patentibus reflexisque, pilosiusculis; spicis brevibus, foliatis; ovario oblongo, hispido. *Sieb. Herb. nov. Holl.* N°. 55.

P. *acerosae* proxima. Frutex ramosissimus, procumbens (?); ramis a foliorum lapsu cicatrisatis, fuscis; ramulis dense foliosis, teretibus, junioribus praecipue pilosis. Folia acerosa, lineari-subulata vel fere teretia, canaliculata, juniora pilosa, erectiuscula, serius glabra, rigida, pungentia, $^1/_2$-$^3/_4$ poll., $^1/_4$ lin. lata, floralia breviora. Flores fere sessiles, vel pedunculo brevissimo, 1-floro, piloso, foliis quidquam breviores. Perianthii laciniae lineari-lanceolatae, acutae, apice reflexae, extus hirsutae, flavae (?). Antherae perianthio breviores, apice reflexae, biloculares, longitudinaliter dehiscentes, interne flavae, dorso fuscae (?). Stylus filiformis, longus; stigmate obtuso. Ovarium immaturum pilis densissimis albis hispidum, uniloculare (?) *In nova Hollandia Sieber* ♄.

n. 5. Persoonia *hirsuta.* Addatur synonymon: *Loddig. Bot. Cab.* 327.

Obs. Specimen nostrum a D^o. *Sieber* in Nov. Holl. lectum quadrat omnino cum definitione et descriptione a *Rudge* data; sed stigma obtusum nec hemisphaericum.

n. 5 a. Persoonia *arida Sieber;* foliis lineari-lanceolatis, hirsutis, ruguloso-scabris, margine recurvis; pedunculis axillaribus; ovariis monospermis, lanatis. *Sieber Herb. nov. Holl. Nro.* 55.

Simillima P. *hirsutae;* sed rami rigidiores, breviores; folia fere duplo latiora, quidquam breviora, satius viridia, hispidiora; ovaria albo-cinerascentia. *In nova Hollandia. Sieber.* ♄.

n. 5 b. Persoonia *oxycoccoides Sieber;* foliis ovato-lanceolatis, acutis, utrinque glaberrimis; pedunculis axillaribus, solitariis; drupâ obovatâ, glabrâ, nutante. *Sieber Herb. nov. Holl. Nro.* 49.

Frutex habitus *Vaccinii Oxycoccos*, sed erectus, cortice fusco, scarioso, ramis numerosis, sparsis, erecto-patentibus, fuscis, teretibus, glabris, superne pilis appressis. Folia alterna, sessilia, vel brevissime petiolata, lanceolata vel ovato-lanceolata, margine revoluta, subtus pallidiora, punctulis opacis, vix conspicuis adspersa, coriacea, 3-4 lin., 1-1 $^1/_2$ lin. lata. Pedunculi glabri, angulati (?), suberecti, rarius cernui, 1-2-lin. Flores desunt in specimine nostro. Drupa in pedicellum attenuata, nigra. *In nova Hollandia. Sieber.* ♄.

Pag. 401. n. 6. Persoonia *mollis.* Addatur:

Frutex erectus, ramosus; ramis sparsis suboppositisve, patentibus, teretibus, griseofuscis, pubescentibus, superne villosis, crassitie pennae columbinae. Folia fere lineari-lanceolata, utrinque attenuata, opposita, alternave, sessilia, integerrima, margine vix revoluta, supra viridia fere glabra, margine basique et subtus villosa, mollia, villis subferrugineis, 1-1 $^1/_2$ poll., 2-3 lin. lata. Flores desunt. Pedunculi axillares, solitarii, uniflori, brevissimi, villosi. Drupa rotundato-ovata, glaberrima, stylo quidquam brevior. *In Nova Hollandia. Sieber.* ♄.

n. 7. PERSOONIA *linearis.* Addatur synonymon: PERS. *angustifolia Herb. Banks.* fide *Sims.* l. c. *Knight* et *Salisb.*, et *angustifolia Smith* in *Herb. Willd.* (fide *Spreng.*).

Obs. PERSOONIA *pinifolia Sieb. Herb. nov. Holl. Nro.* 50. omnino hujus loci esse videtur; nullum enim in specimine nostro discrimen observare potuimus.

Pag. 402. *n.* 12. PERSOONIA *spathulata.* Addatur:

Obs. Specimen nostrum in *Sieber Herb. nov. Holl. Nr.* 51. quadrat omnino cum definitione a clo *Brown* data; sed puncta crystallina in foliis non invenimus. Frutex 2-3-ped., ramosus; cortice basi rubro-fusco; ramis sparsis, erectis, teretibus, fuscis, pilosis, junioribus dense pilosis, flavicantibus. Folia sparsa, alterna, rarius opposita, erecta, sessilia, lanceolato-spathulata, mucronata, basi attenuata, fere enervia, marginibus quidquam reflexa, utrinque scabra, pilosa, praecipue juniora, plerumque pollicaria et 2-4 lin. lata, pallide viridia, vel canescentia. Flores axillares, solitarii, breviter pedicellati, foliis 2-3 plo brevioribus. Perianthii laciniae flavae (?) lineari-lanceolatae, acutae, externe dense pilosae, interne glabrae, apice vix reflexae. Filamenta perianthio insident. Antherae lineares, perianthio breviores, erectae, vix reflexae, longitudinaliter dehiscentes, flavae. Stylus filiformis, basi quidquam incrassatus, longitudine fere perianthii. Stigma obtusum. Ovarium ovatum, glabrum. Drupam non vidimus.

n. 13. PERSOONIA *nutans.* Addatur synonymon: PERSOONIA *linearis Sieber Herb. nov. Holl. Nro.* 46. (fid. spec.)

Frutex valde ramosus, cortice laevi, griseo-fusco; ramis sparsis confertisque, erectis, laxis, teretibus, glabris vel scariosis, superne pilis brevissimis appressis hirsutis. Folia sparsa, alterna oppositave, erectiuscula, sessilia, linearia, acuta, margine vix revoluta, utrinque glaberrima, subtus pallidiora, 1 poll., 1/2-1 lin. lata. Flores axillares, solitarii, uniflori, longe pedunculati; pedunculis capillaribus, glaberrimis, angulatis (?), fere semper recurvis, rarissime erectis, 3-4 lin., longioribusque. Drupa ovata, compressiuscula, glaberrima, nigra, bilocularis; loculo altero minori. *In nova Hollandia Sieber.* ♄.

n. 15. PERSOONIA *lanceolata.* Addatur synonymon: *Loddiges. Bot. Cab.* 25. *Link Enum. alt. p.* 118. *P. ligustrina Knight* et *Salisb.*

Ramuli subtomentosi. Folia 2 1/2 poll., 4 lin., in β 6 lin. lata, subpubescentia, praesertim marginibus. Calyces flavi. *Link.* Frutex ramosus, ramis erectis, teretibus, fuscis, crassitie pennae corvi, superne sulcatis, pubescentibus. Folia alterna, sessilia vel brevissime petiolata, lanceolata, basi attenuata, mucronata, glabra, basi tantum quidquam pubescentia, margine glabro, paulum incrassato, fere coriacea, 1 1/2-2 1/2 poll., 4-5 lin. lata. Pedunculi axillares, solitarii, uniflori, breves, vix 1 1/2 lin., pubescentes, pube appressà. Drupa ovata, 1-locularis, inaequilatera, 4-lin. longa, nigra. Stylus longitudine drupae, filiformis, stigmate obtuso. Ad specim. in *Sieb. Herb. nov. Holl.* n. 57.

n. 15 a. PERSOONIA *glaucescens Sieber*; foliis oblongo-linearibus, mucronatis, glabris, glaucescentibus; pedunculis

lis axillaribus, unifloris; drupâ ovatâ, glabrâ. *Sieb. Herb. nov. Holl.* N°. 57.

Frutex ramosus, cortice laevi, griseo-fusco; ramis sparsis, strictis, teretibus, superne-sulcatis, infra glabris, superne pubescentibus, pube appressâ, crassitie pennae corvi. Folia alterna, subsessilia, erecta, fere lanceolato-linearia, basi quidquam attenuata, aversa, glabra, basi pilis rarissimis, appressis, coriacea, glauco-pruinosa, nervo medio utrinque paulum prominente, $1\frac{1}{2}$-$2\frac{1}{2}$ poll., 2-3 lin. lata. Flores axillares, solitarii, brevissime pedicellati. Pedunculi teretes, pubescentes, pube appressâ, fere sericeâ, vix 1 lin.. Ovarium ovatum, glabrum, 1-loculare, pedicello inarticulato. Stylus filiformis, basi incrassatus. Stigma obtusum. Proxima P. *lanceolatae*. *In nova Hollandia. Sieber.* ♄.

Pag. 403. n. 16. Persoonia *salicina.* Addatur:

Obs. In specimine nostro ex *Hb. nov. Holl. Sieb.* n. 60. flores vix breviter pedunculati. Reliqua omnia quadrant. Stigma capitatum.

n. 17. Persoonia *ferruginea Smith.* Addatur:

Obs. Quadrat ad amussim descriptio data a clo *Smith* in specimen nostrum in *Herb. Sieb. Nov. Holl.* n. 58.; sed folia non $1\frac{1}{2}$ poll., sed 1-3 poll.. Antherae caeruleae, sed dorso ferrugineo-tomentosae, uti germen et stigma.

n. 18 a. Persoonia *revoluta Sieber;* foliis ovatis obovatisve, superne glabris, subtus pubescenti-pilosis, margine revolutis; pedunculis axillaribus, solitariis; drupâ oblique ovatâ, glabrâ. *Sieber. Herb. nov. Holl. Nro.* 48.

Frutex ramosus, cortice fusco, lamelloso-scarioso; ramis sparsis confertisque, teretibus, fuscis, glabris, junioribus pilis longis, prasertim ad foliorum insertionem, crassitie pennae corvi. Folia sessilia, alterna oppositaque, valde obtusa, coriacea, supra viridia, subtus albicantia, pilisque sparsis, longis, albidis passim pilosa, praecipue basin versus, 1 poll., 4-5 lin. lata. Pedunculi uniflori, sericeo-pilosi, $1\frac{1}{2}$ lin., suberecti. Drupa basi apiceque obliqua, ovata, 4 lin., stylo filiformi, lateri inserto coronata. *In nova Hollandia. Sieber.* ♄.

n. 19 a. Persoonia *myrtilloides Sieber;* foliis oblongo-lanceolatis, mucronatis, glabris; floribus axillaribus, solitariis, nutantibus; perianthiis hirsutis; drupâ globosâ. *Sieber. Herb. nov. Holl. Nro.* 52.

Frutex ramosus, cortice lamelloso-scarioso; ramis sparsis confertisque, erectis, teretibus, junioribus fere sulcatis, fuscis, pilosis, 1-ped. et ultra. Folia numerosa, alterna opposita ve, sessilia, oblongo-et lineari-lanceolata, utrinque attenuata, margine quidquam revoluta, glaberrima, nitida, coriacea, juniora vero utrinque pilosa, 1-$1\frac{1}{2}$ poll., 3-4 lin. lata. Flores axillares, solitarii, pedunculati, plerumque nutantes; pedunculis teretibus, hirsutis, 2-3 lin., fructiferis plerumque suberectis. Perianthia externe hirsuta, interne glabra; laciniis lineari-lanceolatis, acuminatis, apice reflexis, basi filamenta ferentibus. Antherae lineares, laciniis perianthii breviores, 2-loculares, longitudinaliter dehiscentes, flavae. Stylus fili-

formis longitudine fere perianthii; stigmate obtuso. Drupa magnitudine Pisi, baccam *Vaccinii Myrtilli* referens, glaberrima, nigra, 1-2-locularis, loculo; plerumque minori et abortivo. *In nova Hollandia. Sieber.* ♄.

Pag. 404. n. 20. PERSOONIA *articulata.* Addatur synonymon: P. *glauca Smith? in Herb. Willd.*, fide *Spreng. S. V.* p. 473.

Quid PERSOONIA *ledifolia Noisette?*

538. CENARRHENES.

Pag. 404. n. 1. CENARRHENES *nitida.* Addatur synonymon: *Poiret Enc. meth. illustr. gen. Suppl.* p. 548 t. 914. f. 1.

541. SYMPHIONEMA.

Pag. 405. n. 1. SYMPHIONEMA *paludosum.* Addatur.

In specim. nostris ex *Sieb. Herb. nov. Holl.* n. 61., caules suffruticosi, ramosi, erecti, stricti, teretes, superne a foliorum insertione angulati sulcatique, glaberrimi, 1 $^1/_2$ ped., crassitie pennae corvi; ramis sparsis, alternis, glaberrimis, angulatis. Folia alterna, glaberrima, enervia, tripartita, laciniis inferiorum trifidis, lineari-subulatis, superiorum integerrimis subulatis; suprema integerrima, lineari-subulata, semiteretia; inferiora 1-1 $^1/_4$ poll., superiora $^3/_4$ poll., omnia vix $^1/_2$ lin. lata. Spicae in apice caulium ramorumque, et ex summis alis, 7-15-florae, pedunculatae, $^1/_2$-1 $^1/_2$ poll.; floribus sessilibus, alternis, 1-bracteatis; rhachi angulatâ, glaberrimâ. Bracteae cucullatae, ovatae, acutae, margine membranaceae, integerrimae, glaberrimae, vix 1 lin.. Perianthii decidui foliola 4 basi cohaerentia, subulata, apice quidquam recurva, basin versus staminifera, glaberrima, bracteis duplo longiora, 2 lin.. Filamenta filiformia, brevia, ad apicem ovarii approximata et fere cohaerentia. Antherae lineares, obtusae, basi filamentis affixae, longitudinaliter dehiscentes, flavae, perianthio dimidio breviores. Stylus filiformis, longitudine antherarum, stigmate truncato. Ovarium ovatum, glabrum. Tota planta exsiccatione nigrescit. ♄.

n. 2. SYMPHIONEMA *montanum.* Addatur.

Obs. In specim. nostro ex *Sieb. Herb. nov. Holl. Nro.* 63. rhachis bracteaeque non pubescentes, sed glabrae, glandulisque minutissimis resinosis obsitae. Caulis suffruticosus, erectus, strictus, teres, glaberrimus, viridis, serius rufus, crassitie pennae *gallinaceae*; ramis alternis, erectis, glabris, sulcato-striatis ex foliorum insertione, foliosis. Folia alterna, utrinque glaberrima, sessilia, inferiora bipinnatifida, superiora tripartita; laciniis trifidis, linearibus, acutis, margine quidquam revolutis, planis, uninervibus, nervo subtus prominente, 1-1 $^1/_2$ poll., $^3/_4$ lin. latis, pallide viridibus. Spicae numerosae in apicibus caulium ramorumque et ex summis alis, multiflorae, pedunculatae, laxae, 1 $^1/_2$-2 $^1/_2$ poll.; floribus alternis, sessilibus, 1-bracteatis; rhachi angulatâ. Bracteae cucullatae, ovatae, basi auriculatae, acuminatae, glabrae, integerrimae, margine membranaceae, 1 lin.. Perianthii foliola decidua, lanceolata, acuta, explicata fere patentia, glaberrima, flava, bracteis duplo longiora, 2-$^1/_2$ lin., $^1/_2$ lin. lata. Filamenta plana, ad apicem ovarii cohaerentia. Antherae lineares, obtusae, biloculares, longitudinaliter dehiscentes, flavae, dorso striâ purpureâ. Stylus filiformis, fuscus, apice recurvus, antheris quidquam longior; stigmate truncato. Ovarium ovatum glabrum.

n. 3. Symphionema *abrotanoides Sieber;* laciniis foliorum planis, linearibus, fere enervibus; rhachibus bracteisque glabris, glandulis minutissimis. *Sieber Herb. nov. Holl. Nro.* 62.

Medium S. *paludosum* inter et *montanum;* habitus *montani*, flores *paludosi.* Caulis suffruticosus, erectus, teres, glaberrimus, fuscescenti-viridis; ramis sparsis, alternis, sulcato-striatis, superne quidquam compressis, minus foliosis quam in *montano.* Folia sessilia, inferiora opposita, superiora alterna, utrinque glaberrima, breviora quam in *montano*, inferiora bipinnatifida, superiora trifida; laciniis trifidis, margine revolutis, acutis; 1 poll., $^1/_2$ lin. lata. Spicae ex apicibus caulium, ramorum et ex summis alis, pedunculatae, multiflorae, 1 $^1/_2$-2 poll., floribus minoribus, remotioribusque, quam in *montano*, alternis, sessilibus; rhachi angulatâ. Bracteae ovatae, acuminatae, glaberrimae, integerrimae, floribus duplo breviores. Perianthii foliola lineari-subulata, acuta, explicata fere patentia, glaberrima, fusca (?), 1-1 $^1/_2$ lin. Filamenta filiformia, apice cohaerentia. Antherae ut in *montano*, sed minores. Stylus filiformis, erectus, antheris quidquam longior; stigmate truncato. Ovarium oblique ovatum, glabrum. Differt a S. *paludoso* praecipue foliorum formâ, a S. *montano*, floribus minoribus, remotioribus, laciniis perianthii multo angustioribus, foliis brevioribus. *In nova Hollandia. Sieber.* ♄.

n. 545. CONOSPERMUM.

Pag. 406. n. 1. Conospermum *ellipticum.* Addatur:

Obs. Hûc spectare videtur Conosp. *imbricatum Sieber Herb. nov. Holl.* Nro. 44., quantum ex specim. nostro manco et definitione nimis brevi dicere licet. „Frutex ramosus, cortice fusco, lamelloso, pubescente; ramis confertis, erectis, rigidis, teretibus, pubescentibus, dense foliosis, fuscis. Folia sessilia, imbricata, elliptica, obtusa, cum mucrone parvo, avenia, plana, integerrima, glabra, superiora pilis sparsis obsita, coriacea, 3-4 lin., 1 lin. lata. Pedunculi axillares, ut videtur. Bracteae ovatae, acutae pubescentes, nigricantes. Flores seminaque desunt.

n. 2. Conospermum *taxifolium.* Huic subjungatur:

n. 2 a. Conospermum *affine;* foliis lineari-lanceolatis, acutis, tenuissime pubescentibus; corymbis terminalibus axillaribusque paniculatis; perianthii limbo extus pubescente, tubum vix aequante. C. *taxifolium Sieb. Herb. nov. Holl. Nro.* 42.

C. *taxifolio* proximum, sed differt praecipue foliis erectiusculis nec basi tortis, floribus plerumque terminalibus, corymbosis, nec pedunculis axillaribus. Frutex erectus rigidus, ramosus, cortice pubescente; ramis confertis, subverticillatis, strictis, teretibus, dense foliosis, pubescentibus, superne sericeis, crassitie pennae Corvi et ultra. Folia sessilia, erectiuscula vel apice patentia, densa, fere imbricata, rigida, nunc plana, nunc concava; inferiora glabriuscula, juniora utrinque tenuissime pubescentia, basi sericea; marginibus quidquam crassiora, 5-9 lin., $^1/_2$-1 lin. lata. Panicula corymbosa ad apicem ramulorum, e capitulis bracteatis; pedunculis partialibus erec-

to-patentibus, teretibus, sericeis, $^1/_2$-1 poll.. Bracteae ovato lanceolatae, apicem versus sensim latiores et magis rotundatae, longe acuminatae, integerrimae, pubescentes, fuscae, longitudine tubi calycis. Flores sessiles, alterni, serius subspicati, albidi, 2$^1/_2$-3 lin.. Calyx tubulosus, tubo cylindrico, pubescente, longitudine bracteae; limbi labio superiore fornicato, pubescente; inferiore longiore trifido, laciniis lineari-lanceolatis, extus pubescentibus. Antherae 3 sub labio superiore inclusae, ovatae, fuscae, mediâ bilobâ. Stylus antheras superans, inclusus tamen, filiformis, quidquam flexuosus; stigmate obtuso. Ovarium dense pilosum, pappo fusco. *In nova Hollandia Sieber.* ♄.

n. 2 b. CONOSPERMUM *commutatum*; foliis linearibus, acutis, planis, aveniis; pedunculis vix foliis longioribus; corymbis terminalibus axillaribusque subsimplicibus; perianthii limbo extus pubescente, tubum aequantè. C. *tenuifolium Sieber Herb. nov. Holl. Nro.* 40.

Frutex ramis paucis, strictis, quidquam flexuosis, teretibus, foliosis, fuscis, pilis brevibus appressis, apice fere sericeis; crassitie pennae gallinaceae. Folia sessilia, alterna, densa, erecta, rigida, saepius basi flexa, glaberrima, basi incrassatâ pube appressâ, enervia, vel nervo medio vix conspicuo; inferiora 2$^1/_2$-3 poll., superiora sensim breviora usque ad poll. 1, $^1/_2$-1 lin. lata. Pedunculi teretes, striati, bracteati, basi apiceque sericeo-pubescentes; bracteis lanceolatis, acuminatis, sericeo-pubescentibus. Corymbi erecti, bracteati; pedunculis teretibus, pubescentibus, subinde ramulo uno alterove, 1-1$^1/_2$ poll.. Bracteae florales rotundato-ovatae, longe acuminatae, integerrimae, pubescentes, fuscae, margine membranaceae, longitudine tubi calycis, in floribus abortivis cum his deciduae. Flores sessiles, alterni, spicati, approximati, 1-bracteati, albidi vel rubelli. Calyx tubulosus, tubo cylindraceo, pubescente; labio inferiore trifido, laciniis lanceolatis, acutis, pubescentibus, fere longitudine tubi; labio superiore fornicato, pubescente, inferiore paulum breviore. Antherae et stylus ut in C. *longifolio.* Ovarium conicum, magis pubescens, quam in *longifolio*, papposum. A C. *longifolio* et *tenuifolio* longe diversum, faciliterque distinguendum. *In nova Hollandia. Sieber.* ♄.

Pag. 407. n. 3. CONOSPERMUM *ericifolium.* Addatur:

Obs. Specimen nostrum Sieberianum exacte convenit cum descriptione a cl. *Rudge* data; sed flores potius corymbosi, quam paniculati, pedunculis apice incrassatis, spicis 2-3 plo longioribus, 1-1$^1/_2$ poll., bracteis ovato-lanceolatis, acutis, fuscis, pubescentibus, floralibus vero obovatis rotundatisque, mucronatis, margine membranaceis. Flores extus pubescentes, limbo tubo breviore. Germen conicum potius quam globosum.

n. 4. CONOSPERMUM *longifolium.* Addatur synonymon: CONOSPERMUM *Smithii Pers. syn.* I. p. 116.

Caules recti, rigidi, 3-4 ped.. Folia glabra, sparsa, alterna, angusta, integerrima, acuta, basi attenuata, ad marginem nervis 2 lateralibus, 2-3 poll. et ultra. Pedunculi axillares. Cor. glabra, alba, rubore roseo suffusa, bilabiata, labio superiore concavo, inferiore lobis 3, lanceolatis, acutis. Stami-

na 2 fertilia, sterilia plerumque exserta. Ovarium conicum, fasciculo pilorum sericeorum. *Div. Römer Ms.*

Obs. In specimen nostrum ex *Sieber Herb. nov. Holl.* N°. 41. quadrat omnino definitio a clo *Brown* data, non vero descriptio a div. *Römer*. Frutex parum ramosus, cortice fusco, laevi; ramis erectis, strictis, teretibus, foliosis, basi glabris, superne sericeis, praecipue ad foliorum insertionem, vix crassitie calami scriptorii. Folia alterna, sessilia, erecta, spathulato-linearia, basi valde angustata, obtusa cum acumine, plana, margine apicem versus undulata, integerrima, glaberrima, sed ad insertionem incrassatam fere sericea, nervosa: nervis 3, utrinque prominentibus, medio fortiore, 2 reliquis ad marginem folii, cum nervo medio per venas coalitis; fere coriacea, 2-5-poll., apice 3-4 lin., basi ½-1 lin. lata. Pedunculi axillares, valde elongati, striati, teretes, nudi, vel apice bracteâ unâ alterâve, basi apiceque sericei, medio glabri, 1½ ped., crassitie pennae Corvi. Corymbi decompositi erecti, bracteati; pedunculis teretibus, sericeis, bracteatis, ¼-1 poll.. Bracteae ovatae, acutae, integerrimae, glabriusculae, basi sericeae margineque basi ciliatae, nigricantes, floribus 2-3-plo breviores. Flores sessiles, fere spicati, unibracteati, albidi vel quidquam rubelli. Calyx tubulosus, tubo cylindrico, pubescente; labio inferiore trifido; laciniis lanceolatis, acutis; laciniâ labii superioris ovatâ, fornicatâ, nervosâ, omnibus extus pubescentibus, intus glabris, tubo brevioribus. Antherae 3 sub laciniâ superiore, ovatae, mediâ bilobâ, nigricantes, omnes inclusae. Stylus filiformis, stigmate clavato, antheras superante. Ovarium conicum, sericeum, papposum.

n. 5. CONOSPERMUM *tenuifolium.* Addatur:

Obs. An huc CONOSPERMUM *repens Sieber Herb. nov. Holl.* N°. 45., quod frutex prostratus, an repens?, ramis teretibus, rufis, glabris, foliosis, crassitie pennae Corvi et ultra. Folia sessilia, alterna, in ramis prostratis secunda, basi filiformia, ad insertionem incrassata, apicem versus triquetra, acuta, apice recurva, glaberrima, pedunculis breviora, 2 poll. - ½ ped. Pedunculi axillares, teretes, basi apiceque pubescentes, ceterum glabri, erecti, bracteis 2-3 ovatis, acutis, glabris, fuscis, ¾ ped. Corymbi laxi, subsimplices, pauciflori; pedunculis teretibus, filiformibus, pubescentibus, ¾-1½ poll.. Flores sessiles, alterni, spicati, 1-bracteati, caerulescentes; bracteis ovatis, acuminatis, pubescentibus, viridibus, tubo calycis brevioribus, cum floribus abortivis deciduis. Calycis tubus ventricosus, brevis, pubescens; labio inferiore trifido, laciniis lanceolatis, acutis, extus pubescentibus; labio superiore ovato, acuto, parum fornicato, pubescente, longitudine labii inferioris; tubo longiore. Antherae 3 ovatae, fuscae, media biloba. Stylus filiformis, basi flexus, stigmate fere clavato. Ovarium globoso-conicum, pubescens, pappo brevissimo. *In nova Hollandia Sieber.* ♄.

n. 446. SYNAPHEA.

Bag. 408. n. 2. SYNAPHEA *dilatata.* Addatur synonymon: *Poiret Enc. meth. ill. gen. Suppl p.* 549. *t.* 914. f. 1.

548. GREVILLEA.

Pag. 410. n. 1. GREVILLEA *punicea.* Addatur:

Frutex erectus, ramosus, cortice fusco, basi laevi, superne pubescente; ramis erectis, strictis, alternis, e foliorum axillis, foliosis, basi fere teretibus, tantummodo a foliorum insertione striâ prominente, superne ancipitibus vel obsolete tetragonis, basi fuscis, glabriusculis, medio fusco-apice cano-tomentosis. Folia alterna, erecto-patentia, sessilia vel brevissime petiolata, petiolo tomentoso, mucronata, superne rugulosa, glaberrima, subtus cano-sericea, margine refracto denticulis callosis scabriuscula, nervo medio utrinque prominente, in mucronem desinente, ½-1 poll., 3-4 lin. lata. Racemi solitarii ad apices ramulorum recurvorum, plerumque secundi, nudi, breves, 8-12 flori. Pedunculus communis 4-gonus, basi glaber, apice tomentosus, recurvus, 2-5 lin.; partiales

fusco-tomentosi, teretes, 1-lin.. Flores punicei. Calyx externe pubescens, pilis rufis, intus glaber, sed medio barbâ albâ, dimidio inferiorum unguium fere longiore: laciniis 4 linearibus, apice spathulato-excavatis, antheriferis, recurvis, magis pubescentibus. Antherae ovatae, didymae, sessiles, albidae, biloculares, longitudinaliter dehiscentes. Stylus crassus, curvatus, glaber, teres (?), calyce duplo fere longior; stigmate hemisphaerico, antice plano. Folliculos non vidimus. Ad specimen in *Sieber Herb. nov. Holl.* N°. 31.

n. 2. GREVILLEA *dubia* jungitur a *Spreng.* cum *punicea.*

n. 3. GREVILLEA *sericea.* Addatur:

Obs. „Folia non terna, ut ab auctoribus dicuntur, sed 2 lateralia ad ramum ex axilla explicandum pertinent. *de Hoffmannsegg in Verzeich.* p. 217.“ Observatio ell. de *Hoffmanns.* valet etiam de G. *punicea* et *lineari*, *fid. specim.*

Pag. 411. n. 4. GREVILLEA *linearis.* Addatur: *Link Enum. alt. p.* 119. *Loddiges Bot. Cab.* 50.

Flores albi. Folia $2^1/_2$ poll., lin. lata. *Link.* Frutex ramosus, erectus; ramis alternis, erecto-patentibus, foliosis, basi fere teretibus, superne compressis, obsolete tetragonis e costa foliorum, basi glabris, vel setis sparsis, apice setis arcte appressis ferrugineo-sericeis. Folia alterna, sessilia, supra glabra, vel setis paucis, subtus albicantia, setis appressis, suprema rubella, setosa, margine glabra, nervo medio utrinque prominente, 1-2 poll., $1-1^1/_2$ lin. lata. Racemi solitarii ad apices ramulorum, secundi, nudi, 20-30-flori. Pedunculus communis erectus, tetragonus, setoso-pilosus pilis fuscis, appressis, 4-lin.-$^1/_2$ poll.; partiales teretes, fusco-pilosi, 3-lin. sensimque minores. Calyx externe pubescens, pube canâ, intus glaber, medio barbâ albâ, dimidio inferiore unguium breviore. Antherae oblongae, obtusae. Stylus calyce vix $^3/_4$ longior, circiter 4-6 lin., glaber; stigmate suborbiculari. Ad specimen in *Sieber Herb. nov. Holl.* N°. 30.

n. 4 a. GREVILLEA *oleoides Sieber*; foliis lineari-lanceolatis, elongatis, obtusis, mucronatis, marginibus refractis; racemis abbreviatis, recurvis; pistillis glaberrimis, vix pollicaribus; barbâ interiore perianthii dimidio inferiore unguium longiore. *Sieber Herb. nov. Holl. Nro.* 35.

Frutex erectus, ramosus, cortice cinereo, glabriusculo; ramis alternis, erecto-patentibus, basi teretibus, superne compressis, costâ foliorum quidquam decurrente, pilis nigricantibus, appressis. Folia alterna, sessilia, linearia et lanceolato-linearia, basi angustata, supra glabra, basi solum pilis sparsis, nigris, appressis, subtus pilis sericeis appressis nigricantibus, in junioribus cinereis; margine nervoque medio subtus prominente laevia, 2-3 poll., 3-4 lin. lata. Racemi solitarii, axillares, apice recurvi, nudi, 7-10-flori. Pedunculus communis brevissimus, $1-1^1/_2$ lin., teretiusculus, pilis appressis, fuscis; partiales erecti recurvique, fusco-pubescentes, teretes, 1-2 lin.. Flores rubri. Calyx externe pubescens, praecipue apicem versus, pube rufâ, lucidâ, interne barbâ purpurascente; foliolis lineari-lanceolatis, apice spathulato excavatis.

Antherae ovatae, obtusae, sordide albae. Stylus crassus, teres, purpureus, calyce multo longior, glaberrimus, 7-10 lin.; stigmate laterali, fere orbiculari. Ovarium ovatum, glabrum, pedicello longius. *In nova Hollandia. Sieber.* ♄.

n. 6. Grevillea *riparia*. Addatur:

Frutex ramosus, erectus, rigidus; ramis erectis, confertis, subverticillatis, rarius solitariis, alternis, dense foliosis, teretibus, pube appressâ, basi fuscis, apice albicantibus. Folia alterna, conferta, erecta, sessilia, linearia, subpungentia, avenia, laevia, supra pube appressâ, subtus albo-tomentosa, marginibus scabriusculis, valde revoluta et inde fere teretia, poll. et ultra, $^1/_2$ lin. lata. Racemi solitarii ad apices ramulorum erectorum, recurvi, nudi, pauciflori. Pedunculus communis brevissimus, teres, glabriusculus; partiales fructiferi erecti, teretes, glabri, fusci, 2-lin. Flores non vidi. Folliculi ovati, paulum obliqui, fusci, glabri, ecostati, stylo toto coronati, pedunculis longiores, stylo quidquam breviores, 4 lin. Stylus crassus, erectus, apice quidquam recurvus, teres, basi sulco instructus, 5-6 lin.; stigmate laterali, orbiculari, fere cochleato. Semina 2 in folliculis, ovali-oblonga, compressa, latere uno revoluta, apice latereque revoluto brevissime albo-alata, glabra, fusca, basi folliculi inserta, 2-2$^1/_2$ lin.. Ad specimen in *Sieber Herb. nov. Holl.* N°. 33.

n. 6 a. Grevillea *acicularis;* foliis acicularibus, mucronatis, glabris, marginibus refractis costàque laevi; stylis glaberrimis, pollicaribus; pedicellis ovario longioribus; barbâ interiore perianthii densâ. G. *aciphylla Sieber Herb. nov. Holl. Nro.* 28.

Proxima G. *ripariae;* sed differt praecipue foliis acicularibus, glabris, nec pubescentibus; racemis erectis, nec recurvis; pistillis longioribus. Frutex erectus, ramosus, cortice cinereo, pube appressâ; ramis alternis confertisque, rigidis, foliosis, teretibus, cinereo-pubescentibus, junioribus ferrugineo-tomentosis, crassitie pennae-corvi usque ad pennam anserinam. Folia alterna, sessilia, in ramulis approximata, erecto-patentia, subtus basi pube appressâ, avenia, subpungentia, 5-7-lin., vix $^1/_4$ lin. lata. Racemi solitarii in apicibus ramulorum, erecti, rarius apice paululum reflexi, nudi, 6-10-flori. Pedunculus communis brevis, teres, pube densâ, fuscâ; partiales floriferi fructiferique erecti, plerumque secundi, teretes, fusco-pubescentes, 1$^1/_2$-2 lin.. Flores fusci (?). Calyx externe pubescens, intus glaber, albide barbatus, barbâ dimidio inferiore unguium breviore; foliolis lineari-lanceolatis, apice spathulato-excavatis. Antherae ovatae, obtusae, 2-loculares, didymae, flavidae. Stylus crassus, teres (?), undique glaber, fere erectus, calyce multo longior, 9 lin.-1 poll.; stigmate laterali, suborbiculari. Ovaria oblique ovata, glabra, pedicello breviora. Folliculi glabri, ecostati, stylo toto coronati, oblique-ovati, pedicello longiores, nigricantes, 2-4 lin.. Semina 2, compressa, ovata, marginibus involuta, apice marginibusque brevissime albo-alata, fusca, glabra, basi folliculi inserta. *In nova Hollandia. Sieber.* ♄

n. 8. GREVILLEA *juniperina.* Addatur:

Frutex erectus, ramosus, cortice pallide fusco, piloso; ramis alternis confertisque, erectis, teretibus, vel ramulis apice compressis, undique dense pilosis vel villosis, testaceis. Folia in fasciculis alternis 3-4, sessilia, foliis *Juniperi Oxycedri* similia, lineari-subulata, pungentia, marginibus revolutis, ita ut fere triquetra videantur, supra glaberrima, subtus pilis sparsis ferrugineis, praecipue basin versus, 4-8 lin., $^1/_4$-$^1/_2$ lin. lata. Racemi solitarii ad apices ramulorum, erecti, nudi, breves, 5-8-flori. Pedunculus communis brevissimus, teres, pubescens, erectus; partiales teretes, reflexi, pubescentes, 1-1 $^1/_2$ lin.. Flores rubelli (?). Calyx externe pubescens, interne glaber, medio barbâ pallide ferrugineâ, dimidio inferiore unguium breviore; foliolis lineari-lanceolatis, apice spathulatis, reflexis. Antherae ovatae, didymae, flavicantes. Stylus crassus, glaber, calyce 2-3 lin. longior, 5-6 lin.; stigmate laterali, subpeltato. Ovarium ovatum, glabrum. Ad specimen in *Sieber. Herb. nov. Holl.* N°. 32.

Pag. 412. n. 11 a. GREVILLEA *diffusa Sieber;* diffusa; foliis lineari-oblongis, mucronulatis, margine refractis, supra glabris, subtus sericeis; racemis subcapitatis, abbreviatis, multifloris; perianthiis cano-pubescentibus, stylo paulo brevioribus. *Sieber Herb. nov. Holl. Nro.* 36.

Frutex prostratus (?), ramosissimus, cortice fusco, glabro; ramis diffusis, divaricatis, alternis, teretibus, pubescentibus, pubê basi nigricante, apice cinereâ, foliosis. Folia alterna, sessilia, basi quidquam attenuata, supra glaberrima, vel basi pilis paucis appressis, subtus cano-, juniora fere ferrugineo-sericea, nervo medio utrinque vix prominente, 3-8 lin., $^1/_2$-1 lin. lata. Racemi solitarii, in apicibus ramulorum, erecti, nudi, 10-25-flori. Pedunculus communis pubescens, teres, erectus, 3-5-lin.; partiales brevissimi, vix conspicui, teretes, cano-pubescentes. Calyx interne barbâ albidâ, dimidio inferiore unguium breviore; foliolis lineari-lanceolatis, apice spathulato-excavatis, recurvis, 1-1 $^1/_2$ lin.. Stylus teres, glaber, calyce vix longior, stigmate fere peltato, glabro. Ovarium ovatum, glabrum, pedicello brevius, plerumque abortivum, et mox deciduum. *In nova Hollandia. Sieber.* ♄.

n. 13 a. GREVILLEA *laurifolia Sieber;* foliis petiolatis, ovato-lanceolatis, acutiusculis, supra glabris, junioribus subtus sericeis, venosis; racemis recurvis; perianthio extus pubescente, intus imberbi; ovario hirsuto. *Sieber Herb. Nov. Holl. Nro.* 26.

Frutex erectus (?), ramosus, cortice fusco-cinereo, glabro; ramis alternis, erectiusculis, teretibus, basi glabris, apice pube appressâ ferrugineâ. Folia alterna, ovata et ovato-lanceolata, acuta et obtusiuscula, margine vix revoluta, integerrima, supra laete viridia, subtus pallidiora, trinervia, nervo medio subtus prominente sericeoque, nervis 2 marginalibus venis parallelis, utrinque conspicuis, cum nervo medio connexis, una cum petiolo (superne plano, dorso tereti, glabriusculo,

ad insertionem incrassato, 4-5 lin.) 1 $^1/_2$-2 poll., $^1/_2$-$^3/_4$ poll. lata. Racemi solitarii, in ramulis terminales, nudi, breviter pedunculati, multiflori, fere pollicares. Pedunculus communis teres, recurvus, pube appressâ, fuscâ, vix 2-lin.; partiales teretes, pube puniceâ, 1-lin.. Flores punicei. Calyx externe pube appressâ, puniceâ, lucidâ, apice magis rufâ, intus glaber, fere monophyllus, nam foliola ad medium fere usque coalita, lineari-lanceolata, apice spathulato-excavata, 3-4 lin.. Antherae ovatae, obtusae, flavae. Stylus crassus, glaber, curvatus, teres, calyce parum longior, 3-4 lin.; stigmate oblique truncato, plano. Ovarium oblique-ovatum, pilis longis, densis, albis, pedicello vix longius. Folliculi desunt. *In nova Hollandia. Sieber.* ♄.

n. 14 a. Grevillea *ferruginea Sieber;* foliis lanceolatis oblongisque, acutis obtusisque, mucronulatis, supra scabris, subtus ferrugineo-tomentosis; racemis erectis, paucifloris; perianthii pubescentis laciniis rostrato-acuminatis. *Sieber Herb. nov. Holl. Nro.* 27.

Frutex erectus, ramosus, cortice fusco pubescente; ramis alternis, erectis, teretibus, tomentoso-pubescentibus, crassitie pennae corvi. Folia alterna, sessilia et brevissime petiolata, supra punctulis minutissimis papillosis scabra, basi fere tomentosa, margine vix revoluta, nervo medio subtus prominente, juniora praecipue subtus ferrugineo-tomentosa, 1-1 $^1/_4$ poll., 2-3 lin. lata. Racemi solitarii, pauci, in apicibus ramulorum, 3-5 flori. Pedunculus communis brevis, 1-2-lin., teres, pubescens, erectus; partiales teretes, pubescentes, 1-2 lin., primum erectiusculi, serius reflexi, plerumque bracteolâ minutâ, lanceolatâ, acutâ, pubescente, deciduâ suffulti. Flores fusci (?). Calyx 5-6 lin., externe pubescens, interne barbâ albido-flavâ dimidio inferiore unguium longiore, monophyllus, mox deciduus, uno latere ad basin usque dehiscens, ceterum fissus in lacinias 4 oblongas, excavatas, in appendicem lanceolatam, longe rostrato-acuminatam, fere triquetram, utrinque pubescentem terminatas. Antherae ovatae, obtusiusculae, biloculares, flavae. Stylus teres, crassus, erectus, 7-9 lin., hirsutus; stigmate laterali, magno, fere elliptico, obtuso. Ovarium ovatum, albo-lanatum, fere sessile. *In nova Hollandia. Sieber.* ♄.

Pag. 413. n. 17 a. Grevillea *myrtacea Sieber;* foliis ovatis, acutis, mucronatis, supra scabris, subtus pubescentibus; racemis erectis, paucifloris; perianthiis styloque hirsutis. *Sieber Herb. nov. Holl. Nro.* 39.

Frutex erectus (?), ramosissimus, cortice fusco, glabro; ramis alternis, divaricatis, teretibus, rubro-fuscis, pubescentibus, crassitie pennae corvi. Folia sparsa, alterna, sessilia vel brevissime petiolata, ovata, saepius rotundato-ovata, supra viridia, glabra, sed punctulis albis, papillosis, parvis scabra, subtus pallidiora, pube tenui. 2-4 lin., 1-2 $^1/_2$ lin. lata. Racemi terminales et ex axillis supremis, solitarii, simplices vel ramulo uno alterove, erecto-patentes, 4-9-flori. Pedunculus communis erectus, teres, apicem versus incrassatus, pubes-

cens, 4-6 lin.; medio saepius bracteolis 2 minutissimis, lanceolatis, pubescentibus; partiales recurvi, teretes, pubescentes, 1-1 ½ lin.. Flores rubelli (?). Calyx externe pubescens, interne glaber, sed basi albo-lanatus, monophyllus, in lobos duos ovato-lanceolatos apice spathulato-excavatos, bipartibiles dehiscens, 2-4 lin.. Antherae ovatae, obtusae, biloculares, flavae. Stylus crassus, teres, hirsutus, calyce multo longior, 6-8 lin.; stigmate magno, laterali, proboscideo. Ovarium ovatum, in stylum acuminatum, albo-hirsutum, sessile. *In nova Hollandia. Sieber.* ♄.

n. 19. GREVILLEA *Baueri*. Addatur:

Obs. GREVILLEA *daphnoides Sieber Herb. nov. Holl. Nro.* 25. omnino fere convenit cum definitione GREVILLEAE *Baueri* a clo *Brown* data; flores tamen in apicibus ramulorum congesti fasciculatique, et vix in racemis abbreviatis. Frutex erectus, ramosus, cortice fusco-cinereo, glabro, quidquam rugoso; ramis copiosis, alternis confertisque, fuscis, teretibus, glabris, dense foliosis, basi a foliorum lapsu cicatrisatis, apice fere angulatis pilisque appressis hirsutis. Folia alterna, sessilia, densa, erecto-patentia, oblongo-elliptica, obtusiuscula, mucronulata, margine paulum revoluta, utrinque glaberrima, supra nitentia, pallide viridia, subtus fere glaucescentia, 2-5-lin., 1-2 lin. lata. Flores 4-10, pedicellati, sicci nigricantes; pedunculis teretibus, glaberrimis, erectis, ½-1 lin.; bracteâ fuscâ, minutâ, ovato-lanceolatâ, acuminatâ. Calyx monophyllus, uno latere ad basin usque dehiscens, secundus, mox deciduus, externe glaberrimus, interne glaber, latere non dehiscente vero barbâ albâ, basin versus affixâ; lobis 2 ovatis, apice valde recurvis, et apice tantum in lacinias 2 spathulato-excavatas antheriferas fissis. Antherae ovatae, obtusae, biloculares, longitudinaliter dehiscentes, flavae. Stylus crassus, teres, hirsutus, calyce longior, 4-6 lin.; stigmate glabro, fere laterali, subcapitato. Ovarium hirsutum, ovatum, fere sessile.

Pag. 414. n. 22. GREVILLEA *phylicoides*. Addatur:

Frutex erectus, ramosus; ramis alternis confertisque, erecto-patentibus, teretibus, fusco-tomentosis, crassitie pennae corvi tenuioribusque. Folia alterna, sessilia, juniora erecto-patentia, serius patentia vel quidquam reflexa, mucronata, margine refracta, integerrima, superne glabra, punctis albis scabra, viridia, subtus canescenti-villoso-tomentosa; nervo medio subtus prominente, 7-9 lin., 1-1 ½ lin. lata. Flores rubelli (?) in umbellis sessilibus, terminalibus, 10-12-floris. Pedunculi teretes, fusco-tomentosi, apice paulum incrassati, erectiusculi, 2-2 ½ lin.. Calyx externe rufo-tomentosus, interne albo-barbatus, basi apiceque tamen glabriusculus; foliolis fere linearibus, apice spathulato-excavatis, reflexis, 3-lin.. Antherae ovatae, obtusiusculae, flavae, polline flavo. Stylus teres (?), facie convexâ dense albo-lanatus, facie concavâ minus lanatus, calycem superans, 3-½-4 lin.; stigmate fere ovali, laterali, dorso albo-lanato, intus fusco glabro; appendice lineari-subulatâ, dorso albo-lanato, stigmate vix breviore. Ovarium oblique ovatum, lanâ albâ, longâ, immaturum; pedicello brevi, basi glandulâ fuscâ, glabrâ fere cincto. Ad specimen in *Sieb. Herb. nov. Holl.* N°. 29.

n. 23. GREVILLEA *buxifolia*. Addatur synonymon: *Bot. Reg.* 443.

Pag. 415. n. 26 a. GREVILLEA *acanthifolia Sieber;* foliis pinnatifidis, utrinque glabris; laciniis trifidis, pungentibus;

racemis spiciformibus erectis; perianthiis hirsutis; pistillis glabris. *Sieber Herb. nov. Holl. Nro.* 32.

Frutex vel arbor (?) erectus, ramosus, cortice cinereo-fusco, glabro; ramis alternis, erectis, rigidis, basi teretibus, apice profunde sulcatis angulatisque, ubique glaberrimis, fuscis, crassitie pennae anserinae. Folia alterna, sessilia, basi attenuata, erecto-patentia, margine paulum revoluta; lacinulis ovatis, acutis, patentibus, mediâ plerumque quidquam minore; nervo medio in laciniis lacinulisque subtus valde prominente et in spinam desinente; supra laete viridia, fere nitida, subtus quidquam pallidiora, 1-2 poll., 1 poll. lata; laciniis 5-7 lin.; lacinulis 2-3 lin., 1 lin. latis. Racemi solitarii, terminales, bracteati, erecti, cylindrici, breviter pedunculati, 1-1 $^1/_2$ poll., densi, multiflori, saepius foliolo lanceolato, acuto, pungente, integerrimo, glabro, vel basi pilosiusculo suffulti. Pedunculus communis brevissimus, angulatus, glaber; partiales teretes, dense pilosi, vix $^1/_2$ lin.; superiores sensim sensimque breviores, ita ut flores superiores sessiles spicatique fiant. Bractea 1 sub quolibet flore, ad basin racemi ovata, acuta, mucronata, pubescens, apicem racemi versus magis rotundata, mucrone brevi, magis cano-pubescens, concaviuscula, integerrima, 1-lin. longa lataque. Rhachis angulata, dense pubescens. Flores fusci. Calyx externe pilosus, apice pilis albis strigosus, interne glaber, striis paucis; foliola lineari-lanceolata, apice spathulato-excavata, antherifera, 4 lin., pistillo duplo breviora. Antherae oblongae, obtusiusculae, flavae, longitudinaliter dehiscentes. Stylus teres, apicem versus paulum crassior, glaber, 7-8 lin.; stigmate fere capitato. Ovarium ovatum, breviter pedicellatum, undique pilis longis, albis, densis tectum. *In nova Hollandia. Sieber.* ♄.

n. 549. H A K E A.

Pag. 417. n. 1. Hakea *pugioniformis.* Addatur synonymon: *Loddiges Bot. Cab.* 353. *Reichenbach Mag. t.* 23. H. *glauca Knight* et *Salisb.*

Obs. Si fors jam nimis concessimus, Conchium *pugioniforme* et *longifolium Smith* cum *R. Brown* eandem speciem dicentes, miramur clm. *Sprengel* Conchium *corniculatum Smith* apud *Willd.*, de quo tamen in *Obs.* dubium movebamus l. c., eandem speciem dicere cum *pugioniformi,* capsulamque laevem et cristatam censere eandem.

n. 1 a. Hakea *pachyphylla Sieber;* foliis teretibus indivisis, ramisque glabris; perianthiis glaberrimis; pedunculis axillaribus, 5-6, hirsutis. *Sieber Herb. nov. Holl. Nro.* 11.

Arbor? erecta, ramosa; cortice glabro, rimoso, fusco; ramis alternis subverticillatisve, erectis, teretibus, fuscis; ramulis angulatis, striatis, glabriusculis, crassitie pennae corvi. Folia alterna, sessilia, erectiuscula, rarius incurva, omnino teretia, laevia, mucrone brevi fusco, sub lente punctulis albidis tecta, fere glauca, 1-1 $^1/_2$ poll., apice in singula foliorum axilla gemmula oblonga e squamis ovatis, obtusiusculis, glabris, margine quidquam ciliatis, e cujus centro pedunculus vix conspicuus in 3-6 pedicellos divisus. Flores ochroleuci (?) parvi.

Pedicelli teretes, pilis albis densis, lin.. Perianthii laminae glaberrimae, lineares, apice spathulato-excavatae, recurvae, sub fecundatione connexae, 1-lin.. Antherae ovatae, obtusae, biloculares, basi bilobae, flavae. Stylus teretiusculus, sulcatus?, glaber, perianthio longior, $1^1/_2$ lin.; stigmate plano, fere orbiculari. Ovarium ovatum, glabrum. Capsulae desunt. *In nova Hollandia. Sieber.*

Pag. 418. n. 4. HAKEA *nodosa*. *Sprengel S. V. p.* 478. hujus varietatem dicit *flexilem*.

Pag. 419. n. 10. HAKEA *gibbosa*. Addatur synonymon: *Link Enum. alt. p.* 117. et, hoc teste: CONCHIUM *pubescens Willd. Enum. Suppl. p.* 140? HAKEA *pinifolia Knight* et *Salisb.*

Patriae adde: colles aridi insulae Helenae. *Antommarchi.*

Obs. In specim. a *Sieber* in *Nov. Holl.* lectis flores axillares, 1-3, pedunculis 1-2 lin., hirsutissimis, nec flores subsessiles; folia basi pubescentia, juniora undique pubescentia, patentia.

Pag. 420. n. 11. HAKEA *acicularis*. Addatur synonymon: *Reichenb. Mag. t.* 24.

n. 14. HAKEA *suaveolens*. Addatur synonymon: HAKEA *pinnata Hort.* H. *heterophylla Hort. Cels.* BANKSIA *pinnata Hort.* BANKSIA *heterophylla Hort.* (omnes fide *Steudel*).

n. 15. HAKEA *microcarpa*. Addatur synonymon: *Loddiges Bot. Cab.* 213. *Bot. Reg.* 475.

Pag. 421. n 20. HAKEA *florida*. Addatur synonymon: *Link Enum. alt.* p. 117.

Folia 2 poll., 4 lin. lata, glabra. *Link.*

n. 21. HAKEA *ilicifolia*. Addatur synonymon: CONCHIUM *mucronatum Cels.* (fid. *Spreng. S. V. p.* 480.)

n. 22. HAKEAE *nitidae* adde synonyma: *Bot. Mag.* 2246. *Hort. Kew. ed. alt.* I. *p.* 208. *Link Enum. p.* 117.

Caules ramique striati, dilute fusci. Folia alterna, sessilia, obtusiuscula, laete viridia, 1-$1^1/_2$ poll., apicem versus $^1/_2$ poll. lata. Corymbi axillares, pedunculati, umbellato-multiflori, folio duplo breviores. Pedicelli filiformes, cum flore pallide flavescentes.

Pag. 422. n. 25. HAKEA *ceratophylla*. Addatur synonymon: *Reichenb. Magaz. t.* 24.

n. 25 a. HAKEA *acanthophylla Hort. Angl.* foliis pinnatifidis. *Link Enum. alt. p.* 118.

Lamina connectens 2 lin. lata (in *ceratophylla* 4-6 lin.) laciniae distantes, anteriores 1 poll. (in *ceratophylla* 2 poll.) posteriores 14 lin. et ultra, (in *ceratophylla* 18 lin.), *Link.*

n. 27. HAKEA *oleifolia.* Addatur synonymon: HAKEA *ligustrina* *Knight* et *Salisb.*

Pag. 424. n. 32. HAKEA *dactyloides.* Addatur synonymon: HAKEA *nervosa* *Knight* et *Salisb.*.

n. 32 a. HAKEA *canescens* *Link*; foliis obverse lanceolatis, obtusis, cum mucronulo triplinervibus, pilis adpressis. *Link Enum. alt.* p. 118.

Maxime affinis *dactyloidi*; at folia pilosa, 4 fere poll., 8 lin. lata. Nondum floruit. *Link.*

n. 33. HAKEA *elliptica.* Addatur synonymon: *Link Enum. alt. p.* 118.

Folia oblonga, sphacelato-mucronata, trinervia, reticulato-venosa, glaberrima, 3 1/2 poll., 1 1/2 poll. lata, utrinque attenuata. *Link.*

550. LAMBERTIA.

Pag. 426. n. 3. LAMBERTIA *formosa.* Addatur synonymon: *Loddiges Bot. Cab.* 80. *Bot. Reg.* 528.

Rami etiam oppositi et verticillati.

n. 553. RHOPALA.

Pag. 428. n. 1. RHOPALAE *montanae* addatur: RH. foliis ovalibus, utrinque acuminatis, carinatis, simpliciter venosis; racemis axillaribus. *Meyer Essequeb. p.* 78. *Gaertn. Fruct. Suppl.* I. t. 27.

Folia in petiolum sensim attenuata, 3-4 poll., 1 1/2-1 3/4 lata, valde carinata, fere conduplicata, simpliciter venosa, non reticulata, ut in RH. *nitida* et *pinnata,* supra lucida, quasi vernice obducta, subtus opaca, exsiccata rufescentia. Racemi fructiferi foliorum longitudine vel longiores, puberuli. Pericarpia 12-14 lin., 6 lata, basi attenuata et incurva, pedicello 3 lin.. Valde affinis RH. *complicatae Humb.* et *Bonpl. l. c.* *Sprengel* huc instar synonymi trahit RH. *mediam.*

n. 3. RHOPALAE *nitidae* addatur: RHOPALA *nitida*? foliis ovalibus, acuminatis, reticulato-venosis; racemis axillaribus. *Meyer Essequebo. p.* 77.

Cls. *Meyer* descriptioni a clo *Rudge* datae addit: „folia basi leviter in petiolum attenuata, maxima 6-7 poll., 3 lata, exsiccata badia; petiolos circiter pollicares; inflorescentiam minime spicam, sed racemum simplicem, elongatum; antheras non anguste lanceolatas, sed oblongas, acutas. Ob fructum adhuc ignotum incerti generis. Arbuscula RHOPALAE potius quam EMBOTHRII habitu."

Pag. 429. n. 4. RHOPALA *moluccana.* Addatur synonymon: RH. foliis alternis, subsessilibus, oblongis, integerrimis; racemis axillaribus et ex ramulis, folio longioribus; squamis

nectarii nudis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* I. p. 364.

Folia breviter petiolata, alterna, obovata, oblonga, obtusa cum acumine, integerrima, utrinque glabra, 6 poll. et ultra, vix 3 lata. Racemi plerumque solitarii, e ramulis foliis destitutis, longi, ad basin usque decori floribus numerosis, pulcris, divergentibus, sat magnis, delicatulis. Bracteae minutae. Petala longa, tenuia, apicem versus lanceolata, concava pro staminibus, primum medio, dein apice dehiscentia, postremum revoluta. Filamenta petalo supra medium inserta. Antherae petalis contrarie curvatae. Germen ovatum, stylo longo, gracili. Stigma clavatum. *Roxb.* l. c. ad specimina sicca a *Pulo-pinang.*

n. 6. RHOPALAE *serratae* addatur synonymon:

RH. foliis alternis, subsessilibus, oblongis, serratis; racemis axillaribus; pedicellis bifloris; squamis nectarii ciliatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall* I. *p.* 365.

Rami juniores pube ferrugineâ. Folia acuta, basi attenuata, firma, utrinque glabra, 4-6 poll., 1-3 lata. Racemi solitarii, foliis breviores, pube ferrugineâ. Pedicelli biflori. Bracteae minutae, cordatae, singulâ ad basin pedicelli communis singuli. Petala longa, gracilia, clavata, a medio deorsum in tubum subcoalita gracilem. Squamae nectarii obcordatae. Filamenta sub apice tertiâ longitudinis petali parte inserta. Antherae ovatae. Germen pilosum. Stylus longitudine corollae. Stigma clavatum. Semen? *Roxb.* l. c. ad spec. *In Archipelago malayensi.*

n. 6 a. RHOPALA *excelsa Roxb.;* foliis alternis, breviter petiolatis, cuneato-oblongis, obtusis, acutis, glabris, serraturis aliquot ad apicem magnis, obtusis; racemis axillaribus et terminalibus, longitudine foliorum, pubescentibus; squamis nectariferis 4, distinctis, nudis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* I. p. 365. n. 3.

Arbor magna, 4 ped. in peripheria, cortice scabro, cinereo; rami numerosi late patentes, juniores pube ferrugineâ. Folia alterna, margine interiore serraturis 1-3, firma, polita. Racemi axillares ut plurimum, recti, simplices, pube ferrugineâ. Pedicelli breves, biflori. Bractea parva, ovata, ad basin pedunculi, altera ad medium pedicelli singuli. Flores numerosi, conferti, parvi, flavo-virentes. Petala linearia, spathulata, revoluta. Squamae nectariferae 4, rotundae, glabrae, distinctae. Filamenta brevia. Antherae lineares. Germen oblongum, pilis longis rufo-fuscis. Stylus filiformis. Stigma clavatum, integerrimum. *Roxb.* l. c. *In sylvis Chittagong.* ♄.

n. 6 b. RHOPALA *robusta Roxb.;* foliis alternis, (sub)-sessilibus, cuneato-oblongis, glabris, remote serrulatis; racemis axillaribus, sub foliis, nectarioque cyathiformi 4-dentato, glabris (?). *Roxb. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 366. n. 4.

Arbor alta. Rami juniores glabri. Folia acuminata, obtusa, acute serrulata, 12 poll., 5-6 lata. Racemi solitarii bini ternique, glabri, foliis dimidio breviores. Pedicelli breves, biflori. Bracteae glabrae, altera ad basin pedunculi, altera ad medium pedicelli. Flores copiosi, pallidi, viridi-flavi, fragrantes. Petala lineari-spathulata, glabra, revoluta. Nectarium margine subciliatum. Germen oblongum, glabrum. Styl. Stigm. ut in *excelsa*. *Roxb.* l. c. *In Silhet.* ♄. Utramque distinctam esse a Rh. *cochinchinensi* monet cls *Wallich l. c.* Et tamen hanc eandem esse cum Rh. *cochinchinensi* et Helicia *cochinchinensi Lour.* affirmat *Sprengel S. V.* p. 482.

n. 9. Rhopala *diversifolia*. Addatur synonymon cum? Rhopala *diversifolia Schott*; foliis petiolatis, diversis ovatis pinnatisque, inaequaliter dentatis; floribus pedicellatis, glabris. *Schott* in *med. Jahrb.* VI. 11. St.

In sylvis et secus vias R. de Janeiro.

Pag. 430. n. 10. Rhopala *sessilifolia*. Addatur synonymon: Panopsis *hamelifolia Salisb.* (fid. *Sprengel S. V. p.* 430.)

n. 11. Rhopalae *pinnatae* addatur:
Rhopala? *pinnata*; foliis subtrijugis, foliolis ovatis; racemis tomentosis, subterminalibus. *Meyer Essequeb. p.* 79. Euplassa *meridionalis Salisb.* (fid. *Spreng. S. V. p.* 482.)

Descriptioni *Rudgeanae* adjungit: „Folia alterna; foliola nunc acuta, nunc obtusa, 3 poll., 2 lata; reticulato-venosa, non longiuscule, ut *Rudge*, sed breve petiolata. Racemi, nec spicae, ex axillis ultimis. Petala linearia, apice spathulata. Genus incertum.“

Pag. 431. n. 12. Rhopalis et sequentibus addendae.

n. 12. R. *cordifolia Humb. et Bonpl.*; foliis alternis, subrotundo-ovatis, apice rotundatis, basi cordatis, planis, grosse (et remote) dentatis, reticulato-venosis, crasso-coriaceis, glaberrimis; racemis axillaribus, solitariis, foliolo longioribus; pedunculis, pedicellis, ovariis calycibusque externe ferrugineo-tomentosis. *Humb. et Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. p. 121. t. 118.

Arbuscula orgyalis aut biorgyalis, ramosissima; rami alterni, teretes, glabri, albido-fuscescentes. Folia apice rotundata, 4 poll. longa. Petiolus semiteres, crassus, subpollicaris, glaber. Racemi 7-8 poll. longi. Flores gemini, pedicellati. Calyx externe rufo-pubescens, interne albus; foliolis linearibus. Antherae apicibus foliolorum calycis insertae. Ovarium dispermum? Stylus verticalis. Glandulae hypogynae carnosae, distinctae, oblongo-cylindraceae, obtusae, glabrae. Capsula? *Kunth.* *Crescit in collibus aestivis prope San Felipe et in radicibus Parami de Yamoca*, alt. 985. hex. (*Prov. Jaën de Bracamoros.*) ♄.

n. 13 R. *complicata Humb. et Bonpl.*; foliis alternis,

ovatis, acuminatis, integerrimis, complicato-recurvatis, reticulato-venosis, glaucescentibus, glaberrimis; racemis axillaribus, solitariis, folio brevioribus; pedunculis, pedicellis ovariisque pubescentibus. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et Spec.* II. *p.* 122. t. 199. EMBOTHRIUM *curvatum Willd.* H. fid. *Sprengel S. V. p.* 482. *Chaparo bove* incolarum.

Arbor ramis teretibus, glabris, albo-fuscescentibus, verrucosis. Folia 4 poll. longa, basi rotundata aut brevissime in petiolum angustata. Petiolus semiteres, basi incrassatus, subpollicaris, glaber. Racemi 2-3 poll. longi. Flores gemini, pedicellati. Pedunculus pedicellique teretes. Calyx externe pubescens; foliolis linearibus. Antherae apicibus concavis foliolorum immersae, oblongae, biloculares. Ovarium fusco-tomentosum, oblongum, dispermum. Stylus verticalis, teres. Stigma album. Glandulae hypogynae subrotundae, glabrae. Capsula disperma, compressa, oblonga, acuminato-subulata, obliqua, vix pollicaris, glabra. *Kunth. Crescit locis planis, amoeno gramine tectis* (Llanos), *prope S. Barbula* (Novam Valenciam inter et Portocabello), *Calabozo, Ville del Pao* et *S. Tomè de la Nueva-Guayana, a maris Antillarum littore usque ad ripam Orinocensem*, alt. 60 — 80 hex. ♄.

n. 14. R. *obovata Humb.* et *Bonpl.;* foliis alternis, obovato-ellipticis, utrinque acutiusculis, remote serratis, reticulato-venosis, coriaceis, planis, glabris, discoloribus; racemis axillaribus, solitariis?, folium subaequantibus; pedunculis pedicellisque pubescentibus. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. p. 122. t. 120.

Arbor tri-aut quadriorgyalis, ramosissima; rami alterni, teretes, verrucosi, glabri, cinereo-fusci; juniores pubescentes. Folia supra viridia, subtus fuscescentia, semipedalia. Petiolus subteres, glaber, basi incrassatus, pollicaris. Racemi fructiferi semipedales, floriferos haud vidi. Flores gemini. Pedunculus pedicellique teretes. Capsula disperma, compressa, oblonga, obliqua, stylo persistente reflexo coronata, pollicaris, externe ferrugineo-tomentosa. Semina undique membranacea. *Kunth. Crescit regione temperatâ in montibus apricis prope Quilichao et Popayan*, altit. 920. hex. ♄.

n. 15. R. *polystachya Humb. et Bonpl.;* foliis sparsis, oblongo-ellipticis, obtusis, integerrimis, coriaceis, reticulato-venosis, planis, glabris; racemis in apice ramorum congestis; pedunculis, pedicellis, ovariis calycibusque externe ferrugineo-tomentosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. p. 122. t. 121. EMBOTHRIUM *polystachyum Willd.* H. (fid. *Spreng. l. c.*)

Arbor tri-aut quadriorgyalis, ramosissima; rami alterni, teretes, pubescentes; juniores gemmaeque ferrugineo-tomentosae. Folia utrinque rotundato-obtusa, venis subtus prominentibus, 3-4 poll.. Petiolus semiteres, basi incrassatus, pubes-

cens, vix pollicaris. Racemi copiosi. Flores gemini pedicellati, suaveolentes. Pedunculi teretes. Calyx interne albus, externe ferrugineo-tomentosus; foliolis linearibus. Stamina basi calycis inserta. Filamenta linearia, compressa, calyce paulo breviora. Antherae oblongae, biloculares, erectae, albae. Ovarium oblongum, ferrugineo-hirsutum, dispermum. Stylus obliquus?, pubescens. Glandulae hypogynae, acutae, in urceolum minutum connatae, brevissimae. Fructum non vidi. *Kunth.* *Crescit locis subfrigidis, sylvescentibus prope Pasto*, alt. 1350. hex. ♄. An vere RHOPALAE species, ob stamina basi calycis inserta?

n. 16. RHOPALA *ferruginea Humb.* et *Bonpl.*; foliis alternis, obovato-oblongis, obtusis, integerrimis, reticulato-venosis, junioribus utrinque, pedunculis, pedicellis ovariisque ferrugineo-tomentosis; racemis axillaribus, geminis, folio paulo brevioribus. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 121.

Arbor ramis alternis, teretibus, verrucosis, glabris; junioribus ferrrugineo-tomentosis. Folia basi angustata, plana, coriacea, utrinque glabra, nervo medio subtus ferrugineo-tomentoso, sub 3-poll., juniora utrinque ferrugineo-tomentosa. Petiolus teretiusculus, subpoll.. Racemi vix 3-poll., erecti. Flores gemini, pedicellati. Pedunculus teres. Calyx glabriusculus; foliolis linearibus, revolutis. Antherae summo foliolorum calycis insertae, sessiles. Ovarium oblongum, dispermum?. Stylus verticalis. Glandulae hypogynae, distinctae, subrotundae, glabrae. Fructus ignotus. *Kunth.* *Crescit in apricis, calidis Provinciae Bracamorensis inter Passo de Chavigo et pagum Chamayae*, alt. 270. hex. ♄.

n. 555. EMBOTHRIUM.

Pag. 432. EMBOTHRIIS addatur:

Obs. An EMBOTHRIUM *Chaparro Humb.* RHOPALA *complicata?* Ad EMBOTHRIUM *Sprengel S. V.* p. 483. TELOPEAS amandavit.

n. 557. TELOPEA.

n. 1. TELOPEA *speciosissima.* Addatur synonymon: EMBOTHRIUM *spathulatum Spreng. S. V.* p. 483.

In specimine Sieberiano *Fl. N. Holl.* 22. folia truncata et subtus subpubescentia.

Pag. 433. n. 2. TELOPEA *truncata* clo *Sprengel* l. c. EMBOTHRIUM *truncatum* est.

n. 558. LOMATIA.

n. 1. LOMATIA *silaifolia.* Addatur synonymon: EMBOTHRIUM *crithmifolium Smith* (fid. *Steud.*). GREVILLEA *silaifolia Donn Hort. Cant.* 6.

Pag. 435. n. 6. LOMATIA *longifolia.* Addatur synonymon: *Bot. Reg.* t. 442.

Obs. Specimen nostrum ex *Sieber. Herb. Nov. Holl. Nro.* 16. quadrat omnino cum definitione a clo *Brown* datâ, pedunculi perianthiaque tamen fere glabra, nec pilosiuscula, Frutex erectus, ramosus, cortice cinereo, glabro; ramis alternis, erectis, teretibus, glabris, basi a foliorum lapsu cicatrisatis, apice pube appressâ: gemmis parvis subsericeis. Folia alterna sessilia, erecta, lineari-lanceolata, utrinque attenuata, basi integerrima, apicem versus remote inaequaliter serrata, utrinque glabra, vel nervo medio subtus prominente basi pube tenui appressâ, subtus pallidiora, 1 ½ - 2 ½ lin. lata. Racemi axillares, solitarii, erecti, nudi, multiflori, adjecto pedunculo 1-2-poll., plerumque foliis breviores, Pedunculus communis teres, sulcatus (?), glaber, vel basi pilosiusculus, foliis brevior, ½ - 1 poll.; partiales alterni, solitarii geminique, uniflori, erecto-patentes, glabriusculi, teretes, fusci, 2-3 lin.. Perianthia glabriuscula, decidua; foliola 4, secunda, lineari-lanceolata, apice spathulato-excavata, 2-2 ½ lin.. Antherae ovatae, obtusae, perianthii foliolis immersae, biloculares, basi bifidae, flavae. Pistillum glabrum, perianthio paulo longius. Stylus teres, glaber, 1-1 ½ lin.. Stigma laterale, peltatum. Ovarium ovatum, glabrum, longe pedicellatum; pedicello basi glandulis 3 secundis.

STENOCARPUS.

Pag. 436 n. 1. Stenocarpus *Forsteri.* Addatur synonymon: Cybele *umbellifera Salisb.* (fid. *Spreng. S. V. p.* 484).

n. 2. Stenocarpus *salignus.* Addatur synonymon: *Link Enum. alt. p.* 118. *Bot. Reg.* 441.

Folia lanceolata, submucronata, longissima, 6 poll., 8 lin. lata, basi trinervia, utrinque attenuata, supra rubentia, subtus viridia, nervis rubentibus. Pedunculus axillaris umbelliger, pedicellis 6 lin.. Cor. alba. *Link.*

BANKSIA.

Pag. 437. n. 4. Banksia *ericaefolia.* Addatur synonymon: *Link Enum. alt. p.* 116. *Bot. Mag. t.* 738. *Tratt. Thes. t.* 23.

n. 4 a. Banksia *Cunninghami Sieber*; foliis linearibus, apice spinuloso-dentatis, dentibus aequalibus, margine integerrimis rariusve spinoso-dentatis; amentis elongatis; perianthiis sericeis, imberbibus; bracteis tomentosis; stigmate conoideo. *Sieb. Herb. nov. Holl. Nro.* 6.

Frutex? erectus, ramosus, cortice profunde fusco, glabro; ramis verticillatis, 3-5 nisve, rarius alternis, erectis, teretibus, glabriusculis, junioribus dense pilosis. Folia alterna, numerosa, subsessilia, erecto-patentia, elongato-linearia, basi paulum attenuata, avenia, supra pallide viridia, glabra, (juniora pilosiuscula) sub lente papillosa, sulco longitudinali, subtus albo-tomentosa, nervo medio prominente, pubescente, praesertim basi; margine revoluta, apice dentibus 2-4 spinulosis; 1 ½-2 poll., 1 lin. lata. Petioli nulli vel brevissimi, pilosi. Amenta e centro ramorum, valde elongata, cylindracea, 6-7 poll., 1-1 ½ poll. in diametro; floribus numerosissimis, basi involucro foliolis subulatis, dense lanatis; bracteis rotundato-ovatis, obtusis, cinereo-tomentosis. Perianthia flavescentia, extus sericea, intus glabra; laminis capillaribus, basi carinatis, glabriusculis, apice lanceolato-incrassatis, fere poll.. Antherae oblongae, acutiusculae, biloculares, flavae. Stylus teres, apice attenuatus et purpureus, glaber, perianthio multo

longior, $1\frac{1}{2}$ poll., stigmate parvo, fere conico. *In Nova Hollandia. Sieber.*

n. 5. BANKSIA *spinulosa.* Addatur synonymon: *Link Enum. alt. p.* 116. *Tratt. Thes. t.* 24.

n. 6. BANKSIA *collina.* Addatur

Obs. Huc trahit *Sprengel S. V.* p. 484 BANKSIAM *elatiorem*, quam confer quaesumus!

Pag. 438. n. 8. BANKSIA *littoralis.* Addatur:

Obs. BANKSIA *microstachya Cav.* (quae *marginatae* β) et B. *attenuata* huc a *Sprengel* trahuntur in *S. V.* p. 485.

n. 9. BANKSIA *marginata.* Addatur synonymon: *Link Enum. alt. p.* 116. *Loddiges Bot. Cab.* 61. *et τῳ β: Sims bot. Mag.* 1947. BANKSIA *microstachya Link l. c.* BANKSIA *ferrea Vent.* fid. *Sprengel S. V. p.* 485.

Folia basi valde attenuata, truncata, $2\frac{1}{2}$ poll., 4 lin. lata. In β, quae clo *Link* species propria, folia linearia, 3 poll., 4 lin. lata, subtus tomentosa, non venosa, spinosa, apice angustato, tricuspidato.

Pag. 439. n. 10. BANKSIA *depressa* et n. 11. BANKSIA *patula* a *Sprengel* in unam eandemque speciem junguntur.

n. 12. BANKSIA *australis.* Addatur synonymon: *Bot. Reg.* 787.

B. *marginatae* et *patulae* proxima. Frutex diffusus (?), cortice fusco, glabro; ramis 3-4, rarius alternis, erectiusculis, teretibus, cinereo-tomentosis. Folia alterna, breviter petiolata, patentia, linearia, basi attenuata, integerrima vel rarissime dente uno alterove, margine parum recurva, supra pallide viridia, glabra, subtus albido-tomentosa, obsolete reticulato-venosa; nervo medio subtus prominente glabro; 7 lin.-$1\frac{1}{4}$ poll., $1\frac{1}{2}$-2 lin. lata. Petioli vix lin., glabriusculi, juniores quidquam tomentosi. Amenta e centro ramorum, cylindracea, 2-poll.; floribus flavescentibus (?); basi involucro e squamis subulatis, pubescentibus, 2 lin.; bracteis ovatis, acutiusculis, tomentosis. Perianthia laminis capillaribus, apice lanceolato-incrassatis, acutis, vix carinatis, extus omnino sericeis, intus glabris, 6-8 lin.. Antherae oblongae, acutae, biloculares, flavae. Stylus teres, glaber, flavus, perianthio longior, poll., apice subulatus; stigmate fere subulato, badio. Ad specimen *Sieberian. Herb. nov. Holl.*

Pag. 440. post n. 14. BANKSIAM *integrifoliam* inseratur:

n. 14 a. BANKSIA *macrophylla Link;* foliis latis, lanceolatis, basi attenuatis, apice truncatis, spinose dentatis, subtus tomentosis, niveis, venosis, supra glabris. *Link Enum. alt.* p. 116.

In hortis Angliae *integrifoliae* varietas dicitur. Nondum floruit. Folia 6 poll., 15 lin. lata. *Link.* ♄.

n. 15. BANKSIA *compar.* Confer sequentem *verticillatam.*

n. 16. BANKSIA *verticillata.* Addatur synonymon: *Link Enum. alt.* p. 116. *Hooker Exot. Fl.* 96.

Rami glabri. Folia 2 ½ poll., 8 lin. lata, supra glabra, subtus niveo-tomentosa, venis viridibus. *Sprengel* in *S. V.* p. 485 hanc speciem eandem dicit cum *compari*, cum tamen *compar integrifoliae* proxima sit, non vero *verticillatae.*

n. 18. BANKSIA *paludosa.* Addatur synonymon: *Loddiges Bot. Cab.* 392. *Bot. Reg.* 697.

Frutex ramosus, cortice fusco, glabro; ramis 3-4 ex uno loco, adscendentibus, glabris, fuscis, crassitie pennae anserinae. Folia alterna, geminata verticillataque quaterna, brevissime petiolata, adultiora basi valde attenuata et fere spathulata, juniora cuneato-oblonga, subtruncata, subinde etiam acutiuscula, a medio ad apicem dentato-serrata, juniora etiam integerrima, mucronulata, supra pallide viridia, glaberrima, avenia, sulco longitudinali, subtus albida, nervo medio valde prominente, venis parallelis, reticulatis, 1 ½-3 poll., 5-8 lin. lata. Amentum e centro ramorum cylindricum, gracile, 3-poll.. Bracteae majores lineari-lanceolatae, acutiusculae, fusco-tomentosae, minores rotundato-ovatae, obtusiusculae. Perianthia ½ poll., fusca?, laminis capillaribus, apice spathulatis, extus pubescentibus, intus glabris. Antherae oblongae, acutiusculae, biloculares, flavae. Stylus teres, filiformis, glaber, longitudine laminarum; stigmate fere clavato. Ad specimen in *Sieber Herb. nov. Holl.* N°. 9.

n. 19. BANKSIA *oblongifolia.* Addatur synonymon: *Loddiges Bot. Cab.* 241. BANKSIA *longifolia. Donn.* CONCHIUM *pubescens Willd. Enum.* p. 141. HAKEA *pubescens* H. *Cels*; (nec *Schrad.* et *Wendl.*) (omn. fide *Steudel*).

Pag. 441. n. 20. BANKSIA *latifolia.* Addatur synonymon: *Bot. Mag.* 2406.

Olim commutata cum *serrata.* Arbor 30 ped.. *Curt.* Frutex humilis. *Brown.*

n. 21. BANKSIAE *marcescenti* addatur synonymon: *Bonpl. Malm.* p. 116. t. 48. BANKSIA *praemorsa Tratt. Thes.* t. 21. *Link Enum. alt.* p. 116.

Folia 2 ⅔ poll., ½ poll. lata, subtus tomento albo, venis viridibus, supra cinereo-tomentosa, ut rami.

Pag. 442. n. 22. BANKSIA *attenuata.* Conferatur BANKS. *littoralis.*

n. 23. BANKSIA *elatior.* Confer *collinam.*

n. 24. BANKSIA *serrata.* Addatur synonymon: *Link Enum. alt.* p. 166. *Trattinn. Thesaur.* t. 22.

n. 25. BANKSIA *aemula.* Addatur synonymon:

Link Enum. alt. p. 117. *Bot. Reg.* 688. BANKSIA *dentata Wendl.?*

Arbor erecta, ramosa; ramis alternis, erecto-patentibus, teretibus, cinereo-tomentosis, junioribus albido-tomentosis. Folia alterna, sparsa, in apicibus ramulorum approximata, breviter petiolata, lato-linearia, basi tamen attenuata, truncata, mucronulata, serraturis a basi ad apicem sensim majoribus, coriacea, rigida, supra glabra, pallide viridia, subtus pallidiora, excavato-punctata reticulataque, nervo medio utrinque, praecipue vero subtus, prominente, basi albido-tomentoso, in junioribus basi ferrugineo-tomentoso; venis parallelis in costam perpendicularibus; 1 $^1/_2$-3 poll., basi 2-4, medio 4-6 lin. lata. Petioli 2-3 lin., cinereo-vel albido-tomentosi. Spicae in apicibus ramulorum, cylindraceo-ovatae, 2-3-poll., flavescentes (?); bracteis rotundato-ovatis, obtusis, ferrugineo-tomentosis. Perianthia apice flavescentia, basi rubella; laminis capillaribus, apice lanceolatis, incrassatis, extus villosis, basi latioribus glabriusculis, intus glabris, fere poll.. Antherae ovato-lanceolatae, acutae, biloculares, flavidae. Stylus filiformis, basin versus crassior, teres, glaber, basi glandulis resinosis fuscis, perianthio longior, basi recurvus; stigmate conico-capitato, glabro, lucido, flavido, apice obsolete tetragono. Ad specimen in *Sieber Herb. nov. Holl.* N°. 2.

Pag. 443. n. 28. BANKSIA *speciosa.* Addatur synonymon: BANKSIA *grandidentata Dum. Cours.* (fid. *Spreng.*).

n. 30. BANKSIA *repens.* Addatur synonymon: BANKSIA *polypodiifolia Knight* et *Salisb.*

Pag. 444. n. 33. BANKSIA *grandidentata* deleatur: est *speciosa.*

Quid *Banksia longifolia Desf.?*
virens Don.?

n. 561. DRYANDRA.

Pag. 445. n. 1. DRYANDRAE *floribundae* addatur synonymon: D. foliis cuneiformibus, inciso-dentatis, spinulosis, sessilibus; ramis pilosis. *Bot. Mag. t.* 1581. *Wendland jun.* in *Bot. Zeit.* 1819. p. 133.

Frutex 4-5 ped., ramosissimus, ramis ramulisque pubescentibus, sparsis, axillaribus. Folia sessilia, erecto-patentia, 1-2 poll., oblonga, subcuneiformia, truncata, apice dentibus 3, grosse dentato-serrata, serraturis spinulosis, pungentibus, supra glaberrima, subtus reticulato-venosa, interstitiis venularum, praesertim in junioribus, albido-pulverulentis, nervo intermedio glabro. Capitula florum sessilia, ramulos terminantia. Involucri bracteae exteriores lato-ovatae, acutiusculae, laeves, margine tenuiter ciliatae, interiores lineari-lanceolatae, floribus breviores. Perianthii laciniae villosae, laminis fuscis, glabris. Stylus rectus, glaberrimus. Stigma clavatum, obtusum. *Wendl. jun.* ad specim. vivum in *H. Kew.* ut omnes sequentes l. c. Rami apice uniflori. Flosculi flavi. *Sims.*

n. 2. DRYANDRAE *cuneatae* addatur synonymon: *Wendland jun. in Bot. Zeit.* 1819. *p.* 133.

Differt a *floribunda:* ramulis tomentosis, nec parce pubescentibus; foliis petiolatis, magis cuneiformibus, serraturis minus profundis, longius spinosis, nervo intermedio pubescente; involucri bracteis exterioribus ovato-lanceolatis, omnibus villosis; perianthii laminis barbatis, nec glabris; stigmate aequali, acuto. *Wendl. l. c.*

n. 3. DRYANDRAE *armatae* addatur synonymon:
Wendl. jun. Bot. Zeit. 1819. *p.* 134.

Frutex 4-5 ped., ramis divergentibus, ramulis pilosis. Folia erecto-patentia, oblonga, basi attenuata, pinnatifida, 3 poll., lobis lanceolato-triangularibus, decurrentibus, acutissimis, mucronatis, pungentibus, divaricatis, planis, supra laevibus, glabris, subtus nervosis; extimo ovato, lanceolato. Costa glabra, foliolorum juniorum pubescens. Capitula in ramulis terminalia, sessilia. Involucri bracteae lanceolatae, acutae, pubescentes. Perianthii laciniae villosae, laminis glabris. Stylus basi pubescens, superne glaberrimus. Stigma subclavatum, sulcatum. *Wendl.* l. c.

n. 5. DRYANDRAE *formosae* addatur synonymon:
Wendl. jun. Bot. Zeit. 1819. *p.* 134. n. 4.

Frutex ramis subtomentosis, ramulis compacto-tomentosis, pilosis, sparsis, axillaribus, erecto-patentibus. Folia numerosa, profunde pinnatifida, 3-5 poll., lobis oblique triangularibus, acutis, margine revolutis, supra glabris, subtus albido-tomentosis, venulosis; extimo minimo. Costa pubescens, juniorum interdum ferrugineo-tomentosa. Capitula ramos terminantia sessilia. Involucri bracteae exteriores lato-ovatae, omnes tomentosae. Perianthium villosum, laminis barbatis. Stylus basi incrassatus, glaberrimus. Stigma aequale, sulcatum. *Wendl.* l. c. ad spec. siccum; periit in *H. Kew.*

Pag. 446. n. 7. DRYANDRAE *plumosae* addatur synonymon:
Wendl. jun. Bot. Zeit. 1819 *p.* 135.

Frutex ramis tomentoso-villosis, densissime foliosis. Folia 3-5 poll., lobis rectis, in junioribus angustioribus ad costam decurrentibus, subtus tomentosis, nervulosis, margine subrevolutis, supra glabra, exceptis junioribus, quae omnino villosa. Costa pubescens, juniorum tomentosa. Capitula ramulos brevissimos terminantia, sessilia. Involucri bracteae filiformes, villoso-plumosae. Perianth. villosum. Stylus glaberrimus. Stigma laeve, aequale. *Wendl.* e specim. sicco; periit in *H. Kew.*

n. 8. DRYANDRAE *obtusae* addatur synonymon:
Wendl. jun. Bot. Zeit. 1819. *p.* 136.

Planta nimis juvenis (vix 1/2 ped.), quam ut describi potuisset. *Wendl. l. c.*

n. 9. DRYANDRAE *niveae* addatur synonymon:
Wendl. jun. Bot. Zeit. l. c.

Planta juvenis, pedalis. *Wendl. l. c.*

n. 10. DRYANDRAE *longifoliae* addatur synonymon:

Wendl. jun. Bot. Zeit. 1819. *p.* 137. *Sims Bot. Mag.* 1582.

Frutex 4-5 ped., ramis divaricatis, tomentosis. Folia fere pedalia, lobis oblique triangularibus, acutis, remotiusculis, margine revolutis, supra glabris, subtus tomentosis. Costa subtus pubescens. Capitula sessilia, terminalia. Involucri bracteae lanceolatae, acuminatae, substriatae, exteriores margine barbatae, interiores lineares, pilosae. Perianthii laciniae basi glabrae, superne pilosae. Stylus glaberrimus. Stigma aequale, laeve. *Wendl.* l. c.

Pag. 447. n. 11. Dryandrae *tenuifoliae* addatur synonymon: *Wendl. jun. Bot. Zeit.* 1819. p. 137. n. 9.

Frutex parvulus, (1/2 ped.), ramulosus, dense foliosus, caule ramulisque glabris. Folia sparsa, subpedalia, lobis plerumque lanceolato-triangularibus, rarius oblique ovato-triangularibus: omnibus acutis, margine revolutis, subtus niveo-tomentosis, supra costâque glaberrimis. Capitula sessilia, ramulos terminantia. Involucri bracteae interiores lineares, obtusae, longitudine florum, extimae triangulari-ovatae, acutae. In speciminibus meis bracteae fuscescentes; tantum pubescentes, quod forte ex cultura. Perianthium stylum aequans, laciniis explanatis, glabriusculis. Stylus basi pubescens, supra glaber. Stigma aequale, sulcatum. *Wendl. l. c.*

n. 12. Dryandra *pteridifolia* jungitur *a Sprengel S. V. p.* 487 .cum *blechnifolia.*

561. POTHOS.

Pag. 451. n. 1. Pothos *scandens.* Addatur synonymon: P. parasitica, radicans; petiolis latitudine foliorum lanceolatorum, utrinque attenuatorum; floribus axillaribus; spadice globoso, reflexo. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 451. *Rumph amb.* t. 184. f. 2. tantum.

Caulis crassitie *Rotang* tenuioris, saepe ramosus, teres, glaber, minus succulentus, quam in reliquis, exceptâ *gracili.* Folia alterna, integerrima, glabra, 2-4 poll., poll. lata. Petioli latissime alati, longitudine fere foliorum, integerrimi, glabri, venosi. Pedunculi axillares solitarii, squamis copiosis parvis, ovatis, bracteiformibus ad spatham usque, ubi recurvantur. Spatha navicularis, erecta. Cal. s. Cor. squamae aliquot rotundae, germinibus intermixtae, ejusdem fere longitudinis, numero indeterminato. Stamina squamae 4 circiter, obovatae, ad germen singulum, foveolis 2 polliniferis intus sub apice retuso. Germina plura, oblonga, seminibus 1-3, in liquido glutinoso. Stylus 0. Stigma prominentia umbilicata ad apicem germinis. Bacca magnitudine phaseoli, rubra, pulposa, mono-disperma. *Roxb. l. c.* *In Chittagong, Malabar, Amboina.*

Obs. Sprengel S. V. III. p. 767. Flagellariam *repentem Lour.* huc cumtrahit, de qua *Wallich* aeque ac *Roxburgh* silet.

n. 1 a. Pothos *officinalis Roxb.;* perennis, parasitica,

caule radicante; foliis oblongis, cordatis, integerrimis; floribus terminalibus; flosculis nudis, octandris; baccis monospermis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 452. n. 2.

Caulis perennis, altissimas arbores scandens, *Hederae* ad instar, crassitie digiti minimi, glaber, exceptis cicatricibus e foliis emarcidis, radiculisque lateralibus. Folia alterna, subbifaria, acumine filiformi, utrinque glabra, 6-10 poll., 3-6 lata. Petioli vaginantes, canaliculati, glabri, folio breviores. Pedunculi terminales, solitarii, teretes, glabri, petiolo dimidio breviores; florentes erecti, fructu onusti cernui. Spatha altero latere parum hians, sub anthesi utrinque glabra, extus virens, intus pallide flava, apice filiformi quidquam torta, 6 poll.. Spadix subcylindricus, obtusus, longitudine spathae, pallide viridi-flavus, stigmatibus obscure tinctis punctatus. Cal. et Cor. 0. Filamenta 8, 2 ad latus singulum germinis?, brevia. Antherae subsagittatae, 4-lobae. Germina numerosa, parallelopipeda, truncata, verticaliter affixa, receptaculum cylindricum undique tegentia, 1-sperma, substantiâ farctâ setis rigidis, acutis, verticalibus, facile decedentibus, pungentibus, prurientibus. Stylus 0. Stigma canalis repletus gelatinâ e loculo germinis in centrum apicis truncati depluente, fissum, labiis 2 subcallosis, obscurius tinctis, cinctum. Capsula circumscissa, (non omnes fertiles), carnosa, mollis, 1-locularis, 1-valvis, matura e receptaculo decidua, semine in eodem remanente. Semen ovato-cordatum, subbilobum, basi arillo tenui rubro. Integumenta praeter arillum 2: exterius pallide flavum, nitidum, tenue, durum, elasticum; interius membranaceum. Perisperma 0. Embryo uncinatus, albus, succulentus. Radicula ut in *Potamogetone natante. Roxb. l. c.* *In Bengalia, regione Midnapore, ubi Guj-pippul.*

***Obs. Guj-peepul Jones Asiat. Researches* IV. p. 303 est TETRANTHERA *apetala Roxb.*.**

n. 1. b. POTHOS *Pipla Roxb.*; perennis, subparasitica, in arboribus radicans: foliis longe petiolatis, oblongis, acuminatis; floribus subterminalibus; flosculis apetalis, tetrandris. *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* I. *p.* 454. n. 3. sub P. *Peepla.*

Hederae adinstar in arboribus radicans, vix crassitie digiti minimi, teres, glabra, inter folia quidquam contracta. Folia alterna, integerrima, utrinque glabra, acutissima, 4-12 poll., longitudine petiolorum sulcatorum glabrorum. Pedunculi teretes, glabri, 3-4 poll.; basi vaginis tecti. Spatha subcylindrica, altero latere hians, glabra, acuta, longitudine spadicis cylindrici, obtusi, pallide flavi, undique flosculis tecti. Filamenta germine dimidio breviora. Antherae lineares. Germina quadrangulari-cuneiformia, truncata, substantiâ farctâ setis parvis, pellucidis, acutis, prurientibus. Stylus 0. Stigma subrotundum. *Roxb. l. c.* *In Silhet.*

n. 1 c. POTHOS *tenera Wall.*; scandens: foliis lanceolatis, integerrimis; petiolis brevibus, teretibus, supra vaginam; spadice pedunculato, cylindrico, vix aequante spa-

tham linguiformem. Pothos *gracilis Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 454. n. 4.

Nomen mutatum, cum sit P. *gracilis Rudge. Wall. l. c.* Multum similis *Adpendici arborum Rumph Amb.* V. t. 181. f. 2. *Roxb.* l. c. *In Amboina.*

n. 1 d. Pothos *gigantea Roxb.*; perennis; caule radicante; foliis oblongis, cordatis, integerrimis; floribus axillaribus; flosculis nudis, heptandris. *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* I. *p.* 455. *n.* 6.

Sexennis 3-4-ped., 4-poll. in peripheria, teres, cicatricibus e foliis deciduis tecta. Folia alterna subbifaria, petiolata, approximata, glabra, 1-2 ped., 2/3 longitudinis lata. Petioli longitudine foliorum, canaliculati, glabri, basi dilatatâ amplexicaules. Pedunculi breves, solitarii. Spatha subcylindrica, acumine brevi, altero latere sub foecundatione parum fissa, utrinque glabra, sordide purpurascens, 6 poll.. Spadix cylindricus, longitudine spathae, obtusus, tectus undique flosculis, pallide sed laete flavus, stigmatibus eleganter punctatus. Filamenta brevia, lata, tenuia. Antherae bilobae. Germina parallelopipeda, truncata, complanata, verticalia, seminibus plerumque 2. Styl. 0. Stigma in medio germinis sulcus verticalis, linearis, obscure tinctus. Substantia germinis ut in *Pipla.* Cal. Cor. 0. *Roxb. l. c.* *In Prince of Wales Island.*

n. 1 e. Pothos *pertusa Roxb.*; scandens, subparasitica, in arboribus radicans: foliis cordatis, alterâ parte perforatis, alterâ pinnatifidis; flosculis apetalis, tetrandris; antheris bilobis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 456. n. 7. et, hoc teste: *Elettadi Maravara Rheed. Malab.* XII. p. 41. t. 20. 21.

Magna, Dracontio *pertuso* simillima, maximas obducens arbores. Folia alterna, foraminulis linearibus, oblongis, quae etiam in margine pinnatifido, 12-18 poll.. Petioli longitudine fere foliorum, profunde sulcati, sine processibus in fig. *Milleri* depictis. Scapus brevis. Spatha gibba, acuta, spadice parum longior, cylindrica, obtusa, undique flosculis tecta. Cor. 0. Filamenta germinibus intermixta, ut difficile sit assignare numerum, compressa, apice bifida. Antherae ovatae, 2 in filamento singulo. Pistilla filamentis immixta, tetragona, lobata. Stylus 0. Stigma nodulus in centro germinis lobati. *Roxb. l. c.* *In montosis littoris Coromandel.*

n. 1 f. Pothos *caudata Roxb.*; perennis, radicans; surculis extremis aphyllis, flagelliformibus, pendulis; foliis ovato-cordatis, integris pinnatifidisque: segmentis subensiformibus uninervibus. *Roxb. Flor. ind. ed. Carey et Wallich* I. *p.* 476.

Folia saepius indivisa; caeterum characteribus datis abunde distincta. *Roxb.* *In Prince of Wales Island,* unde *Hor. bot. Calcuttens.* illata ao 1797: nondum floruit.

n. 2. POTHOS *acaulis.* Addatur synonymon: *Loddiges Bot. Cab.* 483. *Hooker exot. Fl.* 122. (qui folia trinervia). POTHOS *pinnata* L. n. 19. S. V. ed. n.? (LASIA *aculeata Lour.* a clo *Steudel* huc ducta species propria est.) Huc vero, monente auctore ipso in *S. V.* III. p. 767 spectat POTHOS *Scolopendrium Spreng.*; foliis cordato-lanceolatis, acutis, nervoso-venosis; scapo tereti; spadice spatham lanceolatam triplo excedente. *Spreng. nov. provent. p.* 34.

Acaulis; folia pedalia, cubitalia, coriacea, glabra, integerrima, acuta. Scapus teres, folia superans. Spatha fulva, lanceolata, spadice fusco triplo brevior. *Spreng.* *Habitat?* An P. *scolopendroides Desfont.?*

n. 2 a. POTHOS *coriacea Hort. Kew.*; acaulis; foliis petiolatis, lanceolatis, basi obliquis, undulatis, coriaceis; petiolis basi turgidis; pedunculis erectis; spathâ suberectâ, ovato-lanceolatâ, spadice subbreviore. *Graham* in *Edinb. Philos. Journ.* 1826. *April. p.* 353.

Radix crassa, carnosa, teres, ramosa. Folia saturate viridia, $2^1/_2$ ped., suberecta, venosa, nervo medio forti prominente supra subtusque tereti, nervo laterali ad marginem obsoleto. Petioli e centro coronae radicis, 6-8 poll., semicylindrici, crassitie digiti indicatoris, articulo incrassato ad basin folii, ubi epidermis transversim rugosa, fissa, fusca. Stipulae basi latae, bases plurium petiolorum amplectentes, acutae, virides, persistentes, serius lacerae, marcescentes, albae. Spatha acuminata, pallide-viridis. Spadix teres, attenuatus, 5 poll. cum pedunculo, folio et petiolo dimidio brevior, viridi-albus. Antherae flavae. Filamenta alba. Pistilla alba, roseo-maculata. *Grah.* *In Brasilia. Ioach. Harris.*

Pag. 452. n. 4. POTHOS *quinquenervia.* Addatur synonymon: P. foliis oblongis, subcordatis, 5-nervibus. *Reliqu. Willd. Ms.*

n. 8. POTHOS *microstachya.* Addatur synonymon: P. foliis ovato-oblongis, trinervibus, venosis, punctatis; spathâ spadicem subaequante; caule radicante. *Reliqu. Willd. Ms.* (ubi additum: affinis *violaceae*, sed huic folia nervosa, et spathae spicis dimidio breviores).

Pag. 453. n. 9. POTHOS *violacea.* Addatur synonymon: *Link Enum. alt.* 109. *Hooker Flor. exot. t.* 55. *Loddiges Bot. Cab.* 632.

Folia $5^1/_2$ poll., 7 poll. lata. *Link.*

n. 10. POTHOS *cannaefolia.* Addatur synonymon: *Loddiges Bot. Cab.* 470.

Obs. Sprengel S. V. III. p. 767 huc, cum? licet, citat ARUM *cannaefolium L. Suppl.* p. 410 et, etiam cum?, POTHOS *cannaeformem Kunth.*

n. 11. Pothos *crassinervia.* Addatur synonymon: *Jacq. Fragm.* t. I.

Pag. 454. n. 12 a. Pothos *sagittata Sims*; foliis cordatis, acutis, lobis divaricatis; spathâ reflexâ, spadicem erectum aequante. *Bot. Mag. t.* 1584.

Differt a *cordata* lobis foliorum posticis divaricatis, nec processu intus prominente contiguis; spadice subcylindrico. *Sims.* Clo *Sprengel S. V. p.* III. p. 766 eadem est cum P. *subsagittata H. et B.* *In America merid.? In Horto D. Vere, Kensington.*

Pag. 455. n. 13. Pothos *macrophylla.* Addatur synonymon: *Jacq. Fragm. tab.* 7. *Link Enum. alt. p.* 109.

Folia cordata, ut in *cordata*, at multo majora, sinu dilatato. *Link.*

n. 15. Pothos *foetida.* Deleatur hîc; est enim Symplocarpus.

Pag. 456. n. 17 a. Pothos *sagittifolia Rudg.*; fol. repando-sagittatis; petiolis longissimis, scabris; spicis brevibus; spathâ longissimâ, acuminatâ. *Rudg. guian.* p. 24. t. 34.

5-ped. Folia radicalia. Petioli radulae instar scabri. Laminae repando-sagittatae, lobis approximatis, apice et basi acuminatae, nervis conniventibus. Pedunculi petiolis consimiles, sed parum scabri. Spatha 1-phylla, longissime acuminata, laevis. Spica circiter 2 poll. longa, lata; floribus confertis. *In Guyana.*

n. 18. Pothos *panduraeformis.* Addatur synonymon: P. foliis panduraeformibus, acuminatis. *Reliqu. Willd. Ms.*

n. 19. Pothos *pinnata.* Addatur synonymon: P. subparasitica; radicans in arboribus, apicibus sarmentorum fibrosis; foliis pinnatifidis; floribus terminalibus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 456.

Fibris fuscis ad apicem et ad basin petiolorum facilis distinctu a *decursiva.* *In sylvis Malayensibus.*

Obs. Laasia *aculeata Lour.* hîc excludenda.

n. 19 a. Pothos *decursiva Roxb.*; perennis, in arboribus radicans, glabra: foliis subdecursive pinnatis, segmentis falcatis, cuspidatis; floribus lateralibus axillaribusve, longe pedunculatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall. p.* 456. *n.* 8.

Caules crassitie crassioris *Rotang*, arbores hederae ad instar scandentes, teretes, glabri, inter folia quidquam contracti. Folia approximata, alterna, pinnatifida pinnatave, 2-7 ped., cum petiolis, laciniis s. foliolis lineari-falcatis, cuspidatis, integerrimis, glabris, 3-4 nervibus, vel triplinervibus, 6-18 poll., 2 poll. latis. Petioli 6 poll.-3 ped., teretes, glabri, amplexantes, basi profunde sulcati. Pedunculi solitarii, 6 fere poll.,

crassissimi, teretes, glabri, germine substantiâ eâdem setosâ. Spatha subcylindrica, longitudine pedunculi. Spadix cylindricus, longitudine spathae, undique flosculis tectus. Cal. Cor. 0. Filamenta 4 ad germen singulum circiter, et ejusdem fere longitudinis. Antherae cordatae. Germina quadrangulari-cuneata, apice truncata. Stylus vix ullus. Stigma fissura verticalis, oblonga. *Roxb. l. c.* *In Silhet.*

n. 19 b. Pothos *pinnatifida Roxb.*; perennis, radicans in arboribus; foliis pinnatifidis, laciniis falcatis uninervibus. *Roxb. Fl. ind. ed. Carey* et *Wallich.* I. p. 476.

E *Sumatra* Hort. bot. *Calcuttensi* illata, ubi spatio 6-7 annorum 20-ped.: nondum floruit. Radix primaria terrae, radiculae truncis arborum inhaerent. *Roxb.* l. c.

n. 19 c. Pothos *heterophylla Roxb.*; caulescens, repens, armata; foliis cordato-sagittatis pinnatifidisque; spathâ erectâ, spirali, spadicem cylindricum brevem multoties superante; flosculis tetrapetalis, tetrandris. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 457. An Dracontium *spinosum Fl. zeyl.* 328? quaerit *Roxb.*; sine dubio dubiis expeditus *Sprengel S. V.* III. p. 767.

Rad. fibrosa. Folia ante florescentiam integra, dein pinnatifida, laciniis longe lanceolatis, acuminatis, supra glabris, nervis venisque majoribus subtus armatis, 6-16 poll.. Petioli undique armati, basi vaginantes, supra teretes, plerumque foliis longiores. Scapi axillares, solitarii, uniflori, longitudine petiolorum, armati. Spatha subcylindrica, acuta, torta spiraliter supra spadicem, obscure rufo-purpurascens, 8-12 poll., crassitie digiti minimi, basi, tantum sub fecundatione, hians. Spadix cylindricus, obtusus, vix pollicem excedens, undique tectus flosculis. Cal. 0. Petala obovata, concava, longitudine filamentorum latorum. Antherae bilobae. Germen oblongum, uniloculare, semine unico, vertici loculamenti affixo. Styl. 0. Stigma glandulosum, planum. *Roxb. l. c.* *In humidis fertilibus Bengaliae.*

n. 19 d. Pothos *Laasia Roxb.*; armata: foliis radicalibus pinnatifidis; spathâ longissimâ supra spadicem tortâ; baccis monospermis, muricatis. *Roxb. Fl. ind.* I. *p.* 458. Laasia *aculeata Lour. Cochin.* I. p. 103. (fide *Roxb.*).

Folia radicalia petiolata, segmentis lanceolatis, glabris, lucidis, subtus aculeolatis, 2 ped., 1 $^1/_2$ ped. lata. Petioli erecti, 2-4 ped., teretes, undique aculeatissimi, uti scapus ejusdem longitudinis. Spatha erecta, basi hians, supra coriacea, obscure rubra. Spadix $^1/_6$ longitudinis spathae, cylindricus, flosculis tectus. Cor. Stam. Pistill. generis. Baccae s. potius capsulae cuneiformes, subtetragonae, muricatae, semine unico, bilobo. *Roxb.* l. c. Confer descriptionem datam ex *Loureiro* in *Syst. Veg. ed. nostr.* III. p. 456.

Pag. 457. n. 21. Pothos *digitata.* Addatur synonymon: *Link Enum. alt. p.* 109. Dracontium *pentaphyllum Aubl.* (fid. *Spreng. S. V.* III. p. 768.)

Obs. „Pothos *Leesia Hort. angl.* „(anne potius P. Laasia?) addit *digitatas* cls *Link*" nondum floruit." Huic, ergo vicina videtur.

n. 23. Pothos *pentaphylla.* Addatur synonymon: *Loddiges Bot. Cab.* 567.

n. 26. Pothos *rubrinervia Link;* foliis cordatis, sinu lato lanceolatis, acutis, petiolo apice incrassato. *Link Enum. p.* 109.

Nondum floruit. Caulis erectus. Petiolus rubens. Folia 4½ poll., basi 3 poll. lata, subtus nervis rubris. Nondum floruit. An Pothos? *Link.* *In America meridionali.* ♃.

n. 27. Pothos *Harrisii Grah.;* caulescens; caule flexuoso, articulato; foliis petiolatis, cordato-lanceolatis, acutis, venosis; petiolis alatis, basi tumidis; stipulis 2 acutis persistentibus; pedunculis axillaribus, erectis; spathâ angustâ, acutâ, reflexâ. *Graham in Edinb. Philos. Journ.* 1826. *April. p.* 353.

Radix repens, radiculis e caule descendentibus cylindricis, carnosis, rubris, quidquam cicatrisatis. Caulis viridis. Folia sparsa, 18 poll., laete viridia, nitida, medio quidquam plicata, plana dum decidunt; nervo medio forti utrinque prominente, superne acuto, subtus terete; venis ad marginem nervo undulato coadunatis. Petioli 3-poll. et longiores, ad folium articulati, virides, superne sulcati, undulato-alati; stipulis longis, rubro-flavis, reliquiis vaginam fuscam laceram, ad partem superiorem caulis formantibus. Pedunculi longitudine folii cum petiolo, tenues. Spadix quidquam attenuatus, 5-poll., viridifuscus. Spatha longitudine spadicis, pallide-viridis, apice rubella. Antherae flavae. Filamenta alba. Pistillum pallide viride, rubro-punctatum. *Grah.* *In Brasilia. Joach. Harris.*

n. 28. Pothos? *flexuosa Humb.* et *Bonpl.;* ramis scandentibus, leviter flexuosis; foliis oblongis, breviter acuminatis, basi obtusis, reticulato-venosis, coriaceis? *Humb.* et *Bonpl. nov. gen.* et *spec. red. Kunth.* T. VII. p. 151.

Planta scandens et repens; ramis (caulibus!) teretibus, obsolete striatis, glabris, supra originem cujuslibet petioli tuberculo (gemma?) spiciformi brevi instructis. Folia alterna, breviter petiolata, superne latiora, apice subcomplicata, integerrima; recentia carnosa?, exsiccata coriacea; venis primariis tenuissimis valde approximatis, nervo medio subtus prominente; utrinque glabra, subconcoloria, 7-8 poll., 31-32 lin. lata, patentissima vel reflexa. Petioli semiteretes, interne canaliculati, glabri, basi dilatati, ramum semiamplectentes ibique articulati. Flores et fructus ignoti. *Kunth.* *Crescit inter Atures et Maypures (Missiones del Orinoco); et ad ripam fluminis Nigri et Tuamini, prope Javitam.* ♄.

n. 29. P. *venosa Willd.;* foliis oblongis, acutis, venosis; petiolo alato. *Reliqu. Willd. Ms.*

In arboribus nov. Andalusiae. ♃. *Humb. et Bonpl.*

n. 30. P. *aurita Willd.;* foliis trilobis, lobis lateralibus, basi auritis. *Reliqu. Willd. Ms.*

In America merid. ♃. *Humb.* et *Bonpl.*

n. 31. P. *triphylla Willd.;* foliis ternatis, oblongis; foliolis binis, exterioribus, semisagittatis. *Reliqu. Willd. Ms.*

In Americ. merid. ♃. *Humb.* et *Bonpl.*

Quid Pothos *Putorii Bart?* An sequens Symplocarpos?

n. 563 a. SYMPLOCARPOS.

n. 1. Symplocarpos *foetida Salisb.. Nutt. gen. p.* 105. Pothos *foetida Sims Syst. Veg. ed. nostr. p.* 455 (cum tota synonymia, cui addatur:) Poth. *foetida Big. Fl. bost. p.* 39. Pothos *foetidus Spreng. S. V. p.* 766.

Acaulis, subaquatica. Rad. truncata, verticillatim fibrosa. Folia magna, glabra, ovato-cordata, venosa, integerrima, bracteis magnis, glaucis, spathulato-linguiformibus, eveniis. Scapus ante folia emergens. Spatha livide purpurascens, viridipallide maculato-punctata, ovato-rotundata, cucullata, oblique acuminata, plicata, basi involuto-auriculata. Spadix pedunculatus, simplex, nudus. Flores tessellatim imbricati, adnati. Calycis laciniae apice compressae, emarginatae. Stam. divisionibus calycis opposita: filamenta subulata, plana: antherae exsertae, breves, oblongo-ovatae, biloculares. Stylus crassus, acuminatus: stigma minutum, pubescens, staminibus brevius. Germen immersum, monospermum. Semina magna, nuda, rotunda, receptaculo communi inclusa. Corculum parvum, involutum, erectum, umbilico perispermo magno, solido, carnoso affixum." *Nutt.*

Obs. Sprengel S. V. III. p. 767 Dracontium *camtschatcense Linn.* (*Willd. Spec.* II. p. 289). Pothon *camtchaticam* esse jubet; attamen, nisi Dracontium, Symplocarpos potius videtur, quam Pothos, cujus species omnes fere calidioris zonae.

564. GYMNOSTACHYS.

n. 1. Gymnostachys *anceps.* Addatur synonymon: Pothos *anceps. Spreng. S. V.* III. p. 758.

n. 565. KRAMERIA.

Pag. 458. n. 1. Krameria *Ixina.* Addatur synonymon: *Vahl. Eclog. Fasc.* III. p. 2. *Hayne Abb. off. Gew.* VIII. t. 13. *Tussac. Fl. des Antilles.* I. p. 113. t. 15. Kr. fol. petiolatis, oblongo-lanceolatis, mucronatis: floribus racemosis, tetrandris; calyce 4-phyllo, subregulari. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. et spec. red. Kunth.* T. VIII. p. 244.

Frutex. Rami sparsi, teretes, villosi, subcinerei. Folia alterna, petiolata, unguicularia v. minora, crassiuscula, oblonga, superiora linearia, basi acuta, apice mucrone rigido, pungente terminata, integerrima, utrinque villosa, cinerea, mollia,

avenia, enervia. Stipulae geminae, erectiusculae, parvae, in axillis foliorum, forte rudimenta foliorum. Petioli longitudine foliorum. Racemus terminalis, erectus. Flores approximati: pedicelli breves. Bractea ad basin singuli pedicelli et duae ad basin calycis, lineares, mucronatae, cinereae. Calyx 4-phyllus: foliolis oblongis, dorso sericeis, margine glabris: interioribus 2 latioribus. Corolla nulla. Nectarium 3-phyllum, foliolis crassiusculis, rigidulis; unicum superius 5-partitum: laciniis spathulatis rectis, 2 inferioribus oblongis, concavis, truncatis, brevioribus. Filamenta inter foliolum superius nectarii et germen, 4, adscendentia, clavata: 2 intermedia breviora, ad medium connata, 2 lateralia longiora, brevioribus basi connata; omnia terminata antherâ acutâ, apice perforatâ, a filamento vix distinguendâ. Germen superum, oblongum, pilis albidis hirsutum. Stylus glaber, adscendens. Stigma acutum. Fructus globosus, magnitudine Pisi, pilis albis hirtus, setisque plurimis purpurascentibus oculo armato retrorsum spinulosis tectus, unilocularis, monospermus. *Vahl.* *In Curaçao, von Rohr.* ♄. Anne rectius *Monadelphis* adnumeranda, cum filamenta connata sint? *Löffling* inter Didynamas collocavit, uti *Sprengel S. V.* II. p. 844.

Obs. Cl. *Kunth* l. c. dicit: ramos erectos vel procumbentes, striatos, pube simplice pubescentes; folia lineari-lanceolata, acute-mucronata, basi in petiolum decurrentia, subcarnosa, plana, obsolete trinervia, utrinque sericeo-pubescentia, ½ poll., 1-1 ½ lin. lata; petiolos 2-3 lin., teretes, pubescentes; stipulas nullas; flores in apice ramorum axillares et terminales racemosos, solitarios, pedunculatos: pedunculo tereti, pubescente, 2 lin., medio bibracteato: bracteis oppositis, pubescentibus; calycem rubroviolaceum, externe albo-sericeum: foliolis aequalibus, ovato-ellipticis, acutis, concavis, patentibus, deciduis; petala 2-3 hypogyna, carnosa, spathulata, glabra, longitudine calycis; inferne connata, erecta; stamina 4, hypogyna, unilateralia, adscendentia, glabra; filamenta crassa; antheras uniloculares, apice poro hiantes et membranulâ cristatas; squamas 2 hypogynas, foliolis calycinis lateralibus et inter se oppositas, subrotundas, obtusas, glabras, calyce dimidio breviores, ovario adpressas; ovarium sessile, ovatum, sericeum; stylum longitudine staminum; stigma obtusum; fructum (immaturum) echinatum, non dehiscentem. A. K. *Ixina* nonnisi foliis angustioribus differt. *Prope Angosturam Orinocensium.*

n. 1 a. Krameria *argentea Mart.*; foliis ovato-oblongis, crassiusculis, cuspide deciduâ acutis, superioribus racemisque spicatis villosis. *Spreng. S. V.* II. p. 844.
In Brasilia.

n. 3. Krameria *triandra.* Addatur synonymon: *Hayne Abbild. off. Gew.* VIII. *p.* 14. Kr. fol. sessilibus, oblongis vel lineari-lanceolatis, acutis; floribus racemosis, triandris; calyce 4-phyllo, irregulari. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen.* et *spec. red. Kunth.* T. VIII. p. 245.

Frutex ramosissimus, ramis sparsis, erectis aut procumbentibus, teretibus, fuscis; ramulis sericeo-pubescentibus, incanis. Fol. sparsa, integerrima, subcarnosa, plana, utrinque villoso-sericea, argenteo-incana, 6-7 lin., 1-1⅓ lin. lata. Flores in apice ramulorum axillares et terminales, racemosi, solitarii, pedunculati; pedunculo ad medium bracteis 2 oppositis lanceolatis. Cal. 4-phyllus, albido-ruber, externe argenteo-sericeus; foliolis patentibus, inaequalibus, 2 lateralibus lanceolatis, 2 alternis ovatis. Petala 2, linearia, alba, apice

rubra, inferne connata, vix calycem aequantia. Stamina 3. Filamenta rubra, basi incrassata. Antherae cum filamento continuae. Squamae 2, ovatae, obtusae, virides, calyce 3-plo breviores. Ovarium pilosum. Fructus globosus, echinatus, monospermus, non dehiscens. Kr. *triandrae Ruiz et Pav.* simillima, vix distincta foliis angustioribus. *Kunth. Prope Guancabambam Quitensium.* ♄.

Pag. 459. n. 4. KRAMERIA *linearis.* Addatur synonymon: KR. *pentapetala R. P. Syst. Fl. peruv. p.* 35.

n. 5. KRAMERIA *secundiflora Fl. mex. ic. ined.;* foliis linearibus, acutis, villosis; pedicellis folio longioribus, bibracteatis; racemo unilaterali. *Decand. Prodr.* 341.

In Mexico. ♃.

n. 6. KRAMERIA *pauciflora Fl. mex. ic. ined.;* foliis oblongo-linearibus, villosis; pedicellis paucis folio longioribus medio bibracteatis; calycis lobo inferiore gibbo. *Decand. Prodr. p.* 341.

In Mexico. ♃.

Pag. 459. KRAMERIIS addantur:

n. 7. K. *erecta Willd.;* foliis linearibus, ciliatis; floribus axillaribus, solitariis. *Reliqu. Willd. Ms.*

— — ♄. — —

n. 8. K. *linifolia Willd.;* foliis lanceolatis, cuspidatis, mucronatis, utrinque acutis, petiolatis. *Reliqu. Willd. Ms.*

Angosturae. ♄. *Humb. et Bonpl.*

n. 9. K. *canescens Willd.;* foliis anguste lanceolatis, acutis, cano-pubescentibus, sessilibus; floribus triandris. *Reliqu. Willd. Ms.*

In Peruvia. ♄. *Humb. et Bonpl.*

Obs. n. 7-9 cls *Sprengel* non recepit. KRAMERIAM suam *glabram* ACIDANDRAM *Mart.* esse monet S. V. II. p. 844.

n. 566. RIVINA.

Pag. 459. n. 1. RIVINA *humilis.* Addatur synonymon: *Link Enum. alt.* p. 110. *Sims's Bot. Mag.* 1781. Et τῷ β: R. *canescens Donn.* PIERCEA *tomentosa Mill.*

Obs. Utrum R. *humilis,* ramis laevibus? foliisque subtus pubescentibus, ovatis, spicâ brevioribus; floribus tetrandris, *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* II. p. 183. eadem sit cum R. *humili Linn.*, sibi ipsi, licet R. *humilem Willd. Spec.* I. *p.* 694 sine? laudet, dubium videtur. Rami in sua pubescentes. Folia apice angustata, obtusa, supra glabra, 1 1/2 poll.. Petioli 9-10 lin., pubescentes. Spicae alares, erectae, floribus bracteatis. Pedunculus pollicaris pedicellique pubescentes, uti bracteae lineares pedicellis breviores. Cal. pubescens, albidus, Fructus globosus, glaber, niger, magnitudine seminis Cannabis. *Kunth* l. c. *Sub arboribus prope Ibagué et Cuesta de Tolima.* ♃.

n. 1 a. RIVINA *puberula Humb.* et *Bonpl.;* ramis sulcatis, glabris; ramulis foliisque utrinque pubescentibus,

ovatis, acuminatis, spicam subaequantibus; floribus tetrandris. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* II. p. 184.
R. *plumbaginifolia;* foliis oblongis, acuminatis, cauleque pubescentibus. *Reliqu. Willd. Ms.* a *Humb.* et *Bonpl.* ex *Amer. merid.* ♄.

Humili suae valde affinem esse, et differre tantum: ramis glabris, foliis minus pubescentibus. An eadem ac R. *purpurascens Schrad.* quaerit? Frutex 2-3-ped., ramis alternis, teretibus. Folia basi rotundata, membranacea, reticulato-venosa, margine irregulariter crenulata, utrinque tenuissime pubescentia, 2 poll. et ultra, 1 1/2 poll. lata. Petioli canaliculati, 1/2 - 1 poll., pubescentes. Spicae alares, pedunculatae, subnutantes, 2-3 poll. Pedunculi fere pollicis pedicellique pubescentes, ut bracteae lineares, pedicellis breviores. Cal. pubescens, purpurascenti-albidus. Stigma capitatum. Bacca exsucca, globosa, glabra, magnitudine Cannabis. *Kunth l. c.* *In apricis aestivis juxta Cumana.* ♃.

n. 2. RIVINAE *laevi* addatur synonymon: *Link Enum. alt. p.* 110. *Bot. Mag.* 2333. PIERCEA foliis ovato-lanceolatis, glabris. *Mill. Dict. ed.* 7. Solanoides americana, Circaeae foliis glabris. *Tournef. Act. paris.* 1706. RIVINA *glabra Hort. Hisp.*

Distinguitur a R. *humili* glabritie totius plantae, atque viredine foliorum laetiore. Baccas amoene coccineas simul cum floribus profert. *Sims.* Cls. *Link.* petiolum et nervos juniores pubescere, et cor. albas petit, *humilis*que colorem viridem insignem dicit. — *Sprengel S. V.* p. 452 huc trahit RIVINAM *acuminatam* H. et B., *lanceolatam* W., *latifoliam* L., quas, quaesumus, confer.

n. 2 a. RIVINA *acuminata Humb.* et *Bonpl.;* ramis laevibus foliisque glabris, subtus in venis pubescentibus, ellipticis, longe acuminatis, spicâ longioribus; floribus tetrandris. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. red. Kunth* II. *p.* 184.

Caulis suffruticosus, ramosus, 2-4-ped., glaberrimus. Folia elliptica, longe acuminata, basi rotundata, membranacea, reticulato-venosa, utrinque glabra, subciliata, 3-4 poll., 1 1/2 poll. lata. Petioli canaliculati, interne pubescentes, 1 1/2 poll. et ultra. Spicae alares, graciles, nutantes, pedunculatae, 3-poll.. Pedunculus pedicellique glabri. Bracteae lineares, ciliatae, pedicellis breviores. Cal. glaber, albidus. R. *laevi* proxima, et vix species distincta. *Kunth l. c.* *Inter Pandi et Icononzo Nov. Granat.* ♄. Confer *laevem.*

Pag. 460. n. 4 a. RIVINA *lanceolata Willd.;* ramis subsulcatis petiolisque pubescentibus; foliis ovato-lanceolatis, subtus nervo pubescente. *Link Enum. alt. p.* 110. et, hoc teste, R. *lanceolata Willd. En. Suppl. p.* 8.

Rami pilis sparsis patulis, uti petioli 8 lin.. Folia 3 1/2 poll., 16 lin. longa, acutiuscula, subrepanda, et juniora subundulata,

basi inaequalia, margine purpurascente. Flores et fructus ut in *brasiliensi*, cui affinis. *Link.* *Habitat?*

Obs. In *Reliqu. Willd.* ab ill. *de Schlechtendal* communicatis occurrit R. *lanceolata*, fol. oblongo-lanceolatis, venis subtus hirsutis, ex *Amer. merid.* a *Humb.* et *Bonpl.*, quae fors eadem cum hac in *Enum.* Confer R. *laevem.*

n. 5. Rivina *purpurascens.* (Hujus synonymon apud *Sprengel S. V.* p. 452. R. *puberula* est.!)

n. 5 a. Rivina *glabrata Humb.* et *Bonpl.*; ramis sulcatis foliisque glabris, ovatis, acuminatis, spicâ brevioribus; floribus tetrandris. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth, p.* 184.

Similis R. *purpurascenti*, sed foliis glaberrimis nec ciliatis diversa. Folia basi subtruncata et inaequalia, margine irregulariter crenulata, membranacea, reticulato-venosa, 1 1/2 poll., poll. lata. Petioli 1/2 poll. et ultra, canaliculati, interne pubescentes. Spicae alares, erectae, 2 poll. et ultra. Pedunculus pollicaris, tenuissime pubescens; pedicelli 2 lin., glabri. Bracteae lineares, acuminatae, ciliatae, pedicello quadruplo breviores. Cal. glaber purpurascens. Bacca exsucca, globosa, glabra, viridis, magnitudine cannabis. *Kunth l. c.* *In nov. Hisp. prope Queretaro et Zelaya.* ♄.

Obs. An huc Rivina *Mutisii*; fol. oblongis acuminatis, parallele venosis, crenulatis; racemis simplicibus, axillaribus? *Reliqu. Willd. Ms.* ♄. sine loco natali. *Sprengel S. V. p.* 452. sine dubio *glabratam* instar synonymi *brasiliensis* adducit!

n. 6 a. Rivina *affinis Nees* et *Mart.*; glabra; foliis ovatis, acuminatis, (integerrimis), obsolete crenulatis, margine nudis; racemis aequalibus; calyce bilabiato. *Nees* et *Mart. N. Act. A. N. Cur.* XI. 31.

Rivina *secunda R. et Pav.* differt: foliis ciliatis, floribus secundis. Caulis erectus, 1-2-ped., frutescens, inferne teres atque nudus, superne foliosus, angulato-sulcatus. Petiolus folio dimidio brevior, supra pilosus, viridis, in R. *secunda* ruber. Folia glabra, marginis tantum basi costâque mediâ petiolum versus subpubescentibus. Racemi terminales, 1-1 1/2 poll., multiflori, bracteâ singulâ, setaceâ, deciduâ sub quovis pedicello, binisque similibus, nudo oculo vix conspicuis, sub ejusdem apice. Cal. albidus, labio superiore breviori, simplici, inferiore tripartito, laciniis oblongis trinervibus, mediâ longiore. Bacca sicca, cancellata. Semen flavidum. *N. et M.* *Ad viam Filibertiam.* ♄.

n. 7. Rivina *octandra.* Addatur synonymon: Rivina *scandens Mill.*

Obs. Rivina *octandra*; ramis striatis foliisque glabris, elliptico-oblongis, acuminatis, crassiusculis, spicâ brevioribus; floribus octandris aut dodecandris, *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* II. p. 185, licet synonyma utraque *Jacquini* et *Amoen. Linn.* laudentur, ex descriptione diversa videtur. Monet etiam *Link Enum. alt. p.* 110. stamina 8, nec plura. „Frutex" a clo *Kunth* dicitur „ramis teretibus, glabris, striatis. Folia basi acuta, margine subcrenulata, reticulato-venosa, utrinque glabra, 3 poll., 14-16 lin. Petioli canaliculati, [illegible] fere pollicis. Spicae extraaxillares, pedunculatae, adjecto pedunculo 4-5 poll., [illegible]tiusculae. Pedunculus 1 1/2 poll., glaber. Pedicelli 2-3 lin., medio aut basi [illegible] lineari, apice bracteis

s subulatis. Cal. 4-partitus, laciniis ovatis, acutis, concavis, glabris. *Kunth l. c.* *In Regn. Novogranat.* ♄. Folia in specimine a clo *Bertero* in Guadeloupe lecto omnino glabra et nitentia, sed tactu scabra.

Quid RIVINA *tetrandra Desfont?*

n. 561. CHLORANTHUS.

Pag. 461. n. 1. CHLORANTHUS *inconspicuus*. Addatur synonymon:
Roxb. Fl. ind. ed. Car. et *Wall.* I. *p.* 461. *Link Enum. p.* 140.

Folia ovalia, obtusiuscula, crenata. *Link.*

n. 3. CHLORANTHUS *monostachys R. Brown*; antheris incurvis, trilobis indivisisque; spicis solitariis; floribus alternis. R. *Brown* in *Sims bot. Mag. n.* 2190. *Lindl. Collect. t.* 17. *Forts. Gart. Mag. Bd.* 8. *t.* 8.

Caules plures, simplices, dein ramosi, tereti-tetragoni. Folia opposita, petiolata, ovato-oblonga, acuta, serrata, primum concava, rugosa, dein plana, supra laete viridia, subtus pallidiora, reticulata. Pedunculi sulcati; bracteis connatis, parum conspicuis. Spica terminalis, solitaria, pedunculata; floribus paucis, oppositis, (virescentibus), bracteâ margine sphacelatâ circumdatis. Calyx 0. Stamina omnia in latere exteriore. Filamenta massa crassa, carnosa, extus longitudinaliter bisulcata. Antherae 3, albae, (in *Bot. Mag.* atro-purpureae) ovatae, basi connatae; connectivo carnoso, magno; lateralibus 1-locularibus, mediâ 2-loculari, longitudinaliter dehiscente. Stigma sessile, excavatum. Ovarium carnosum, turbinatum, non dehiscens. Semen subrotundum, pendulum. *Lindl. In China.*

Obs. Characterem generis ad *Monandr. Monogyniam* relati l. c. (a *Spreng.* vero in *S. V.* p. 750 ad GYNANDRIAM, TRIANDRIAM) sequentibus videmus circumscriptum: „*Anthera* lateri ovarii insidens (indivisa, bilocularis, vel triloba, 4-locularis.) *Ovarium* monospermum: ovulo pendulo. Stigma capitatum. *Drupa.*" *Brown.* Propriam sistere familiam CHLORANTHEARUM, ad quam ASCARINA *Forst.*, HEDYOSMUM *Swartz* seu TAFALLA *Ruiz* et *Pav.*, propinquam PIPERACEIS et URTICEIS. CHLORANTHUM tantum *monandrum* esse semper stamine unico; in CHLOR. *inconspicuo* et *suo elatiore* antheram trilobam quadrilocularem, quae hucusque petalum antheriferum credebatur, antheris consistere tribus confluentibus, quarum media tantum perfecta, laterales incompletae. In *monostachi* antherae simplices et compositae.

n. 4. CHLORANTHUS *elatior Hort. Angl.*; foliis oblongis, acuminatis, serrulatis. *Link Enum. p.* 140.

Petioli rubescentes, nec non maculâ ad nodos rubescente. Nondum floruit. An CHLORANTHUS *erectus Sweet Hort. suburb. Lond.* 28. nomine tantum indicatus? *Link* l. c. An *monostachys?*

n. 368. EMPLEURUM.

n. 1. EMPLEURO *serrulato* addatur synonymon:
DIOSMA *ensata*; fol. lanceolato-ensatis, crenatis, glabris; capsulâ solitariâ. *Thunb. Prodr. p.* 43. *Fl. cap.* 2. *p.* 136. *ed. nostr. p.* 226.

„Variat, ait *Thunberg Fl. cap.* l. c., Diosmae genus capsulis 1 usque 5; incongruum duxi hanc speciem a genere naturali separare. Frutex erectus, totus glaber, purpurascens, 3-ped. et ultra; rami sparsi, angulati, nodosi, flavescentes, laxi, elongati; ramuli filiformes, sparsi, virgati, angulati, erecti, flavescentes. Folia sparsa, brevissime petiolata, lineari-ensiformia, acuta, plana, crenis pellucido-glandulosis, nitida, erecto-patula, pollicaria et ultra. Flores in ramulis laterales erecti, pedicellati. Pedunculi incrassati, foliis multoties breviores. Caps. oblonga, apice compresso-membranacea, subfalcata, punctata, unilocularis. *Thunb.* *In summitate montis ad Rode Sand supra Waterfall prope rivulum et in Lange Kloof.*

n. 569. CAMPHOROSMA.

Pag. 462. n. 1. Camphorosma *paleaceum.* Addatur synonymon:

Monetia *paleacea Spreng. S. V.* p. 442.

n. 2. Camphorosma *perenne.* Addatur synonymon:
C. *monspeliaca;* hirsuta; foliis bracteisque subulatis; floribus axillaribus, glomerato-spicatis, pilosissimis; radice perenni. *M. a Bieb. taur. cauc. Suppl. p.* 112. C. *monspeliacum Röhl. Deutsch. Fl. Mert. Koch. p.* 824. et, his testibus, fide specim., C. *acutum. Host. Syn. p.* 81. Camphorata *hirsuta Mönch.*

n. 2 a. Camphorosma *ruthenicum M. Bieb.*; villosum.; foliis subulatis; floribus axillaribus glomerato-spicatis, tomentosis; bracteis lanceolatis; radice perenni. *M. a Bieb. taur. cauc. Suppl. p.* 112.

Differt a *monspeliensi* caulibus gracilioribus; foliis paulo brevioribus, paene setaceis; florum glomerulis minoribus demum longius racemosis; bracteis propriis basi inprimis latioribus, imis tantum flosculum superantibus; defectu pilorum in foliis atque bracteis; calycibus villoso-tomentosis, nec pilis longis rutilis, hirsutissimis; segmentis brevioribus. *M. a Bieb.* *In campis salsugineis Caucasi septentrionalis, circa lacus salsos Tauriae, in deserto Cumano.* ♃.

Pag. 463. n. 6. Camphorosma *glabrum*; foliis subtriquetris, glabris, inermibus. *Linn. Amoen. Acad.* I. *p.* 393. *Willd. Spec.* I. *p.* 697. *Mill. dict. n.* 2. Camph. fol. confertissimis inermibus laevibus *Hall. helv.* 193. (quod se non invenire *Reich.* monuit). Camphorata glabra *Bauh. pin.* 286. *Dalech. hist.* 1179.

In Helvetia et, fide *Nutall gen. p.* 105, etiam in *bor. America.* Quare a divo *Römer* expuncta, et a clo *Sprengel* non restituta fuerit haec species, non intelligimus. ♃.

n. 570 post Anisacantham inseratur:

n. 570 a. CRYPTOCARPUS.

n. 1. Cryptocarpus *globosus Humb.* et *Bonpl.*; foliis rhombeo-ovatis; pedunculis terminalibus et axillaribus, polystachyis; calycibus 4-dentatis, fructiferis globosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth.* II. p. 187. *tab.* 123. *Poir. Enc. ill. gen. p.* 555.

Caulis herbaceus, ramosissimus, procumbens, ramis adscendentibus, subangulatis, striatis, glabris. Folia alterna, petiolata, apice angustata, obtusiuscula, basi in petiolum attenuata, integerrima, crassiuscula, venosa, glaberrima, glaucescenti-viridia, subbipollicaria. Petioli fere pollicis, canaliculati, glabri. Pedunculi dichotomi, scabriusculi. Spicae ½-1 poll. Flores ebracteati? Pedicelli et rhachis hirta. Cal. viridis, pilosus, fructifer fauce constrictus. Sem. nigro-fuscum, magnitudine Amaranti *Bliti.* *In Cuba prope Havannam in ruderatis.* ♃.

n. 2. Cr. *pyriformis Humb. et Bonpl.*; foliis ovatis, obtusis; paniculis terminalibus; calycibus 5-dentatis, fructiferis pyriformibus. *Humb. et Bonpl. nov. gen. red. Kunth.* II. p. 188 t. 124. *Poir. Enc. ill. gen. p.* 556.

2 fere orgyar., ramosissima, ramis inferioribus procumbentibus, superioribus paniculatis, alternis, subangulatis, substriatis; junioribus tenuiter cano-tomentosis. Folia alterna, petiolata, basi rotundata, in petiolum angustata, integerrima, crassiuscula, venosa, glabra, glaucescenti-viridia. Paniculae subspicaeformes, 3-4 poll., ramis valde abbreviatis, multipartitis, cano-tomentosis. Flores spicati, subsessiles, minuti. Cal. externe canescenti-pubescens; fructifer apice subpentagonus, dentibus clausus, viridis. Filamenta basi paulo connata. Semen globoso-compressum, laeve. *Kunth* l. c, *In radicibus Andium prope Contumasey et Cascar.* ♃.

Obs. Tertia species a clo *Bonpl.* prope *Quayaquil* observata.

n. 572. PTERANTHUS.

Pag. 464. n. 1. Pteranthus *echinatus.* Addatur synonymon: Louichea *Pteranthus Auctor.*

n. 573. PARIETARIA.

Pag. 464. n. 2. Parietaria *officinalis.* Addatur synonymon: P. *diffusa*; foliis ovatis, basi uninervibus; bracteis decurrentibus; caulibus prostratis, diffusis, ramosis. *Röhl. Deutsch. Fl. Mert. Koch. p.* 827. et, his testibus: P. *officinalis Linn.* fol. lanceolato-ovatis, alternis. *Spec.* 1492. P. fol. lanceolato-ovatis, basi uninervibus; involucri laciniis ovatis; caule erectiusculo. *Smith brit.* I. p. 189. *Engl. Flor. p.* 222. *Curt. lond. fasc.* 4. *t.* 63. *Engl. Bot. t.* 879. *Poll. palat. n.* 940. *Fl. d. Wetter.* P. *judaica Willd. Spec.* IV. p. 954 (quoad adumbrationem:

„flores masculi — ovatus") *Decand Fl. fr. n.* 2136. *Hoffm. Deutschl. Fl.* II. *p.* 276. *Schkuhr t.* 346. P. *ramiflora Mönch Meth. p.* 327.

„Caulis ramosus, patens, rubens, nitidus, foliosus. Folia elliptico-lanceolata, obliqua, acuminata, subtus pallida, nervis lateralibus, non in petiolum decurrentibus, sed longe supra basin e costâ centrali enatis, quâ notâ a P. *judaicâ* et *indicâ* dignoscitur. Involucrum 7-fidum, triflorum, floribus omnibus fertilibus, centrali femineo. Frigoris impatiens." *Smith.* Differre ab *erecta*, praeter characteres datos, staturâ humiliore; petiolis cauleque superne magis hirsutis; foliis minoribus, 6, 12, 18 lin., profundius viridibus, quidquam latioribus, nec tam longe acuminatis, nec adeo basi attenuatis; florum acervis minoribus, floribus paucioribus; pedicellis semel tantum dichotomis: flosculo femineo in dichotomia sessili, bracteâ unicâ fulto, hermaphrodito utrinque terminali, singulo bracteis 3 cincto, basi coalitis, unde involucrum 7-fidum; calyce ♀ ultra medium 4-fido, laciniis acuminato-subulatis, intus villosis; calyce ☿ 4-dentato, laciniis obtusis, intus glabris." *M. et K.* l. c. In umbrosis magis erecta, major, caulibus subsimplicibus, folia subtus minus pallida. Idem lusus ac in *β* sequentis. Variare foliis latioribus, glabrioribus, caulibus inferne purpurascentibus, aut omnino virentibus, *Brotero Fl. lus. p.* 204.

n. 2 a. PARIETARIA *erecta Mert.* et *Koch;* foliis oblongo-ovatis, basi uninervibus; bracteis sessilibus; caulibus suberectis, subsimplicibus. *Röhling Deutschl. Fl. Mert.* et *Koch. p.* 825. et his testibus: P. *officinalis Willd. Spec.* IV. p. 953. *Decand. Fl. fr. n.* 2135. *Hoffm. Deutsch. Fl.* II. *p.* 275. *Sturm. Deutsch. Fl. Fasc.* 9. *Hayne getr. Darst.* V. 12. *β. apalophylla Láng.*

Caules erecti, vel e basi recte adscendentes, simplices, vel e petiolis inferioribus ramis debilibus, brevioribus folio, sterilibus plerumque. Folia 3-4 poll., 1 ½ poll. lata, apice obtusiusculo, extrorsum deorsum deflexo, acuminata. Petiolus ½-1 poll.. Florum acervi axillares, seu potius cymae saepius dichotomae, flosculo in singula dichotomia, flosculis 2-3 alternis in apice pedicellorum: omnibus sessilibus. Bractea ad flosculum in dichotomia unica, ad flosculos alternos duplex, triplex in terminali, oblonga, obtusiuscula, ciliis apice incurvatis, glandulas mentientibus. Cal. 5-fidus, laciniis ovatis, acutis. Flores infimi ♀, medii ☿, supremi ♂. Adhaeret tactu. *M. et K.* *β*, quod cls *Láng* in sylvis umbrosis Pannoniae ad Szant legit, caule piloso, foliis tenuioribus longe petiolatis, margine ciliatis, paginâ superiore nitentibus, inferiore pubescentibus, glomerulis axillaribus paucifloris differt.

Pag. 465. n. 4. PARIETARIA *ocimifolia.* Addatur synonymon: P. *lusitanica* L. *var. Bieberst.* (secund. *Steudel*).

n. 5. PARIETARIA *judaica.* Addatur

Obs. Excludantur hic synonyma: 1) „*Willd. Spec.* l. c. adumbratio a: flores masculi" etc. usque ad „ovatus." Sic quoque in nostra. 2) *Decandolle.*

3) *ramiflora.* 4) *Boccone* ad *ocimifoliam* spectans, monente *Balbis in litt.*

n. 6. PARIETARIA *debilis.* Addatur synonymon: P. foliis ovatis, subdentatis, acutiusculis cauleque pubescentibus; floribus subsolitariis; involucro unifloro 1-2-phyllo, foliolis linearibus. *Sprengel S. V.* III. p. 915.

Pag. 466. n. 8. PARIETARIA *capensis.* Addatur synonymon: *Böhmeria capensis Spreng. S. V.* III. p. 844.

n. 10. PARIETARIA *urticaefolia.* Addatur synonymon: BÖHMERIA *urticaefolia Sprengel S. V.* III. *p.* 844.

n. 11. PARIETARIA *cochinchinensis.* Addatur synonymon: BÖHMERIA *cochinchinensis. Spreng. S. V.* III. 844.

n. 12. PARIETARIA *pensylvanica.* Addatur synonymon: *Link Enum.* II. *p.* 438. *Nuttall* II. *p.* 208.

„*Officinali* tenerior, calyces longiores, acutiores." *Link.* Huc *Sprengel* PARIETARIAM *lanceolatam Thunb.* trahit, attamen cum?; quod mirum.

n. 12 a. PARIETARIA *floridana Nutt.*; foliis rotundato-ovatis, obtusis, opace punctatis, petioli longitudine; floribus glomeratis involucro aequalibus; caule erecto. *Nutt. gener.* II. *p.* 208.

Intermedia *pensylvanicam* inter et *lusitanicam*, 10-12 poll.; folia haud minuta, 3-4 lin. lata, cum petiolo pollicaria. Involucrum inconspicuum. *In Florida occidentali, St. Mary's.* Dr. *Baldwyn.*

n. 13. PARIETARIA *Sonnerati.* Addatur synonymon: PROCRIS *Sonnerati Spreng. S. V.* III. 847.

Pag. 467. n. 14. PARIETARIA *lusitanica.* Addatur synonymon:

Brotero Fl. lusit. p. 204. *Link Enum.* II. *p.* 438. P. *cretica Loisel.* (fid. *Steudel*).

Obs. BROTERO l. c. dubitat, adductâ licet *Linnaei* definitione, utrumne potius PARIETARIAE *officinalis* varietas; quid quod dubitet, utrum annua sit? Umbrosa elevatiora assignat *Interamniae* et *Transmontanae*, moenia *Lamego* et alibi in *Beira boreali.* Cls *Link l. c.* vero omnino esse „☉, tenerrimam, prostratam, foliis subrotundis;" et *Sprengel* hujus synonyma facit PARIETARIAM *punctatam* W., *ocimifoliam* et *assurgentem Poir.*, *creticam* L.: et cur non omnes?

n. 16. PARIETARIA *cretica.* Addatur synonymon: *Link Enum.* II. p. 439. P. *bracteata Mönch.*

Obs. Specimina nostra in Creta a *Sieber* lecta nec caule nec foliis glabra, sed hirsuta sunt pilis brevibus, rigidis, adpressis. Etiam cls *Link l. c.* monet suam differre a *cretica Sieb.*, quod „magis erecta, firma, foliis acutis."

n. 16 a. PARIETARIA *alsinifolia Delil.*; foliis longe petiolatis, ovatis, obtusiusculis, cauleque pubescentibus; floribus inferne subaggregatis, superne spicatis; hermaphroditis

nudis; involucro feminarum triphyllo, florem superante: foliolis ovatis. *Sprengel S. V. p.* 915.

In Aegypto superiore. Delile.

n. 17. PARIETARIA *polygonoides.* Addatur synonymon: P. *Martyn Cent. pl. rar. t.* 8. fide *Spreng. S. V.* III. p. 915).

n. 18. PARIETARIA *serpyllifolia.* Addatur synonymon: PARIETARIA *prostrata H. Berol.*; caule prostrato; foliis oblongo-obovatis, glaberrimis; floribus pedunculatis, glomeratis, axillaribus, nudis. *Spreng. Nov. prov. p.* 30. (fide auctoris in *S. V.*) *Link Enum.* II. p. 439. PILEA *muscosa Lindl. Coll. bot.* I. n. 4., quo teste: URTICA *microphylla Swartz.* URTICA *serpyllacea Humb.* et *Bonpl.* (fide *Sprengel S. V.* III. p. 838.)

Creticâ ramosior, folia minora. *Link.* Differt *cretica* foliis pubescentibus, floribus glabris; *lusitanica* caulibus difformibus, in nostra satis validis. *Spreng. n. P.*

Obs. Character generis novi PILEAE apud *Lindley*: Monoica: ♂ *Cal.* 4-fidus, membranaceus. *Stam.* 4, elastice prosilientia. ♀. *Cal.* 3-phyllus: foliolum alterum ventricosum, carnosum. *Stigma* sessile, ciliatum. *Achenium* deciduum. Huc ab auctore referuntur: URTICA *herniarioides*, *trianthemoides* et alia innominata *Herb. Banks.*

n. 19. PARIETARIA *verbascifolia.* Addatur synonymon: BÖHMERIA *frondosa Don? Sprengel S. V.* III. p. 845.

Pag. 468. n. 20. PARIETARIA *laevigata.* Addatur synonymon: PROCRIS *laevigata? Spreng. S. V. p.* 874.

Quid PARIETARIA *platyphylla Link?*

n. 574. ALCHEMILLA.

n. 2. ALCHEMILLA *vulgaris.* Addatur synonymon: *Smith Engl. Fl.* p. 223. *Marsch. a Bieb. taur. cauc. Suppl. p.* 112. *Wahlenb. Fl. ups.* p. 55. *Svensk Bot. t.* 261. *Mert* et *Koch.* in *Röhl. Deutsch. Fl.* p. 830, (qui duas tantum hujus varietates notant: *α. glabram*; fol. rotundis, 9-lobis, utrinque serraturis ciliatis; petiolis foliorum radicalium brevibus, pilosiusculis; foliorum caulinorum glabris; corymbis terminalibus axillaribusque; calycibus glaberrimis; radice lignosâ, horizontali. *Neygenfried. Enchir. bot. p.* 67. A. *vulg. pratensis Bönningh. Prodr. Fl. Westph. p.* 47. *β. hirsutam.* A. *vulg. hybrida auctor.* A. *vulg. sylvatica*; minor, undique pilis patentibus. *Bönningh.* l. c.)

Varietatibus addatur: i. fol. fimbriatis *Lapeyr. Abr. Pyr. Suppl.* p. 27, quo teste A. alpina, minor, fol. elongatis, serratis *Tourn. Herb.* A. alpina 5-folia minor *H. R. P.* Quandoque profundius folia inciduntur. Varietatem *β* glabriorem e *Flor.*

Suec. ed. I. n. 135. notat *Wahlenb.* l. c. *Smith* l. c. unicam tantum varietatem adducit: β A. *minorem Huds.* A. alpina pubescens min. *Pluk. Phyt.* t. 240. f. 2. *Decand. Prodr.* II. p. 589 A. *pyrenaicam Dufour Ann. gen. sc. ph.* 8. p. 228 eandem dicit cum sua *vulgari β glabra Fl. fr.* 4. p. 451.

Obs. Exc. *M. a. Bieb.* describit suam: „caule pilis copiosis patulis valde pubescente, minus tamen quam petioli hirsutissimi; foliis vix ad tertiam partem incisis, utrinque pilosis, subtus pallidioribus; stipulis imis indivisis, superioribus incisis; pedicellis circiter longitudine florum cum calyce glabriusculis." Clo *Sprengel* A. *montana* et *pubescens* nonnisi *vulgaris* varietates sunt in *S. V.* p. 454.

n. 2 a. A. *fissa Günth.* et *Schum.*; foliis palmatis, 7-lobatis, (?) profunde fissis, utrinque glabris, dilute viridibus, margine ciliatis; lobis rotundatis, profunde et argute serratis; petiolis tenuibus, glabris vel pilis raris; floribus ramoso-paniculatis; calycibus glaberrimis, foliolis calycinis lanceolatis, subaequalibus, apice ciliatis. *Neygenfried. Enchirid. bot. p.* 68. *Reichenb. icon. pl. rar.* t. 4. *Mert.* et *Koch* in *Röhling. Deutsch. Fl. p.* 830. A. *vulgaris γ. Decand. Fl. fr.* n. 3742. A. *hybrida Schleich.* A. *palmatifida Tausch.*

Ab A. *vulgari*, cujus forsan mera varietas, foliis minoribus, profunde incisis, tenuioribus diversa. *In Silesia, et in Helvetia.*

Pag. 469 n. 3. Alchemillae *montanae* addatur synonymon: Alch. *hybrida Decand. Prodr.* II. p. 589. A. *alpina hybrida Linn. Spec.* 179. (fid *Decand.*).

Obs. Clo *Bertoloni Amoen. ital. p.* 339. *n.* 47. et *in litt.* (uti etiam clo *Sprengel S. V.*) species haec delenda videtur, et *vulgari* tanquam varietas β cum ill. *Smith* subscribenda, freto innumeris observationibus in loco natali et in cultis. Attamen culturâ perstat; et, monente *Link Enum.* p. 144 „non solum pubescentiâ, sed quoque foliis profundius partitis differt." Excludenda fors apud nos et *Willd. Enum.* p. 170. A. *hybrida* videtur clis *Mert* et *Koch.* in *Röhling p.* 830. et etiam *pubescens Lam.*, quae ad sequentem.

n. 4. Alchemilla *pubescens.* Addatur synonymon: *Link Enum. p.* 144. *Reichenb. icon. pl. rar.* t. 4. A. *pubescens Lam. ill. n.* 1703. (fide *Tausch. Ind. H. Malabailensis. n.* 2.).

Simillima *montanae*, nec nisi foliis subtus sericeis differt.

n. 4. bis. A. *ciliata Willd.*; foliis lobatis, subtus sericeis. *Reliqu. Willd. Ms.*

(*In nova Granada.* ♃. *Humb. et Bonpl.*)

Pag. 470. n. 5. Alchemilla *sericea.* Addatur synonymon: *M. a Bieb. taur. cauc. Suppl.* p. 113.

Simillima *alpinae*, sed foliorum lobis medio latioribus et lateribus quoque, nec tantum apice, serratis bene distincta. *M. a B.* Clo *Sprengel* eadem ac *alpina M. B.*!

n. 6. alchemilla *alpina.* Addatur synonymon:

Bertol. Amoen. p. 339. *Smith Engl. Fl.* 224. *Nutt. gen.* p. 106?

n. 7. ALCHEMILLA *pentaphylla.* Addatur synonymon: *Link Enum.* p. 144 (cui foliola obovata.)

n. 7. a. ALCHEMILLA *sibbaldiaefolia Humb. et Bonpl.*; foliis profunde tripartitis, subtus adpresso-pubescentibus: laciniis inciso-serratis, lateralibus bifidis; stipulis 2-4-fidis; caulibus superne corymboso-multifloris; floribus subconglomeratis, diandris, subdigynis. *Humb. et Bonpl. nov. gen.* et *spec. red. Kunth* 6. p. 225 t. 561.

Caules 8-9-poll., subsimplices, apice corymboso-ramosi, erecti (?) ramique teretes, sericeo-pilosi. Folia alterna, petiolata, supra glabriuscula et nigro-viridia, subtus pallidiora; laciniis ovato-oblongis, apice inciso-serratis, basi cuneatis et integerrimis, sub $^1/_2$ poll., subaequalibus. Petioli 2-4 lin., piloso-sericei. Stipulae petiolo per basim adnatae eumque aequantes, subtus adpresso-pubescentes; laciniis oblongo-linearibus. Corymbi terminales, ramosi, foliati, patuli. Flores pedicellati, conglomerato-congesti, magnitudine floris A. *hybridae.* Calyx turbinato-campanulatus, sericeo-pilosus; fauce per discum annularem constrictâ, pilosâ; limbo 8-partito; laciniis acutis, 1-nerviis (nervis decurrentibus), patulis, 4 interioribus ovato-oblongis, 4 exterioribus ovato-lanceolatis. Stamina 2 fauci calycis sub disco inserta, laciniis breviora. Filamenta glabra. Antherae reniformes, posticae, biloculares (?), transversim dehiscentes. Ovaria 2 rarius 3, stipitata, oblique ovata, lenticulari-compressa, glabra. Styli basilares, adscendenti-erecti, capillacei, glabri, faucem superantes. Stigmata capitata. Akenia 2-3, oblique ovata, acutiuscula, laevia, fusca, glabra, calyce persistente ventricoso inclusa, magnitudine grani minoris Papaveris. Semen ovato-ellipticum, lenticulari-compressum, acutum, glabrum. *Kunth. In regno mexicano, prope Tianguillo, inter Toluccam et urbem Mexico;* alt. 1505 hex. ♃.

n. 8. ALCHEMILLA *aphanoides.* Addatur synonymon: A. glabriuscula; caulibus ramosis, repentibus; foliis profunde tripartitis; laciniis ciliatis, intermediâ tri-, lateralibus bifidis; stipulis 2-3-fidis; floribus axillaribus et terminalibus, subgeminis, 2-4-andris, digynis. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. red. Kunth.* 6. p. 225.

Caules procumbentes, 8-9 poll., ramique teretes pilis conspersi, alterni. Folia alterna, glabra; laciniis lobis oblongo-linearibus, acutis. Stipulae petiolo adnatae, laciniis foliorum simillimae. Flores solitarii aut gemini, pedunculati, minutissimi; pedunculis capillaceis, lin., glabris. Calyx ventricoso-campanulatus, compressiusculus, glaber, viridis; fauce constrictâ, disco annulari cinctâ et pilosâ; limbô 8-partito; laciniis oblongis, acutiusculis, 4 exterioribus, 4 interioribus, subaequalibus. Stamina 4 aut 2, disco annulari inserta, laciniis interioribus opposita, brevia, glabra. Antherae reniformes. Ovaria

2, stipitata, oblique ovata, compressa, acutiuscula, glabra. Styli basilares, adscendenti-erecti, capillacei, faucem vix superantes, glabri. Stigmata capitata. Akenia 2, calyce persistente inclusa, oblique ovato-lenticularia, acuta, laevia, fuscescentia, glabra, magnitudine grani Papaveris dubii. Parum similis A. *pentaphyllae*. *Kunth.*

n. 8. a. ALCHEMILLA *hirsuta Humb. et Bonpl.*; foliis profunde tripartitis, pilosis: laciniis flabellato-multifidis; stipulis 2-3-fidis; caule racemoso, erecto, hirsuto; floribus capitato-conglomeratis, diandris, digynis. *Humb. et Bonpl. nov. gen.* et *spec. red. Kunth.* T. 6. p. 224. A. fol. ternatis, foliolis cuneiformibus, apice inciso-dentatis, hirsutis. *Reliqu. Willd. Ms.*

Radix perpendicularis, ramosa. Caulis 6-8-poll. ramique teretes villoso-hirsuti, pilis patentissimis, alterni, abbreviati, 1-1 1/2 poll., patuli. Folia alterna, petiolata, summa subsessilia, utrinque, praesertim subtus, adpresso-pilosa; laciniis obovatis, basi cuneatis, 4-5 lin., subaequalibus; lobis oblongolinearibus, obtusis. Petioli canaliculati, pilosi, 4-5-lin. Stipulae 2, ad basin petiolo adnatae, 2 aut 3-fido-incisae, petiolum subaequantes, foliis similes. Flores pedunculati, magnitudine floris A. *hybridae*. Calyx glabriusculus, ventricoso-campanulatus, compressiusculus; fauce pilosâ, constrictâ, disco annulari cinctâ; limbo 8-partito; laciniis ovatis, obtusiusculis, margine pilosiusculis, 4 exterioribus, 4 interioribus, subaequalibus. Stamina 2 brevia, minuta, fauci calycis inserta, laciniis 2 interioribus (oppositis) opposita. Ovaria 2, stipitata, oblique ovata, compressa. Styli basilares, adscendentes, glabri. Ovulum 1, adscendens. Stigmata capitata. Akenia 2, in fundo calycis persistentis, ovato-lenticularia, acuta, laevia, fusca, glabra, magnitudine grani Papaveris. *Kunth.*
Hab. . . . . . ♃.

n. 8. b. ALCHEMILLA *rupestris Humb. et Bonpl.*; foliis profunde tripartitis, subtus piloso-sericeis: laciniis serrato-incisis; stipulis integris; caulibus ramosis repentibus; floribus subcorymbosis, diandris, trigynis. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. red. Kunth.* 6. p. 224.

ALCHEMILLAE *Aphani* similis. Caules cespitosi, procumbentes, fusci, rudimentis petiolorum fibrisque tecti, ramis erectiusculis, 1-3-poll., ramosis, sericeo-pilosis. Folia alterna, petiolata, supra adpresso-pilosa; laciniis obovato-cuneatis, intermedia 2-3-lin., lateralibus brevioribus obliquis. Petioli 2-3 lin., adpresso-pilosi. Stipulae oblongae, acutae, petiolo adnatae, apice liberae, tenuiter membranaceae, fuscescentes, externe adpresso-pilosae. Flores terminales et axillares, breviter pedicellati, magnitudine floris A. *hybridae*. Calyx turbinato-campanulatus, piloso-sericeus; fauce constrictà, pilosà; limbo 8-partito; laciniis ovatis, acutis, 4 exterioribus parum minoribus. Stamina 2 (*Bonpl.*) Ovaria 3 (2-4 *Bonpl.*), stipitata, oblique ovata, compressa, glabra, stipite cum stylo continuo. Styli basilares, adscendenti-erecti, capillacei, glabri. Stigmata subcapitata. Akenia stipitata, ovato-lenticula-

ria, fusca, glabra, magnitudine grani Papaveris, in fundo calycis acuti. *Kunth.* *In monte ignivomo Rucu-Pichincha, prope Quito,* alt. 2250 hex. ♃.

n. 8. c. ALCHEMILLA *nivalis Humb. et Bonpl.;* foliis vaginato-amplexicaulibus, multifidis, approximato-imbricatis, externe sericeo-hirsutis; caulibus cespitosis, erectis aut procumbentibus, simplicibus aut superne ramosis; floribus terminalibus, subternis, sessilibus, diandris, sub 4-gynis. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. red. Kunth.* t. 6. p. 224 t. 560.

Radix crassa, fusca, fibris longissimis. Caules 6-9-poll., foliosi; ramis abbreviatis, approximatis, simplicibus, poll. aut paulo longioribus; floriferis brevissimis. Folia in tubum multifidum connata, interne glabriuscula; pars tubulosa (petiolus et stipulae connata?) membranacea; laciniae 12-15 aequales, lineares, obtusae, integerrimae, margine revolutae, longitudine tubi, 2-2 1/2 lin., erecto-patulae. Flores 2-3 in apice ramulorum, folio multifido involucrati, conglomerati, magnitudine grani minoris Sinapis. Calyx campanulatus, compressiusculus, limbo 8-partitus; externe piloso-sericeus; fauce constrictâ, pilosâ; laciniis ovatis, obtusiusculis, alternis exterioribus minoribus, omnibus 1-nerviis, nervis decurrentibus. Corolla 0. Stam. 2 brevia, fauci inserta, tum laciniis 2 magnis, tum sibi inter se opposita. Ovaria 3-4, stipitata, oblique ovata, sublenticularia, inaequalia, glabra, rubra. Ovulum solitarium, adscendens, basi chalazâ notatum. Styli basilares, adscendentes, capillacei, calycem subaequantes, glabri. Stigmata clavata, rubra. Akenia calyce persistente ventricoso inclusa, laevia, fusca, nitida, stylo persistente instructa, magnitudine grani minoris Papaveris. Semen adscendens, oblique lenticulare. *Kunth.* *In regione nivali summi montis Paramo de Purace, prov. Popayanensis;* alt. 2000 hex. ♃.

n. 8. d. ALCHEMILLA *pectinata Humb. et Bonpl.;* foliis subrotundo-reniformibus, pectinato-serratis, subtus argenteo-sericeis, radicalibus multilobis longissime petiolatis, caulinis subtrilobis; stipulis 3-5-fidis; caulibus dichotomis, filiformibus; floribus 8-10-fidis, diandris?, sub 6-gynis. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. red. Kunth.* 6. p. 226.

Herba sarmentosa, sarmentis filiformibus, foliatis. Radix subperpendicularis. Caules 8-10 poll., erecti aut procumbentes, debiles, ramique teretes pubescentes. Folia radicalia obsolete 9-11-loba, apice subtruncata et profundius incisa (ut triloba appareant), profunde et argute pectinato-serrata, dentibus erectis, membranacea, reticulato-multinervia, supra viridia, appresso-pubescentia, 1 1/2 poll. lata; petiolo 6-7 poll., erecto, sericeo-pubescente; folia caulina multo minora, breviter petiolata; summa subsessilia, subrotunda, inciso-serrata, subtriloba, basi cuneata integerrimaque, supra pubescentia, subtus argenteo-sericea, 5-7 lin. lata. Stipulae petiolo adnatae eumque subaequantes, foliis similes. Flores solitarii, longe pedunculati, magnitudine floris A. *vulgaris.* Pedunculi fili-

formes, sericeo-pubescentes, 2-3 lin. Cal. argenteo-sericeus; tubo turbinato-campanulato; fauce constrictâ, pilosâ; limbo 8-rarius 10-partito, patulo; laciniis oblongis, acutis, subaequalibus, 4 exterioribus, 4 interioribus, omnibus 1-nerviis, nervis decurrentibus. Discus annularis, glaber, fauci calycis adnatus. Stam. 2, fauci calycis sub disco inserta, laciniis 2 interioribus opposita, brevia. Ovaria 4-5, longe stipitata, oblique ovata, compressa, glabra, stipite cum stylo continuo. Styli basilares, adscendenti-erecti, glabri, faucem vix superantes. Stigmata subclavata. Akenia 2 (reliqua abortientia), ovato-lenticularia, acuta, laevia, fuscescentia, glabra. A. *orbiculari R. et Pav.* valde affinis. *Kunth.* *In nova Granata.* ♃.

Obs. Mirum cl. *Sprengel* in S. V. has species Humboldtianas neglexisse.

n. 9. ALCHEMILLA *Aphanes.* Addatur synonymon: ALCHEMILLA *arvensis Smith Engl. Fl.* I. p. 224. PERCIPIER *arvensis Mönch. Sprengel* huc trahit instar synonymorum ALCH. *cornucopioidem Lagasc. et tripartitam R. et Pav.!*

Pag. 471. n. 10. ALCHEMILLA *cornucopioides.* Addatur synonymon:

A. fol. hirsutis petiolo dilatato stipulisque incisis, amplexicaulibus, subsessilibus, 3-partitis; laciniis 2-3-fidis; floribus axillaribus glomeratis. *Decand. Prodr.* II. p. 591.

n. 11. ALCHEMILLAE *tripartitae* subjungatur:

n. 11. bis. A. *diandra Willd.;* foliis tripartitis, profunde inaequaliter dentatis, strigoso-pilosis; floribus diandris, digynis. *Reliqu. Willd. Ms.*

In Americ. merid. ♃. *Humb. et Bonpl.* An vere distincta ab *A. tripartita?*

n. 575. DORSTENIA.

Pag. 472. n. 1. DORSTENIA *cordifolia Swartz.* Addatur.

Obs. Hanc (excl. syn. *Lamarck*) et *Vitellam* nunc *brasiliensem Lam.* dicit *Sprengel* in *S. V.* III. *p.* 777. De *Vitella* vix dubitandum, cum *Sprengel* ipse eandem in medium olim protulisset; minime vero D. *cordifolia Swartz* eadem cum *brasiliensi Lam.*, uti liquet ex descriptione divi *Swartz*, quam dabimus infra. Si vero D. *cordifolia Lam.*, quam cls. *Sprengel* refundendo, seu potius confundendo omnes plantarum definitiones, distinguit a *cordifolia Swartz:* „foliis cordato-ovatis acutis sinuato-dentatis subtus glabris" re verâ distincta a *cordifolia Swartz* fuisset, alio nomine salutanda foret, v. g. *Lamarckiana*, cum ipse venerabilis senex *Lamarck cordifoliae* nomen a *Swartz* mutuasset, et *Swartz* iterum laudasset *cordifoliam Lamarck* ad suam in *Fl. Ind. occ.* I. p. 275, ubi descriptio sequens: „Rad. infra terram globosa, glabra, fibrillis filiformibus, rectis; supra terram teres, denticulata, subtorulosa, glabra. Folia petiolata, uncialia, cordato-obtusa, obtuse denticulata, crenata, vix nervosa, venosa, postice hispidula, supra glabra. Petioli 2 poll., erecti, teretes, pubescentes. Scapi radicati petiolis breviores, filiformes, laxi, pubescentes. Receptaculum rotundum, convexo-planum, subtus convexum, hispido-pubescens, supra ferrugineum. Margo crenatus, punctis viridibus, hirsutis ad crenas. Discus parum concavus. Flores ♂ in disco versus radium, rarius in medio disci. Calyces 4-dentati, immersi. Filamenta rarius pauciora, quam 4, crassiuscula, antheris 4 albis. Flores ♀ in medio disco e foraminibus 4-gonis, 4-dentatis, dentibus acutis erectis.

Stylus apice tantum bifidus, stigmatibus reflexis, rubris. Semen subrotundum, glabrum." Haec descriptio minime cum *brasiliensi* *Lam.*, sed potius cum ejusdem *cordifoliâ* convenit.

n. 3. DORSTENIA *Houstoni*. Addatur synonymon: *Link Enum. alt.* p. 110. *Bot. Mag.* 2017.

Folia saepissime palmata, sed non pinnatifida ut in *Contrayerva*. *Link.*

Pag. 473. n. 5. DORSTENIA *Vitella* clo *Sprengel* nunc eadem ac *brasiliensis Lam.*

n. 6. DORSTENIA *arifolia*. Addatur synonymon, cum? D. fol. profunde 5-fidis, digitato-palmatis, laciniis lanceolatis (junioribus cordato-sagittatis, integris); receptaculo elliptico-quadrato, inclinato, lateraliter pedunculo affixo. *Hook. Exot. Fl.* t. 6. D. foliis cordato-sagittatis, undulatis, crenatis, demum lobatis; receptaculis suborbiculatis. *Bot. Mag.* 2476.

Folia plantâ florente integra, post florescentiam quaedam lobata. Receptacula suborbicularia vel subquadrata, angulis valde rotundatis. Flores ♂ et ♀ mixti, ♂ staminibus 2. *Bot. Mag.*

n. 7. a. DORSTENIA *urceolata Schott*; foliis ovato-lanceolatis integerrimis; amphanthiis urceolatis, radiatis. *Schott* in *Nachr. v. d. Kais. östr. Natforsch.* Hft. II.

In Sierra d'Estrella.

n. 7. b. DORSTENIA *peltata Spreng.*; foliis orbiculatis, integerrimis, peltatis, pubescentibus; receptaculo oblongo. *Spreng. S. V.* 777.

In specimine nostro ab amiciss. *Balbis* communicato et a cl°. *Bertero* in S. Dom. lecto collum radicis elongatum pollicare, erectum, teres, squamulosum, purpureo-fuscum, a foliorum lapsu albide cicatrisatum, crassitie pennae gallinaceae, squamis paucis, lanceolatis, acutis, ciliatis. Folia alterna, longe petiolata, fere orbiculata, integerrima vel paululum repanda, tenuia, venosa, venis vix prominentibus, supra viridia, subtus multo pallidiora, 1-1 $^1/_2$ poll., 1 poll. lata. Petioli teretes, pubescentes, graciles, foliis longiores, 2-3-poll.. Scapi plures, nudi, erecto-patentes, teretes, filiformes, pubescentes, foliis multo breviores, $^1/_2$-1 poll.. Receptacula immatura, purpurea (?), tenuiter pubescentia. *In Hispaniola. Bertero.* ♃.

n. 8. DORSTENIA *Contrayerva*. Addatur synonymon: *Dict. Sc. nat.* 15. *Cah.* *Plum. ed. Burm.* t. 119.

Pag. 474. n. 9. DORSTENIA *Drakena*. Addatur synonymon: *Loddig. Bot. Cab.* t. 676.

n. 9. a. D. *palmata Willd.*; foliis cordatis, palmatis, lobo intermedio trilobo, integerrimis; receptaculis quadrangulis. *Reliqu. Willd. Ms.*

Ad Orinoccum. ♃. *Humb. et Bonpl.*

n. 10. Dorstenia *caulescens.* Addatur synonymon: Procris *quinquenervia Spreng. S. V.* III. p. 846.

n. 12. Dorstenia *chinensis.* Addatur synonymon: Procris *chinensis Spreng. S. V.* III. p. 846.

Pag. 475. n. 13. Dorstenia *pubescens.* Addatur synonymon: Procris *australis Spreng. S. V.* III. p. 846.

n. 14. Dorstenia *lucida.* Addatur synonymon: Dorstenia *pedunculata Quorund.* (fid. *Steudel*). Procris *lucida Spreng.*

Quid Dorstenia *pernambucana* — — *rotundifolia*) *Arruda?*

n. 576. COMETES.

n. 1. Cometes *alterniflora.* Addatur synonymon: Cometes *surattensis Burm. Spreng. S. V.* III. p. 454.

n. 577. LAUROPHYLLUS.

n. 1. Laurophyllus *capensis.* Addatur synonymon: Daphnitis *capensis*, foliis oblongis, integris, medio serratis. *Spreng. S. V.* p. 454.

Obs. Character generis Daphnitidis apud *Sprengel S. V.* p. 370. sequens: „*Cal.* 4-sepalus. *Stylus* simplex. *Fructus? Familia?*" Jam quis non ad genus hocce omnes classis IV. et ordinis I. plantas, calyce 4-phyllo gaudentes referet? *Sprengel* interea huc retulit Laurophyllum, cui apud *Thunberg Cal.* 4-phyllus, *stylus* unicus; et Dilobeiam *Aub.* d. *Pet. Thouars*, cui *Cal.* 4-phyllus, cor. 0; fructus incognitus. Jam quomodo ignoto fructu genus idem sistere valeant, non intelligimus; id vero perspectum habemus, quod, si editores Philosophiae Botanicae hac normâ genera nova conflant, mirandum non sit omnem a Botanophilis antiquam religionem Linnaeanam in rebus botanicis profligari.

n. 578. LAGENULA.

Pag. 476. n. 1. Lagenula *pedata.* Addatur synonymon: Fusanus *pedatus Spreng. S. V.* 490.

n. 579. POTAMEIA.

n. 1. Potameia *Thouarsi.* Addatur synonymon: Cansiera *madagascariensis. Spreng. S. V.* p. 453.

n. 580. DILOBEIA.

n. 1. Dilobeia *Thouarsi.* Addatur synonymon: Daphnitis *madagascariensis*; foliis bilobis medio glanduliferis, lobis angulatis. *Spreng. S. V. p.* 454.

Post n. 580. Dilobeiam, inseratur:

n. 580. a. SIPARUNA.

n. 1. Siparuna *gujanensis Aubl. Guian. p.* 864. *t.* 333. *Vahl Eclog.* III. *p.* 42.

Rami teretes, glabri, superne compressiusculi, pubescentes, sordide subcinerascentes. Folia opposita, petiolata, patentissima, 4 poll., elliptica, acuminata, integerrima, tenella, utrinque cinereo-tomentosa, juniora supra pilis raris stellatis, adulta glabra, nervosa, subtus obscure venosa. Petiolus semiunguicularis. Pedunculi axillares utrinque gemini, reflexi, uti calyces e pilis stellatis sordide cinereo-tomentosi, longitudine petioli. Flores masculi circiter 5-6, in apice pedunculi, subsessiles. Feminei in eadem umbella, solitarii, parum longius pedicellati. Stylus calyce longior. Ex obs. *Rohr* cal. ♀ monophyllus, obovatus, inaequaliter quadrifidus, laciniis conniventibus. Germ. superum. Stylus cylindraceus, brevis. Stigmata acuta, reflexa, marcescentia. Pericarpium calyce connivente involutum. *In Guiana. von Rohr* ♃. Non invenimus in *Sprengel* S. V.

n. 580 b. HEDYCARPUS.

HEDYCARPUS *malayanus Jack Trans. Linn. Soc.* XIV. P. I. p. 118. *Bera Tampui Malay.*

Arbor parva. Ramuli glabri. Folia alterna, petiolata, late-ovata, basi rotundata, acuminata, subintegra, margine revoluta, subinde obsolete crenulata, glaberrima, supra profunde viridia, lucida, subtus pallidiora, nervis robustis, 9-10-pollicar.. Petioli utrinque incrassati, 2-2 1/2 poll. Stipulae ovatae, acutae, deciduae. Racemi praesertim e trunco ramisque majoribus, subinde axillares, fasciculati solitariive, stricti, 2-3-poll.; pedicellis multifloris, tomentosis. Bracteae ad subdivisiones pedicellorum parvae, latae. Calyx parvus, flavicans, villosus, subcarnosus, 4-5-partitus; laciniis angustis. Stamina laciniis calycis alternantia; antheris rotundis, bilobis. Stylus vix ullus. Stigmata 3-4 carnosa, villosa. Fructus magnitudine Aurantii chinensis, cortice crasso, aspero; loculis plerumque 2-spermis, partitionibus valvis oppositis. Semina arillo albo succulento, ut in LANSIO. Cotyledones plani, foliacei, cordati, subrotundi. Radicula superior brevis, clavata. *Jack. In Sumatra.* ♄.

n. 581. ISNARDIA.

n. 1. ISNARDIA *palustris.* Addatur synonymon: *Nutt. gen. p.* 98. *Bigelow Fl. bost. n.* 40. ISNARDIA *nitida Poir.* (fide *Steudel*). LUDWIGIA *nitida Spreng. S. V.* p. 445. *α. rivularis;* suberecta, omnibus partibus major. *β. riparia;* prostrata, radicans, multo minor. *Boenninghausen Prodr. Fl. Monast. Westphal. p.* 46.

α. Saepe ultra pedalis, erecta, fluitans, plerumque sterilis. β. digitalis, semper fertilis. *Boenningh.*

n. 2. ISNARDIA *mollis.* Addatur synonymon: LUDWIGIA *mollis Nutt. gen. p.* 98. *Sprengel S. V. p.* 445.

Pag. 477. n. 3. ISNARDIA *hirsuta.* Addatur synonymon:

Ludwigia *hirsuta Nutt. gen. p.* 98. Ludwigia *pilosa Spreng. S. V.* p. 445.

n. 4. Isnardia *hastata.* Addatur synonymon: Ludwigia *hastata Spreng. S. V. p.* 446.

n. 5. Isnardia *microcarpa.* Addatur synonymon: Ludwigia *microcarpa Nutt. gen. p.* 98. *Spreng. S. V.* p. 446.

n. 582. ELAEAGNUS.

Pag. 478. n. 1. Elaeagnus *angustifolia.* Addatur synonymon: Elaeagnus *hortensis M. Bieberst. Sprengel S. V.* p. 489. (qui huc *orientalem* et *spinosam* instar synonymorum trahit).

n. 1 a. Elaeagnus *argentea Pursh*; inermis; fol. oblongis, utrinque acutis, argenteo-lepidotis; floribus subsolitariis nutantibus. *Pursh bor. amer. p.* 114. E. inermis; foliis undulatis, ovato-oblongis, acutiusculis, utrinque glabris, squamis argenteis; floribus aggregatis, nutantibus; baccis subglobosis, grandiusculis, squamis argenteis. *Nutt. gen. p.* 97. *Hayne dendrolog. Flor. p.* 9. E. *nitida Herb. Banks.* fid. *Richardson in bot. App.* ad *Franklin's Journey* etc. p. 5.

Frutex 8-12 ped., dioïcus, ut videtur; drupâ cartilagineâ, rotundato-ovatâ, sulcis 8, siccâ, farinosâ, eduli, magnitudine Cerasi minoris, nucleo subcylindrico, integumento lanuginoso. *Nutt.* In *Herb. Lambertiano* se specimina E. *latifoliae Pall.* vidisse simillima, foliis tamen longioribus, et superne minus dense obtectis, floribusque aggregatis. *Pursh. Ad sinum Hudsonis, in ripis argillaceis praeruptis Missouri prope Fort Mandan.* ♄.

n. 2. Elaeagnus *orientalis.* Addatur:

Specimen nostrum in Aegypto a *Sieber* lectum, arbor inermis; ramis teretibus, fuscis, glabris; ramulis alternis, angulatis a foliorum insertione, squamis micaceis argentatis. Folia alterna, petiolata, ovata, obtusiuscula, integerrima, supra albide-viridia, papillosa, subtus squamoso-argentata, 7 lin. - 1 poll., 5-7 lin. lata. Petioli patentes, canaliculati, dorso convexi, squamuloso-argentati, 4-5-lin.. Flores solitarii, axillares, pedunculati, fragrantes. Calyx externe squamis argenteis albidus, interne flavus; laciniis latioribus quam in *angustifolia.* Reliqua ut in *angustifolia*, a qua eminus differt foliis ovatis, longius petiolatis, multo brevioribus, floribus solitariis.

Pag. 479. n. 5. Elaeagnus *latifolia. Sprengel S. V.* p. 489 huc trahit *macrophyllam Thunb.!*

n. 5. a. Elaeagnus *acuminata Hort. Angl.*; inermis; foliis ovalibus, acuminatis, subundulatis, supra glabrescentibus, subtus argenteis. *Link Enum. alt.* p. 111.

Petioli 3 lin.; folia 4 poll., 2 fere lata, supra squamis sparsis, subtus densis argentea. Affinis E. *latifoliae*, at folia acuminata. Nondum floruit. *Link.* *Habitat?* ♄. Quoad folia *confertae* similis.

Pag. 480. ELAEAGNIS addantur:

n. 11. ELAEAGNUS *triflora Roxb.;* fruticosa, scandens, armata; foliis oblongis, obtusis, squamosis; floribus axillaribus, ternatis, pedunculatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 459. E. fol. oblong. acuminat. maculat. *Burm. zeyl.* 92. *t.* 39. f. 1. (fide *Roxb.*).

Caules ramique magni, cortice atropurpureo, glabro, ramulis brevibus, lateralibus, e ramis junioribus plus minus recurvis, quasi cirrhosis, demum spinescentibus, aetate juvenili tectis squamis ferrugineis, stellatis. Folia alterna, breviter petiolata, integerrima, supra glabra, subtus squamis ferrugineis argenteisque, stellatis, 2-3 poll., 1-2 lata. Stipulae 0. Flores parvi, albi. Pedunculi uniflori, corollâ longiores. Cal. tubo brevi, tetragono; laciniis cordatis, extus subsquamosis, intus glabris. Antherae sessiles in tubo calycis. Germen oblongum, calyce contracto cinctum. Stylus longitudine calycis, stigmate oblongo, glandulari, obliquo. Bacca oblonga, succulenta, matura aurantiaca, pulpâ molli, adstringente, nec acidâ, ut in *conferta.* Semen subclavatum, integumento exteriore 8-costato, molli, lanuginoso, interiore membranaceo. Perispermum 0. *Roxburgh* l. c. *In Sumatra.* ♄.

n. 12. ELAEAGNUS *conferta Roxb.;* fruticosa, scandens: foliis alternis, oblonge acuminatis, subtus squamis argenteis; floribus axillaribus, confertis, breviter pedunculatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* I. p. 460.

Frutex satis magnus. Rami juniores tecti squamis innumeris ferrugineis. Folia plerumque erecta, integerrima, 3-4 poll., 1½-2 lata. Petioli breves, extus squamosi. Flores parvi, straminei. Cal. basi subgibbosus, tetragonus, extus squamosus, laciniis cordatis, fauce intus lineis 4 curvis, filamentis intra fissuras. Stylus pilosus. Drupa oblonga, succulenta, matura rubra. *Roxb. l. c.* *Prope Silhet in Bengalia; in Nepala, Sirinagur, Sirmore.* ♄.

n. 13. ELAEAGNUS *arborea Roxb.;* arborea: ramulis saepe spinosis, acutis; foliis oblongis lateque lanceolatis, integerrimis, subtus argenteis; floribus axillaribus fasciculatis; fructu cylindrico, oblongo. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 461.

Arbor magna. Fructus olivaeformis, sed major, edulis. *Roxb. l. c.* *In Garrow-Hills.* ♄.

n. 14. ELAEAGNUS *ferruginea Rich.;* arbuscula; foliis ellipticis, valde acuminatis, integerrimis, supra viridibus, subtus ferrugineis; floribus 2-3 fasciculatis, ferrugineis. *Mém. d. l. Soc. d'hist. nat.* T. I. 2. p. 404.

Folia crassiora quam in *latifolia;* flores majores; pedunculi longiores. *In Java. Leschenault.?*

Quid ELAEAGNUS *chrysophylla*, quam ill. de *Hoffmansegg* in *Verzeich.* p. 171 veram *Elaeagnum* et nullo modo *Heritieram* esse dicit?

Quid ELAEAGNUS *cyanea Ait.*?

n. 585. PURSHIA.

Pag. 480. n. 1. PURSHIA *humilis.* Addatur:

Obs. PURSHIA nunc a clo *Rafinesque N. G.* 1811 PTILOPHYLLUM dicitur, quod MYRIOPHYLLUM. A clo *Steudel* scribitur BURSHIA.

n. 586. ZIERIA. *)

Pag. 481. n. 1. ZIERIA *Smithii.* Addatur synonymon: Z. cymis axillaribus, trichotomis; pedunculo communi petiolo breviore; foliolis lanceolatis, pellucido-punctatis; caule frutescente. *Bot. Mag.* t. 1395. *Bot. Repos. n.* 606. Z. ramulis foliisque pilosiusculis etc. *Bonpl. Iard. malmais. p.* 62. *t.* 23. *Z. lanceolata Brown Herb. Banks.* et *Rees Cycl. n.* I. *Decand. prodr. p.* 723. *Spreng. S. V. p.* 443. *Z. trifoliata Bonpl.* apud *Steudel.*

Fruticulus, ramis glandulosis, foliis oppositis ternatis, petiolo longitudine foliolorum; bracteae subulatae, horizontales. Cor. alba, petalis apice revolutis, calyce multo longioribus. Stamen intus glandulâ. Stigma 4-lobum. *Sims.*

Obs. In specimine nostro a *Sieber* in *Nov. Holl.* lecto petiolus foliis duplo triplove brevior, et pedunculus communis petiolo longior, subinde duplo. Reliqua conveniunt.

n. 2. ZIERIA *macrophylla Bonpl.*; ramulis pulverulaceis; foliis oblongis, utrinque glabris, planis; racemis petiolorum longitudine, paucifloris. *Bonpl. l. c. p.* 64. *Z. macrophylla Decand.;* r. p., f. o., u. g., planis, acutis, pellucido-punctatis; racemis trichotomis folio brevioribus. *Decand. prodr. p.* 723.

Frequenter in Herbariis occurrere nomine FAGARAE *Euodiae* L. s. EUODIAE *hortensis Forst.; Jussieu* l. infra c. *In nov. Holland. orientali.* ♄.

n. 3. ZIERIA *laevigata Smith;* ramulis glabris; foliolis linearibus, margine revolutis, glabris, petiolo longioribus; pedunculis bis trifidis, corymbosis, folio brevioribus. *Decand. prodr. p.* 723. *Jussieu Rutaceae Mém. Mus.* XII. p. 483. t. 22. n. 27.

In nov. Holland. orient. Port-Iackson. ♄.

Obs. ZIERIA *laevigata Bonpl.;* ramulis foliisque glaberrimis, foliolis linearibus, utroque margine recurvis; racemis foliorum longitudine paucifloris.

---

*) Britanni pronunciant hoc nomen: „ZAÏERIA," in memoriam Germani cujusdam hortulani, qui diu in illorum coloniis vixit. Nobis, si more Britannorum pronunciamus hoc nomen, in mentem vocabit nomen meritissimi Germanorum horticultoris, D. *Zeyher* in *Schwetzingen.*

Bonpl. l. c. clo *Decandolle* l. c. alia videtur species. In specimen nostrum ex *Sieb. Herb. nov. Holl.* n. 291 melius quoque quadrat definitio a *Decand.* data. Frutex ramosus, erectus, cortice laevi, cinereo; ramis copiosis, oppositis, rarius alternis, divergentibus, basi teretiusculis, dein tetragonis, laevibus, glabris, cinereis. Folia opposita, fere decussata, breviter petiolata, erecto-patentia, ternata, glaberrima, laevigata, glauca; foliolis acutis, superne sulco longitudinali, margine valde revolutis, sessilibus, enervibus, medio plerumque breviore, ½-1 poll., ⅓ poll. latis. Petioli breves, vix ½ lin., teretiusculi, superne profunde sulcati, glabri. Corymbi in apicibus ramorum terminales axillaresque, foliosi; pedunculis plerumque bis trifidis, foliis parum brevioribus, 4-gonis, glabris, bracteatis; bracteis oppositis, basi fere conniventibus, lanceolato-subulatis, glabris; pedicellis 1-floris, tetragonis vel apice teretiusculis, glabris, 1-2½ lin.. Calyx campanulatus, 4-fidus, persistens, glaber, extus fuscus, intus glaucus; laciniis ovatis, acutis, aequalibus, corollâ duplo brevioribus, 1-lin. fere longis. Corolla albida, basi pallide rubella (?), tetrapetala, petalis patentibus, brevissime unguiculatis, obovato-rotundatis, integerrimis vel paululum emarginatis, utrinque albo-tomentosis, tomento sub lente stellato, 1-1½ lin., 1 lin. latis, calycis laciniis duplo longioribus. Stamina 4, petalis multo breviora, et cum iisdem alternantia; filamentis brevibus, glabris, teretibus (?), basi incrassatis, glandulae insidentibus; antheris sat magnis, rotundato-ovatis, obtusis, bilocularibus, longitudinaliter dehiscentibus, flavis. Stylus brevissimus, teres, crassiusculus, stigmate fere capitato, obsoletissime lobato. Capsulas non vidi. In Icone a clo *Jussieu* l. c. datâ petala, quae in nostra planta rotundata obtusa etc. acuta depinguntur; an ergo eadem?

n. 4. ZIERIA *cytisoides Smith*; ramulis villosis; foliolis obovatis, utrinque villosis; pedunculis trifidis foliiferis. *Smith Rees Cycl. n. 4.*

In Nova-Cambria australi. ♄.

n. 5. ZIERIA *arborescens Sims*; caule arboreo; foliolis subtus tomentosis, impunctatis; pedunculis petiolo longioribus. *Sims Bot. Mag.* 1395.

In Nova Hollandia. ♄.

n. 6. ZIERIA *microphylla Bonpl.*; ramulis foliisque subtus sericeis; foliolis linearibus, supra glabris, margine recurvis; pedunculis axillaribus, subtrifloris. *Bonpl. malm.* p. 64.

In Nova Hollandia ♄.

n. 7. ZIERIA *pauciflora Smith*; ramulis petiolisque pilosis; foliolis lineari-obovatis, interdum margine revolutis; pedunculis 1-3-floris; calycis lobis lanceolatis, acutis.

Ad Port Jackson. ♄.

n. 8. ZIERIA *pilosa White*; foliis lanceolatis (3-4 lin.), subtus pilosis; floribus solitariis axillaribus. *Rudge Trans. Linn. Soc.* X. p. 293. t. 17. f. 2. *Poiret Enc. meth. ill. gen. Suppl.* t. 915. f. 1.

Frutex ramosus, ramis oppositis, densissime hirsutis. Folia opposita, ternata, uninervia, supra glabra, punctata, subtus pilosa, acutiuscula, integerrima, petiolis pilosis. Flores pedunculati; pedunculi breves, teretes, hirsuti. Calyx profunde 4-fidus. Petala ovata, obtusa, utrinque glabra. Filamenta glandulis insidentia, lata, glabra. Antherae cordatae. Germen 4-lobum. Stylus brevis. Stigma 4-lobum. Cocci 4 ovati, hirsuti, monospermi. *In nova Cambria* l. *White.*

n. 9. Zieria *hirsuta Dec.*; ramis petiolis capsulisque hirsutis; foliolis oblongo-linearibus, petiolo triplo longioribus, subtus hirsutis, margine subrevolutis; pedunculis 1-floris. *Decand. prodr.* 723.

In Nov. Holland. montibus caeruleis.

n. 10. Zieria *commutata*; ramulis hirsutis; foliolis lineari-lanceolatis, planis, glabris, petiolo glabriusculo duplo longioribus; pedunculis 1-floris; capsulis glabris. Zieria *microphylla Sieber Herb. nov. Holl. Nro.* 283.

Proxima Z. *hirsutae*, nec *microphyllae.* Frutex parvus, erectus (?), râmosus; ramis oppositis, rigidis, fuscis, hirsutis. Folia opposita, petiolata, in ramulis semper ternata, in ramis etiam imparipinnata, bijuga, decidua, petiolo inarticulata; foliola linearia et lineari-lanceolata, acuta, glabra vel pilis raris in junioribus, nervo medio subtus prominente, margine non revoluta, utrinque viridia, obsolete pellucido-punctata; foliolo intermedio plerumque breviore; 2-3 lin., $^1/_2$ lin. lata. Flores parvi, axillares, solitarii, pedunculati, albidi? Pedunculi breves, glabri, teretiusculi, apice incrassati, vix lin.; bracteolis 2 oppositis, subulatis, glabris, minimis. Calyx inferus, persistens, fere infundibuliformis, 4-fidus; laciniis ovatis, acutis, glabris, obsolete resinoso-punctatis, externe viridibus, apice rubellis, corollâ duplo brevioribus. Corolla 4-petala, longe persistens; petalis ovatis, acutiusculis, fere mucronulatis, utrinque glabris, erectis, vix lin. longis. Stamina 4, erecta, corollâ breviora; filamentis albidis, compressis, basi latioribus, sub lente ciliis albis; antheris ovatis, obtusis, minimis, bilocularibus, purpureis. Stylus simplex, brevissimus, teres, glaber; stigmate vix 4-lobo. Capsulae 4, saepius abortu 2-3, conniventes, oblique-ovatae, obtusae, glabrae, fuscae, resinoso-punctatae, latere connivente longitudinaliter dehiscentes, uniloculares, univalves, monospermae. Semen oblongum, atro-fuscum, tuberculatum. *In nova Hollandia.* ♄

D I G Y N I A.

n. 587. BÜFFONIA.

Pag. 481. n. 1. BÜFFONIA *annua*. Addatur synonymon: *Smith Engl. Fl.* 225.

n. 1 a. BÜFFONIA *Oliveriana Ser. Ms.*; caule apice ramoso: ramis filiformibus, elongatis; striis calycinis rectis parallelis; capsulis subsessilibus, calyce brevioribus; foliis brevissimis squamiformibus. *Decand. prodr.* p. 388.

Circa Teheran, Persiae. ⊙. *Herb. Olivier.*

n. 1 b. BÜFFONIA *macrocarpa Ser. Ms.*; caule ramosissimo, dichotomo; ramis filiformibus, rigidis, longissimis, nudiusculis, divaricatis; calycis foliolis ovatis, obtusis, striis rectis parallelis; capsulis longe pedicellatis, magnis, calyce multo longioribus; seminibus subgloboso-compressis, margine echinatis. *Decand. prodr.* 388.

A Teheran ad Ispahan. ♃. *Herb. Olivier.*

n. 588. HYPECOUM.

n. 1. HYPECOO *procumbenti* addatur synonymon: H. etc., petalis externis dorso glabris. *Decand. Syst. nat.* II. p. 101. et, hoc teste: *Smith Rees Cyclop.* n. 1. *Mill. icon.* t. 150. f. 1. *Smith Fl. graec. ic.* 2. *t.* 155.

Obs. Variare foliorum laciniis latioribus; caule breviori, semipalmari. *Brotero Fl. lusit.* p. 209. Laciniae foliorum 3 lin, vix lin. latae. *Link Enum.* p. 146.

Pag. 482. n. 2. HYPECOO *littorali* addatur synonymon: H. etc., petalis externis dorso pubescentibus. *Decand. Syst. nat.* II. *p.* 102. *Smith Rees Cyclop. n.* 2.

n. 3. HYPECOO *patenti* addatur synonymon: H. etc. petalis glabris, exterioribus subintegris, unguiculatis, cordiformibus; interioribus tripartitis. *Decand. Syst. nat.* II. *p.* 103. et, hoc teste: *Delil. Fl. aegypt. p.* 6. H. orientale fumariae folio. *Tournef. cor.* 17? MNEMOSYLLA *aegyptiaca Forsk. aegypt.* 122.

Obs. Periit illico a florescentia, nec prostat in Herbario. *Link Enum.* p. 146.

n. 4. HYPECOO *pendulo* addatur synonymon: H. siliquis nodosis, teretibus, pendulis; petalis glabris: 2 exterioribus ovato-oblongis, pendulis; 2 interioribus tripartitis. *Decand. Syst. nat.* II. p. 103. et, hoc teste:

Mill. ic. t. 250. f. 1. *Smith* in *Rees Cyclop. n.* 3. *M. a Bieb. Suppl. taur. cauc.* p. 114. et, hoc teste: H. *procumbens Gmel. jun. iter* 2. p. 197. *Gmel. Sib.* IV. p. 96. *n.* 91.

Cal. diphyllus: foliolis triangularibus brevibus, coloratis, albo-marginatis. Petala 2 exteriora integra, utrinque membranaceo-alata, 2 interiora triloba, intus rubicundo-punctata, lobo intermedio minore. Siliquae cernuae, demum cauli fere parallelae, graciles, leviter arcuatae, utrinque attenuatae, teretiusculae, striatae, maturae torulosae, nec articulatae: pedunculo crasso, $^1/_2$ poll. circiter. *M. a Bieberst.*

n. 4 a. Hypecoum *aequilobum Vivian.;* glaberrimum; foliis pinnatis: foliolis incisis, lineari-filiformibus; petalis omnibus unguiculatis: majoribus trilobis, lobis subaequalibus; minoribus trifidis, laciniis linearibus; siliquis erectis. *Viv. Tent. Fl. lyb. p.* 7. *tab.* III. f. 3.

Radix simplex. Folia radicalia nonnulla simplicia, lineari-filiformia; reliqua petiolata, pinnata: pinnis inaequalibus laciniatis, laciniis linearibus, fere filiformibus. Scapi nudi, extremum versus in individuis tenuioribus 2-3 flori, involucro multifido et multipartito, laciniis lineari-filiformibus; in elatioribus pedunculi dichotomi, ad singulas divisiones involucro muniti. Pedunculi ad calycis insertionem tuberculo quadrilobo incrassati. Calyx foliolis ovatis acutis, margine late membranaceo. Petala lutea, duo majora ex ungue in laminam dilatata, lobis omnibus subrotundis, subaequalibus; ungues basi sic producti, ut calycem saccatum referant; petala minora laciniis obtusis, media paulo longiore, margine revoluto subsaccato fimbriato. Stamina 4 aequalia petalis opposita; filamenta basi dilatata, antherae erectae lineares. Germen lineare; stigmata duo. Siliqua vix torulosa, stigmatibus persistentibus revolutis coronata. ⊙.

n. 5. Hypecoo *erecto* addatur synonymon: H. siliquis inarticulatis, erectis, compressis; petalis glabris: exterioribus cuneiformibus, subtrilobis; interioribus 3-fidis, lobis lateralibus subbilobis, medio parvo. *Decand. Syst. Nat.* II. *p.* 104. *Smith* in *Rees Cyclop. n.* 4. *Link Enum. p.* 146.

Laciniae ultimae foliorum lineae, angustissimae. *Link.*

n. 6. Hypecoo *imberbi* addatur synonymon: H. etc. calycis foliolis dentato-fimbriatis. *Decand. Syst. Nat. p.* 103. *n.* 3. *Smith* in *Rees Cyclop. n.* 5.

Rad. fere *procumbentis.* Herba magis glauca. Caules magis erecti et ramosi, spithamaei. Folia radicalia erectiuscula, laciniis angustioribus, pinnatifidis; caulina majora bipinnatifida. Flores facie *procumbentis*, sed structurâ diversi. Petala interiora semitrifida, nec tripartita, lobis lateralibus oblongis, divaricatis; intermedio cordato, subpetiolato, margine laevi, integerrimo. *Sibth.*

Species vix notas esse:
7. H. orientale latiore folio flore magno. *Tournef. cor.* 17.
8. H. latiore folio. *Sabb. Hort. rom.* 4. *t.* 45 (excl. syn.)

n. 589. HAMAMELIS.

Pag. 483. n. 1. HAMAMELIS *virginica.* Addatur synonymon: *Bigelow Fl. boston. p.* 40. *Link Enum. p.* 146. HAMAMELIS *corylifolia Mönch.*

Obs. Cls. *Nutall p.* 107 duas HAMAMELIS *virginicae* varietates distinguit; *β. macrophyllam* (quae H. *macrophylla Pursh*), et *γ. parvifoliam*, foliis minoribus, oblongo-obovatis, superne undulatis, grosse crenatis, subtus pubescentibus, subhirsutis; laciniis calycis oblongis, staminibus perigynoisque filamentis saepe subaequalibus. *Virginica* minor, ramis fere erectis, calyce subcolorato, diaphano; petalis laete flavis. Haec polygama videtur Affinis FOTHERGILLAE et PACHYSANDRAE. Ad *γ.* videtur spectare planta cli *Link.*

n. 591. NERTERIA.

Pag. 484. n. 1. NERTERIAE *depressae* addatur: N. foliis reniformi-cordatis; drupis dipyrenis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 479.

Obs. An ergo planta cli *Aub.* d. *Petit-Thouars*, in synonymis ad N. *depressam* in *Syst. Veg. ed. nostr.* l. c. laudata, re verâ hujus loci? Planta *Humboldti e Silla de Caracas.*

n. 2. NERTERIAE *assurgenti* subjungatur:

n. 3. N. *tetrasperma Humb.* et *Bonpl.*; foliis ovatis; drupis tetrapyrenis. *Humb. et Bonpl. nov. gen. red. Kunth* II. p. 379.

Media NERTERIAM inter et MITCHELLAM. Caules filiformes, repentes, ramosi, ramique quadrangulares glabri, oppositi, abbreviati. Folia opposita, petiolata, approximata, acutiuscula, basi in petiolum decurrentia, integerrima, avenia, crassiuscula, glabra, glaucescenti-viridia, concoloria, $1^1/_2$ lin., lin. lata. Petioli canaliculati, glabri, folio quintuplo breviores. Stipulae interpetiolares, oblongo-lanceolatae, glabrae, erectae, longitudine petioli. Flores terminales solitarii, sessiles, magnitudine GALII *veri.* Cal. superus, minimus, dentibus 4-5 acutis. Cor. alba, glabra, tubo brevissimo; laciniis ovatis, acutis, aequalibus, fauce imberbi? Stam. 4, basi corollae inserta, subexserta. Stylus profunde 4-partitus, laciniis capillaceis, patentibus. Drupa baccata, depresso-globosa, glabra, rubra, magnitudine grani cannabis, pyrenis triangularibus, fuscis. *Kunth l. c.* *In humidis ad radicem montis ignivomi Tunguraguae r. Quit.* ♃.

n. 591 a. ANTHOSPERMUM.

n. 1. ANTHOSPERMUM *lanceolatum Thunb.*; foliis verticillatis, lanceolatis (ellipticisve), glabris. *Thunb. prodr.* 32. *Flor. cap. p.* 731. *ed. nostr. p.* 157. *Willd. Spec.* VI. p. 731. A. *herbaceum Linn. Suppl.* 440.

Caulis frutescens, totus glaber; rami teretes, purpurascentes, glabri, elongati, pedales et ultra; ramulis oppositis similibus,

patentibus. Folia subsena, inaequalia, sessilia, integra, laevia, patentia, pollicaria; minora ex axillis; flores axillares. Ab *aethiopico* foliis latioribus et longioribus diversum. *Thunb.* Facies Galii; caules herbacei, diffusi, laeves. Folia uninervia. *Linn. l. c.* *In Prom. b. spei.* ♄.

n. 2. * A. *aethiopicum;* foliis subverticillatis, linearibus, glabris. *Thunb. prodr. p.* 32. *Flor. cap. p.* 571. *ed. nostr. p.* 157. *Willd. Spec.* IV. p. 732. *Hort. cliff.* 455. t. 27. *Pluk. alm. t.* 183. f. 1. *Walt. hort.* 24. *t.* 9. Anthospermum *ambrosiacum Mönch.* Ambraria *Heisteri Fabric. helmst.* 435.

Caulis fruticosus, totus glaber, ramosissimus, 2 ped. et ultra; ramis oppositis, cinereis, flexuoso-erectis, virgatis. Folia sessilia, integerrima, margine revoluta, patentia, lineam longa. Flores axillares, verticillati, sessiles; styli plumosi, calyce duplo longiores. Varietas monstrosa caule articulato. *In collibus prope urbem Cap in prom. b. spei.* ♄.

n. 3. * A. *ciliare;* foliis verticillatis, ovatis, ciliatis, hispidis. *Thunb. prodr. p.* 32. *Flor. cap. p.* 571. *ed. nostr. p.* 157. *Willd. Spec.* IV. *p.* 732. *Pluk. mant.* 5. *t.* 244. f. 5.

Caulis fruticosus, flexuoso-erectus, ramosissimus, glaber, palmaris et pedalis; ramis sparsis, angulatis, foliis floribusque tectis. Folia sena, sessilia, approximata, internodiis vix longiora, margine revoluta, pilis albis hispida, patentia, supra sulcata, subtus carinata, lineam longa; flores axillares, bini vel quatuor; sessiles, longitudine foliorum. ♂ Cal. semiquadrifidus, laciniis lanceolatis, elastice dissilientibus, reflexis, rufescentibus. Filamenta receptaculo inserta, capillaria, longitudine calycis; antherae ovato-lineares, flavae; germen sterile, didymum, inferum, ovatum, obtusum, glabrum. ♀ Cal. et germen fertile ut in mare, sed minor. Stigmata 2 longa, filiformia. Caps. ovata, glabra, didyma, cohaerens, facile separanda. *Circa urbem Cap in collibus.* ♄.

n. 4. Anthospermum *spathulatum Spreng.;* foliis verticillatis, spathulato-linearibus, acutiusculis; ramis pubescentibus. *Spreng. N. Entd.* III. *p.* 45. *S. V.* p. 399.

Rami teretes, patentes, pubescentes. Folia subsena, breviter petiolata, utrinque glabra, integerrima, 4 fere lin., vix lin. lata. Flores axillares, verticillati. Cal. 4-partitus, pallidus, laciniis patentibus, lanceolatis. Stam. calycem aequantia. Pist. 0. A. *lanceolatum* differt ramis laevibus, fol. lanceolato-linearibus, uncialibus, acutis. In *ciliari* folia hispida. *Spreng. In Prom. b. spei.*

n. 5. A. *scabrum Thunb.;* foliis convolutis, canaliculato-subulatis, scabridis *Thunb. prodr.* p. 32 *Flor. cap.* p. 573 *ed. nostr.* 158. *Willd. Spec.* I. p. 732.

Caulis brevissimus, infimâ basi fruticosus, mox ramosissimus. Rami aggregati, alterni, longi, ramulosi, virgati, filiformes,

cinerei, glabri, erectiusculi, spithamaei et ultra. Folia opposita, connata, subtrigona, acuta, apice parum recurvo cartilagineo, margine tenuissime serrulato, scabra, in apicibus ramorum et ramulorum approximata, patula, glabra, unguicularia. Flores versus summitates laterales. Stam. 5. Cal. 6-partitus angulatus, *Thunb.* An hujus ergo generis? *In prom. b. spei.* ♄.

Obs. ANTHOSPERMUM *crispum Dietr.* a clo *Steudel* laudatum non invenimus in 2. editione *Dietr. Lexik.*

n. 591 b. GALOPINA.

n. 1. GALOPINA *circaeoides Thunb. diss. nov. pl. gen.* I. *p.* 3. *Willd. Spec.* I. 706. *Pers. Syn.* I. p. 150. *Gmel. Syst. Veg.* I. *p.* 280. ANTHOSPERMUM *Galopina* foliis oppositis, oblongis, glabris. *Thunb. prodr. p.* 32. *Flor. cap. p.* 569, *ed nostr. p.* 156. *Spreng. S. V.* p. 399.

Caulis herbaceus, simplex, rarius ramosus, teres, ruber, glaber, debilis, erectus, circiter 2-pedalis, ramis alternis, patentibus, similibus cauli. Folia petiolata, acuta, integra, subtus pallida, pollicaria et paulo ultra, in axillis minora. Flores terminales, paniculati, paniculâ laxâ diffusâ. Pedunculi et pedicelli oppositi, capillares, glabri, bracteis 2 oppositis, setaceis. *In sylvis Houtniquas, Grootvadersbosch* etc.

n. 592. MICROLAENA.

n. 1. MICROLAENA *stipoides.* Addatur synonymon: EHRHARTA *stipoides Spreng. S. V.* II. *p.* 115.

n. 594. DICORYPHE.

Pag. 485. n. 1. DICORYPHE *Thouarsi.* Addatur synonymon: DICORYPHE *madagascariensis Poir.* DICORYPHA *stipulacea Hil. Sprengel S. V.* p. 491.

n. 595 a. ANTENORON.

n. 1. ANTENORON *racemosum Rafinesque Fl. ludov. p.* 28. *Poir. Enc. meth. ill. gen. Suppl.* 556.

Hirsutum. Folia petiolata, oblonga, acuta. Racemus longissimus. Flores remoti, bracteati, bracteis scariosis, vaginatis. Flores albi, parvi, breviter pedicellati. *In Carolina.*

n. 596. TETRARRHENA.

Obs. TETRARRHENAE omnes *Ehrhartae* apud *Sprengel* dicuntur *S. V.* p. 114 115.

T R I G Y N I A.

n. 597. B O S C I A.

Pag. 486. Boscia *undulata*. Addatur synonymon: Asaphes *undulata Decand. Prodr.* 2 p. 90.

Obs. „Valde affinis, ex *Lamarck Ms. in Herb.*, Vepri *inermi Commers.* An affinior Toddaliae? Ab utroque genere differt fructu capsulari 4-valvi et stylo triplici, cujus ceterum existentia cum ovario 4-loculari naturae repugnat. „*Juss. Mém. Mus.* XII. p. 521. An Myrica *trifoliata?* quaerit *Spreng. S. V. p.* 494.

n. 597 a. H Y M E N E L L A.

n. 1. Hymenella *moehringioides Fl. mex. ic. ined.* Büffonia *tenuifolia Moç.* et *Sessé Fl. mex. ined. Decand. Prodr. p.* 390.

Caules debiles. Folia linearia, acuta, glabra. Pedicelli solitarii 1-flori, axillares. Flores parvi, albi. *Decand. l. c. In Mexico in Hort. Carmelitar.*

TETRAGYNIA.

n. 598. ILEX.

Pag. 486. n. 1. ILEX *Aquifolium.* Addantur synonyma: *Smith Engl. Fl. p.* 227. *Hayne dendrol. Flor. p.* 10. *Guimpel Abb. deutsch. Holzart.* 14. *t.* 5. *Hayne Abbild. off. Gew.* VIII. *p.* 25. τῳ ε addatur: I. *Aquifolium β echinatum Decand Prodr.* 2. *p.* 14. (excludatur δ. monente *Link Enum. p.* 147. quae illi species propria.)

Smith l. c. varietatem notat: Agrifolium baccis luteis nondum descriptum. *How. Phyt.* 3. *Raii Syn.* 466. Non occurrere in America, et difficulter ibidem coli, *Nuttall gen.* p. 109.

n. 1 a. ILEX *balearica Desfont.* restituatur in speciem, diagnosi l. c. p. 487 in Nota datâ, suadente *Link Enum.* p. 157. et *Spreng. S. V.* p. 494, et addatur synonymon: I. fol. ovatis, acutis, nitidis, planis, integris aut dentato-spinosis; umbellis axillaribus, paucifloris, brevibus. *Decand. Prodr.* 2. p. 14. ILEX *maderiensis Willd. Enum. Suppl. p.* 8. I. *Aquifolium* δ *Lam. Enc.* 3. *p.* 145.

Folia plana et integerrima in eodem ramo.

Pag. 487. n. 2. ILEX *japonica.* Addatur synonymon: BERBERIS *japonica Spreng. S. V. p.* 119. MAHONIA *Decand.*

n. 3. ILEX *opaca.* Addatur synonymon: *Nutt. gen. p.* 109. *Bigelow Boston. p.* 41. *Link Enum. p.* 147. *Pluk. t.* 196. *f.* 3.? (fid. *Decand. Prodr.* 2. p. 14.).

Fructus rubri ovoidei. *Decand.*

n. 3 a. ILEX *recurva Link;* foliis oblongis, junioribus recurvis; floribus fasciculatis. *Link Enum. p.* 147. I. *Aquifolium* δ. *Ait.* et *S. V. ed. nostr. p.* 486. I. *serrata Hortul..* I. *Aquifolium* γ? *serratum Decand. Prodr.* 2. *p.* 14.

Folia angustiora quam in *Aquifolio;* spinae longiores. *Link.* ♄.

Pag. 488. n. 4. ILEX *crocea.* Addatur synonymon: *Link Enum. p.* 148.

Petioli 4 lin.; folia 3 poll., 14 lin. lata. Cortex interior ramorum croceus.

n. 7. ILEX *Perado.* Addatur synonymon:

Loddig. Bot. Cab. 549. *Link Enum. p.* 148. I. fol. etc. integris aut parcissime dentatis, nitidis; umbellis axillaribus, paucifloris, brevibus. *Decand. Prodr.* 2. *p.* 14. I. *maderiensis Lam. Dict.* 3. p. 146. (fid. *Decand.* et *Steudel.*). I. *canariensis* cum? *Spreng. S. V. p.* 488. — *β. obtusa*, fol. obtusis subemarginatis. *Dec. l. c. Duham ed. nov.* 1. t. 2.

Valde affinis I. *balearicae*, at folia non acuminata, minus aculeata *Link.*

n. 8. Ilex *prinoides.* Addantur synonyma: *Nutt. gen.* p. 109. I. *Prionites Willd. En. Suppl. p.* 8. (fid. *Link Enum. p.* 148.) Prinos *deciduus*; fol. deciduis, elliptico-lanceolatis, in petiolum attenuatis, leviter serratis, costâ mediâ subtus villosâ; pedicellis axillaribus, masculis aggregatis, femineis solitariis *Decand. Prodr.* 2. *p.* 16. — *β aestivalis*; fol. adultis utrinque glabratis. *Decand.* l. c. I. *aestivalis Lam.*

Folia utrinque acuta, medio serrata, subtus pubescentia. Baccae magnae, subsolitariae, nucibus sulcatis. *Nutt.*

Pag. 489. n. 9. Ilex *myrtifolia.* Addatur synonymon: *Link Enum.* p. 148.

Folia lanceolata, mucronata, margine reflexa, subtus ferruginea. *Link.*

n. 10. Ilex *Dahoon.* Addatur synonymon: *Nutt. gen. p.* 109. I. *Cassine Willd. h. berol.* 1. t. 31. fid. *Decand. Prodr.* 2. *p.* 14. — *β laurifolia*, fol. majoribus ellipticis, subacutis, sempervirentibus; pedicellis elongatis, subtrifloris. *Nutt.* in *Sillim. Am. Journ.* 1822. p. 289. *Decand. l. c.*

β in Florida orientali.

n. 11. Ilex *angustifolia.* Addatur synonymon: *Nutt. gen.* p. 109.

10-15 ped. alta. Folia plerumque integerrima, mucronata. *Nutt.*

Pag. 490. n. 12. Ilex *Cassine.* Addatur synonymon: *Nutt. gen.* p. 109. *Link Enum.* p. 148.

Obs. Cls. *Decand* in *Prodr.* 2. p. 14 excludit I. *Cassinem Willd.* h. *berol.* t. 31, ut ad I. *Dahoon* spectantem, et hic trahit I. *cassinoidem Link Enum.*

n. 12 a. Ilex *cassinoides Hort. paris.*; foliis alternis, lanceolatis, antice spinuloso-serratis, glaberrimis; pedunculis lateralibus, corymbiferis. *Link Enum.* p. 148.

Folia 1-1½ poll., 6-7 lin., serraturis antice utrinque distantibus, 2, 3, margine reflexa, subtus pallida, nervis ante marginem connexis. Petioli 1-2 lin. longi. Pedunculi a foliis re-

moti, 6 lin. longi; pedicelli 3 lin.; bracteae minutae, lineares, acutae. Cor. parvae, albidae. *Link.* *Habitat?* ♄. Tepidar.

Obs. Si diversa ab I. *cassinoide Dum. Courset*, tunc nomen mutandum foret. *Sprengel* eandem esse speciem cum *angustifolia* affirmat *S. V.* p. 495.

n. 13. ILEX *Cassena* eadem dicitur a *Sprengel S. V.* *p.* 495. et a *Decand. Prodr.* 2. p. 14. cum *vomitoria.*

Pag. 491. n. 14. ILEX *vomitoria.* Addatur synonymon: *Nuttall gen. p.* 109. *Link Enum.* p. 148 (quatenus *ligustrina Jacq.*) I. fol. oblongis ellipticisve, utrinque obtusis, crenato-serratis ramulisque glabris; umbellis lateralibus, subsessilibus *Decand. Prodr.* 2 p. 14. et hujus fide: ILEX *Cassena Mich.*, I. *religiosa Bart. fl. virg.* 66. I. *floridana Lam. ill. n.* 1731.

Pag. 492. n. 17. ILEX *salicifolia.* Addatur synonymon: BURGLARIA *lucida Wendl.?* fide *Steudel.*

n. 18. ILEX *asiatica.* Clo *Sprengel S. V.* p. 496. ILEX *integra Thunb.* non differre videtur.

n. 22. ILEX *acuminata.* Addatur synonymon: ILEX *Macoucoua*; fol. ovalibus, subovatis, apice interdum obtuse attenuatis, emarginatis, coriaceis, glabris, integerrimis; pedunculis cymosis, axillaribus, plurimis. *Decand. Prodr.* 2. p. 15. CASSINE *Maurocenia Sieber. Herb. ins. Trinit.* n. 31.

Fructus ovatus, 4-locularis. *Decand.* In specimine nostro Sieberiano folia majora, latiora, minus emarginata, apice saepius obtusa, cymae numerosiores, longius pedunculatae, magis erectae, calyx multo major, ovarium magis conicum, quam in altero specimine a clo *Bertero* in S. Domingo lecto.

Pag. 493. n. 23. ILEX *cuneifolia.* Addatur synonymon: I. fol. cuneiformibus, glabris, aequaliter tricuspidatis. *Decand.* l. c. p. 16. — *β bonariensis*, fol. ovato-cuneiformibus, glabris, tricuspidatis, lobo medio lateralibus duplo longiore. *Dec. l. c.* *Lam. Enc.* 3. p. 148.

n. 24. ILEX *canadensis.* Addatur synonymon: PRINOS *lucidus Ait.* (fid. *Sprengel S. V. p.* 495.) PR. *lucidus Willd.* (fid. *Link Enum p.* 148.) NEMOPANTHUS *fascicularis Rafin. in Silliman's Americ. Journ.* I. p. 377. NEMOPANTHUS *canadensis Decand. Prodr.* 2. p. 18. *pl. rar. hort. gen. t.* 3. ILEX *delicatula Bart. fl. virg. p.* 67? (fid. *Decand.*).

Obs. Cl. *Rafinesque* l. c. genus NEMOPANTHUM sic definit: Flores dioïci; stamina 5; fructus 4-spermus; cel. *Decandolle* vero sic: Flores abortu dioïci polygamive; calyx minimus, vix conspicuus; petala 5 distincta, oblongo-linearia, decidua; stamina 5, petalis alterna; ovarium hemisphaericum, succo viscoso obductum; stylus o; stigmata 3-4, sessilia, in ♂ vix manifesta; bacca subglobosa, 3-4-locularis, 3-4 sperma.

n. 25. Ilex *canariensis.* Addatur synonymon:

I. fol. etc. nitidis; umbellis axillaribus, paucifloris; pedunculis petiolo longioribus. *Decand. Prodr.* 2. p. 14.

An ab I. *Perado* satis distincta? *Decand.*

Pag. 494. n. 26. Ilex *laxiflora.* Addatur synonymon: I. fol. etc. coriaceis, glabris; stipulis subulatis; pedunculis multifloris, laxe ramosis, supra axillas sparsis; calycinis dentibus acutis. *Decand. Prodr.* 2. p. 14. *Nutt.* eam varietatem I. *opacae* dicit.

n. 27. Ilex *Paltoria.* Addatur synonymon: I. foliis ellipticis, obtusis, crenato-serratis, crasso-coriaceis, glabris, supra nitidis; pedunculis 1-3-floris ramulisque hirtellis; corollis subtetrapetalis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen.* et *spec. red. Kunth.* T. VII. p. 69. Myginda *latifolia Sw.* (fid. *Spreng. S. V. p.* 496.).

Affinis I. *vomitoriae.* Rami subverticillati, teretiusculi, cinerei, glabri; ramuli sulcato-angulati, hirtelli. Folia sparsa, in ramulis approximata, interdum subterna, breviter petiolata, reticulato-venosa, nervo medio subtus prominulo, glaberrima, supra satiate viridia et nitida, subtus pallidiora, 10-11 lin., 7-8 lin. lata. Petioli crassi, glabri, lin. longi. Pedunculi axillares, uniflori, medio bibracteati, 1 $^1/_2$ lin.; braeteis oppositis, ovatis, acutis, hirtellis, vix $^1/_2$ lin. long. Flores minuti. Cal. 4-lobus, hirtellus, pubescens, persistens; lobis rotundatis, subaequalibus. Petala 4, alba, calyce duplo longiora, subrotunda, patentia, basi cohaerentia. Stam. 4. Ovarium ovatum. Stigmata 4. Fructus? Flores variant numero partium quinario. *Kunth.* Rami fusco-nigricantes; stigma magnum, tetragonum; corolla sub-4-petala. *Decand. Prodr.* 2. p. 15. *In regno novogranatensi.* ♄.

n. 28. Ilex *Myrsinites.* Deleatur hic; est Myginda *myrtifolia Nutt.* et *Spreng. S. V. p.* 496.

Pag. 495. Ilicibus addatur:

n. 30. Ilex *dipyrena Wallich;* foliis oblongis, (lanceolatisque) acuminatis, breviter petiolatis, laevibus, subundulatis, remote serratis, serraturis spinosis; floribus (sub)sessilibus, axillaribus, fasciculatis; baccis dispermis. *Roxb. Flor. ind. ed. Carey* et *Wallich* I. p. 473. *Don Prod. Fl. nepal.* 189.

Ramuli angulati, cortice cinereo, juniores pubescentes. Folia alterna, copiosa, approximata, basi acuta, juniora repando-serrata, subinde fere integerrima, firma, subcoriacea, nitentia; costâ prominente sulcatâ, nervis brevibus subtransversis, 3-5 poll., 1 $^1/_2$ poll. lata: rarius occurrunt ovata, basi rotundata, sinuato-spinosa. Petioli pubescentes, 2 lin.. Flores in fasciculis subglobosis. Pedicelli brevissimi, bracteis singuli 2 parvis, orbiculatis, concavis, ciliatis. Calycis dentes late ovati, acuti, ciliati. Cor. profunde 4-fida, plana, patens, la-

ciniis ovatis, obtusis, laevibus, calyce quadruplo longioribus. Filamenta fauci corollae imposita, patentissima, cum laciniis alternantia, iisdemque longiora. Stigma obscure bilobum. Baccae globosae, laeves, 4 lin. in diametro, siccae rugosae, fuscae, pulpâ exili. Semina semper 2 semiovata, obtusa, basi rotundata, latere interiore plana, cum protuberantia in medio, extus convexa, costis sulcisque 6 inaequalibus. Arbor grandis. *Wall. l. c.* *In Nepala, et circa Saharunpore; etiam ad limites Tatariae sinensis.*

n. 31. Ilex *Doniana Decand.*; foliis ellipticis, integerrimis, utrinque acutis; umbellis globosis, pedunculatis, solitariis, puberulis, petiolo brevioribus. I. *elliptica Don. Fl. nepal. prodr. p.* 189. I. *Doniana Decand. prodr.* in Erratis.

In Nepaulia. ♄.

n. 32. Ilex *odorata Hamilt.*; foliis ovali-oblongis, obtuse acuminatis, crenulatis, petiolatis; umbellis sessilibus, glomeratis, petiolum aequantibus. *Don. fl. nepal. prodr.* p. 189.

Prope Chitlong oppidi Lahuri s. Nepauliae minoris. ♄.

n. 33. I. *ovalifolia Meyer*; foliis ovalibus, serrato-crenatis; floribus racemosis, axillaribus terminalibusque; pedicellis corymbosis. *Meyer Essequeb. p.* 91.

Frutex ramis crassis, teretibus, cortice fusco, glabro, nitido; ramulis erectis, fusco-sanguineis. Folia sparsa, approximata, patentia, coriacea, 3 poll., 1 ½ poll. lata, margine subrevoluta, elevato-venosa, glabra, albescenti-viridia. Petioli brevissimi, compresso-plani, glabri, ferruginei. Racemi plus minus patentes, multiflori. Rhachis pollicaris, ut rami, angulosa, et tenuissime pubescens, ramis sparsis, brevissimis, approximatis, patentibus, basi bracteâ oblongâ, obtusâ, pubescente. Flores in apicibus ramulorum 3-5 corymbosi, pedicellis brevissimis, oppositis, bracteâ basi munitis, viridi-flavi. Cal. minimus, ad basin usque 4-partitus, laciniis subrotundis. Cor. calyce duplo major, laciniis subrotundis, concavis. Filamenta brevissima. Antherae oblongae luteae. Ovarium nigrescens. Stigmata 4 obtusa. A *vomitoria* satis diversa: foliis coriaceis, duplo triplo majoribus, inflorescentiâ et floribus. *Meyer l. c.* *In siccis Continentis (Americae).*

n. 34. Ilex *chinensis Sims*; foliis ovato-lanceolatis, marginatis, denticulatis: dentibus cartilagineis vix pungentibus; corymbis pedunculatis, dichotomis. *Sims Bot. Mag.* t. 2043. I. fol. oblongis utrinque attenuatis, margine cartilagineis denticulatis, dentibus vix pungentibus; petiolis costâque mediâ villosis; corymbis lateralibus; pedunculis dichotomis. *Decand. Prodr.* 2. p. 14.

Frutex sempervirens, 3-ped.. Rami teretes, glabri, punctati. Folia superiora integerrima, inferiora praesertim apicem ver-

sus denticulata, reticulato-venosa, punctis parvis, obscuris maculata, costâ mediâ villosa (acuta, subtus albido-glauca), 3 poll., 1 1/2 poll. lata. Pedunculi alterni, axillares et extrafoliacei, corymbo compacto terminati. Flores minuti, albi. *Sims.* Folia superne submaculata. An satis ab I. *Dahoon* diversa? *Decand.* *In China.* ♄.

n. 35. Ilex *paraguariensis Aug. St. Hil.;* glaberrima; foliis cuneato-lanceolatove-ovatis, oblongis, obtusiusculis, remote serratis; pedunculis axillaribus multipartitis; stigmate 4-lobo; putaminibus venosis. *Mém. Mus. Ann.* 5. *Fasc.* 5. *p.* 351.

In Brasilia. ♄.

n. 36. Ilex *elliptica Humb.* et *Bonpl.;* foliis ellipticis, utrinque rotundatis, apicem versus argute serrulatis, crasse coriaceis, glaberrimis, supra nitidis; pedunculis unifloris ramulisque hirtellis; corollis 5-6-petalis. *Humb. et Bonpl. nov. gen.* et *spec. red. Kunth.* T. VII. *p.* 70. I. foliis ellipticis suborbiculatis, basi attenuatis, obtuse serratis, coriaceis, nitidis, subtus reticulato-venosis. *Reliqu. Willden. Ms.*

Rami teretiusculi, subcinerei, subhirtelli; ramuli subverticillato-approximati, angulati, foliosi. Folia sparsa vel subopposita, approximata, brevissime petiolata, obsolete reticulato-venosa, nervo medio subtus prominente, subtus pallidiora, 12-15 lin. (3/4 poll. *Willd.*), 7-9 lin. lata. Petioli lineam longi, crassi, glabri. Stipulae nullae. Pedunculi axillares, solitarii, breves, 1-2 lin., angulati, dense hirtelli, medio bibracteati; bracteis suboppositis, minutis, ovatis, acutis, hirtellis. Flores magnitudine illius I. *Aquifolii.* Cal. urceolatus, 5-6-lobus, coriaceus, hirtellus, persistens; lobis abbreviato-ovatis, acutis, subaequalibus. Cor. hypogyna, calycem multo superans, alba, glabra, decidua; petala elliptica, basi lata, apice rotundata et reflexa, crassiuscula, subaequalia, inferne ope filamentorum inter se cohaerentia, ante apertionem floris superne sibi imbricatim incumbentia. Stam. 5-6, corollâ dimidio breviora, subaequalia. Filamenta linearia, membranacea, glabra, petalis adnata, apice angustata et libera. Antherae biloculares, cordatae, obtusae, basi affixae, haud articulatae, aequales, glabrae, albidae, latere secundum longitudinem dehiscentes. Discus nullus. Ovarium superum, sessile, ovato-subrotundum, pentagonum, glabrum, stamina aequans, quadriloculare; loculis monospermis; ovulum subellipticum, immediate affixum tuberculo (trophospermio) ex angulo interiore summae concavitatis enato, pendulum. Stigma sessile, crassum, convexum, medio depressum, margine sinuato-11-12-angulatum. Drupae subglobosae, stigmate umbilicatae, calyce persistente suffultae, laeves, glabrae, fetae ossiculis 4 (et pluribus?) monospermis, suppetentes immaturae, magnitudine Pisi majoris. *Kunth.* *In regione calida prope Contumasa Peruvianorum. In nova Granada Humb. et Bonpl.* sec. *Willd.*

n. 37. Ilex *scopulorum Humb.* et *Bonpl.*; foliis ovato-subrotundis et obovatis, apice rotundatis, obsolete crenatis, coriaceis, glabris, supra nitidis; pedunculis 5-7-floris, hirto-pubescentibus, viscosis; corollis 4-5-petalis. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. red. Kunth.* T. VII. p. 70.

Arbor ramis patentibus, angulosis, crassis; ramulis junioribus hirtellis, viscosis. Folia sparsa, approximata, breviter petiolata, basi in petiolum decurrentia, reticulato-venosa; nervo venisque subtus prominulis, crasso-coriacea, subtus pallidiora punctulisque subglandulosis, 19-22 lin., 15-16 lin. lata. Petioli 2 ½ lin., crassi, angulati, glabriusculi. Stipulae nullae. Pedunculi axillares, solitarii, compressi, hirtelli, subviscosi, 6-8 lin. Flores subumbellati, pedicellati, dimidio minores quam in I. *elliptica*, ante apertionem externe viscosi; pedicellis 1 ½ lin., hirtellis, basi bracteolatis. Calyx urceolatus, 4-5-lobus, glaber, subviscosus; lobis latis, obtusis, vel acutiusculis. Petala 4-5, hypogyna, obovata, obtusa, inferne ope filamentorum cohaerentia, glabra, alba, ante apertionem floris sibi imbricatim incumbentia. Stamina 4-5, ibidem inserta, cum petalis alternantia iisque breviora. Filamenta glabra, petalis adnata, apice libera. Antherae biloculares, ovato-oblongae, obtusae, basi cordatae, dorso supra basin affixae, glabrae, aequales, interne longitudinaliter dehiscentes. Ovarium superum, ovatum (*Humb.*), parvum; in floribus a me examinatis sterile et stigmate destitutum. Stylus crassus. Stigma capitatum, 4-lobum, 4-sulcatum (*Humb.*) Baccae (a me haud visae) calyce persistente suffultae, stigmate umbilicatae, tetraspermae (tetrapyrenae?) *Kunth.* *In Paramo de Alpaca inter Onna et Saraguru in provincia quitensi.* ♄.

Obs. An hic: Ilex *crassifolia Willd.*; foliis orbiculato-ellipticis, apice crenatis, supra nitidis, subtus reticulato-venosis. *Rel. Willd. Ms.?* *In America merid. Humb. et Bonpl.* ♄.

n. 38. Ilex *rupicola Humb.* et *Bonpl.*; ramulis glabris; foliis subrotundo-ellipticis, obtusis, crenato-serratis, crasso-coriaceis, glaberrimis, utrinque nitidis; pedunculis subtrifloris, glabris; corollis tetrapetalis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. et spec. red. Kunth.* T. VII. p. 71.

Arbor ramulis angulatis, glabris, fuscis. Folia sparsa, petiolata, approximata, basi rotundata, et in petiolum decurrentia, serraturis subpungentibus, reticulato-venosa, nervo medio subtus prominulo, supra satiate viridia, subtus pallida punctulisque minutissimis tuberculosis, 12-14 lin., 10-12 lin. lata. Petioli compressi, glabri, 2-2 ½ lin. Stipulae nullae. Pedunculi axillares, solitarii, crassi, compresso-4-angulares, glabri, apice triflori, 4 lin. longi. Flores brevissime pedicellati, basi bibracteati; bracteis ovato-lanceolatis, tenuissime hirtellis. Vidi in unico suppetente flore nondum aperto sequentia. Cal. 4-lobus, tenuissime hirtellus, persistens; lobis obtusis, subaequalibus. Petala 4, hypogyna, ovata, obtusa, basi lata, concava, aequalia, glabra. Stamina 4, ibidem inserta, cum petalis alternantia iisque breviora. Filamenta membranacea, lata, inferne adhaerentia?, glabra, apice acuta. Antherae cordatae, biloculares, glabrae. Ovarium superum, sessile, subrotundum,

glabrum, 4-loculare; ovulum 1 in quolibet loculo pendulum, oblongum. Stigma sessile, crassum, depressum, tetragonum. Drupae immaturae globosae, stigmate umbilicatae, ad basin calyce cinctae, laeves, glabrae, fetae ossiculis 4 monospermis. *Kunth.* *In Paramo de Saraguru juxta Loxam.* ♄.

Obs. An hujus loci: Ilex *orbicularis Willd.*; foliis orbiculatis, grosse serratis, coriaceis, nitidis. *Reliq. Willd. Mt.?* *In Peruvia Humb. et Bonpl.*

n. 39. Ilex *bumelioides Humb.* et *Bonpl.*; ramulis glabris; foliis obovatis, mucronatis, basi decurrentibus, subintegerrimis, coriaceis, supra nitidis; pedunculis unifloris, ternis vel quaternis. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. red. Kunth.* T. VII. p. 71.

Arbor 2-3 orgyalis, ramis teretibus, fusco-cinereis; ramulis sparsis, approximatis, subangulatis. Folia sparsa, petiolata, apice acuta vel rotundata et obsolete mucronata, integerrima, rarissime in apicem serrulata, subreticulato-venosa, nervo medio subtus prominente, subtus vix pallidiora, 10-12 lin., 6-6 ½ lin. lata. Petioli triangulares, glabri, 2 ½-3 lin. Stipulae nullae. Pedunculi axillares, uniflori, angulati (?), superne parum incrassati, glabri, bini inferne in unum connati, basi bracteâ parvâ. Flores non vidi. Drupae calyce persistente quinquelobo, glabro suffultae, globosae, sessiles, per stylum brevissimum crassum et stigma convexiusculum orbiculatum umbilicatae, laeves, glabrae, magnitudine grani piperis, fetae ossiculis 4-5, coriaceis, duriusculis, monospermis. Semina immatura pendula. *Kunth.* *Circa Loxa in provincia quitensi.* ♄.

n. 40. Ilex *myricoides Humb.* et *Bonpl.*; ramis foliisque glabris, oblongis, acutis, basi cuneatis, serrulatis, subcoriaceis; pedunculis trifloris, glabris, petiolo duplo triplove longioribus; corollis tetrapetalis. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. red. Kunth.* T. VII. p. 72.

Arbor vasta, ramis sparsis, subverticillato-approximatis, angulatis. Folia sparsa, superiora subopposita, approximata, petiolata, in petiolum decurrentia, reticulato-venosa, nervo medio subtus prominente, utrinque glabra, subtus pallidiora punctulisque minutis glandulosis conspersa, 15-16 lin., 5 ½-6 lin. lata. Petiolus canaliculatus, glaber, 1-1 ½ lin., basi articulatus stipulisque duabus minutis subulatis. Pedunculi axillares, solitarii. Flores pedicellati, parvuli, pedicellis ½ lin., glabris. Bracteae parvae, ovato-lanceolatae, 2 ad apicem pedunculi et totidem, paullo minores iisque contrariae, ad basin cujuslibet pedicelli lateralis. Calyx urceolatus, 4-lobus, membranaceus, glaber, persistens; lobis rotundatis, brevissime ciliatis, 2 oppositis exterioribus aequalibus. Cor. 4-petala, hypogyna, calyce triplo longior, alba, glabra; petala obovata, apice rotundata, concava, aequalia, patentia, inferne ope filamentorum connata, decidua. Stamina 4, ibidem inserta, cum petalis alternantia eaque longitudine aequantia. Filamenta subulata, glabra, inferne corollae adhaerentia. Antherae 2-loculares, profunde cordatae, obtusae, dorso affixae,

glabrae, latere longitudinaliter dehiscentes, conformes. Discus nullus. Ovarium superum, sessile; subglobosum, glabrum, sterile, versus centrum loculis 4 minutissimis punctiformibus. Styl. nullus. Stigma sessile, tuberculiforme, sub 4-lobum, viride. Fructus? *Kunth.* *In locis montosis inter Meneses et Pasto, regn. nov. Granat; alt.* 1400 *Hex.* ♄.

n. 41. Ilex? *hippocrateoides Humb. et Bonpl.*; ramulis foliisque glabris, oblongis, subacuminatis, basi acutis, crenato-serrulatis, reticulato-venosis, coriaceis, subnitidis; pedunculis dichotomo-3-7-floris, petiolum 2-plo-3plove superantibus; corollis tetrapetalis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. et spec. red. Kunth.* T. VII. p. 72.

Rami subfasciculati, angulati, glabri, sparsi. Folia sparsa, interdum subopposita, petiolata, acumine obtuso, epunctata, nervo medio subtus prominente, glaberrima, juvenca membranacéa, subtus pallidiora, 21-25 lin., 10-12 lin. lata. Petioli semiteretes, interne canaliculati, glabri, 3 lin., basi articulati. Stipulae petiolares, geminae, minutae, subulatae. Pedunculi axillares, solitarii, interdum gemini, bracteati, glabri, $^1/_2$ poll. Flores pedicellati, suppetentes nondum aperti parvi; pedicellis $^2/_3$ lin., glabris. Bracteae oppositae, minutae, ovatae, acutae, glabrae. Cal. 4-partitus, viridis, glaber, laciniis subrotundis, subtilissime ciliatis, membranaceis, subaequalibus. Petala 4, hypogyna, suborbiculata, concava, glabra, sibi imbricatim incumbentia, aequalia. Stamina 4, cum petalis alternantia. Filamenta brevissima, petalis adhaerentia (?). Antherae biloculares, magnae, ovatae, obtusae, basi emarginatae, glabrae, flavae, aequales, interne longitudinaliter dehiscentes. Ovarium superum, depresso-globosum, glabrum, sterile?, uniloculare?, ovula haud vidi. Stylus nullus. Stigmata 4, terminalia, acuta, patula. *Kunth.* *Hab?* ♄.

n. 42. Ilex? *laurina Humb. et Bonpl.*; foliis lanceolato-oblongis, acuminatis, basi acutis, remote serrulatis, reticulatis, coriaceis, ramulisque glabris; pedunculis 1-3-floris, fasciculato-congestis, longitudine petioli; corollis tetrapetalis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. et spec. red. Kunth.* T. VII. p. 73.

Ramuli subtrigoni, rugulosi, albidi, nitiduli. Folia alterna, petiolata, acumine obtuso, reticulato-venosa, nervo medio utrinque prominente, glaberrima, subtus pallidiora et punctulis verrucosis minutissimis nigris, 6$^1/_2$-7 poll., 2-2$^1/_2$ poll. lata. Petioli angulati, transverse rugulosi, interne canaliculati, glabri, 6-8 lin., basi articulati. Stipulae nullae. Pedunculi crebri (11-16 et plures) in axillis foliorum, basi bracteis crebris involucrati, angulati, glabri. Flores breviter pedicellati, parvi, suppetentes nondum aperti; pedicelli basi bracteolatis. Cal. urceolatus, 4-lobus, glaber, persistens; lobis acutiusculis aequalibus. Petala 4, hypogyna, elliptico-oblonga, sessilia, obtusa, concava, glabra, crassiuscula, aequalia, ante apertionem floris sibi mutuo incumbentia. Stamina 4,

sub ovario inserta, cum petalis alternantia iisque paulo breviora, aequalia. Filamenta crassiuscula, glabra, basi petalis adhaerentia. Antherae ovatae, obtusae, cordatae, 2-loculares, glabrae, dorso versus basin affixae, erectae, interne longitudinaliter dehiscentes. Ovarium superum, sessile, abbreviato-ovatum, angulatum, glabrum, 2-loculare; dissepimentum medio interruptum; loculi per dissepimentum incompletum ex ejus dorso ortum semibiloculares. Ovula haud vidi. Discus nullus. Stylus nullus. Stigmata 4, ligulata, obtusa, papillosa, inaequalia, conniventia. An flores suppetentes masculi? *Kunth.* *Hab.?* ♄.

n. 43. Ilex *longifolia Neuwied.*; foliis oblongis, spinosis, utrinque sexsinuatis, undatis, apice tridentatis, basi cuneatis. *Neuw. bras.* in *Flora.* 1821. p. 301.

In Brasilia. ♄.

Quid Ilex *elliptica Miller.*?

n. 599. GONUS.

Pag. 495. n. 1. Gonus *amarissimus* deleatur; est enim, monente *Wallich* (in *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.*), et *Jussieu Mém. Mus.* XII. p. 501, Brucea *sumatrana.*

n. 600. TETRADIUM.

n. 1. Tetradium *trichotomum* ill. *Smith* Fagara videtur; *de Juss.* vero Brucea: huic adsentit *Spreng. S. V.* p. 441, cui Brucea *trichotoma.* Differt a Brucea carpellis dehiscentibus et semine arillato. *Decand. Prodr.* 2. *p.* 88.

n. 601. AUBERTIA.

n. 1. Aubertia *borbonica* clo *Decandolle* Zanthoxylum *Aubertia* est in *prodr. p.* 725; haud tamen sine dubio: sine omni dubio clo *Spreng.* Xanthoxylum *Aubertia* est in *S. V.* p. 944.

Obs. Dubitasse non sine jure clm. *Decandolle* videtur ex eo, quod ipse *Jussieu,* Aubertiam ad Xanthoxylum trahens in *Mém. Mus.* XII p. 506, dicat: „In hoc quoque genere flores abortu diclines hermaphroditos *mentiri videntur.*" (?) „In observatis enim: Cal. 4-partitus; stamina 4 brevissima, antheris effoetis; ovaria 4 gynophoro brevi insidentia, biovulata, ovulis superpositis inferiori pendulo, superiori ascendente; styli totidem ex apice ovariorum, stigmatibus capitellatis inter se cohaerentes. Capsulae 4, aut abortu pauciores, 1-2-spermae, sarcocarpio apice et introrsum dehiscente, et ab endocarpio chartaceo demum solubili. Huc spectant Aubertia *borbonica,* et Evodia *obtusifolia Dec.* Seminis in posteriore „(sed non in priore!)" observati adnexio et structura plane, ut in Xanthoxylo, a quo *igitur* (?) Aubertia non differt, nisi *forsan* ovulorum situ, praefloratione petalorum subvalvatâ et quibusdam aliis levissimis characteribus. Aliunde autem admodum accedit Evodiae, ab ipsa floribus hermaphroditis et urceolo ovaria cingente discrepanti, et sic per eam a Xanthoxylis ad Diosmeas *americanas* naturalis facillimusque transitus. Praeterea in *Herb. Juss.* paniculae florum extant (sub nomine *Cookiae?*) praecedentibus verisimiliter congeneres, discrepantes solum stylo simplici et stigmatis alte 4-partiti laciniis revolutis, in ins. Mauritii collectae a *Commerson.*

n. 602. SALMIA.

Pag. 496. n. 4. SALMIA *trigona*. Huc sine dubio *Spreng. S. V.* III. p. 772. SALMIAM *subacaulem* trahit.

n. 5. SALMIA *acuminata* et *tetragona* clo *Sprengel* l. c. eadem species.

n. 8. SALMIA *funifera*; caule scandente, funiculos dependentes emittente; foliis nervosis, apice bisectis, basi auritis. LUDOVIA *funifera Poit. Mém. Mus.* T. IX. p. 28. Tab. 1.

Caulis teres, nodosus, viridis aut cinerascens, carnosus, parum ramosus, 1-3 poll. in diametro, arbores ad 20-25 ped. scandens, iisdemque radices inserens, aliasque rubras, crassitie digiti minimi, demittens, terram intrantes. Folia nonnisi ad apicem alterna, vaginantia, 1-2 ped., plicata, sicca, rigida. Flores in spadice cylindrico, axillari, pedunculato, 3-4 poll., spathâ triphyllâ, albidâ, caducâ tecto, spiraliter dispositi; ♀ inter ♂♂ 4. Flos masculus calyce obconico, truncato, dentibus 24 convergentibus, biserialibus, interioribus longioribus. Stam. 24, filamentis brevibus, antherâ oblongâ, obtusâ. Flos femineus calyce 4-phyllo, foliolis ovato-rotundatis. Filamenta 4, hypogyna, opposita foliolis calycinis, crassa, carnosa, longissima, tortuosa, alba, ananthera. Germen breve, apice dilatatum, complanatum, receptaculis 4 parietalibus, polyspermis. Stigma obtusum, obsoletum. Spadices fructibus maturescentibus nutantes, 3-4 poll., sine spathâ. *Poit.* qui *in Guiana prope la Mana fluv.. Liane franche incol.*.

n. 9. SALMIA *subacaulis*; subacaulis, erecta; foliis rigidis, bisectis. LUDOVIA *subacaulis Poit. l. c.* p. 31.

Habitus palmae junioris, stipite pedali. Flores ut in funifera. *Poit.* qui *in Guiana circa la Gabrielle et la Reconnoissance. Arouma cochon* incolis.

Obs. Utrum hae duae species ad aliquam a *Ruiz* et *Pav.* indicatarum referendae, non liquet ipsi clo *Poiteau*.

n. 604. SAGINA.

Pag. 497. n. 1. SAGINA *cerastoides*. Addatur synonymon: *Smith Engl. Bot. t.* 166. CERASTIUM *tetrandrum Curt. Fl. lond.* VI. *t.* 31. *Smith Comp. Fl. brit. ed.* 3. *p.* 72. *Engl. Flor.* II. *p.* 352.

n. 2. SAGINA *procumbens*. Addatur synonymon: S. caulibus procumbentibus, glabris, radicantibus. *Wahlenb. ups. p.* 61. *Seb.* et *Maur. Prodr. Fl. rom. p.* 83. *Smith. Engl. Fl. p.* 238. *Nutt. gen. p.* 110. *Seguier veron.* 421. *t.* 5. *f.* 3. *α. praecox*; foliis binis quaternisve, oppositis, brevioribus. *β. serotina*; pauciflora; foliis fasciculatis, longioribus. *Boennigh. Prod. Fl. monast. p.* 50.

β. In arvis lutosis.

Obs. S. *erecta Fl. dan.* t. 345 hujus varietas monente *Wahlenberg l. c.* SAGINA *procumbens Thunb. jap.* est SPERGULA *procumbens. Sprengel S. V. p.* 499 huc sine dubio SAGINAM *fasciculatam* trahit.

n. 2 a. SAGINA *ciliata Fries.*; caulibus diffusis; foliis subulatis, mucronatis, ciliatis; calycibus acutis, (nervosis). *Fries. Nov. Fl. Suec. p.* 47. *Fl. Halland p.* 179. *Liljeb. Sv. Fl.* 3. *p.* 715. *Svensk. Bot. t.* 562. *f.* 1.

Affinis *procumbenti*, sed capsulae subnutantes. Petala parva, alba, caduca. Clis *Mert.* et *Koch* in *Röhling Deutsch. Flor. p.* 866 *procumbentis* varietas videtur, uti etiam SAGINA *depressa Schultz Stargard. Suppl.* 10, pedunculis pilosis tantum distincta a *ciliata*. *In Hallandia.* ⊙.

Pag. 498. n. 3. SAGINA *apetala*. Addatur synonymon: *Seb.* et *Maur. prodr. Fl. rom. p.* 83. *Bertolon. Amoen. p.* 131. *Smith Engl. Fl. p.* 240. *Wallroth Sched. crit. p.* 68. quo teste hujus β S. *depressa Schultz Starg. Suppl.* 10. *Boennigh. Prodr. Fl. Monast. p.* 51. γ. *agglomerata*: floribus sessilibus pedicellatisque agglomeratis. *Decand. prodr.. p.* 389.

Caulis nunc glaber, nunc pilosus, simplex et ramosus. Folia lineari-subulata, saepe inferne ciliata. Petala apud nos nunquam vidi. *Bertolon.* β. Differt caulibus magis diffusis; calycibus obtusioribus; capsulâ parum longiore; foliis basi non ciliatis. *Boenningh. l. c.* γ. cls *Thomas* circa *Agatham.*

Obs. S. *apetalam* esse *procumbentis* varietatem *Brotero Fl. lusit. p.* 214.

n. 3 a. SAGINA *maritima Don.*; caulibus erectiusculis, divaricatis, glabris; foliis obtusis, muticis; petalis obsoletis. *Smith Comp. Fl. brit. p.* 28. *Engl. Flor. p.* 239. *Engl. Bot. p.* 2195. *Röhling Deutsch. Fl. Mert. Koch p.* 866. SAG. *stricta*; glaberrima; caulibus pedunculisque strictis; foliis subcylindricis, muticis; calycibus truncatis. *Fries Novit. Fl. Suec. p.* 47. *Fl. Halland. p.* 179. *Liljebl. Svensk. Fl.* 3. p. 714. *Svensk Bot.* t. 562.

Caulis purpurascens. Folia basi membranacea. Stam. subinde 8. *Smith.* Affinis *apetalae*, ipsa quoque apetala. *Fries. In alpibus et maritimis Hib. Scot., Sueciae, Germ. ad Balthicum.*

Obs. Cls. *Decandolle prodr. p.* 389. S. *maritimam* et *strictam* diversas species esse iubet; sed eadem utraque species.

n. 4. SAGINA *erecta*. Addatur synonymon: S. caule erecto, subunifloro; foliis linearibus, acutis, connatis; foliolis calycinis acuminatis, margine scariosis, petala integra capsulamque cylindricam superantibus. *Wallroth Sched. crit. p.* 68. (quo monente *Fl. Dan.* t. 845 potius ad S. *procumbentem.*) MÖNCHIA *quaternella Link*

Enum. p. 149. *Sprengel S. V.* p. 497. *Röhling Deutsch. Fl. Mert. Koch. p.* 863. MÖNCHIA *erecta Baumg. trans.* *Smith Engl. Fl. p.* 241.

Cal. connivens. *Caps.* 1-valvis, nec 4-valvis, apice dentibus 8-10 dehiscens. *Smith l. c.*

n. 5. SAGINA *virginica* deleatur hic; est enim CENTAURELLA *autumnalis*, ad quam transferenda.

Pag. 499. n. 6. SAGINA *fasciculata* clo *Spreng. S. V. p.* 497. eadem ac *procumbens* est.

n. 7. SAGINA *quitensis Humb.* et *Bonpl.*; caulibus filiformibus, procumbentibus (?); foliis subfalcatis; pedunculis axillaribus, unifloris, supra medium quadribracteatis, fructiferis elongatis, rectis; floribus apetalis, subpentandris. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. et spec. red. Kunth.* 17. *p.* 19.

Caules ramosi (?). Folia opposita, linearia, acuto-mucronata, plana, integerrima, rigida, enervia, glabra, viridia, basi membranaceâ connata et vaginantia, 12-15 lin., 1/3 lin. lata, patentia. Pedunculi solitarii, alterni, glabri, 1/2 poll.; fructiferi 15-18 lin. filiformes; bracteis geminis, oppositis, parum remotis, foliis similibus, sed multo brevioribus, 2-2 1/2 lin. Calyx 5-partitus, glaber, viridis, persistens, laciniis ovato-oblongis, acutiusculis, obsolete uninervibus, viridibus, margine diaphanis, parum inaequalibus. Petala nulla (capsulam apice 5-valvem pro corolla 5-fida *Bonplandium* habuisse asserit *Kunth*). Stamina 5 cum laciniis calycinis alternantia, iisque dimidio breviora. Filamenta lineari-capillacea, glabra, basi connata in urceolum disciformem fundo calycis adnatum. Antherae subrotundae, emarginatae, basi bifidae, pallide croceae, biloculares, glabrae, longitudinaliter interne dehiscentes. Ovarium superum, subrotundo-ovatum, sessile, glabrum, uniloculare; ovula circiter 60 subrotunda, podospermiis longis capillaceis fundo loculi affixa. Stigmata 5 teretiuscula, aequalia, patula, papillosa. Capsula subelliptica, calyce persistente cincta, ipsoque parum longior, acuta, laevis, tenuiter membranacea, glabra, unilocularis, apice 5-valvis, magnitudine grani cannabis minoris; valvis aequalibus revolutis. Semina haud suppetunt. Variat numero partium quaternario. *Kunth.* *In ripa arenosa Rio Blanco inter Guachucal et Tulcan Quitensium.* ⊙.

n. 605. BULLIARDA.

Pag. 499. n. 1. BULLIARDA *Vaillanti.* Addatur synonymon: *Röhling Deutsch. Fl. Mert. Koch. p.* 868. TILLAEA *Vaillanti Trattinn. Fl. austr. Nro.* 147.

n. 606. TILLAEA.

n. 1. TILLAEA *aquatica.* Addatur synonymon: *Wahlenb. Fl. ups. p.* 61. (qui huc instar synonymi ducit T. *prostratam. Schkuhr. S. V. ed. nostr.*, ad quam tamen

spectare videtur *Fl. Dan.* 1510, ab illo ad *aquaticam* non laudata.) *Fries. Fl. Halland. p.* 38. BULLIARDA *Linnaei Sprengel S. V. p.* 497.

Pag. 500. n. 2. TILLAEA *prostrata.* Addatur synonymon: *Fl. dan. t.* 1510. BULLIARDA *prostrata. Röhling Deutsch. Flor. Mert. Koch. p.* 868. BULLIARDA *Schkuhrii Spreng. S. V. p.* 498.

Ad BULLIARDAM spectare ob semina 10, 12. An vere distincta ab *aquatica? Mert.* et *Koch l. c.*

n. 3. TILLAEA *muscosa.* Addatur synonymon: *Röhling Deutsch. Flor. Mert. Koch p.* 866. *Smith Engl. Fl.* 242. *Reichenb. Ic. pl. rar. Cent.* II. p. 85. t. 191.

Obs. Cli *Mertens* et *Koch*, qui genus TILLAEAE hac solâ specie niti affirmant, (aeque ac *Sprengel S. V.* p. 364) idem, cum saepissime in speciminibus germanicis, italicis, gallicis, britannicis stamina tantum 3 numerassent, *Triandriae* inserendum censent. TILLAEA *rubra Gouan* fide *Poiret Dict. Sc. nat.* T. XI. p. 367 non hujus loci, sed CRASSULA *Magnoli* est, nec *verticillaris* L.

n. 5. TILLAEA *rubescens Humb. et Bonpl.*; caulibus ramosis, prostratis; foliis oblongo-lanceolatis, âcuto-mucronatis, subcarnosis; floribus longe pedunculatis, tetrandris. *Humb. et Bonpl. nov. gen.* et *spec. red. Kunth.* VI. *p.* 43. T. *connata Ruiz* et *Pav. Flor. Per.* I. p. 70. t. 106. a.?

Herba rubescens. Caules prostrati, rarius erecti, teretes, glabri; ramis oppositis, secundis, erectis, glabris; ramulis alternis, brevissimis. Folia opposita, sessilia, basi connata, lanceolata, superiora oblongo-lanceolata et oblonga, integerrima, glabra, 1 1/2-2 lin. Pedunculi axillares, solitarii, uniflori, glabri, folium paulo superantes, 1-2 1/2 lin. Flores duplo majores quam in T. *muscosa.* Calyx 4-partitus, glaber, persistens; laciniis oblongo-lanceolatis, acuminatis, aequalibus, glabris. Petala 4 calyci inserta, alba, laciniis calycinis simillima, sed dimidio breviora et tenuiora, persistentia. Stamina 4 ibidem inserta, cum petalis alternantia, iisque dimidio breviora, persistentia. Filamenta capillacea, glabra. Antherae minutissimae, subrotundae. Squamas haud vidi. Capsulae 4 sessiles, conniventes, calyce corollâ staminibusque persistentibus cinctae, oblique oblongae, acuminato-subulatae, tenuissime membranaceae, diaphanae, glabrae, uniloculares, dispermae, longitudinaliter interne dehiscentes, 1/2 lin. Semina elliptica, utrinque obtusa, laevia, fuscescentia, glabra, ad extremitatem inferne spectantem mucronulo minutissimo subulato notata, pendula. Integumentum tenue et membranaceum. Endospermium nullum aut, si adest, tenuissimum. Embryo semini conformis. Cotyledones plano-convexae, carnosae, albae. Radicula crassa, obtusa. *Kunth.* Differt a T. *muscosa*, cui simillima, caule ramosiori, floribus longe pedunculatis. Numerus florum partium variabilis in T. *muscosa* test. *Gaertn.* *Prope Alausi Quitensium.* ⊙.

n. 6. TILLAEA *Sieberiana*; caule erecto, ramoso; foliis ovato-lanceolatis, acuminatis, basi connatis; floribus pedunculatis 3-4-andris. TILLAEA *pedunculata Sieb. Herb. nov. Holl. Nro.* 173.

Caules basi ad genicula radiculas fibrosas emittentes, ibidemque teretiusculi, superne tetragoni, glaberrimi; ramis alternis, erectis, glabris; ramulis alternis, brevibus. Folia opposita, sessilia, concava, subcarnosa, integerrima, glaberrima, margine fere membranacea, ½-1 lin.. Pedunculi axillares, plerumque gemini, altero longiore, rarius solitarii, uniflori, erectiusculi, glabri, teretes, folia aequantes. Flores magnitudine T. *muscosae.* Calyx persistens, 4-partitus, glaber; laciniis lanceolatis, acutis, aequalibus, petalis paululum longioribus, margine membranaceis, diaphanis, medio viridibus. Petala 4, calyci inserta, albide-incarnata (?), diaphana, calycis laciniis paulum breviora, iisdemque ceterum similia, minus tamen quidquam acuta. Filamenta brevia, capillacea. Antherae minutissimae, rotundae. Capsulae plerumque 3, rarius 4; conniventes, oblique obovatae, mucronatae, glabrae, uniloculares, 2 spermae, longitudinaliter interne dehiscentes, vix ¼ lin., pallide fuscae. Semina elliptica, obtusa, laevia, fusca, minima. *In nova Hollandia. Sieber.* ⊙.

n. 7. TILLAEA *simplex Nutt.*; caule erecto, simplici; foliis connatis, oblongo-linearibus, subacutis; floribus alternis, (octandris?), sessilibus; petalis erectis, calyce duplo longioribus. *Journ. Acad. Philadelph.* I. p. 114. (excl. TILLAEA? *cymosâ*, quae DIAMORPHA) *Nutt.* T. II. *additions.* DIAMORPHA *pusilla Spreng.* II. p. 260, quo teste: SEDUM *pusillum Mich.*.

In America boreali.

n. 8. TILLAEA *pedunculata Willd.*; caule erectiusculo; foliis lineari-subulatis, floribus pedunculatis brevioribus. *Reliqu. Willd. Ms.*

In Lusitania. ⊙. Com. ab. *Hoffmannsegg.*

n. 9. TILLAEA *diffusa Willd.*; caule diffuso; foliis linearibus; floribus aggregatis, pedunculatis; calycibus acuminatis. *Reliqu. Willd. Ms.* An fors *rubescens?*

In Amer. merid. ⊙. *Hamb. et Bonpl.*.

n. 10. TILLAEA *magellanica Willd.*; caule repente; foliis oblongis, imbricatis. *Reliqu. Willd. Ms.*

Ad fretum Magellanicum.

n. 607. MYGINDA.

Pag. 501. n. 1. MYGINDA *uragoga.* Addatur:

Obs. Huc referendae ex *Smith* in *Rees Cycl.* 24. n. 1. RHACOMA *Crossopetalum* L. et CROSSOPETALUM *Brown. Jam.* t. 17. f. 1. etiamsi descr. et icones diversae. *Decand. Prodr.* 2. p. 13.

n. 2. MYGINDA *Rhacoma.* Addatur synonymon:

Link Enum. p. 149. M. fol. subternis, elliptico-oblongis, obtusis, mucronulatis, basi acutis, crenato-serrulatis, brevissime petiolatis; pedunculis 3-4-floris, folio triplo quadruplove brevioribus. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. red. Kunth.* T. VII. p. 67. Myginda *Crossopetalum Raeusch.*

Folia opposita, pollicaria, 1/2 poll. lata, antice serrato-dentata. *Link.* Frutex 10-12-ped., ramosissimus; ramis erectis, teretibus, glabris, ramulis angulatis, subverticillato-approximatis. Folia sparsa, in ramulis terna, in petiolum decurrentia, reticulato-venosa, nervo medio subtus prominulo, membranacea, glabra, subtus pallidiora, 9-10 lin., 4 1/2-5 1/2 lin. lata. Petioli basi articulati. Stipulae minutissimae? Pedunculi axillares, solitarii, apice 2-3 flori vel trichotomo-4 flori et bracteati, subcapillacei, glabri; bracteae minutae, oppositae, ovato-oblongae, acutae, glabrae, persistentes. Flores pedicellati, minuti, glabri; pedicellis basi bibracteolatis. Calyx urceolatus, 4-lobus, glaber; fundo crassiusculo; lobis rotundatis membranaceis subaequalibus. Cor. inter calycem et discum inserta, calyce triplo longior, glabra; petala ovato-suborbiculata, apice rotundata, vix unguiculata, ungue brevissimo, latissimo, aequalia patentissimo-reflexa, purpurascentia, libera, ante apertionem floris sibi imbricatim incumbentia, decidua. Stamina 4, sub disco inserta, cum petalis alternantia iisque paulo breviora, recurvata. Filamenta filiformia, glabra, libera. Antherae biloculares, didymae, dorso affixae, glabrae, aequales; loculi subrotundi, interne secundum longitudinem dehiscentes. Discus urceolatus, 4-angularis, glaber, ovarium laxe cingens, ad angulos, ubi stamina inserta, profunde emarginatus; lobis acutis. Ovarium superum, sessile, subgloboso-ovatum, apice in stylum desinens, glabrum, 4-loculare: ovulum 1 in quolibet loculo, ejus fundo affixum, ovato-oblongum, erectum. Stylus brevissimus, glaber. Stigma subulatum, 4-lobum; lobis recurvato-patulis, aequalibus. Fructus (haud suppetit) capsularis, depresso-ovatus, 1-4-locularis; loculis monospermis (teste *Bonpl.*) Congener Myginda*e latifoliae Sw. Kunth. In provincia cumanensi, prope Laguna Chica, in Peninsula Arayensi.* Etiam in *S. Domingo.*

n. 3. Myginda *latifolia.* Addatur synonymon:
M. fol. etc. laevibus, breviter petiolatis; pedunculis trifidis, paucifloris; stigmatibus 2-4, subsessilibus. *Decand. Prodr.* 2. p. 13.

Cls. *Kunth* in *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec.* T. VII. p. 67. Myg. *Rhacoma* et *latifoliam* congeneres esse dicit, et ad specimen a *Vahlio Jussiaeo* communicatum M. *latifoliam* sic describit: Calyx 4-lobus, concavus, glaber, coloratus; lobis rotundatis, aequalibus, subciliatis. Petala 4, sub margine disci inserta, sessilia, cum lobis calycinis alternantia, iisque multo longiora, patentia, subrotundo-ovata, basi late subcuneata, apice rotundata, aequalia. Stam. 4, inter petala inserta iisque breviora, aequalia. Filamenta filiformia, libera, glabra. Antherae didymae (?). Discus urceolatus in fundo calycis, ovarium laxe

cingens, margine liber et ad staminum originem profunde emarginatus, lobis acutis. Ovarium liberum, sessile, subrotundo-ovatum, glabrum, 3-4-loculare; ovula solitaria, angulata, erecta. Stylus terminalis, brevis, glaber. Stigma 3-4-fidum, laciniis subulatis, aequalibus, revolutis. Habitus prorsus MYGINDAE *Rhacomae*.

n. 4 a. M.? *microphylla Decand.*; foliis obovato-oblongis, obtusis, integerrimis, subtus ramulisque pubescentibus; fructibus solitariis subsessilibus, stylo filiformi superatis. *Decand. Prodr.* 2. *p.* 12. ILEX *microphylla Spreng.* in *Herb. Balbis. Mala-muger* incolarum.

Ob folia opposita, fructus 1-loculares et stylum potius ad *Myginдam* pertinet. *Decand.* Ex specimine nostro, ab amicis. *Balbis* misso et a clo. *Bertero* lecto, patet hanc plantam minime ad *Ilices* pertinere, sed etiam vix ad *Mygindas;* stigma enim simplex, fere capitatum; nolumus tamen ad specimen unicum, mancum, novum constituere genus. Specimen nostrum frutex inermis, ramosus; ramis erectiusculis (?), teretibus, glabris, fusco-cinereis; ramulis alternis, abbreviatis, patentibus, ferrugineo-pubescentibus. Folia opposita, patentia, brevissime petiolata, juniora utrinque, adultiora subtus pubescentia, subtus venosa, venis prominentibus, pubescentibus, 2-6 lin., 1-2 lin. lata. Petioli vix conspicui, pubescentes, supra canaliculati. Flores in apicibus ramulorum in racemis brevissimis, 3-6 floris; pedunculo communi subterete, pubescente; pedunculis brevissimis, alternis oppositisque, pubescentibus, bracteâ minutissimâ, lanceolato-subulatâ, pubescente, longitudine fere pedunculi, plerumque quidquam cernuis. Calyx persistens, marcescens, glaber, primum fere tubulosus, obsolete 4-5-dentatus, pilosiusculus, $^1/_2$ lin.; serius fere hypocrateriformis, dentibus 4-5 rotundatis, obtusis, quidquam magis conspicuis, drupâ multo brevior. Stylus teres, glaber, $^1/_2$ lin., persistens; stigmate minimo, capitato, glabro. Ovarium subrotundum glabrum, calyce inclusum. Drupa junior subrotunda, vetustior elliptica, stylo coronata, glabra, lucida, luteo-rubra (?), semine *Cannabis* major, 1-locularis. Semina non vidi, uti flores. *In S. Domingo. Bertero.* ♄.

n. 5. MYGINDA *integrifolia*. Addatur synonymon: M. fol. ellipticis, obtusis, integerrimis, glabris, coriaceis, breviter petiolatis; pedunculis dichotomis paucifloris; floribus dioicis; stigmatibus 4, sessilibus. *Decand. Prodr.* 2. p. 13.

Etiam in *S. Domingo Poiteau.*

Obs. Forsan ILICIS species. MYG. *integrifolia guadalupensis Spreng. S. V.* I. p. 496 (fol. oblongis, utrinque attenuatis, venosis membranaceis, opacis, integerrimis; pedunculis brevissimis, axillaribus, 1-floris) est alia ex *herb. Balbis. Decand. l. c.*

Pag. 502. n. 6. MYGINDA *ilicifolia.* Addatur:
β. *acutifolia*; fol. ovatis, acuminatis, dentato-spinosis, glabris. *Decand. Prodr.* 2. p. 15. β. in St. Domingo. *Bertero.*

Obs. Cls. *Kunth in Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec.* T. VII. p. 68. M.

ilicifoliam et *myrsinoidem* congeneres esse et illam a *Myginḍis* genuinis ovarii loculo duplici biovulato recedere dicit. Fructus in M. *ilicifolia* drupacei, oblique obovati, mucronati, calyce et corolla persistentibus suffulti, dorso convexi, ventre trigoni, glabri, 1-loculares, loculo altero obliterato, monospermi, magnitudine grani Cannabis majoris. Sarcocarpium tenuissimum, adhaerens. Endocarpium coriaceo-osseum. Semen obovato-ellipticum, compressiusculum, erectum, cinnamomeo-fuscescens, glabrum. Integumentum simplex, membranaceum. Endospermium semini conforme, carnosum. Embryo inclusus, rectus, endospermio vix brevior. Cotyledones ellipticae, plano-convexiusculae, aequales, carnosae. Radicula infera, breviuscula, obtusa.

n. 7. Myginda *myrsinoides Humb. et Bonpl.*; foliis subdistichis, ellipticis, acutis, basi rotundatis, serrulatis, breviter petiolatis; pedunculis unifloris, petiolum duplo triplove superantibus; floribus pentandris; ovariis bilocularibus; loculis dispermis. *Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. red. Kunth.* T. VII. p. 68. T. DCXX. M. *Myrsinites*; fol. alternis, ellipticis, obtusis, crenatis; floribus pentandris, monogynis. *Willd. Reliqu. Ms.*

Frutex 1-2-orgyalis, ramosissimus; ramis sparsis, teretiusculis, glabris, cinereis (fusco-cinereis *Willd.*;) ramulis angulatis, pilis minutissimis dense pulverulento-hirtellis. Folia alterna, acuta vel interdum obtusa, reticulato-venosa, nervis venisque subtus prominulis, membranacea, epunctata, glabra, supra satiate viridia, subtus purpurascentia?, 8-9 lin., (½ poll. *Willd.*), 4½-5½ lin. lat. Petioli ⅓ lin., pilis minutissimis pulverulento-hirtelli, basi articulati. Stipulae petiolares, geminae, minutae, ovatae, acutae, erectae, fuscae, glabrae. Pedunculi axillares, solitarii, glabri, basi bracteosi, erecti, lin. longi, fructiferi 1½ lin. Flores (a me haud visi) parvi, albovirescentes. Cal. 5-fidus, glaber, persistens; laciniis ovatis acutis, subciliatis, aequalibus. Petala (in specimine nostro delapsa) 5, orbiculata, calyce longiora, patentia. Stamina 5 cum petalis alternantia, in floribus fertilibus effeta, longitudine calycis, diu persistentia. Filamenta subulata, glabra. Antherae biloculares, cordatae, dorso supra basin affixae, longitudinaliter latere dehiscentes, glabrae, aequales. Ovarium superum, sessile, ovatum, glabrum, 2-loculare; ovula gemina, dissepimento affixa, subcollateralia, sed inter se distantia, adscendenti-erecta, podospermio subcupuliformi? suffulta. Stylus terminalis brevissimus. Stigma simplex (*Bonpl.*) Fructus obovato-subglobosi, exsucci, (baccae exsuccae *Bonpl.*) calyce suffulti, rudimento styli mucronulati, laeves, glabri, nigri, magnitudine Pisi, abortu 1-loculares et monospermi, non dehiscentes. Pericarpium exsiccatum tenue, fragile. Semen fundo loculi affixum, arillo membranaceo, crassiusculo, latissimo, trilobo, (lobis rotundatis), fusco-croceo undique involutum, suppetens immaturum, subellipticum, hinc convexum, inde angulatum. Congener M. *ilicifoliae*. *Kunth.* *In regno Peruviano, prope Contumasa, regione calida.* ♄.

n. 8. Myginda *myrtifolia Nutt. gen.* p. 109. Ilex? *Myrsinites Pursh. in S. Veg. ed. nostr.* p. 494. n. 28. (cum diagnosi et descriptione).

n. 9. Myginda *pallens Smith*; foliis ellipticis, obtusissimis, crenatis, laevibus, fere sessilibus; pedunculis bifur-

catis cum flore medio pedicellato; stylo distincto, apice 4-lobo. *Smith* in *Rees Cyclop.* 24. *n.* 4.

Petala undulata. *In Antigua.* ♄.

n. 10. MYGINDA *brasiliensis Spreng.*; foliis oblongis, utrinque attenuatis, coriaceis, integerrimis, nitidis, reticulatis; paniculis axillaribus folio brevioribus. *Sprengel S. V.* p. 496.

In Brasilia. Sello.

n. 11. MYGINDA *Bredemeyeri*; foliis oblongis, integerrimis, glabris; floribus pentandris, monogynis. M. *pentandra Willd. in Reliqu. Ms.*

In Portoricco. ♄. *Bredemeyer.* Nomen mutandum, cum et in alia specie sint flores pentandri. An eadem cum M. *integrifolia Lam.?*

n. 12. MYGINDA *myricoides Willd.*; foliis oblongis, acutiusculis, serratis, subtus pubescentibus. *Reliqu. Willd. Ms.*

Folia pollicaria, basi attenuata, supra glabra, coriacea, venosa. *In America merid.* ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

Obs. CASSINE *Gongonha Mart.* a *Decand. Prodr.* 2. p. 13 MYGINDA dicitur, attamen cum?

n. 608. GONOCARPUS.

n. 3. GONOCARPUS *tetragyna.* Addatur: HALORAGIS *Gonocarpus Sprengel S. V.* II. p. 261.

n. 4. GONOCARPUS? *salsoloides Sieber*; petalodes; floribus 6-8-andris axillaribus; foliis lineari-lanceolatis, integerrimis, glabris. *Sieb. Herb. nov. Holl. n.* 249.

Specimen nostrum nimis mancum, quam ut genus certe eruere possimus; an hujus loci? Caules erecti, ramosi, teretes, purpurascentes, glabri, pedales et ultra, ramis alternis, erectis, teretibus, apice purpurascentibus et pilis sparsis appressis. Folia opposita, sessilia, patentia vel paululum reflexa, acuta, carnosula, 2 lin., 1/4 lin. lata, internodiis breviora. Flores in apicibus ramulorum axillares, fere sessiles, solitarii; bracteâ unica, foliis simili, sed multo minore et pilis sparsis appressis. Calyx parvus, foliolis ovatis, acutis, purpurascentibus, pilis paucis appressis. Corollae petala 4, mox decidua, ante explicationem ovato-oblonga, concava, carinata, carinâ purpurascente, pilis sparsis appressis obsitâ, margine membranacea, 1 lin.. Stamina 6-8; filamentis capillaribus brevibus; antheris oblongis, obtusis, tetragonis, bilocularibus, flavis. Ovarium? An dioica? Fructus deest. *In nova Hollandia. Sieber.* ♃.

n. 608 a. TETRACTYS.

n. 1. TETRACTYS *capensis Spreng. N. Entd.* III. p. 53.

Decand. prodr. p. 16. cui ignota. Nec *Sprengel* ipse in *S. V.* hujus mentionem fecerat. Dubia sane!)

Fruticulus ramis glabris, superne pubescentibus, rubris, nodosis, foliosis. Folia subunguicularia, sparsa, conferta, oblonga, acutiuscula, basi attenuata, subsessilia, hirsuta, utrinque unidentata aut integerrima. Pedunculi capillares, solitarii, axillares, uniflori, versus apicem ramulorum conferti, folia superantes, pubescentes. Cal. ruber, sepalis lanceolatis, obtusis. Stam. aequalia, calycem haud superantia. Antherae pallidae. *Spreng.* *Ad Promont. b. spei.* ♄.

n. 608 b. GEOHERPUM.

n. 1. GEOHERPUM *alsinefolium Willd.* in *Reliqu. Ms.*

Caulis filiformis simplex repens. Folia minuta ALSINES *mediae.* *America merid.* ♄. *Humb.* et *Bonpl.*

1664. n. 609. POTAMOGETON.

Pag. 503. n. 1. POTAMOGETON *natans.* Addatur synonymon: P. fol. omnibus ellipticis, obtusis, petiolatis, natantibus; floralibus basi subcordatis; petiolis inferioribus submersis, aphyllis. *Wahlenb. Fl. upsal.* p. 56. *Nutt. gen.* p. 111. *Bigel. Fl. boston.* p. 41. P. caulibus teretibus, immersis, inferne ochreatis, aphyllis; ochreis superioribus laxis, membranaceis, acuminatis; foliis superioribus longe petiolatis, ellipticis, subcoriaceis, natantibus; pedunculo incrassato; nuculis in spicam contiguam confertis. *Wallr. Sched. crit.* p. 64. cui: α. fol. omnibus conformibus, ellipticis. β. fol. superioribus ellipticis, inferioribus ovatis, oblongis. P. fol. superioribus oblongo-ovatis, petiolatis, natantibus, coriaceis; inferioribus linearibus, membranaceis, sessilibus. *Smith. Engl. Flor.* I. p. 228.

Flores et fructus insigniter rufescunt, ut tota planta. *Wahlenb.*

Obs. Cli *Mertens* et *Koch* distinguunt in *Röhling Deutsch. Fl.* p. 836 P. *natantem:* „fol. omnibus longe-petiolatis, immersis plus minus lanceolatis, natantibus coriaceis, subcordato-ovatis oblongisve; pedunculis aequalibus; fructibus compressis, margine obtusis; caule simplici;" cujus sequentes ab illis enumerantur varietates; *α. P. n. vulgaris.* fol. omnibus coriaceis: immersis infimis lanceolatis, natantibus ovatis vel oblongo-ovatis, basi obtuse plicatis obsolete cordate emarginatis. *P. n. β. vulgaris Koch* et *Ziz Cat. p.* 17. P. *natans* L et *Auct.*. Fors P. *oblongus Vivian* *S. V. ed. nostr. p* 505 *n.* 7. (Fol. 3-4 poll.; infima, sed raro adsunt, plerumque longiora.) *β P. n. explanatus;* fol. omnibus coriaceis: submersis quidquam tenuioribus, nec diaphanis; infimis lanceolatis, supremis ovatis vel oblongo-ovatis, basi planis, nec plicatis emarginatisve. *P. n. α major* K. et Z. l. c (Fol. 3-4 poll.; infima longiora) *γ. P. n. angustatus;* foliis immersis longissimis, fere pedalibus, anguste lanceolatis, diaphanis; natantibus coriaceis, lato-lanceolatis: supremis ovalibus, basi planis, nec emarginatis. P. *natans β. fluitans Chamisso.* P. *fluitans Roth* (*S. V. ed nost.* p. 504 n. 4 (excl. *β variifolio*, fors ad *capillaceum Poir.* spectante). *δ. P. n. intermedius;* fol. immersis anguste lanceolatis, diaphanis; reliquis lato-lanceolatis; natantibus inferioribus ovatis, magnis, basi planis, nec plicatis emarginatisve; supremis dimidio minoribus, basi obtuse plicatis, obsolete cordato-emarginatis. *P. n. γ. medius Koch* et *Ziz* l. c. p. 18. (Folia suprema 2 poll, media multo longiora.) *ε P. n. minor;* fol. immersis infimis anguste-lanceolatis, sub-

diaphanis; natantibus ovalibus ovatisve; supremis subaequalibus, basi integerrimis emarginatisve. *δ. Koch et Ziz l. c. p.* 18. *P. parnassifolius Schrad.* fid. *Mert.* et *Koch*, et monente *Roth in litt. P. natans β. minor in Ejusd. Fl. germ. T.* II. *p.* 202; var. *γ*. in *vol.* II. Ad P. *natantem*, visis speciminibus sterilibus, spectare *P. serotinum Schrader*, qui inter *α* et *β* intermedius: *de Chamisso in litt. Wahlberg Fl. Gothoburg* p. 23 notat varietatem *β acaulem*, in aqua tenui rivulorum cui „rad. repens; pedunculi radicales, tenues, adscendentes; folia late lanceolata, parum coriacea, breviter petiolata, longitudine pedunculorum. Flores remoti." Cls. *Boenninghausen Prodr. Fl. Monast. p.* 47. *γ. fluitantem Roth*, hujus *α*, — *δ. intermedium* hujus *β*. (caule erectiusculo, abbreviato; foliis inferioribus lanceolatis, diaphanis: in fossis turfosis subexsiccatis) — *ε parnassifolium Schrad.*, foliis natantibus, longius petiolatis, vix pollicaribus (qui in paludibus turfosis profundioribus rarior) hujus *γ* esse jubet. Cls. de *Schlecht. Fl. berol.* I. p. 115, qui P. *fluitantem* instar synonymi ad *natantem* ducit, 2 tantum hujus varietates adducit, quarum — *α vulgaris;* petiolis inferioribus aphyllis; *β. fluviatilis;* fol. inferioribus lineari-lanceolatis, longissimis, longe petiolatis, fluitantibus. Transitus manifeste *natantem* inter et *fluitantem* sunt observandi. In *α* fol. subcordata, rigidiora; petioli inferiores stricti, longissimi; in *β* omnia magis protensa, petiolis inferioribus in laminam magis minusve angustam dilatatis. *Schlecht.*. Cls. *Sprengel S. V.* 1. p. 498 P. *oblongum Viv.*, *fluitantem Roth.*, *capillaceum Poir.*, *parnassifolium Schrad.* huc ducit. Confer P. *fluitantem.*

Pag. 504. n. 3. POTAMOGETON *plantagineus.* Addatur synonymon:

P. fol. omnibus petiolatis, membranaceis, diaphanis, margine glabris: inferioribus immersis lanceolatis, natantibus subcordato-ovatis; petiolis folio dimidio brevioribus; pedunculis aequalibus; fructibus compressis, margine obtusis; caule simplici. *Mert. et Koch in Röhling. Deutsch. Flor. p.* 842. *β. rotundifolius;* plerumque triplo minor.

n. 4. POTAMOGETON *fluitans.* Addatur synonymon: *M. a Bieb. taur. cauc. Suppl.* 115 et, hoc teste: P. *natantis* varietas foliis lanceolato-oblongis, longius petiolatis. *Sobolewski Fl. petrop.* n. 123. P. *natans γ angustatus Mert. et Koch in Röhl. Deutsch. Fl.* p. 838 (qui a *fluitante* nostrum *β variifolium*, utpote *capillaceo* affinem, excludere suadent.) P. *fluitans;* fol. inferioribus lanceolatis, acutis, membranaceis, nervis distinctis: superioribus elliptico-oblongis, petiolatis, coriaceis, obtusis, natantibus. *Smith Engl. Fl.* I. p. 230. et, hoc teste: *Engl. Bot.* t. 1286. *Fl. Dan. t.* 1450? *Hall. Hist. n.* 847. (excl. syn. *Linn.* fid. *Smith*).

Etiam in India orientali. Benj. Heyne monente *Roth in litt.*

Obs. Cl. *Smith* ad *fluitantem* suum, quem *Decand.* ad *obscurum* suum duxit, *fluitantem Roth* et *Willd*, non vero *obscurum Decand.* laudat. Descriptioni in *Fl. Brit.* p. 1391 addit: „folia superiora firma, coriacea, licet minus quam in *natante*, obtusiuscula, basi in petiolos variae longitudinis attenuata; stipulas vaginantes; spicas poll., cylindricas; folia inferiora sessilia vel brevissime petiolata, plerumque acuta; nervos foliorum omnium a basi distinctos, (quo charactere praecipue a P. *lucente* differt). Tota planta, praesertim folia superiora et flores, rufescens, et P. *colorato Fl. Dan.* t. 1449 affinis, qualis demum cunque sit. Magnitudine *natantis*, quocum convenit foliis superioribus natantibus satisque coriaceis, sed reverâ *lucenti* magis affinis, a quo *Haller* aegre distinxit." P. *fluitans Smith* a plerisque trahitur ad *rufescentem.*

n. 4 a. POTAMOGETON *occidentalis Sieb.;* foliis natanti-

bus, longe petiolatis, ellipticis, basi praecipue attenuatis, supra subenervibus.

Differt a *P. fluitante* simillimo, praeter characteres datos, foliorum nervis etiam subtus minus conspicuis; nullo omnino vestigio folii ad basin ovati subcordative, quale in *fluitante* saepius; spicâ quidquam graciliore; floribus paulo minoribus magisque distantibus. *In Martinica* ad *Sieb. Herb. Mart.* n. 275.

Pag. 505. n. 5. POTAMOGETON *obscurus* clo *Roth in litt.* et *Mert* et *Koch* vix a *rufescente* distinctus videtur.

n. 5 a. POTAMOGETON *petiolaris Presl;* foliis alternis, ellipticis, utrinque acutis, multinerviis, membranaceis; petiolis folium aequantibus; spicis linearibus, cylindricis; pedunculo petiolum (fere duplo) superante. *C. B. Presl in Delic. Prag.* I. p. 151.

Caulis tenuis, teres. Folia suprema opposita, rufescentia, natantia, inferiora submersa, longius petiolata. Petioli teretes. Stipulae lanceolatae, obtusae, adpressae, internodio breviores. Spicae teretes, graciles, 1 1/2 poll., virescentes. Pedunculi teretes. Maxime affinis *P. fluitanti Roth;* sed differt praecipue foliis membranaceis, utrinque acutis, exacte ellipticis; pedunculis petiolo longioribus; spicis tenuibus. Affinis quoque *P. lucenti*, a quo tamen differt foliis longe petiolatis, acutis, multinerviis; pedunculis teretibus; spicis linearibus. *In stagnis ad veterem Himeram Siciliae.* ♃.

n. 7. POTAMOGETON *oblongus.* Forte P. *natans α vulgaris* videtur cls *Mertens* et *Koch in Röhl. Deutsch. Fl.* p. 837. In definitione stipulis longioribus loco, *brevioribus* legendum est.

n. 7 a. POTAMOGETON *petiolatus Wolfg.;* caule tereti, fluitante; foliis longe petiolatis: superioribus oppositis, natantibus, subcoriaceis, quintuplinervibus, ovato-lanceolatis oblongisve: inferioribus alternis, latioribus, ovato-lanceolatis, subundulatis; pedunculis terminalibus foliis brevioribus; spicâ elongatâ, tenui. *Wolfg. Mss.* n. 4. *Bess. in litt.*

E majoribus. Folia superiora 1 1/2 - 5 poll., 10 - 15 lin. lata; petioli 3 - 4 poll. *Bess.* *In Borysthene in Gubernio Chersonensi. Andrzejowsky.*

n. 8. POTAMOGETON *longifolius.* Addatur:

Obs. Fide speciminis cli *Gay* affinis *lucenti* angustifolio; sed folia multo longiora, anguste oblongo-lanceolata, 8 poll., poll. lata, margine laevia nec serrulata scabrave, mucrone brevissimo, tenuissimo. A *rufescente* differt caule ramoso, pedunculis incrassatis. *Mert. et Koch* in *Röhling Deutsch. Fl. p.* 850. Confer *macrophyllum.*

Pag. 506. n. 9. POTAMOGETON *heterophyllus.* Addatur synonymon:

P. fol. natantibus, ellipticis, utrinque obtusis, longe petiolatis; immersis sessilibus, sublanceolatis, duplo minoribus.

Wahlenb. Fl. ups. p. 57. P. caulibus teretibus, foliosis, immersis; fol. difformibus: inferioribus sessilibus, linearibus, flaccidis; superioribus ellipticis rigidulis. *Wallr. Sched. crit.* p. 65. *Nutt. gen.* p. 111. P. fol. submersis diaphanis, membranaceis, lanceolatis, curvato-cuspidatis, basi attenuatis, sessilibus; natantibus ovatis lanceolatisve, acuminatis, petiolatis; pedunculis incrassatis; fructibus compressis, margine obtusis: caule ramosissimo. *Mert.* et *Koch* in *Röhl. Deutsch. Fl.* p. 843. P. caule tereti, flexuoso; fol. submersis sessilibus, recurvatis, lanceolatis, acutis, summis in natantia evadere conantibus; pedunculis incrassatis. *de Schlechtd. Fl. berol.* I. p. 115, cui α. *palustris* (α nostrum); caul. basi dense folioso et ramoso, superne elongato; fol. submersis angustis, elongato-lanceolatis; summis saepissime natantibus, distincte longe petiolatis. — β. *fluviatilis*; caule toto elongato, ramoso, folioso; fol. superioribus late oblongo-lanceolatis; summis saepe natantibus. — γ. *lacustris* (β nostr.); caule ramoso, folioso; fol. ovato-lanceolatis, semiamplexicaulibus, complicatis, recurvatis; summis in petiolum brevissimum attenuatis, nunquam natantibus. P. *gramineus Wahlenb. Fl. ups. p.* 57. P. *curvifolius Hartm.* apud. *Mert.* et *Koch.* p. 846. *Dietr. Fl. berol.* I. p. 199. (fid. *Schlechtd.* l. c. et *Chamiss.* in *litt.*). — δ. *terrestris*; sterilis; caule brevissimo arcte folioso; foliis subsessilibus, foliis natantibus formâ α similibus. *de Schlechtd.* l. c. P. fol. superioribus ellipticis, petiolatis, natantibus, subcoriaceis: inferioribus lanceolatis, membranaceis, sessilibus; pedunculis apice incrassatis *Smith Engl. Fl.* I. p. 229, et hoc teste: P. *gramineum Lightf.* p. 123. *Fl. Dan.* t. 222. (sine fol. natantibus). *Hall. hist.* n. 850. (excl. syn. *Raii*). Deleatur P. *coloratus Fl. dan.* 1449.

An mera *natantis* varietas? *Wallr.* Caulis infra aquam protensus fere tenuitate fili. Folia submersa minuta, vix 1 ½ lin. lata; natantia plerumque pollicaria. *Wahlenb.* — β validior, omnibus partibus major, foliis longioribus; γ crassior, omnibus partibus magis contractis. Planta polymorpha, maxime γ recedit, a caeteris nequaquam tamen separanda est, formis intermediis optime cum ceteris connexa, aqua magis fluctuante orta esse videtur. Folia natantia ex late-lanceolato in ovatum subcordatum transeunt. Saepe rufescit. *Schlechtd.* Ill. *Smith* hanc speciem praeter characteres datos a *natante* distinguit: habitu minori; foliis natantibus tenuioribus, magis acutis, fere cordatis, rarius 2-poll.; submersis numerosissimis, lanceolatis, utrinque attenuatis, nec linearibus, 1 ½-2 poll., ½ poll. latis; nervis primariis 3-5; stipulis obtusioribus brevioribusque; pedunculis clavatis, saepius ad apices ramorum congestis; spicis densis, poll.; pedunculis sub iisdem subito contrac-

tis. *α in lacubus minoribus et stagnis; β in fluviis; γ in lacubus majoribus ripam versus undis magis fluctuantibus; δ in palustribus exsiccatis circa Berolinum* etc.

Obs. Cls *Mertens* et *Koch* hujus varietates sunt: *α P. h. foliosus Chamiss.; β. P. h. paucifolius. P. paucifolius Opiz.; γ. P. h. elongatus. P. h. β. fluviatilis Chamiss. P. Zizii Koch.; δ. P. h. latifolius.* — *P. curvifolius Hartm.*: fol. immersis membranaceis, diaphanis, lanceolatis, curvato-acuminatis, basi rotundatis, semiamplexicaulibus; natantibus coriaceis, lanceolatis, utrinque acuminatis, petiolatis; pedunculis superne incrassatis; fructibus compressis, margine obtusis; caule ramoso *Mert.* et *Koch* l. c., cujus varietates 2 ab illis notantur: *α. P. c. palustris; P gramineus Wahlenb. ups.* p. 57, et *β. P. h. lacustris Chamiss.*, nonnisi varietas *heterophylli*, uti de *Chamisso* et de *Schlechtendal* in *Fl. berol.* II. evincunt. Ipse cls *Wahlenberg* „inter *heterophyllum* et *rufescentem* quodammodo medium" dicit; sed junxit iterum cum P. *gramineo Linn.* et *lanceolato Smith;* sane vicinior huic, uti ex diagnosi et descriptione apparet: „P. fol. omnibus subaequalibus, sublanceolatis: inferioribus subamplectentibus; natantibus subsessilibus: pedunculis incrassatis;" additque: „per plures pedes saepe protensus, et tamen foliis undique subaequalibus, circiter 1½ poll., 4 lin. latis; submersis insigniter complicatis, carinatis, curvulisque; emersis sursum paulo latioribus, raro subpetiolatis. Pedunculi saepe tam incrassati, ut latitudine spicam florentem aequent, quâ notulâ aliquantulum ad P. *complanatum* accedere videtur. Cls. *Spreng.* l. c. hic ducit: P. *gramineum* Ehrh. et *Roth, hybridum Thuill., crassipedem Kitbl.* (in *Herb. Willd.*), *curvifolium Hartm., setaceum Pursh.*

n. 9 a. POTAMOGETON *pumilus Wolfg.*; caule simplici; foliis superioribus subcoriaceis, venis transversis minutissime reticulatis, oppositis, longe petiolatis, elliptico-lanceolatis, obtusiusculis, in petiolum decurrentibus: inferioribus alternis, lineari-lanceolatis, obtusiusculis; stipulis convolutis; pedunculis subaequalibus, incurvatis, crassitie caulis; spicis gracilibus; floribus densis. *Wolfg. Ms.* n. 9. *Besser in litt.*

A clo *Bernhardi* nomine P. *fluitantis americani* accepi. Folia superiora P. *fluitantis*: inferiora 3-4 poll., 3-4 lin. lata. Spicae pollicares. *Wolfg.* *In Philadelphiae aquis.*

Pag 507. n. 10. POTAMOGETON *capillaceus.* An hujus varietas P. *variifolius Thore* (*fluitantis β*)?

— n. 11. POTAMOGETON *lanceolatus.* Addatur synonymon: P. fol. lanceolatis, membranaceis, integerrimis, planis, basi contractis: reticulis cateniformibus juxta costas; spicis ovatis, densis, paucifloris. *Smith Engl. Fl.* I. p. 232, et hoc teste: P. *setaceum Linn. Sp. Pl.* 184? *Huds.* 76? *Sm. Fl. Brit.* 198? Excludendus plurimis videtur P. *gramineus Wahlenb.*

Tota planta P. *lucenti* 4-plo minor, immersa exceptis floribus, fusco-olivacea. Folia sessilia, alterna, sub pedunculis opposita, fere 2-poll., obtusa, seriebus pluribus reticulorum elegantium, oblongorum pone nervum principalem. Stipulae angustae, lanceolatae, acutae. Pedunculi solitarii ex axilla stipularum, foliis breviores, subcrassiusculi. Spicae parvae, breves; floribus 8-12 parvis, fuscis. Species haec quadrat cum definitione hucusque ignoti P. *setacei Linn.* et *Huds.*; sed nil certi hic affirmari potest, nec quadrat nomen. *Smith.* Clo.

Besser in litt. planta *Wahlenbergii* alia videtur ob pedunculos incrassatos, spicam cylindricam et folia undata.

n. 11 a. POTAMOGETON *salicifolius Wolfg.*; caule tereti ramoso; foliis omnibus submersis, membranaceis, alternis, oblongo-lanceolatis, obtusiusculis, sessilibus, undulatis, trinervibus, subdenticulatis; stipulis angustis, patentibus, brevibus; pedunculis alaribus, elongatis, aequalibus, crassiusculis, folia subaequantibus. *Wolfg. Ms.* n. 13. *Besser in litt.*

Folia 3-7 poll., 5-10 lin. lata. *In fluvio Wilia non procul a Wilna.*

n. 11 b. POTAMOGETON *gracilis Wolfg.*; caule fluitante, gracili, simplicissimo, debili; foliis omnibus submersis, alternis, remotis, membranaceis, tenuissimis, oblongis lineari-lanceolatisve, obtusiusculis, sessilibus, utrinque attenuatis; pedunculis longissimis, filiformibus; spicâ brevi, cylindricâ, pauciflorâ. *Wolfg. Ms.* n. 14. *Besser in litt.*

Internodia 5-8-poll. Folia viridi-flavescentia, 3-4 poll., 2-3 lin. lata. Spica flavescens. *Wolfg. In fluvio Kawa Sibiriae. Merk. Herb. Stev.*

n. 11 c. POTAMOGETON *divaricatus Wolfg.*; caule ramosissimo, dichotomo; foliis omnibus submersis, sessilibus, alternis, subamplexicaulibus, lineari-lanceolatis, obtusis, 3-nervibus, integerrimis, venis tenuissimis divergentibus percursis; pedunculis brevissimis, alaribus; spicis parvis, paucifloris. *Wolfg. Ms.* n. 20. *Besser in litt.* P. *setaceus Herb. Gilibert.*

Folia 1-1½ poll., 3-5 lin. lata. Pedunculi 5-6 linearum, spica 3 lin. *In Herb. Gilib.*

n. 12. POTAMOGETON *perfoliatus.* Addatur synonymon: P. fol. cord. ampl. obtusiusculis, integerrimis; stipulis minutis. *Wahlenb. ups. p.* 58. P. caule tereti, evaginato; fol. alternis, 5-nervibus, basi cordatâ amplexicaulibus. *Wallr. Sched. crit.* p. 66. P. fol. omnibus immersis, membranaceis, diaphanis, basi cordatis, amplexicaulibus, ovatis ovato-lanceolatisve; pedunculis aequalibus; fructibus compressis, margine obtusis; caule subramoso. *Mert.* et *Koch* in *Röhling Deutsch. Fl. p.* 851. *α. ovatifolius*; fol. ovatis. *Wallr. Mert.* et *Koch. l. c.* P. *perfoliatus* L. *Svensk Bot.* 580. *β. rotundifolius*; fol. rotundis. *Wallr. Mert.* et *Koch.* P. *Loeseli Hall. S. V. ed. nostr.* n. 14. *Besser Enum. Volhyn. p.* 51. (qui iconem *Fl. Dan.* minime quadrare, nec *Wahlenb.* descriptionem, omnino vere *Loeseli* t. 65. et *Houtt. Syst.* T. V. *p.* 382. *t.* 41. *a. f.* 2.) *γ.* foliis oblongis.

Mert. Koch. l. c. δ. foliis cordato-lanceolatis. *Mert. Koch.* *Smith Engl. Fl.* I. p. 229.

Caulis densius foliosus. Folia pollicem circiter lata, subovalia, laete viridia. Stipulae unius alteriusve lineae. Spicae vix pollicis. *Wahlenb.* Caules rarius erecti simplices, saepius oblique protensi ramosi. Folia magis minusve rotundata, magis minusve remota, interdum dense imbricata, multinervia; nervis 5-7 validioribus. Pedunculi vix caule crassiores. Stipulae parvae, ovatae. De *Schlechtend. Fl. berol.*

Obs. Genus inde proprium a clo *Rafinesque* consitutum, PELTOPSIS, cui: Flores polygami; femineorum calyx 4-phyllus, foliolis unguiculatis, inflexis, superne planis, subreniformibus, subpeltatis. *Stam.* 4, brevia, sub perigonio abscondita. *Ovaria* 4, aequalia. *Stigmata* sessilia, capitata. *Prodr. nov. gen. in Journ. d. Phys. T.* 89. p. 103. Cl. *Richardson* in *bot. App.* ad *Franklin's Journey* etc. p. 5 de P. *perfoliato Mich.* ait: folia cordato-lanceolata, longe acuminata, spithamaea, basi pollicaria; an ab europaeo specie diversus?

Pag. 508. n. 14. POTAMOGETON *Loeselii* clo *Wallroth* et *Mert.* et *Koch. ll. cc. perfoliati* varietas.

n. 15. POTAMOGETON *densus.* Addatur diagnosi, monente clo de *Chamisso in litt:*

spicis quadrifloris, fructiferis reflexis. P. caule erecto, tereti, folioso; foliis oppositis, ovato-oblongis, acuminatis, amplexicauli-connatis, trinervibus; pedunculis axillaribus reflexis, folio brevioribus, paucifloris; nuculis subcompressis, marginatis, obsolete cochleatis. *Wallr. Sched. crit. p.* 66. cui α. *latifolius;* fol. ovatis. β. *angustifolius;* fol. ovato-oblongis confertioribus. P. *d.* γ. *angustifolius Mert.* et *Koch.* in *Röhling Deutsch. Flor. p.* 860., quibus huc sine dubio trahitur: P. *oppositifolius* β *angustifolius Decand.* et P. *setaceus Linn.* (fid. synon. *Bauh. prodr.* et loci natalis, Monspeliaci, unde specimina.) P. fol. omnibus submersis, oppositis, membranaceis, diaphanis, sessilibus, amplexicaulibus, elliptico-lanceolatis s. lineari-lanceolatis; spicis in dichotomia breviter pedicellatis, post florescentiam recurvis; fructibus compressis, late carinatis, rostratis. *Röhling Deutsch. Flor. Mert. Koch. p.* 859. cui, praeter γ supra adductum; γ. (β.) P. *densus lancifolius;* ad quem ab eisdem trahitur P. *oppositifolius Decand. Fl. fr.* (a *de Chamisso* ad *rufescentem* ductus) et P. *serratus Linn.*

Obs. Clo *Boenninghausen Fl. monast. westph. Prodr. p.* 50 hujus varietates 3: α. *latifolius:* atro-virens, dense foliosus: foliis fere imbricatis, atro-viridibus, reliquis robustior. β. *lancifolius:* (P. *serratus* L. *nec. Auct.*) foliis remotioribus, apice acutis, laete viridibus, magis diaphanis, γ. *angustifolius:* pallide virens; foliis angustis, acuminatis, subdivergenti-reflexis, ½ poll.. γ. *in fossis argilloso-calcareis.* *Brotero* de suo P. *denso*, adductâ licet definitione *Linn.*, monet in *Fl lusit p.* 215 „pedunculos esse bifloros, rarissime tri quadrifloros, floribus terminalibus oppositis; folia opposita sessilia, basibus alterne contiguis, subamplexicaulia, approximata, exstipulata, exceptis illis, e quorum axillis pedunculi ramique, quae saepius stipulis membranaceis duabus obtusis." *In stagno ad Quinta das Lagrimas.*

Pag. 509. n. 16. POTAMOGETON *lucens.* Addatur synonymon: P. fol. basi attenuatis, subpetiolatis, lanceolatis, stipulisque linguaeformibus obtusis, foliaceis. *Wahlenb. ups. p.* 59. *Link Enum.* p. 147. P. fol. omnibus immersis, membranaceis, diaphanis, petiolatis, ovatis lanceolatisve, mucronatis, planis, rectis, margine scabris; pedunculis superne incrassatis; fructibus compressis, margine obsolete crenatis; caule ramoso. *Röhl. Deutsch. Fl. Mert.* et *Koch. p.* 848. P. fol. elliptico-lanceolatis, acutis, membranaceis, petiolatis, repetito-3-nervibus; spicâ densâ, multiflorâ. *Smith. Engl. Fl.* I. p. 231 et, hoc teste: *Hall. Hist.* n. 846. (excl. syn. *Linn.*) *Petiv. Herb. Brit.* t. 5. f. 5. τῳ β. *macrophyllus;* caulibus teretibus, foliosis; foliis oblongo-lanceolatis, pellucidis, multinervibus; nervo intermedio prominulo in mucronem carinatum rigidum producto; ochreis laxis, obtusis, internodia excedentibus; pedunculis incrassatis spicam densam subaequantibus. *Wallroth Sched. crit. p.* 55. P. *acuminatum Schumach. Saell.* I. 49. *Hornem. Fl. Dan. t.* 1384. τῳ γ. *Fl. dan. t.* 1635. POT. *rotundifolius Schultz Prodr. Starg. Suppl.* (fide *de Chamisso in litt.*) ε. POT. *cornutus Presl* (fide *de Chamisso ad specim*).

Foliis brevi petiolatis a P. *fluitante*, acutatis et acutis a P. *rubescente* (cui folia acutata et obtusa) nec non a *praelongo* (cui obtusata et obtusa) differt. *Link.* Etiam clo *Besser* P. *cornutus Presl* hujus varietas est foliis utrinque acutis, angustioribus, nervo saepe in cuspidem elongato. *Enum. pl. Volhyn. p.* 52. Caulis in α saepe crassitie calami scriptorii; folia 1/2 ped., 2 poll. lata, laete viridia. Stipulae omnium maximae. Spicae magnitudine digiti minimi. *Wahlenb.* „Distinguitur facile reti spectabili e venis numerosis transversis, costas 5-7 longitudinales conjungentibus, et juncturâ nervorum lateralium cum medio satis a basi folii remotâ.“ *Smith.*

Obs. A. Clis *Mertens* et *Koch* l. c. sequentes hic enumerantur varietates: α. P. l. *ovalifolius*, qui nostrum γ. P. *nitens Willd.* s. P. *lucens* β *nitens Chamiss.* s. P. *rotundifolius Schulz.* β. P. l. *diversifolius;* fol. caulinis lanceolatis, longe mucronatis, rameis ovatis, utrinque rotundatis, breviter mucronatis. γ. P. l. *lancifolius*, s. P. *lucens* α. *vulgaris Cham.*, sed dubitant utrum P. *lucens* β. *longifolius Decand.* hujus sit loci.) δ. P. l. *coriaceus.* P. *acuminatus Schumach* (β nostrum) et P. *cornutus Presl* (ε nostrum.) P. *nitens Weber;* qui *lucens* β *nitens Cham.*, clo *Steudel* species propria est. Cls. *Schlechtd.* in *Fl berol.* I. p. 114 et II. p. 245. P. *lucentem* sic exponit: P. caule tereti; fol. acuminatis, basi attenuatis, sessilibus aut superioribus brevissime petiolatis; pedunculis incrassatis. — α *vulgaris;* caule elongato, fluitante, fol. lanceolatis. — β *nitens;* caule contracto suberecto; fol. ovalibus. — γ *cornutus;* nervo foliorum egrediente. Exsiccatus intense viridis. Fol. pellucida, grosse reticulato-venosa, apice nunc obtusato, nunc longissime acuminato in uno eodemque specimine. Nervus medius semper validus foliorum interdum superat substantiâ membranaceâ folii in eum attenuata, quâ formâ est P. *cornutus Presl* et P. *acuminatus Schum.;* fol. inferiora inprimis hoc modo mutantur. Stipulae magnae amplexicaules *Schlechtd.* Amico *Besser in litt.* P. *nitens* varietas P. *densi* foliis obtusis est, et *lucens* γ *lacustre Thore* ad *fluitantem Roth* spectare videtur. Cl. *Sprengel* in S. V. p. 493 ad P. *lucentem* trahit P. *cornutum Presl*, P. *indicum Roxb.*, et P. *nodosum Poir.*

n. 16 a. POTAMOGETON *macrophyllus* *Wolfg.*; caule tereti, fluctuante; foliis omnibus submersis, elongato-lanceolatis, undulatis, integerrimis, margine crispatis, 5-7-nervibus, utrinque acutis, costâ crassâ productâ cuspidatis; pedunculis incrassatis, foliis dimidio brevioribus; spicâ densâ, crassâ, cylindraceâ; stipulis magnis, elongatis, dorso bicarinatis, obtusiusculis. *Wolfg. Ms.* n. 16. *Besser in litt.*

Atroviridis. Folia 6-14 uncialia, 6-8 lin. lata. Et hicce petiolos aphyllos profert fere pungentes. *Wolfg.* Differt a P. *lucente* caule graciliore; foliis multo longioribus, tenuioribus, longissime acuminatis, longius petiolatis, nervis reticulisque minus conspicuis; spicis densioribus, brevioribus; pedunculis foliis 2-3 plo brevioribus; stipulis multo angustioribus longioribusque. Proximus videtur *longifolio.* *In fluviis Wilia* et *Waha prope Wilnam.* *Wolfg.*

Pag. 510. n. 17. POTAMOGETON *praelongus.* Addatur synonymon:

P. fol. omnibus immersis, membranaceis, semipellucidis, basi ovatis, amplexicaulibus, elongato-oblongis, obtusis, muticis, apice cucullato-contractis, margine laevibus; pedunculis aequalibus; fructibus compressis, acute carinatis; caule ramoso. *Röhl. Deutsch. Fl. Mert. Koch.* I. p. 850. P. submersus ramosus; fol. ovato-amplectentibus, elongato-oblongis, integerrimis, apice cucullatis, muticis; pedunculis aequalibus; nucibus carinatis. *Reichb. Ic. pl. rar. Cent.* II. p. 78. t. 185. P. *acuminatus*; fol. basi ovatis, subamplectentibus, sursum lanceolatis stipulisque acuminatis; seminibus lunatis, carinatis. *Wahlenb. Fl. upsal.* p. 58. (fid. *Goett. Gel. Anz.* 1821. *S.* 1767 et *Mert. Koch*) sed excl. in *Wahlenb.* P. *acuminato Fl. Dan.* 1384. ad *lucentem* spectante, quem vero *Schlechtend. Fl. berol.* I. p. 113 et *Reichb.* l. c. hic laudat. P. *flexuosus Schleich. Cat.*. An P. *flexuosus*, fol. ovato-oblongis, alternis, sessilibus, truncatis, emarginatis; caule flexuoso; spicâ brevi multiflorâ. *Mössler Bot. Zeit.* 1819. p. 563? *Sprengel S. V.* I. p. 499 hic ducit P. *acuminatum Schum.* et *longifolium Poir.*

Accedit ad *perfoliatum*, magis ad *lucentem* magnitudine omnium partium, stipulis insignibus, spicis fere digitalibus. Stipulae scariosae lutescentes. *Wahlenb.* Foliorum apex naviculatus, exsiccando compressus finditur, unde in siccis speciminibus folia fissurâ brevi. Pedunculi valde elongati, aequales. *Schlechtend.* l. c.

n. 18. POTAMOGETON *rufescens.* Addatur synonymon: P. fol. summis subnatantibus, oblongis, basi attenuatis, subpetiolatis; inferioribus immersis duplo longioribus, sublinearibus, sessilibus, discoloribus. *Wahlenb. ups. p.* 57.

P. caule tereti; foliis venosis: inferioribus lanceolatis, subsessilibus; superioribus oppositis, ovato-oblongis, in petiolum attenuatis; pedunculis aequalibus, tenuibus; spicis confertis; nuculis ovatis, disco utrinque impressis. *Wallroth Sched. crit.* p. 66. P. simplex, fol. immersis sessilibus, membranaceis, diaphanis, utrinque angustatis, obtusiusculis; natantibus coriaceis, obovatis, obtusis, in petiolum brevius attenuatis; pedunculis aequalibus; fructibus compressis, lenticularibus, margine carinatis; caule simplici. *Mert.* et *Koch* in *Röhling Deutsch. Fl. p.* 841., quibus: *α*. P. *r. palustris;* fol. confertis, distichis. *β*. P. *r. rivularis;* fol. angustioribus, 3-6 lin. latis. *γ*. P. *r. alpinus.* P. *alpinus Balb. S. V. ed. nostr. n.* 20 (cum synonymis nostris). P. simplex, fol. submersis elongato-lanceolatis, tenuibus, obtusis; emersis ovato-oblongis, breve petiolatis, coriaceis; pedunculis aequalibus; nucibus carinatis. *Reichb. Ic. pl. rar. Cent.* II. p. 77. t. 184.

In aqua reliquis magis rufescit et folia saepe 1/2 pedalia, latitudine digiti majoris, valde tenuia. Pedunculi foliis subnatantibus breviores, tenues. *Wahlenb.*

Obs. Cli *Mertens* et *Koch* et *Reichenb.* excludunt e synonymis nostris P. *oppositifolium Decand.*, quem auctoritate cli *de Chamisso* huc duximus; sed occurrere eundem passim sub *oppositifolii* nomine nuperrime nos in litt. monuit de *Chamisso.* Praeter synonyma a nobis allata huc ab illis et a clo *Reichenb.* ducuntur: P. *semipellucidus Koch* et *Ziz Cat. p.* 18. P, *serratus Roth Fl. germ.* (non *Linn.* fide *Schrader* in litt. ad clm *Roth*). P. *obscurus S. V. ed. nostr. p.* 505 n. 5 (quod etiam cls *Roth in litt.* testatur). P. *fluitans Smith brit.* 1. *p.* 195 *Engl. Bot.* t. 1286. P. *coloratus Hornem. Fl. Dan. t.* 1449. (qui etiam *Cens.* in *Gött. Gel. Anz.* 1819 p. 691 nonnisi magnitudine diversus) P. *purpurascens Seid.* (in plant. *Opiz* fid. specim. *de Chamisso.*) Exsiccatus rufescit. Proli juniori in aqua profundiore sunt folia minora lanceolata. In aqua lente fluente caulis superior major pars e quovis nodo spicas bracteis oppositis suffultus profert, et talia specimina praebent P. *oppositifolium* auctorum. Folia in Potamogetonibus semper alterna, bracteae vero oppositae. Stipulae in hoc circiter tertiam folii partem aequant. Folia natantia interdum desunt. *Schlechtd. fl. berol.* A clo. *Spreng.* in S. V. p. 498 hic ducuntur P. *fluitans Sm.*, *obscurus Decand.*, *coloratus Hornem.*, *serratus Roth*, *alpinus Balb.*, *annulatus Bellard!*

n. 18 a. POTAMOGETON *nerviger Wolfg.*; caule tereti, fluctuante; foliis superioribus oppositis, subnatantibus, ovatis, utrinque acutis, coriaceis, nervigeris, subpetiolatis, integerrimis; inferioribus alternis, oblongis vel ovato-lanceolatis, nervosissimis, sessilibus, subcoriaceis, integerrimis: costâ basi latissimâ; pedunculis aequalibus, compressiusculis. *Wolfg. Ms.* n. 7. *Besser in litt.*

E majoribus. Folia 4-6 poll., 12-15 lin. lata, magis crassa et rigida ac coriacea. *Bess.* *In fluvio Wierzchnia circa Lelany Lithuaniae. Wolfgang.*

n. 18 b. POTAMOGETON *rigidus Wolfg.;* caule crassiusculo, tereti; foliis supremis binis oppositis, subnatantibus, ovato-lanceolatis, oblongis, breve petiolatis, subcoriaceis, acutiusculis: inferioribus alternis, lanceolatis, elongatis,

subpetiolatis, utrinque attenuatis, strictis, rigidis, stipulis convolutis, cylindraceis, majoribus acutiusculis; pedunculis internodio longioribus, subaequalibus, incrassatis, terminalibus; spicis crassis; floribus dense stipatis. *Wolfg. Ms. n.* 8. *Besser in litt.*

E majoribus. *In fluvio Niemen circa Szczorse.* D. *Jos. Jundzill.*

n. 19. POTAMOGETON *alpinus* videtur *γ rufescentis* clis *Mertens* et *Koch.*

n. 19 a. POTAMOGETON *microstachys Wolfg.*; caule simplici, tenui; foliis lineari-lanceolatis, subsessilibus, obtusiusculis, utrinque attenuatis, 5-nervibus: nervo medio crassiusculo, reticulato-venosis; stipulis internodia subaequantibus; pedunculis tenuibus, foliis brevioribus; spicis terminalibus, paucifloris. *Wolfg. Ms. n.* 15. *Besser in litt.*

Specimina nostra, a cel. *Eschscholtz* in *Unalaschka* lecta, nondum sat evoluta, dum unicâ solum spicâ sint instructa, et caulis 8-pollicaris et internodia brevia; videntur ex aqua stagnante. Folia 4-5-poll., 2-3 lin. lata. *Wolfg.*

Pag. 511. n. 21. POTAMOGETON *crispus.* Addatur synonymon:

P. fol. lineari-lanceolatis, sessilibus, acutis, undulatis, serratis; seminibus cornutis; caule compressiusculo. *Wahlenb. upsal.* p. 58. P. fol. omnibus submersis, membranaceis, pellucidis, sessilibus, lineari-lanceolatis, obtusiusculis, breviter mucronatis, serrulatis, undulato-crispis; pedunculis aequalibus; fructibus compressis, rostratis; caule ramoso, compresso. *Mert.* et *Koch* in *Röhl. Deutsch. Flor. p.* 852. P. fol. lanceolatis, undulatis, serratis, alternis, superioribus oppositis; floribus laxe spicatis. *Smith. Engl. Fl.* I. p. 233. *cum β*: *Huds.* 75. (excl. fere omn. synon. fid. *Smith*). — *Clus. Pannon.* 713. f. 714. et 715.

Folia 2 poll., 4 lin. lata, laete viridia. Semina duplo longiora, quam latiora. *Wahlenb.* Folia obscure viridia, semper trinervia, 2-poll. vix longiora, non semper serrata, nec evidenter undulata, praesertim in prole juniore, ubi et acutiuscula. Achenia longe rostrata. *De Schlechtd. Fl. ber.* Nunquam se vidisse P. *serratifolium* germanicum *Mert.* et *Koch l. c.* β differt tantum foliis oppositis, minus undulatis. *Smith.*

n. 21 a. POTAMOGETON *undulatus Wolfg.*; caule compresso, sulco utrinque longitudinali, fluctuante, inferne ramoso; foliis omnibus submersis, membranaceis, integerrimis, alternis, oblongo-ovatis, lanceolatis, rotundato-obtusis, apice planis, amplexicaulibus; stipulis truncatis. com-

planatis, cauli adpressis. *Wolfg. Ms.* n. 22. *Besser in litt.*

Differt a P. *crispo* foliis longioribus, majoribus, integerrimis (nec crispatis, nec serrulatis), colore atroviridi et venis non convergentibus, sed transversim reticulato-striatis. *Wolfg.* In specim. nostro flores desunt; folia 4-5-poll., 1/2-3/4 poll. lata, majora quam in *crispo*, quidquam undulata, 5-7 nervia, nervis 3 fortioribus. Maxime sane affinis P. *crispo*. *In fluvio Waha prope Wilnam. Wolfg.*

Pag. 512. n. 22. POTAMOGETON *lanciformis*. Addatur:

Obs. Species clis *Mert. et Koch* in *Röhl. Deutsch. Fl.* p. 860 dubia.

n. 23. POTAMOGETON *serratus*. Addatur:

Obs. Excludatur differentia hic data a divo *Römer*. P. *serratus Roth* est enim P. *rufescens* fide *Mert.* et *Koch* in *Röhling Fl. Deutsch.* p. 841, et distinctus a *serrato Linn.*, quem p. 860 *densi β* esse jubent. Cls *Steudel* huc ducit *oppositifolium Dec.*, *maximum Röhl.*, et, instar *β*, *flexuosum Schleich.*.

n. 24. POTAMOGETON *compressus*. Addatur synonymon: *Wahlenb. Fl. ups. p.* 59. *Link Enum. p.* 147. P. fol. omnibus submersis, membranaceis, diaphanis, sessilibus, exacte linearibus, 5-nervibus, obtusis mucronatis; pedunculis spicâ 6-8-florâ, maturâ interruptâ, duplo triplove longioribus; fructibus lenticulari-compressis; margine carinatis; caule compresso, ramosissimo. *Röhling Deutsch. Flor. Mert. Koch* p. 856. n. 513. *β. tenuior Kops Fl. batav.* (fide *Wahlenb.*) *γ.* P. *obtusifolius;* fol. omnibus submersis, membranaceis, diaphanis, sessilibus, exacte linearibus, 3-5-nervibus, obtusis, brevioribus mucronatis; pedunculis longitudine spicae interruptae, 6-8-florae; fructibus lenticulari-compressis, margine carinatis; caule compresso, ramosissimo. *Mert et Koch l. c. p.* 855. *n.* 512. et his testibus: P. *compressus Roth germ.*; P. *gramineus Bot. angl.* (fide specim. a *Borrer* cum? miss.) P. caule compresso, fol. linearibus, 3-5-nerviis, basi biglandulosis. *de Schlechtd. fl. berol.* II. p. 245; cui *α. obtusus;* fol. apice rotundatis, acumine medio minuto. P. *obtusifolius Mert et Koch;* — *β acutus;* fol. apice in acumen cuspidatum productis. P. *compressus;* fol. linearibus, obtusis acumine obsoleto: nervis 2 lateralibus sub apice coadunatis; caule compresso. *Smith. Engl. Flor.* I. p. 233.

„Folia obtusa cum apiculo, quae in P. *zosterifolio* multo majora, in P. *acutifolio* acutata." *Link.* Folia caule compressiusculo triplo latiora, lineam circiter lata; semina oblongata. Caulis praecipue ad genicula rubens. Tenax. *Wahlenb.* Folia 1-3 poll., 1/8 poll. lata; nervis 2 aequidistantibus. *Smith.*

Obs. P. *obtusifolium Mert.* et *Koch* omnino huc spectare, *de Chamisso in litt.* monuit. Cli *Mert.* et *Koch* huc trahunt P. *gramineum Smith.*

de quo nos interea valde dubitamus. „Differt ab affini *zosteraefolio* minori omnium partium mensurâ, spicâ breviore, pauciflorâ, et colore minus intense viridi. Variat caule nunc gracili, flaccido, apice magis minusve ramoso, internodiis elongatis, foliis remotioribus, saepe apicem versus magis congestis; nunc caule a basi ramoso, internodiis foliis aequaliter dispositis brevioribus." *Schlechtd.* Synonymon *Löselii* delendum et ad *zosteraefolium* transferendum, monente *Smith*.

n. 24 a. POTAMOGETON *rutilus Wolfg.*; caule compresso, rubicundo, inferne subramoso, superne simplicissimo, gracili; foliis omnibus submersis, sessilibus, alternis, angusto-linearibus, planis, in mucronem attenuatis, patentibus, 3-nervibus, rubellis, obsolete biglandulosis; pedunculis elongatis; spicis 6-7-floris, rubicundis; floribus alternatim per paria oppositis; antheris apiculatis. *Wolfg. Ms. n.* 28. *Besser in litt.*

In speciminibus nostris ab ipso auct. lectis et ab amiciss. *Besser* benigne communicatis caules compressiusculi, flaccidi, tenuissimi. Folia erecto-patentia, internodiorum longitudine longioraque, 1 ½ poll., crassitie caulis, angustissima, acuta, obsolete trinervia. Stipulae indivisae, lanceolatae, acutae, paleaceae, foliis dimidio breviores, brevioresque, apicem versus latiores, sub pedunculis oppositae. Pedunculi paululum incrassati, foliis longiores, terminales, 1-1 ½ poll.. Spicae brevissimae, 3-lin., pauciflorae. Fructus desunt. *In lacubus et stagnis circa Wilnam. Wolfg.*

n. 25. POTAMOGETON *zosteraefolius*. Addatur synonymon: P. foliis omnibus submersis, membranaceis, pellucidis, sessilibus, exacte linearibus, nervis pluribus tenuioribus, 3-5 crassioribus, obtusis, breviter mucronatis; spicis 10-12-floris, cylindricis; fructibus compressis, margine obtusis; caule compresso-ovato, subfoliaceo, ramosissimo. *Röhling Deutsch. Flor. Mert. Koch p.* 853. n. 510. P. submersus; caule alato-ancipiti, subfoliaceo; foliis linearibus, obtusis, mucronatis; spicis sub-12-floris; nuculis compressis, margine obtusis. *Reichb. Ic. pl. rar. Cent.* II. p. 67. t. 175. P. caule complanato-ancipite; fol. linearibus, multinervibus, basi eglandulosis. *de Schlechtd. Fl. berol.* II. p. 245. P. *complanatus*; caule compresso, foliaceo, latitudine foliorum linearium, basi eglandulosorum; seminibus lunatis, carinatis. *Wahlenberg ups. p.* 59. *Wallroth ann. bot.* 27. *Sched. crit. p.* 67. P. *gramineus* β *Linn. Mant. p.* 333? *Ehr. Beytr.* II. *p.* 67. (uterque fide *Wahlenberg* l. c.) An potius ad β?
β. P. *acutifolius Link*; foliis omnibus submersis, membranaceis, pellucidis, sessilibus, exacte linearibus, nervis pluribus tenuioribus, 3-5 crassioribus, apice cuspidatis; spicâ 4-6-florâ, maturâ subglobosâ; fructibus compressis, margine obtusis; caule compresso-alato, subfoliaceo, ramosissimo. *Röhl. Deutsch. Fl. Mert. Koch.* p. 654 n. 511. et,

his testibus: P. *acutifolius* Link S. V. ed. nostr. p. 513. n. 26. P. *cuspidatus* Schrad. *ined.* P. *cuspidatus* Schrad.; fol. linearibus, acumine obliquo, attenuato; nervis primariis 3, secundariis numerosis, omnibus distinctis; caule compresso. Smith. *Engl. Fl.* I. p. 234 et, hoc teste: P. *compressus* Teesdale *Trans. Linn. Soc.* V. II. p. 106. P. gramineum latifolium Lös. *Pruss.* 206. t. 66. (optim). P. *acutifolius*; submersus; caule alato-ancipite, subfoliaceo; foliis linearibus, acuminato-cuspidatis; spicâ 4-6 florâ; nuculis compressis, dorso asperis. Reichb. *Jc. pl. rar.* Cent. II. p. 67. t. 176.

Caulis colore, substantiâ, latitudine foliis simillimus, ad genicula fragilissimus. Folia $1\frac{1}{2}$ lin. lata. Pedunculus interdum latescit. Totus virens. Varietas tenuior seminibus a *compresso* dignoscenda. Wahlenb. Folia multinervia, sed nonnisi nervus medius facile conspicuus. Reichb. Ex observatione cel. Wolfgangii monogynus est, attamen non constanter. Besser *in litt.*

Obs. P. *acutifolius* Link, monentibus de Schlechtendal et de Chamisso, hoc quoque in litteris, huc reponendus instar β. Cls. Moessler in *Bot. Zeit.* 1819 p. 563 petit in suo *compresso* folia linearia, acutiuscula, basi eglandulosa; spicam multifloram. Hinc potius *zosterifolio* adscribendus videtur. — P. *cuspidatum* Schrad. in Britannia confundi cum *compresso*, quo major, et, praeter characteres datos, etiam nervis intermediis innumeris distinctum esse, Smith *l. c.* qui monet „divum Haller n. 851 iconem *Loeseli* perperam ad *compressum* traxisse, et Halleri „folia lanceolata" quadrare potius cum illis speciminibus Potamogetonis in *Herb. Linn.*, quae erronee pro *compresso* circumferebantur, et quae, uti aiunt, Willdenow *complanatum* dicebat. Hujus pedunculi fere pedales, folia 5-nervia, $\frac{1}{3}$ poll. lata, utrinque attenuata. Hic verisimiliter Hall. n. 851."

Pag. 513. n. 26. POTAMOGETON *acutifolius* praecedentis *zosterifolii* β est.

Pag. 513. n. 28. POTAMOGETON *pectinatus*. Addatur synonymon:

P. foliis setaceis, uninervibus, parallelis, densis, distichis, basi vaginatis; spicis interruptis. Smith *Engl. Fl.* I. p. 236. *Hall. Helv.* n. 853. P. caule foliisque filiformibus; stipulis foliiferis vaginantibus; spicis interruptis; seminibus subrotundis. Wahlenb. *upsal.* p. 60. P. caulibus subdichotomis, ramosissimis, eburneis, vaginis foliiferis, auriculis vaginarum membranaceo-diaphanis foliisque laceris; spicâ interruptâ, longe tenuiterque pedunculatâ; nuculis subovatis, extus gibbosis, stylo brevissimo coronatis, laevigatis. Wallroth *Sched. crit.* 67. cui α. *protensus*; caulibus ramosis, longissime protensis, flaccidis, filiformibus; vaginis foliiferis, remotis foliisque debilibus. P. *pectinatus* α *longissimus* Mert. et Koch. in *Röhl. Fl. Deutsch.* p. 858. (Huc illis videtur spectare P. *marinus* Linn.; P. *pectinatus* Decand. *Fl. fr.*) β. *dichotomus*; caulibus divaricato-ramosis foliisque rigidulis; spicâ

pauciflorâ. P. *Vaillanti S. V. ed. nostr. n.* 30. *γ. scoparius;* caulibus praelongis, inferne denudatis, geniculato-nodosis, superne in ramulos scopiformes polyphyllos expansis; vaginis distichis, margine membranaceo-diaphanis articulisque approximatis. P. *pectinatus Linn.* P. *pusillus γ. cespitosus Mert.* et *Koch. l. c.* et his testibus: P. *pectinatus Ehrh. Dec.* 13. P. *pectinatus;* fol. omnibus immersis, membranaceis, diaphanis, basi vaginantibus, linearibus vel setoso-uninervibus, venis transversis crassiusculis, acutis; spicis longe-pedunculatis, interruptis; fructibus compressis margine obtusis; caule teretiusculo. *Mert. et Koch l. c.* p. 857, quibus adhuc, praeter varietates enarratas: *δ* (illorum *β*) P. *pus. angustifolius.* *ε.* (illorum *δ.*) P. *pusillus tenuifolius.* P. *marinus Decand.* *ζ.* (illorum *ε*) P. *pus. polystachyus*, spicâ divisâ, ramosâ.

Caulis saepe pedes plures extensus. Folia stipulis longis insident, adeo ut saepe sexta tantum pars stipularum supra conjunctionem cum folio libera emineat. Stipulae insuper ramos vaginant, nec ab iis mox sejunguntur cum folio suo, ut in *marino L. Wahlenb.* Cls de *Schlechtd.* in *Fl. berol.* I. p. 118 duas P. *pectinati* varietates adnotat, quarum *α stagninus;* caule stricto valido, vaginis scariosis laxis; — *β lacustris;* caule debili flaccido, vaginis arcte caulem amplectentibus. Fructus omnium affinium maximus. Distinctissima species et perperam a Linnaeo et aliis cum nimis strenue sequentibus in duas species divulsa. *Schlechtd.*

Obs. P. *marinum Poll. palat.* omnino hujus esse loci, sed non cujus varietatis, monent *Mert.* et *Koch,* l. c., qui p. 861 notant P. *pectinatum Wulf Röm. Arch.* 3. 333, si re verâ folia „nullo nervo percursa" habet, distinctam esse speciem. Cls. *Roth in litteris P. pectinatum* et *marinum* sequentibus characteribus distingui posse nos monuit in litt.: P. *pectinatus;* caule setaceo, dichotomo, flaccido; foliis lineari-angustissimis, planis, diaphanis, venis transversalibus interstinctis, exstipulatis, basi arcte vaginantibus; vaginâ margine submembranaceâ; ligulâ cylindraceâ, apice integrâ, caulem arcte amplectente terminatâ; pedunculis aequalibus, serius cum spica pauciflora interrupta elongatis. *Roth in litt.* P fol. setaceis, parallelis, approximatis, distinctis; pedunculis teretibus; drupis laevibus. *Roth in litt.* P. *marinus;* caule filiformi, ramosissimo; foliis lineari-setaceis, canaliculatis, subaveniis, opacis, basi vaginantibus; vaginâ margine membranaceâ, ligulâ bifidâ, acutâ, terminatâ; stipulâ intrafoliaceâ lineari, inclusâ; pedunculis aequalibus, serius cum spica multiflora interrupta elongatis. *Roth in litt.* P. foliis linearibus, alternis, distinctis; pedunculis angulosis; drupis rugulosis. *Roth in litt.* P. *marinum* male fuisse cum *pectinato* conjunctum, illumque pro varia loci natalis ratione adeo variare habitu, ut facile quis crederet plures se sub eodem videre species, nisi convenirent omnes characteribus datis. Stipula sub vaginae basi latet occulta, nec detegenda, nisi reflexâ vaginâ, licet 2-3 lin., sed angustissima. *Roth* l. c. Meras interea varietates esse *maritimum* et *pectinatum*, iterum iterumque *in litt.* nos monuit cls. de *Chamisso.* Nequidem varietates esse *marinum* et *pectinatum Smith* l. c. confirmat. Cl. *Spreng.* S. V. p. 500 ad P. *pectinatum* trahit praeter P. *marinum*, P. *setaceum* L. P. *Vaillanti nob.*, P. *interruptum Kitbl.*

Pag. 514. n. 30. POTAMOGETON *Vaillanti* clo *Wallroth* pectinati *β.* est.

n. 30 a. POTAMOGETON *fasciculatus Wolfg.;* subacaulis; foliis omnibus submersis, vaginantibus, setaceis, tenuissi-

mis, fasciculatis; pedunculis filiformi-setaceis, folia subaequantibus; spicis paucifloris; glomerulis 3-floris; filamentis dilatatis; loculis antherarum disjunctis. *Wolfg. Ms.* n. 33. *Besser in litt.*

In lacubus circa Daugierdziszki et Solkieniki Lithuaniae Wolfg. fil.

Pag. 515. n. 31. POTAMOGETON *setaceus.* Addatur synonymon:

Nutt. gen. p. 111. (cls *Mertens* et *Koch* l. c. p. 860. *densi β* est.) P. *pauciflorus β Lam. Fl. fr.* (fid. *Steudel.*)

n. 32. POTAMOGETON *gramineus.* Addatur synonymon: *Wallr. Sched. crit. p.* 67. *Nutt. gen. p.* 111. P. fol. linearibus, basi attenuatis: nervis lateralibus, solitariis, tenuissimis; caule tereti, dichotomo; pedunculis e dichotomiis, spicis vix longioribus. *Smith. Engl. Fl.* I. *p.* 235. *Engl. Bot. t.* 2253. *R. Brown. Prodr. p.* 343.

Ill. *Smith* diagnosi suae addit: caulis filiformis; folia graminea, alterna, sub dichotomiis opposita, 3 poll., laete viridia, linearia, sed basin versus gradatim attenuata, obtusa, vel saepius acumine minuto: reticulis angustis, oblongis, parallelis ad nervum medium: nervis lateralibus marginibus propioribus quam nervo medio, tenuissimis, saepius vix conspicuis, apicem versus evanescentibus: venis intermediis nullis; stipulae pallidae, pedunculi constanter e dichotomiis, contrarium vero in speciminibus non huc, sed ad P. *cuspidatum* spectantibus; spicae exsertae; semina globosa, acumine obliquo; differt a proximo *cuspidato* et *compresso* praesertim foliorum nervis. Certe distincta species *Smith.* Eglandulosus, caulis teres. An idem cum P. *obtusifolio Mert. et Koch? Besser in litt.*

Obs. Deleatur, monente *Roth* in *litt.*, synon. *Dilleni* in *Raj. Syn.* t. 4. (quem cl. *Smith* laudat); pertinet enim ad P. *cuspidatum Schrad* s. *zosterifolium β.* POTAMOGETONEM *lanceolatum Engl. Bot.* t. 1985 (in quo *Fl. Dan.* t. 222 laudatur, quae in *Fl. brit.* ad *heterophyllum*) a *Wahlenb.* ad *gramineum* ductum, sistere speciem distinctam: *Gött. G. A.* 1821 p. 1767. Conf. *Obs.* ad *heterophyllum* et *lanceolatum.*

Pag. 516. n. 33. POTAMOGETON *pauciflorus.* Addatur (fide *Spreng. S. V.* I. p. 499.) synonymon:

P. *exstipulatus Willd. Herb.*; fol. linearibus, venosis, acutiusculis, basi margine membranaceis. *Reliqu. Willd. Ms.* In America. *Humb.* et *Bonpl.*

n. 34. POTAMOGETON *pusillus.* Addatur synonymon: P. caulibus teretibus, ramosis, concoloribus; foliis alternis oppositisve linearibus, utrinque aequalibus, uninervibus, distinctis, (evaginatis); pedunculis axillaribus, caulis crassitudinem subaequantibus; nuculis ovatis, laevissimis, stylo recto brevi coronatis, in spicam laxam dispositis. *Wallr. Sched. crit. p.* 68. P. caule subsetaceo; fol. linearibus,

acutis; spicis demum globosis; seminibus ovato-oblongis. *Wahlenb. Fl. ups. p.* 60. P. fol. omnibus submersis, membranaceis, diaphanis, sessilibus, exacte linearibus, setuloso-trinervibus, acutis, breviter mucronatis; pedunculis spicâ 2-4-florâ, maturâ ovatâ, non interruptâ duplo triplove longioribus; fructibus lenticulari-compressis, margine carinatis; caule tereti-compresso, ramosissimo. *Röhling Deutsch. Flor. Mert. Koch. p.* 857. *α*. P. *pusillus major. Mert.* et *Koch. l. c. p.* 857. *β* P. *pusillus tenuissimus Mert.* et *Koch. l. c.* P. *pusillus angustissimus*; fol. patentibus lineari-setaceis; caule debili *Wallr.* l. c. P. *pusillus*; caule compressiusculo-tereti; fol. setaceo-linearibus, 3-nerviis, basi biglandulosis. *de Schlechtd. Fl. berol.* II. p. 245. P. fol. linearibus, basi patentibus, oppositis, alternisque: nervis lateralibus solitariis, tenuissimis; caule tereti; pedunculis axillaribus plerumque lateralibus spicisque longioribus. *Smith. Engl. Flor.* I. *p.* 235. *Tratt. Fl. aust.* 22. t. 3.

Herbula plerumque digitalis; folia tantum $^1/_2$ lin. Spicae seminibus circiter 8. *Wahlenb.* P. *pusillus* differt caule compressiusculo-tereti, nec complanato-ancipiti, staturâ et habitu. *De Cham. in litt.* Caulis gracilis, ramosus, 1-2-ped., totus submersus floribus exceptis. Folia $1^1/_2$-2 poll., vix lin. lata, alterna, sub pedunculis opposita, acuta; nervo medio reticulis oblongis, nervis lateralibus ad margines saepius vix conspicuis, ubi satis protensi nervum medium distantiâ aliquâ sub apice attingunt. Stipulae vaginantes, foliis latiores. Pedunculi supremi saepius ramosi. Spica parva, ovata, pauciflora. Semina ovata, oblique rostrata. *Smith*, qui etiam varietatem majorem nomine P. *compressi* ex Helvetia accepit.

n. 35. POTAMOGETONI *spathulato* addatur synonymon: P. *spathulatus Schrad.*; foliis inferioribus lineari-lanceolatis, obtusiusculis, in petiolum attenuatis, membranaceis, pellucidis; superioribus spathulato-oblongis, obtusis, coriaceis; petiolis folium aequantibus; seminibus compressis, ancipitibus. *Koch et Ziz Catal. p.* 18. *Röhling Deutsch. Fl. Mert. Koch. p.* 840.

Speciem hanc cls. *Schrader* P. *spathulatum* dixit. A *natante*, cujus *δ*. similis, statim dignoscitur foliis inferioribus perfecte pellucidis, et seminibus compressis, margine acuto instructis. *Koch* et *Ziz l. c.*

n. 37. POTAMOGETON *indicus* deleatur: est enim, monente ipso auctore *in litt*: APONOGETON *monostachyus*. A *Sprengel* in *S. V. p.* 499 cum? ad P. *tuberosum Roxb.* ducitur.

n. 37 a. POTAMOGETON *tuberosus Roxb.*; foliis alternis, nonnisi sub dichotomia florifera oppositis, sessilibus, linearibus, undulatissimis, integerrimis, (?) pellucidis, siccis

membranaceis. *Roxb. Fl. ind. ed Car.* et *Wallich* I. p. 472.

Rad. e fibris simplicibus longis: tubercula parva, vivipara, rotundato-lobata ad articulos. Caules ramique variae longitudinis, sulco utrinque, ut compressi videantur, crassitie fili emporii, laeves, repentes in fundo aquae. Folia obtusiuscula, tenuiter et acute serrulata, nervis 2 tenuibus marginem versus, 2-3 poll., parum ultra 1/4 poll. lata. Stipulae vaginantes, breves, laeves, virentes. Spicae solitariae in dichotomia, longe pedunculatae, 4-8-florae, demum immersae. Stigmata 4 ampla, oblique truncata. Semina ut in P. *natante. Roxb. Immersa in lacubus, stagnis non salsis Bengaliae copiosissime.*

n. 39. POTAMOGETON *angustissimus* et

n. 40. POTAMOGETON *tenuifolius* nil nisi POTAMOGETON *pectinatus:* folia internodiis longiora breviorave in hoc genere nullius momenti. *De Chamisso in litt. Sprengel* in S. V. p. 499 instar synonymi ad *tenuifolium* ducit P. *caricifolium Willd. Herb.*; fol. inferioribus lato-linearibus, superioribus lineari-subulatis. *Reliqu. Willd. Ms.* Ad Caracas. *Humb.* et *Bonpl.*.

n. 41. POTAMOGETON *acuminatus.* Deleatur: est varietas *lucentis.*

n. 42. POTAMOGETON *pinnatus.* Deleatur: est MYRIOPHYLLUM *scabratum.*

n. 43. POTAMOGETON *verticillatus.* Deleatur: est MYRIOPHYLLUM *heterophyllum.*

POTAMOGETONIBUS addatur:

n. 41. POTAMOGETON *Roxburghianus*; repens; foliis alternis, anguste lanceolatis elliptico-ovatisque, opacis, splendentibus, multinervibus; antheris quadrigeminis ad ungues petalorum orbicularium, concavorum. POTAMOGETON *indicus. Roxb. Flor. ind.* ed. *Carey* et *Wallich* T. 1. 469 (nomen mutandum ob *indicum Roth* antiquiorem).

Radiculae simplices ad genicula, radice, vigente caulis apice, emortuâ. Rami pauci, cauli similes, teretes, laeves. Folia sub floribus saepius opposita, petiolata, plana, obtusa, integerrima, variae magnitudinis; immersa angustiora, subtransparentia. Petioli simplices, non vaginantes, variae longitudinis, in emersis foliis breviores. Stipulae solitariae, axillares, vaginantes, longitudine petiolorum, intus ad medium usque et ultra fissae. Pedunculi solitarii, axillares aut oppositifolii, teretes, crassiusculi, laeves, longitudine fere spicae cylindricae. Flores parvi, numerosi, virides. Petala longe unguiculata, incurva, carnosa. Styli breves, crassi. Stigma punctum obscurum ad apicem styli. Drupae nucesque uniloculares, obovatae, laeves. Embryo ut in P. *natante. Roxb. l. c. Ad littora lacuum non salsorum et in fossis circa Calcutta.*

POTAMOGETON *mucronatus Schrad.*, ut fertur, *cornutus* est. *Mert.* et *Koch* in *Röhl. Deutschl. Fl.* p. 860. Coronidis loco ad calcem tabulam synopticam Potamogetonum a clo *Besser* concinnatam subjungimus, in qua species

+ signatae, in *fidem auctorum* receptae, litteris italicis vero expressae illas designant, quae sibi varietates videntur.

n. 43. RADIOLA.

Pag. 517. n. 1. RADIOLA *linoides.* Addatur synonymon: RADIOLA *Millegrana Smith Engl. Fl.* p. 243.

n. 611. RUPPIA.

Pag. 518. n. 1. RUPPIA *maritima.* Addatur synonymon: R. antherarum loculis oblongis; nuculis erecto-obliquis. *Koch* in *Reichenb. Ic. pl. rar. Cent.* II. p. 66 t. 174. *Röhling Deutsch. Fl. Mert. Koch* 1. p. 860. *Hooker Fl. Lond. New. Ser.* IX. t. 50. *Wallroth Ann. bot.* p. 151. *Smith Engl. flor.* 1. p. 237.

Herba immersa, summitatibus et foliis aquae innatans. Rad. repens, stolonifera. Caulis teres, in stagnis divaricato-ramosus, in flumine longior, minus ramosus, subtilissime striatus, pellucidus, geniculatus, ex geniculis stolonifer, saepius radicans, pedalis, cubitalis. Folia setacea, planiuscula, integerrima, acuminata, basi vaginis truncatis, obtusissimis, 3-4-poll., extrema plerumque 3 convoluta. Pedunculus axillaris, ante anthesin brevis, semiunguicularis, foliorum vaginis 2 latioribus, membranaceis, cauli similis, post anthesin longior, (spiralis). Pedicelli nuculas maturas sustinentes 6-8, umbellati, graciles, fere pollicares, plerumque rosei. Spica pauciflora, ovali-oblonga, vaginis foliorum primum inclusa, demum illam undasque emergens. Antherae laterales fere semper in singula spica 8, ovales, hiantes, germinum acervulum lateralem et fastigiatum circumdantes, ipsis germinibus majores. Germinum acervuli 2: alter fastigiatus, alter lateralis, uterque e germinibus 5-6, minutis, compressis. Stigmata disco irregularia. Nuculae umbellatae, plerumque 6-8 sessilibus, forsan infecundatis, intermixtae, demum atrae, durae, subtilissime punctatae. *Wallroth* supponit clm. *Jussieu* antherarum valvulas habuisse pro calyce.

Obs. Specimina monspeliaca et aegyptiaca borealibus maritimis et lacustribus omnino similia. R. *spiralis* quorundam, secundum specimina borealia videtur nostra R *maritima*, cujus varietatem dicunt R. *maritimam* β *littoralem* habitu magis condensato, pedunculis brevioribus tantum distinguendam, in inundatis procul dubio natam. *Reichb.* l. c.

n. 2. RUPPIA *rostellata Koch*; antherarum loculis subglobosis; nuculis transverse obliquis. *Koch* in *Reichb. Ic. pl. rar. Cent.* II. p. 66. t. 174. R. *maritima minor. Roehl. Deutsch. Fl. Mert.* et *Koch.* T. I. p. 861.

Differt a R. *maritima* praeter characteres datos habitu et vaginis angustissimis apice exangulatis. *Reichb. Rostochii. Treviranus.*

Pag. 518. n. 611. RUPPIAE subjungatur:

n. 611. a. OTTOA.

n. 1. O. *Anisum.* OTTONIA *Anisum Spreng. n. Entd.* I. p. 255. S. V. p. 510.

(*Ad Paginam* 368.)

POTAMOGETONES.

- **Caulescentes**
  - **foliis superioribus natantibus s. Heterophylli**
    - **caule tereti**
      - **foliis inferioribus multo angustioribus**
        - **medio aequilatis aut a basi attenuatis**
          - **subulatis v. capillaceis**
            - floribus octandris . . . . . + octandrus *Poir.*
            - floribus tetrandris
              - foliis superioribus ovatis acutis . . . . . + capillaceus *Poir.*
              - foliis superioribus lanceolatis . . . . . + setaceus *Pursh.*
          - **linearibus**
            - superioribus basi rotundatis . . . . . natans L.; *fluitans Roth.*
            - superioribus basi attenuatis . . . . . hybridus *Petagn.*; *fluitantis var.*
        - **medio latioribus**
          - oblongo-linearibus, stipulis adnatis . . . . . pumilus *Wolfg.*
          - lanceolatis, linearibus, stipulis liberis
            - petiolatis elongatis . . . . . heterophyllus *Schreb.*
            - sessilibus
              - longis distantibus . . . . . + augustanus *Balb.*
              - brevibus approximatis . . . . . petiolatus *Wolfg.*
      - **foliis inferioribus ½ angustioribus aut aequilatis.**
        - **petiolatis**
          - longe petiolatis
            - superioribus sessilibus linearibus . . . . . + oblongus *Viv.*
            - superioribus petiolatis
              - ovato-vel oblongo-lanceolatis . . . . . plantagineus *Du Croz.*
              - ellipticis . . . . . + rigidus *Wolfg.*
          - brevi petiolatis
            - stipulis lanceolatis foliis
              - membranaceis superioribus rotundatis . . . . . + bifolius *La Peyr.*; *lanceolati var.*
              - crassiusculis superioribus acutis . . . . . + curvifolius *Hartm.*
            - stipulis rotundatis . . . . . + alpinus *Balb.*
        - **sessilibus**
          - membranaceis
            - superioribus membranaceis basi attenuatis . . . . . + *obscurus DC.*
            - superioribus crassiusculis coriaceis
              - lanceolatis acuminatis
                - curvatis . . . . . rufescens *Schrad.*
                - rectis . . . . . nervigerus *Wolfg.*
              - ovatis acutis
                - rufis . . . . . *rigidi Wolfg.* var.
                - obscure viridis . . . . . spathulatus *Ziz.*
          - omnibus crassiusculis
            - inferioribus sessilibus v. nervis crassis inaequalibus . . . . . *undulatus Wolfg.*
            - inferioribus in petiolum attenuatis v. nervis tenuibus aequalibus . . . . . crispus L.
    - **caule compresso** . . . . . + nodosus *Poir.*
  - **foliis omnibus submersis seu Homophylli**
    - **foliis oblongis ovatis aut lanceolatis**
      - **caule compresso**
        - foliis margine integerrimis . . . . . + longifolius *Gay.*
        - foliis fimbriatis aut serrulatis . . . . . lucens L.; *acuminatus Schum.*
      - **caule tereti**
        - nodoso . . . . . macrophyllus *Wolf.*
        - aequali
          - stipulis dorso carinatis, foliis petiolatis
            - ovatis vel oblongo lanceolatis
              - margine laevissimo, mucrone tenui . . . . . densus L.; *nitens Web.*
              - margine scabro serrulato, mucrone crasso
                - brevi . . . . . + densus *Dec.*
                - elongato . . . . . perfoliatus L.
            - foliis petiolatis elongato-lanceolatis costa elongatâ cuspidatis . . . . . praelongus *Wulf.*
          - stipulis dorso convexis aut nullis, foliis sessilibus
            - oppositis plurimis
              - omnibus
                - ovato-lanceolatis acutis confertis 3-5 nervibus . . . . . divaricatus *Wolfg.*
                - lanceolatis obtusis . . . . . gracilis *Wolfg.*
              - inferioribus alternis uninervibus . . . . . + lanceolatus *Smith.*
            - alternis plurimis
              - ovatis amplexicaulibus
                - caule superne recto, stipulis ¼ pollicaribus vaginantibus . . . . . lanceolatus *Wahlb.*
                - caule superne flexuoso, stipulis pollicaribus patulis . . . . . + lanciformis *R. et Sch.*
              - lanceolatis
                - 1-2 pollicaribus
                  - utrinque obtusis . . . . . *lanceolati β Wolfg.*
                  - utrinque attenuatis
                    - superioribus sessilibus
                      - pedunculis gracilibus
                        - elongatis . . . . . salicifolius *Wolfg.*
                        - brevibus . . . . . + tuberosus *Roxb.*
                      - pedunculis incrassatis . . . . . + *alpinus Dec.*
                    - superioribus petiolatis . . . . . microstachys *Wolfg.*
                - 3-4 pollicaribus
                  - late lanceolatis
                    - basi attenuatis . . . . . + pauciflorus *Pursh.*
                    - basi obtusâ s. rotundatis . . . . . pusillus L.
                  - lineari-lanceolatis
                    - radice tuberosâ . . . . . + gramineus *Smith.*
                    - radice stolonifera
                      - foliis acuminatis . . . . . acutifolius *Link.*
                      - foliis obtusiusculis . . . . . zosteraefolius *Schum.*; *crispi var.*
    - **foliis linearibus vel setaceis**
      - **sessilibus**
        - caule tereti
          - spicis capitatis . . . . . compressus L.
          - spicis cylindricis
            - foliis stipula angustioribus basi patentibus . . . . . obtusifolius *M. et Koch.*
            - foliis stipula latioribus . . . . . rutilus *Wolfg.*
        - caule compresso
          - foliis eglandulosis
            - integerrimis
              - acutis in mucronem productis patentibus . . . . . + striatus *Ruiz et Pav.*
              - obtusis mucronatis patulis . . . . . *marinus L.*
            - serrulatis . . . . . *Vaillanti R. et Sch.*
          - foliis basi biglandulosis
            - stipulis bifidis . . . . . pectinatus L.
            - stipulis indivisis
              - foliis caule latioribus obtusis . . . . . + contortus *Desf.*
              - foliis cauli aequilatis acutis . . . . . + tenuifolius *H. et Bonpl.*
      - **vaginantibus**
        - caulescentes
          - caule compresso . . . . . + angustissimus *H. et Bonpl.*
          - caule tereti
            - firmo . . . . . fasciculatus *Wolfg.*
            - laxo
              - foliis 1-nervibus
                - planiusculis latiusculis distantibus debilibus
                - setaceis
                  - rectis approximatis distichis rigidulis
                  - contortis subulatis filiformibus
              - foliis trinervibus
                - inferioribus latioribus obtusiusculis
                - inferioribus superiora adaequantibus
        - subacaules vel caule brevissimo
- **Acaules** (caule radicante *Roxb.*) . . . . . + indicus *Roth.*

Frutex ramis flexuosis, striatis, pubescentibus, geniculis nodosis. Folia alterna, brevissime petiolata, oblongo-lanceolata, integerrima, oblique cordata, utrinque glabra, nervo venisque subtus pubescentibus, palmum longa, 3 digitos basi lata. Racemi oppositifolii, erecti, digitales. Axis angulatus, pubescens. Pedicelli numerosi, patentissimi, pubescentes, in anthesi lineam longi, fructiferi 2 lin.. Squamae apice tomentosae, ciliatae, pedicellis dimidio breviores, plerumque persistentes. Filamenta patentia, brevissima, delapsis antheris persistentia. Antherae erectae, pallidae. Germen superum, subrotundum. Stylus 0. Stigmata reflexa. Achenium viride, punctis oleosis, flavis, splendens, magnitudine seminis sinapis. Albumen copiosum. Embryo linearis, inversus, cotyledonibus patulis. Tota, maxime folia et achenii testa, scatent oleo fragrante, anisum redolente. *Sprengel* qui a Do. *Mertens jun.* *In Brasilia.* ♄.

ADDENDA.

Pag. 7. n. 451 c. LITHOSANTHES.

Calyx superus 4-dentatus. *Corolla* suburceolata, limbo 4-fido, plano, intus villosa. *Stamina* 4; filamentis brevissimis infra faucem; antheris oblongis, non exsertis. *Stigma* 4-fidum. *Bacca* umbilicata, obovata, succulenta, 1-locularis. *Trophospermium* centrale, spongiosum. *Semina* 4, parva, erecta. *Arillus* chartaceus, duriusculus, semen arcte cingens. *Embryo* erectus, incurvus. *Cotyledones* brevissimae, compressae, acutae. *Radicula* longa, clavata, incurva. *Blume Catalog. Buitenzorg.* 1823.

Fam. Rubiacearum, Coffeacearum. Tetramerio proximum.

Pag. 24. n. 16. Cephalaria *corniculata.* Addatur: Scabiosa *corniculata*; cor. 4-fidis, radiantibus; fol. lanceolatis pinnatifidisque; laciniis integerrimis; paleis demum strictis; achenii dentibus longioribus, aequalibus. *Reichb. Ic. rar.* C. IV. t. 315.

n. 17 Cephalaria *uralensis.* Addatur:

Obs. Cls. *Reichenbach Ic. pl. rar.* C. IV. p. 11. t. 14. Scabiosam *uralensem* et *cretaceam* conjungit et sic definit: „cor. 4-fidis, radiantibus; fol. lanceolatis pinnatifidisque; laciniis integerrimis; paleis demum squarrosis; achenii dentibus longioribus inaequalibus." (Praeter synon. jam a nobis hic tracta, adducit etiam Sc. *tataricam Habl. taur.* p. 154., et Sc. *laevigatam Wald.* et *Kitbl.* t. 230.)

Pag. 25. n. 21. Cephalaria *tatarica.* Addatur.

Obs. Cls. *Reichenbach* Ceph. *elatam* et *tataricam* sejungit, et utramque sic exponit: Scab. *elata*; perennis, hispidula; fol. decursive-pinnatis, serratis; anthodio nigricante; corollis radiantibus. *Reichb. Ic. pl. rar.* C. IV. p. 1. t. 1. *Horn. hort. hafn.* I. p. 126. Sc. *atrata Lag. Elench.* Lepicephalus *atratus Lag. nov. gen. et spec.* p. 7. n. 103. Sc. *gigantea Ledeb. Cat.* Cephal. *elata Schrad.* Cephal. *tatarica M. Bieb. Link En. S. Veg. edit. nostr.* et *Spreng.* (non L.). Planta 4-6 ped., capitulis maximis, cor. ochroleucis. Scab. *tatarica*; biennis, hispida; fol. oblongis serratis: caulinis auriculato-pinnatifidis; ramis trichotomo-multifloris; coroll. radiantibus. *Reichb. l. c.* p. 2. t. 2. *Linn. Act. Ups.* 1751. p. 11. t. 1. *Horn. h. hafn.* I. p. 126. S. *montana M. Bieb. Willd. En. Jacq. Eclog.* t. 60. *Spreng. Syst.* Trichera *montana S. Veg. ed. nostr.* 10-12 ped. sed biennis. Flores ochroleuci. *Linnaeus* l. c., ait, addit: „Differt altitudine, quâ omnibus congeneribus antecellit, bienni radice, caule magis hispido et fere urente, fol. pinnatifidis, laciniis lateralibus elevatis et adscendentibus, flore Scab. *officinalis* (*arvensis*) magnitudine et structurâ, at minime cernuo, nutante aut inclinato." Ergo omnino Trichera (cum altera Cephalaria sit) *montana* est, et Tricherae *montanae* nomen delendum, et antiquius, *tataricae*, substituendum.

Pag. 28. n. 10. Trichera *ciliata.* Addatur synonymon: Scabiosa *ciliata. Reichb. Ic. pl. rar.* C. III. p. 64. t. 273.

Pag. 29. n. 11 b. Trichera *diodon Presl*; pubescens; caule ramosissimo; foliis radicalibus lyrato-pinnatifidis: supremis linearibus; floribus longe pedunculatis; corollis 4-fidis sub-

radiantibus, involucro majoribus; seminibus pilosis, compressis, ancipitibus, utrinque apice inaequaliter 5-spinosis. *Presl Fl. sicul.* I. p. XXVIII.

In Sicilia.

Pag. 30. n. 15. TRICHERA *calycina Presl*; foliis villosis, radicalibus lanceolatis, inciso-serratis: caulinis lyrato-pinnatifidis, lobis subdentatis obtusis, terminali ovato, inciso-serrato; caule retrorsum hirsuto; involucri foliolis ovatis, villosis, corollâ longioribus; corollis 4-fidis, subradiantibus; seminibus villosis; pappo multifido, setaceo. *Presl Fl. sicul.* I. p. XXVIII.

In Sicilia.

Pag. 30. n. 2. SCABIOSA *australis.* Addatur synonymon: *Reichenb. Ic. pl. rar.* C. IV. p. 23. t. 225.

Pag. 32. n. 9. SCABIOSAE *gramuntiae* addatur:

Obs. II. SCABIOSA *gramuntia β* seu *uniseta Savi* clo *Reichenbach* est Sc. *Saviana. Spongostemma:* calyce spongioso-marginato *); stricta, simpliciuscula; foliis spathulatis pinnatifidisque, laciniis inferiorum lanceolatis serratis, superiorum linearibus integerrimis. *Reichenb. Hort. Bot. Cent.* I. n. 53. S. *uniseta. Savi* Fl. Pis. I. p. 167. t. 2. f. 6. *Ten.* Fl. Neap. I. p. 30. S. *tenuifolia β. coerulea. Savi* Bot. Etr. p. 122. S. *gramuntia β. Sebast.* et *Maur.* prodr. Fl. Rom. p. 75. S. *Columbaria γ. Pollini* Fl. Veron. I. p. 154. Radix simplex, biennis. Caulis 3-4 ped., teres, strictus, basi hispidus, superne glabrescens; rami, si adsunt, patentes, elongati, uniflori. Folia primordialia spathulata, crenata, sequentia lyrata et pinnatifida: laciniae lanceolatae, accrescentes et exterae certe serratae; terminalis ovata duplicato-serrata. Flores longe pedunculati. Involucrum e foliolis 10-15, lineari-lanceolatis, flosculis brevius. Corollae infundibuliformes, inaequaliter 5 fidae, marginales majores lilacinae, disci minores albidae. Antherae lilacinae. Stylus albidus. Stigma kermesinum. Receptaculum convexum, in fructu maxime auctum, elongato-conicum, fere teres, 1 ½ pollicare. Paleae lanceolato-acuminatae, inflexae. Capitulum fructiferum oviforme; achenia 8 sulcata, puberula; corona cyathiformis, 8 nervis, margine spongioso-incrassato denticulato; semen oviforme, in stipitem pappi superne attenuatum; radii subquini, non raro inaequales vel pro parte abortientes, scabri; embryo viridis. Cl. *Savi* speciem nostram ab initio S. *unisetae* nomine proposuit, deinde setarum numerum inconstantem observans, eam ad S. *tenuifoliam Rothii β. coeruleam* reduxit. Jam luce clarius factum est omnibus botanicis, qui completa specimina S. *tenuifoliae* (*ochroleucae*), apud nos vulgaris, viderunt, hanc certe minime foliis radicalibus bipinnatis a S. *Columbariâ* differre, sed eadem, ac illa, folia primordialia spathulata, crenata prodere, et aliâ quadam notâ aegerrime distingui; porro S. *Saviana* propter folia primordialia spathulata secundum opinionem antea de S. *tenuifoliâ* conceptam non huic, sed ipsi S. *Columbariae* fuerit associanda. Jam autem pariter haec nostra S. *Saviana* atque S. *grandiflora* primo intuitu, praeter subtiliores quasdam nótas, coronae margine spongioso agnoscitur. *Reichb.*

Pag. 35. n. 21. SCABIOSA *amönae* subjungatur:

n. 21 a. SCABIOSA *angustifolia C. a. Hoffmannsegg*; corollis 5-fidis radiantibus; foliis pubescentibus: radicalibus petiolatis, oblongis, dentatis; inferioribus lyrato-pinnatifidis, serrato-incisis: superioribus ovatis, sublyrato-duplicato-pinnato-pinnatifidis: laciniis linearibus; pedunculis

*) Colligo Scabiosarum gregem naturalem, quem *Spongostemma* appello, coronae margine spongioso distinctum. Huc e. g. S. *atropurpurea, maritima, grandiflora* (minime gentium S. *Columbariae* varietas!) nostra *Saviana*, aliaeque alio loco exponendae, erunt revocandae. *Rchb.* l. c.

superne retrorsum scabris; peranthodiorum phyllis linearibus, pilo terminatis. *C. a. Hoffmannsegg 2ter Nachtr. p.* 206.

Caulis 2 - 3 ped., glaberrimus, teretiusculus. Folia inferiora 10 poll., 4 poll. 6 lin. lata, mollia, rhachi purpurascente, canaliculatâ, margine ad basin fere tomentosâ. Pedunculi poll. et ultra. Anthodia 1 poll. 3 lin. - 1 poll. 6 lin. diam.; phyllis peranthodii radium subaequantibus. Corollae lilacinae, radii 4 lin. margine denticulatae, disci pallidiores, albidae. Calyx interior e setis 5 nigricantibus. Nomine S. *ucranicae* et *amoenae* accepi. An Sc. *tenuifolia β Baumg.?* Differt a S. *amoena:* caule basi nullo modo tomentoso et vix subancipiti, multo minus subtetragono; dentibus mucrone vix ullo, peranthodii phyllis nec apice, nec margine purpureis. *C. a Hoffmannsegg. Hab.?* ♃.

Pag. 44. n. 58 a. SCABIOSA *acutiflora Reichb.*; perennis; foliis spathulatis lineari-pinnatifidisque, serratis, superiorum et corollae laciniis integerrimis, acutis. *Reichenb. Ic. pl. rar.* C. IV. p. 24. t. 326.

Perennis, 3-4 ped. Flores laete persicini; spica fructifera oviformis. Semina nomine Sc. *Wulfenianae* accepi. In *Littorali* ut suspicatur cl. *Reich.*

n. 59. SCABIOSA *ucranica.* Addatur.

Obs. Cl. Reichenb. Ic. pl. rar. C. IV. p. 13. t. 316. definit hanc speciem: fol. lineari-pinnatifidis; corollis marginalibus maximis, labio superiori brevissimo; anthodiis elongatis; achenii coronâ planiusculâ; et inter synonyma ducit: Sc. *ucranicam Linn. All. Gmel. Sib.*, S. *albam Scop.* Sc. *Gmelini St. Hil.*, S. *stellatam Buching*, Sc. *maritimam Wulf.*, ASTEROCEPHALUM *pilosum Lag.*, Sc. *argenteam Murr Desf. Smith.* Sc. *eburneam Smith.!*, quod sane nimium. Conf. *obs. nost. p.* 42.

Pag. 45. SCABIOSIS adnumeretur:

n. 81. Sc. *diffusa Reichenb.*; corollis 5-fidis, radiantibus, involucro duplo longioribus; coronâ repando-dentatâ; foliis radicalibus lyratis, serratis; caulinis pinnatis: pinnis linearibus, integerrimis, terminali longissimâ, supremis linearibus obtusis. *Reichenbach Hort. Bot. Cent.* I. n. 16. ASTEROCEPHALUS *Vaill.*

Radix perennis. Caulis $1\frac{1}{2}$ pedalis et ultra, erectus, rami brachiati, diffusi. Folia radicalia lyrato-pinnata, vix carina pilosiuscula, pinnis lateralibus oblongis; terminali ellipticâ acutâ serratâ; subcoriacea, laevigata; caulina pinnis utrinque 3-2, imo solitariis, obtusis, terminali lineari-spathulatâ, obtusiusculâ; suprema simplicia, lineari-dilatata, integerrima. Flores longissime pedunculati. Involucrum e foliolis 6-10 lanceolatis, ciliatis, subaequalibus. Receptaculum conicum, paleaceum: paleae lanceolatae, membranaceae, carinatae, ciliatae. Corollae ochroleucae, infundibuliformes: laciniis oblongis, obtusis, binis superioribus duplo brevioribus, tubo pappum superante. Achenia turbinata, 8 sulcata, subtiliter pubescentia, breviora suâ coronâ infundibuliformi, repando-16 dentatâ, margine puberulâ. Pappus 5-radiatus, setis achenio

cum coronâ longioribus, scabris, testaceis. Proxima Sc. *setifera*, — in hortis minime, quod putare quidam videntur, vulgaris, — indumento foliorum, pinnis subdentatis, terminali fortiter incisâ aut lobatâ, coronâ integrâ, setis nigris differt, ejusque diagnosis erit emendanda.. *Reichenb.* *In Teneriffa.* ♃.

n. 82. Scabiosa *dipsacifolia Schott;* corollulis quadrifidis, radiantibus; calycis communis laciniis ciliatis, pedunculo sub flore hirsuto; foliis late lanceolatis, acutis, deorsum attenuatis, serratis, supremis integerrimis. *Schott in litt. ad Schrank. Bot. Zeit.* 1824. *Beylage p.* 41.

Flores incarnati. An Trichera *pubescens?*

Quid Scabiosa *vivipara Nees?*

Pag. 47. n. 5. Patrinia *scabiosaefolia.* Addatur synonymon: Fedia *scabiosaefolia;* glabra; floribus corymbosis, tetrandris; foliis radicalibus ovatis, acutis, serratis; fructibus triquetris, nudis. *Treviranus in nov. ac. nat. cur.* T. XIII. p. 65. Fedia *serratulaefolia Trevir. Ind. sem. h. Vratislav.* 1820. Patrinia *scabiosaefolia;* foliis radicalibus spathulatis lyratisque, argute serratis; caulinis pinnatifidis. *Reichb. Hort. bot. Fasc.* II. t. 20.

Radix perennis. Caulis 2-3 pedalis, strictus, teres, vix striatus. Folia radicalia spithamaea et ultra, elliptico-spathulata, longe petiolata, acuta, acuteque serrata, alia lyrata, caulina pinnis anguste lanceolatis, terminali elongatâ subserratâ, in supremis integerrimâ. Flores trichotomo-cymosi; bracteis linearibus, acutis, flore brevioribus. Corolla infundibularis, patens, aequaliter obtuseque 5-loba, laete flava. Stamina exserta. Stylus tubum subaequans, stigmate subcapitato. Capsula 3 locularis, dorso plano, oblongo, loculis binis anterioribus angustis vacuis; nucleus oblongus, pendulus; embryo radiculâ conicâ superâ, cotyledonibus oblongis convexis. *Reichb.* Differt F. *rupestris* a nostra: staturâ duplo minori; caule scabriusculo, praesertim ubi in pedunculos dividitur; foliis radicalibus ovatis, obtusis, incisis, caulinorum segmentis subintegerrimis; fructibus obtusangulis, bracteae magnae, ovali, membranaceae, reticulatae adnatis. Eadem fructus conformatio in P. *sibirica*, cui praeterea sunt caules humiles, folia carnosa, obtusa, radicalia integerrima. *Treviranus.*

Pag. 63. n. 13. Aegiphila *straminea C. a. Hoffmannsegg;* glabriuscula, subaspera; ramis teretibus; foliis oppositis, ovatis, longe acutatis; cymis terminalibus axillaribusque; staminibus inclusis; stylo stigmatibusque elongatis. *C. a. Hoffmannsegg. 2ter Nachtr. p.* 74.

Glabra videtur, sed pilis sparsis, brevissimis, rigidis, antrorsum decumbentibus quidquam aspera. Folia 3-4 poll., lata, acumine obtusiusculo 6 lin., saturate laete viridia, in petiolum 4 lin., 1 lin. crassum angustata. Cymae axillares pedunculatae, terminalis sessilis, 1 poll., partitione circiter tri-

plicatâ; ramis ramulisque bracteis bracteolisque filiformibus stipatis. Calyx subcampanulatus, 1 lin.; dentibus brevissimis, subtruncatis. Corolla straminea, tubo calycem $^1/_2$ lin. superante, laciniis ovato-oblongis, interdum 5. Antherae flavae, tubum aequantes. Stylus eundem 2 lin. superans, stigmatibus 3 lin., facile varie tortis. *C. a Hoffmannsegg. In Brasilia.* ♄.

Pag. 74. n. 27. Plantago *Pseudo-lusitanica.* Addatur observationi:

Obs. Cls. *Presl* in *Fl. sicul.* I. p. XXXVIII. Pl. suam *arvensem*, P. *Lagopoda β minorem* et Pl. *eriostachyam Tenor. γ eriostachyam* dicit.

Pag. 80. n. 60 b. Plantago *canaliculata C. a. Hoffmannsegg;* acaulis; foliis linearibus, integerrimis, glabris, canaliculatis, carnosis; scapo appresso-pubescente; bracteis ovatis, calycem aequantibus. *C. a. Hoffmannsegg 3ter Nachtr. p.* 51.

Folia spithamaea, 5 lin. lata, sparsim impresso-punctata. Scapus ante anthesin nutans. Spicae 4-5 poll., 2 lin. crassae, primum densae, floribus sub florescentiam remotiusculis. Bracteae concavae, scabriusculae. Calycis phylla ovata, albido-diaphano-marginata. Corolla eadem parumper superans, albo-diaphano-membranacea, laciniis ovatis, nervo flavo. Stamina flores plus duplo superantia, antheris flavis. Stylus, jam ante floris explicationem longe exsertus, staminibus aliquanto brevior. Varietas forte Pl. *maritimae*, sed differt foliis basi penitus glabris. *C. a Hoffmannsegg.*

Pag. 84. n. 90. Plantago *Serraria.* Addatur synonymon: Pl. *Serraria β linifolia;* foliis lineari-lanceolatis trinerviis. *Presl. Fl. sicul.* I. p. XXXVIII.

Pag. 87. n. 10 a. Buddleja *glomerata Wendl.;* foliis cordato-oblongis, inciso-dentatis, crenulatis, venoso-rugosis, subtus ferrugineo-tomentosis; florum glomerulis paniculatis, *Bartl. et Wendl. Beitr. zur Bot.* II. *p.* 4.

Rami ramulique oppositi, adscendentes, teretiusculi, tomentosi, superne foliosi. Folia opposita, petiolata, internodiis duplo longiora, patentia, basi parum latiora, acuta, dentibus acutis, supra leviter tomentosa, nervo venisque reticulatis impressis rugosa, pallide viridia, subtus densissime ferrugineo-tomentosa, nervo venisque crassis prominulis, reticulata et rugosissima, adulta 1 $^1/_2$ poll., 6 lineas lata. Petioli teretiusculi, folio 3-4plo breviores, patentes, densissimo tomento ferrugineo obtecti. Flores minimi, in glomerulos Viciae semina magnitudine aequantes, arcte conglobati. Glomeruli breviter pedicellati, in paniculas sessiles, supradecompositas, superne sensim decrescentes, pyramidatas, in ramulis terminales, densas, 2 uncias longas dispositi. Rami, paniculae, pedunculi et glomerulorum pedicelli oppositi, decussati, superne sensim breviores, dense tomentosi, compressiusculi. Bracteae ad quamvis inflorescentiae ramificationem binae, oppositae, lineares, obtusae, tomentosae, pedunculis utplurimum longiores. Calyx semilineam longus, extus tomento denso

indutus, profunde 4 partitus: laciniis lineari-oblongis, obtusis, duabus oppositis parum majoribus. Corolla albida?, calycem paulo excedens, turbinato-tubulosa, extus tomentosa, ultra medium 4 partita; laciniis lineari-oblongis, obtusis, apice recurvis, intus glabris. Stamina aequalia, corollam aequantia, eique sub incisuris inserta, glabra. Antherae subrotundae, luteae. Germen subovatum, tomentosum, apice attenuatum. Stylus staminum longitudine, superne attenuatus, tomentosus. Stigma crassum, capitatum, subbilobum. *Hab. ad Cap. bonae spei. Hesse.* ♄.

Pag. 88. n. 21 a. BUDDLEJA *Neemda*. Addatur observationi:

Obs. B. *Neemda Link* et *Spreng.* addatur *Reichenb. Hort. Bot.* C. I. n. 21. (qui plantam Roxburghianam et Sprengelianam conjungit.)

Pag. 99. n. 13. EXACI *viscosi* diagnosis a clo *C. a Hoffmannsegg 2ter Nachtr. p.* 117. sic emendatur:

E. fol. oblongis, acutis, semi amplexicaulibus, subtrinerviis, basi angustatis, bracteis cordato-perfoliatis, calyce longioribus.

Pag. 109. n. 1. PAVETTAE *indicae* addatur:

Obs. 2. Ill. *Colla* in *Horto* suo elegantissimo *ripulensi* monet p. 102, PAVETTAM *indicam* W. sibi non videri IXORAM *paniculatam Lam.*, cum *Willdenowi* planta, (exclusis synonymis a se adjunctis) appositis Linnaei verbis, eadem, ac *Linnaei*. *Linnaeus* laudat synonymon *Rheed.* V. t. 10, quod *Willdenow* et *Lamarck* ad *paniculatam* suam, et nunc quoque div. *Roxburgh.* Verum est, divum *Willdenow* laudasse PAV. *indicam Burm. Fl. ind.* t. 13. f. 3, plantam a *paniculata Lam.* s. *indica* L. valde diversam, quatenus nempe *Linnaeus Rheede* laudet, nec *Burmannum.* Fors ill. *Colla* planta eadem, quae P. *angustifolia Lam.*, ad quam planta *Burmanni* omnino spectat. Novam enim phrasin et descriptionem ill. *Colla* PAVETTAE *indicae* praebuit, quae haud ita paucis differt ab illa, quam *Roxburgh* dedit, cum scribit, *H. Ripul. l. c.* „P. glabra, foliis oppositis, lanceolato-ellipticis, *papillosis*; calycibus acute 4-dentatis; floribus paniculatis." — „Caulis fruticosus, in C. 1-2 ped., solidus, adscendens, teres, rimosus, ramosissimus; rami oppositi, divaricati, apice subtetragoni. Folia perennantia, patentia, in petiolum attenuata, 2-3 poll., 1-1½ poll. lata, subundulata, integerrima, glabra, superne nitida, subtus tomentosa, villis lente tantum conspicuis, erectis, nec intertextis, utrinque plus minus papillis, modo articulatis, modo oblongis. Petioli brevissimi teretes. Stipulae laterales, triangulares, persistentes. Panicula terminalis fastigiata, 3-4-toma. Pedunculus communis subtetragonus, brevis; partiales teretes, longiores. Cal. brevissimus, dentibus acutis. Cor. alba, tubo subincurvo limbo duplo longiore. Limbus 4-fidus, laciniis oblongis, apice rotundatis. Filamenta subnulla, in apice tubi. Antherae contortae, inter corollae lacinias declinatae, nigrescentes. Germen inferum, subrotundum. Stylus filiformis, subincurvus, corollâ duplo longior, albus. Stigma oblongum incrassatum, viride. Bacca drupacea, orbiculata, nitida, coronata, bilocularis, loculis monospermis."

n. 444. LABATIA.

Pag. 165. n. 3. LABATIA *macrocarpa Mart.* et *Zuccar.*; foliis oblongo-lanceolatis; floribus aggregatis; baccis magnis, pulverulento-scabriusculis. *Mart. et Zuccar. nov. gen. et spec.* T. II. p. 71. t. 160 et 161.

Arbor vastissima, 50 ped. et altior, dense comosa, cortice crasso, rimoso, cinereo. Ramuli teretes, cortice cinereo, dense ferrugineo-tomentoso: tomento e pilis subtilissimis mal-

pighiaceis, i. e. medio affixis, atque inde super epidermidem horizontaliter patentibus, cruribus subulatis. Folia versus summitates ramulorum congesta, erecto-patentia, oblongo-lanceolata, versus basin attenuata, apice acuta, spithamaca et pedalia, antice 3-4 poll. lata, breviter petiolata: petiolis subteretibus, superne planis, intra foliorum substantiam abeuntibus in nervos primarios crassos, superne planos, inferne convexos, valde prominentes; crassiuscula et firma ob rete vasorum venis subparallelis excurrentibus oblique intertextum, nitide et saturate viridia, praesertim juniora ope pilorum malpighiaceorum. Flores axillares, 6-12 aggregati, in pedunculis 2-4 lin., teretiusculis, basi munitis squamis nonnullis oppositis, in cyathulum conspirantibus, quae gemmarum floriferarum sunt rudimenta. Cal. 2 lin., laciniis s. foliolis exterioribus lineari-oblongis, acutis, subcoriaceis, crassioribus et longioribus quam 2 interiores, quae obovato-lanceolatae, ad basin unguiculatae: omnibus externe tenuiter ferrugineo-pubescentibus. Cor. alba, vix calyce altior, inferne subventricosa, superne aequaliter cylindrica, limbo brevi, laciniis rotundatis. Squamulae inter lacinias minimae, erectae, lineares, obtusae, ciliatae, albae. Stamina longitudine corollae, alba; filamenta fere e corollae basi ibidemque compressa, superne tereti-subulata; antherae subglobosae. Ovarium depresso-globosum, dense pubescens, pilis erectis, fuscescentibus. Stylus breviusculus, rectus, pallide viridis; stigma simplex aut subcapitatum. Bacca depresso-globosa, 3 poll. in diametro, ob 4 loculamenta hinc inde 4-loba, ferruginea, cortice grumoso-fibroso, sicco, flavo, carne molliore, succosiore et evidentius fibrosà. Nauci 4, aut abortu 2, ossei, digiti crassitie, 1 $^1/_2$ poll., pallide ferruginei, rugis et impressionibus transversis, dorso convexo areâ umbilicali lanceolatâ, utrinque acutà, dimidiam longitudinem totius nauci aequante, elevatâ, opacà, scabriusculâ, hujusque ope in angulo exteriore loculi affixi, ventre bifaciales. *Mart.* et *Zuccar. In ripa umbrosa humida fluvii Japurá, ad Maribi, S. Ioâo do Principe et alibi in provincia Rio negro Brasiliae.* ♄.

Obs. Cli *Martius* et *Zuccar.* Pouteriam *Aubl.* a Labatia sejungunt, et hanc sic definiunt: *Cal.* 4-partitus, foliolis 2 exterioribus majoribus. *Cor.* 1-petala, tubuloso-urceolata, 4-fida; squamulis 4 minutis in incisuris. *Bacca* dura, scabriuscula, 4-locularis, rarius 2-locularis. *Semina* testâ crassâ scrobiculatâ, placentatione parietali.

Pag. 114. n. 451 c. LITHOSANTHES.

n. 1. Lithosanthes *biflora Blume Catal. Buitenzorg.* 1823.

Frutex ramis decussatis; foliis parvis, distichis, trapezoideis, fere sessilibus, nitidis; pedunculis axillaribus, geminis. *In Java.* Blume.

Pag. 190. 17 b. Asperula *graveolens M. Bieb.*; caule erecto, tetragono; foliis quaternis, linearibus, glabris: floribus 4-fidis; fructibus granulato-hispidis.

Specimen nostrum ab amiciss. *Besser* nomine A. *graveolentis M. Bieb. in litt.* communicatum. Tota planta foetidissima. Radix extus rubet. Caules erecti vel adscendentes, ramosi,

pedales, basi ad angulos scabriusculi, superne glaberrimi, lucidi, ramis oppositis, tetragonis, glaberrimis. Folia infima non vidimus; inferiora quaterna, linearia, acuta, basi dilatatà connexa, margine revoluta, glabra, sed basi margine carinâque scabra, erecto-patentia, rarius recurva, rigidiuscula, $^{3}/_{4}$ - 1 $^{1}/_{4}$ poll., 2 opposita quidquam breviora, internodiis duplo fere breviora; suprema opposita, subulata, glaberrima, altero pari minori stipulas subulatas glaberrimas formante. Flores in apicibus ramulorum plerumque terni; medio sessili, 2 lateralibus breviter pedicellatis, pedicellis glaberrimis; magnitudine Asp. *cynanchicae*. Corolla incarnata (?), semper 4-fida; laciniis oblongis, obtusiusculis, aequalibus, glabris, quidquam patentibus, 1 $^{1}/_{2}$ - 2 lin., longitudine tubi; tubo infundibuliformi, extus quidquam rugoso, ovario duplo longiori. Antherae 4, oblongae, obtusiusculae, atropurpureae, fauci insertae, cum laciniis alternantes. Stylus brevis, teres, rubellus; stigmatibus 2 globosis. Fructus immaturi ovato-subglobosi, squamis lanceolatis obtusiusculis granuloso-hispidi. *In sabuletis ad Tanaïm.* ♃.

Pag. 192. n. 1. SPERMACOCE *tenuior.* Addatur:

β. foliis angustioribus. *Colla Hort. Ripul. p.* 132.

β. e seminibus e Guadeloupe missis a clo *Bertero* ao 1819, rhizocarpica. An distincta species, quum perennet? Folia angustiora, et magis distantia, quam in icone *Lamarck. Colla l. c.*

Pag. 194. n. 7. SPERMACOCE *rubra.* Addatur cum? patria: Nepalia. *C. a Hoffmannsegg 2ter Nachtr. p.* 213.

Pag. 251. n. 13. CORNUS *alternifolia.* Addatur:

Obs. Folia C. *alternifoliae* subtus glauco-cana, nec fere concoloria, in C. *florida* vero albido-aut pallide viridia, nec alba. *C. a Hoffmannsegg 3ter Nachtr.* p. 29.

Pag. 262. n. 5. PETROPHILAM *pulchellam* nomine PETROPH. *sessilis* accepit *C. a Hoffmannsegg 3ter Nachtr. p.* 50.

Pag. 275. n. 2 c. CONOSPERMUM *acinaciforme Grah.*; laciniis perianthii acutis, tubum vix aequantibus; foliis aveniis lineari-acinaciformibus, mucronatis, basi attenuatis; corymbis laxis. *Graham* in *Edinb. Philos. Journ.* 1826. *April-July. p.* 171.

Frutex erectus. Folia sparsa, angusta, 2-3 poll., scabra, altero latere concava, altero teretiuscula, versus alterum latus flexa, saepius torta, praecipue in apicibus ramorum, nervo medio obsoleto. Corymbi axillares in apicibus ramorum congesti, compositi. Flores albi, sessiles, bracteâ acutâ caeruleâ pubescente. Perianthia externe pubescentia; laciniis labii inferioris quidquam patentibus, mediâ minori. Stigma labio superiori perianthii oppositum. Stylus clavatus inter stamina centralia, ad basin labii superioris flexus; ubi tangitur prosilit et labio superiori incumbit, ut in C. *tenuifolio.* Germen sericeum. Pappus sericeus, inaequalis. Flores odore Crataegi. Semina nomine CONOSPERMI *erecti* a Do. *Fraser* e *nova Hollandia* accepi. *Graham.* ♄.

Pag. 280. n. 14 b. Grevillea *pubescens Grah.*; foliis elliptico-linearibus, integerrimis, mucronatis; pedicellis recurvis; floribus superioribus praecocioribus; stylo pubescenti. *Graham in Edinb. Phil. Journ.* 1826. *April-July p.* 172.

Rami erecti, teretes, pubescentes. Folia sparsa, juniora margine revoluta, supra pube scabrâ, subtus molliore; nervo medio distincto, venis obsoletis. Racemi abrupti, terminales, secundi. Pedicelli adscendentes, $^{1}/_{2}$ poll. Perianthia pallide flava, supra nectarium tomentosa, marcescendo fuscescentia; segmentis coadunatis. Germen fere globosum, subsessile, viride. Stylus pedicello longior fortiorque, obliquus, antice planus, colore perianthii. Stigma obliquum, planum, lucidum, viride. G. *arenariae* proxima. *Graham. In Nova Hollandia. Fraser.* ♄.

Pag. 283. n. 15 a. Hakea *macrocarpa H. Belved.*; glabra; foliis lanceolato-linearibus, uninervibus, apiculatis, coriaceis, glaucis, margine subinvolutis. *C. a Hoffmannsegg. 2ter Nachtrag* p. 127, et hoc teste cum? H. *microcarpa Autor.*

Ad nullam descriptarum referre valeo. Folia ad 2 poll., vix 2 lin. lata, laminâ fere in petiolum subconvolutum angustatâ. Nondum floruit. *C. a Hoffmannsgg. In Australia.* ♄.

n. 23. Hakea *amplexicaulis.* Addatur:

Obs. A clo *Hoffmannsegg 3ter Nachtr. p.* 37. diagnosis sic emendatur: H.; fol. obovatis, sinuato-spinoso-dentatis, cartilagineo-marginatis, glanduloso-pubescentibus ciliatisque, languidis, glaucis, ad basin utrinque producto-amplexicaulibus; etc. In planta juveni $^{1}/_{2}$ ped. folia 2 poll., $1\,^{1}/_{3}$ lin. lata, utrinque exacte concoloria; sinus parum profundi, utroque latere circiter 16; margo pallidus. Spinae in circumferentiam perpendiculares, rubellae, apice pallido 1 lin. longo, singulâ in quoque dente, interdum minore quâdam intermediâ in dente obsoleto. Pili passim apice corpusculis glandulosis aut aquosis. Si folia adultiora spinas forte quodammodo exuunt, haec ratio erit, ob quam in phrasi a *Brown* datâ non memoratae. *C. a Hoffmannsegg.*

Pag. 284. n. 27 a. Hakea *rubricaulis Cels*; ramis diffusis, rubescentibus; foliis lanceolatis, subsessilibus, subcarnosis, integerrimis, supra nitidis, utrinque glaberrimis, trinervibus; capsulis oblongis. *Colla Hort. Ripul.* p. 65. *Append.* I. in *Act. Ac. reg. scient. taurin.* T. 31. p. 114. t. 5.

Caulis fruticosus, 3-4-ped., solidus, laxus, teres, ramosus, griseus, apicem versus rubescens; ramis alternis. Folia alterna, patentia, vix petiolata, perennantia, 2 poll., latitudine unguis, superne viridi-fusca, subtus pallidiora, nervo medio majore subtus rubescente. Petioli brevissimi, rubescentes. Corymbi axillares, simplices, 8-10 flori, basi squamulis. Pedunculus communis linearis, subtetragonus, laevis, rubescens poll.. Pedicelli lineares, superius canaliculati, apice incrassati, ibique glandulam germinis sustinentes, laeves, virides, pedunculo duplo breviores. Petala 4, apice pedicelli inserta glandulamque germinis basi cingentia, alba, linearia, extus laevia, intus lineâ longitudinali prominulâ a basi ad apicem, apice concava, antherifera, pedicellis duplo breviora, pri-

mum erecta, apice conniventia et germen cingentia, post anthesin spiratim contorta, decidua. Antherae biloculares. Pistillum pedicellatum; pedicello lineari, tereti, laevi, inflexo, petalis paulo breviore, basi e latere interiore desinente in glandulam lenticularem, superne concavam, pellucido-flavescentem, insuper ad apicem articulato, glandulis 2 vascularibus instructo, pistillum sustinente. Germen oblongum, arcuatum, inflexum. Stylus filiformis, longitudine germinis, persistens. Stigma orbiculatum, subturbinatum. Capsula lignosa, disperma. Semina alata. *Colla.* *In nova Hollandia.* ♄.

Pag. 290. n. 9 a. Banksia *hypoleuca C. a Hoffmannsegg;* foliis lineari-lanceolatis, spinuloso-dentatis, truncatis, barbulato-mucronatis, subtus glauco-albo-tomentosis, subobsolete costato-venosis. *C. a Hoffmannsegg 2ter Nachtr. p.* 66.

Semina nomine B. *quercifoliae* accepi, quae certe non est; forte B. *marginatae* varietas, B. *depressae* et *dentatae* similis. Folia jam primâ aetate 3 poll., 6 lin. lata, basi apiceque parumper angustata, dentibus mediocribus, utrinque circiter 15, apice e truncatura dente obtusiusculo, barbulato, supra laevissime pubescentia, subtus tomento lanuginoso, nervo medio flavo-viridi parce piloso, ad cujus latera series angustissima pubis rufescentis; venis virentibus, intra tomentum subreconditis, similique, obsoletiore adhuc, reticulo venarum junctis. *C. a Hoffmsgg.* *In Australia.* ♄.

Pag. 291. n. 21 a. Banksia *cuneifolia C. a Hoffmsgg;* caule fruticoso; foliis oblongo-lanceolato-cuneiformibus, subpraemorsis, grosse subaequaliter mucronulato-serratis, subtus costâ glabrâ albo-tomentosis, obsolete reticulatis. *C. a Hoffmannsegg 2ter Nachtr. p.* 64.

Folia 4-5 poll., 1 poll. lata, in petiolum brevem sensim angustata. Affinis B. *marcescenti*, sed differt: fol. majoribus, serraturis duplo numerosioribus, sinubus interjectis non concavis sed potius angulum rectilineum constituentibus, subtus multo magis tomentosis albisque, minus distincte reticulatis. *C. a Hoffmsgg.*

n. 24 a. Banksia *reticulata C. a Hoffmannsegg;* caule fruticoso; foliis oblongis, acutiusculis, crebro spinuloso-serratis, subtus costâ nudâ tomentosis, laxe reticulatis. *C. a Hoffmannsegg 2ter Nachtr. p.* 67.

Folia 4 poll., vix poll. lata, basi parum et vix ullo modo in petiolum, sed sursum deorsumque aequabiliter ellipticeque angustata. Affinis B. *serratae*, sed differt: fol. aliquanto majoribus, serraturis duplo crebrioribus, margini magis acclinatis, tomento densiore, costâ mediâ tenuiore, venis minus regulariter parallelis, reticulatione minus conspicuâ et multo laxiore. *C. a Hoffmsgg.*

Pag. 292. n. 36. Banksia *fagifolia C. a Hoffmsgg.;* ramis subvillosis; foliis ovato-oblongis, coriaceis, spinoso-ser-

ratis, subtruncatis, supra glabris languidis, subtus pallidis, tomentosis, arcte reticulatis. *C. a Hoffmannsegg 2ter Nachtr. p. 66.*

Nulli conformis, nondum floruit. Folia serraturis sat crebris, basali spatio excepto pungente-spinosis, spinis subincurvis albidis; apex subtruncatus excisus, in excisurâ apiculo minimo villoso; juniora obovata, undique villoso-tomentosa. *C. a Hoffmsgg.*

Pag. 297. n. 2 a. Pothos *longifolia C. a Hoffmsgg;* subacaulis; foliis linearibus, acutis, subundatis, glabris, coriaceis, lucidis, basi rotundatis; pedunculis teretibus; costâ supra acutâ; inflorescentiâ foliis breviore; spathâ lanceolato-lineari, spadice tenui elongato breviore. *C. a Hoffmannsegg 3ter Nacht. p. 53.*

Folia 1-1 1/2 ped., 2 poll. lata, supra laete saturate viridia subtus laete psittacina; costa subtus obtusior, venae costaceae obsoletiusculae, nervi nulli praeter utrinque ad marginem; ad basin laminae incrassatio 4 lin. longa. Petiolus dein paulo tenuior, 2 poll., gracilis. Spatha 2 poll., reflexa. Spadix 3-4 poll., 2-lin. crassus, fuscus. Antherae albae. *C. a. Hoffmannsegg.*

Obs. Pothos *ventricosa C. a Hoffmsgg. Verzeichn.* p. 102 est Arum *ventricosum Hoffmsgg. 2ter Nachtr. p. 184.*

Pag. 301. n. 1. Krameria Ixina et sequentibus, addatur synonymon:

C. I. Hartmann Diss. de Kramer. praes. Thunb. Ups. 1822.

Pag. 320. n. 1 a. Elaeagnus *argentea.* Addatur icon: *Colla Hort. ripul. p. 49. t. 28.* Tota facie a *latifolia* differre videtur; folia enim non lato-ovata, sed oblonga, utrinque acuta, supra lepidota, subtus argentea, nec maculata. *Colla l. c.*

Index

Generum, Specierum, Synonymorum. *)

	pag.
ACIDANDRA . . .	303*
ACRODYRON . . .	63*
angustifolium .	63*
orientale . .	63*
ADENANTHUS.	
crenata . . .	269
cuneata . . .	269
obovata . . .	269
sericea . . .	269
ADINA	13*
AEGINETIA . . .	7*. 11*
longiflora	7*. 11*. 118*
multiflora	10*. 117*. 118*
AEGIPHILA.	
arborescens . .	61
elata . . .	62*
laeta	60
laevigata . .	63. 62*
laevis	61
latifolia . . .	61*
macrophylla . .	61. 62*
martinicensis . .	60
mollis . . .	62
Mutisii . .	61. 62*
pubescens . .	62*
salutaris . . .	62
straminea . . .	373
ALCHEMILLA.	
alpina . .	312. 312* bis.
Aphanes . . .	316
aphanoides . . .	313
arvensis . . .	316*
ciliata	312
cornucopioides .	316. 316*
diandra	316
fissa	312
hirsuta	314

	pag.
ALCHEMILLA.	
hybrida . . .	312*
montana . .	312. 312*
nivalis	315
orbicularis . .	316*
palmatifida . .	312*
pectinata	315
pentaphylla . .	313
pubescens .	312. 312*. bis.
pyrenaica . . .	312*
rupestris . . .	314
sericea	312
sibbaldiaefolia . .	313
tripartita . .	316. 316*
vulgaris . .	311. 312*
ALLIONIA	2
albida	47
decumbens . . .	46
hirsuta	46
incarnata	46
linearis	46
nyctaginea . . .	46
ovata	46
violacea	45
ALYPUM.	
Solandri . .	19*
AMAJOVA	13*
AMBRARIA	17*
Heisteri . . .	328*
AMMANNIA.	
aegyptiaca . . .	231
auriculata . . .	231
baccifera .	231*. 232*. 233
caspica . .	231. 231*
coccinea . . .	231*
densiflora .	231*. 233.
diffusa	231
humilis	231

*) Litterae disjunctae numerique asterisco notati (*) *synonyma* denotant.

	pag.
AMMANNIA.	
multiflora	232
nana	233
octandra	231. 231*
pallida	234
pentandra	232
peploides	234*
racemosa	231*
ramosior	230
repens	233
rosea	233*
rotundifolia	232
sanguinolenta	231
tetrandra	234
verticillata	231*
vesicatoria	232
viridis	231*. 234
AMPACUS latifolia	221*
AMYRIS armata	226*
anisata	225*
capensis	225*
Elaphrium	226*
tomentosa	226*
ANAGALLIS.	
ovalis	67*
pumila	67*
ANCYLANTHUS	13*
ANDREWSIA.	
autumnalis	103*
vernalis	103*
ANONYMUS	15*
ANTENORON	17
racemosum	329
ANTHOSPERMUM	12*. 17
aethiopicum	17*. 328
ambrosiacum	328*
ciliare	328
crispum	329
Galopina	329*
herbaceum	327*
lanceolatum	327. 328*
scabrum	328
spathulatum	328
ANTIRRHEA	6. 12*
APARINE	13*
APONOGETON.	
monostachyus	366*
AQUARTIA.	
microphylla	50
solanacea	50
tomentosa	50

	pag.
ARAGOA	5
abietina	105
cupressina	104
ARCYTOPHYLLUM	5
blaerioides	108
ARUM	
cannaefolium	297*
ventricosum	380*
ASAPHES.	
undulata	330*
ASCARINA	306*
ASPERA	13*
ASPERULA	12*. 13
alpina	190
Aparine	175*. 188. 189*
arcadiensis	191
aristata	175*. 190
arvensis	189
belgica	174*
calabrica	13*. 129*. 191
commutata	189. 190
crassifolia	190*
cynanchica	175*. 190. 190*
digyna	191*
dubia	189*
erecta	190*
fallax	191*
galioides	161*. 174*. bis
glauca	174*. 191*
graveolens	376
hexaphylla	190
hirsuta	189. 189*
hirta	189
humifusa	183*
incana	189. 189*. 190*. 215*.
laevigata	191
longiflora	190* bis. 191
longifolia	179*
macrorhiza	191*
montana	190
nitida	190*
nutans	188*
odorata	189
pyrenaica	190
repens	189*
rigida	190
rivalis	188
rotundifolia	191*
saxatilis	190*
scabra	190. 191*
supina	191
Tenori	189*
tinctoria	175* 190
tomentosa	189*. 191*

pag.

Asperula.
Tourneforti . . . 189
tyriaca . . . 192
umbellata . . . 190*

Asterocephalus . . 1*. 2*
africanus . . . 41*
agrestis . . . 35*
altissimus . . . 41*
amoenus . . . 35*
argenteus . . . 41*
atropurpureus . . 40*
banaticus . . . 36*
canescens . . . 33*
caucasicus . . . 43*
cochinchinensis . 40*
Columbaria . . . 32*
crenatus . . . 37*
creticus . . . 44*
daucoides . . . 37*
dichotomus . . . 30*
eburneus . . . 40*
graminifolius . . 44*
gramuntius . . . 31*
holosericeus . . 38*
induratus . . . 41*
intermedius . . . 26*
isetensis . . . 42*
legionensis . . . 27*
limonifolius . . 41*
lucidus . . . 33*
lyratus . . . 42*
maritimus . . . 38*
micranthus . . . 41*
mollissimus . . . 38*
ochroleucus . . . 35*
palaestinus . . . 41*
pectinatus . . . 40*
pilosus . 38*. 42*. 372*
prolifer . . . 40*
pumilus . . . 43*
rotatus . . . 39*
saxatilis . . . 45*
setifer . . . 43*
siculus . . . 38*
silenifolius . . 31*
simplex . . . 40*
sphakioticus . . 44*
stellatus . . . 39*
strictus . . . 31*
suaveolens . . . 33*
succisus . . . 30*
tomentosus . . . 41*
ucranicus . . . 42*
urceolatus . . . 37*
Webbianus . . . 44*

pag.

Asteropus 15
tomentosus . . . 220

Atraphaxis . . . 17*

Aubertia . 221*. 222*. 340*
borbonica . . . 340

Azima.
diacantha . . . 249*
tetracantha . . . 219*

Baconia . . . 3. 4. 12.*

Banksia.
aemula . . . 291
attenuata . . 290*. 291
australis . . . 290
collina . . . 290. 291*
compar . . . 291
cuneifolia . . . 379
Cunninghami . . . 289
dentata . . . 292*
depressa . . . 290
elatior . . . 290*. 291
ericaefolia . . . 289
fagifolia . . . 379
ferrea . . . 290*
grandidentata . . 292*
heterophylla . . 283*
hypoleuca . . . 379
integrifolia . 290. 290*. 291*
latifolia . . . 291
littoralis . . 290. 291*
longifolia . . 291* 292
macrophylla . . . 290
marcescens . . . 291
marginata . . 290. 290*
microstachya . . 290*
oblongifolia . . . 291
paludosa . . . 291
patula . . . 290
pinnata . . . 283*
polypodifolia . . 292*
praemorsa . . . 291*
quercifolia . . . 379*
repens . . . 292
reticulata . . . 379
serrata . . . 291
speciosa . . . 292
spinulosa . . . 290
verticillata . . . 291
virens . . . 292

Barleria 10*
hirsuta . . 10*. 132*

Bellardia . . . 9*. 11
Tontanea . . 129*. 147

pag.
BELLONIA 13*
BERBERIS
japonica . . . 331*
BERTIERIA . . 8*. 10*. 13*
BIGELOVIA
commutata . . 207*
gracilis . . . 196*
linearis . . . 206*
linifolia . . . 211*
parviflora . . 211*
pusilla . . . 200*
stricta . . . 211*
suaveolens . . 210*
umbellata . . 211*
vaginata . . . 208*
verticillata . . 195*
BLACKBURNIA
monadelpha . . . 218
pinnata . . . 218. 220*
BLAERIA 5
articulata . . . 106
ciliaris 108
depressa . . 106. 107*
ericoides . . . 106
fasciculata . . 106. 107*
glabella . . . 107
hirsuta . . 106. 106*
muscosa . . . 107
pauciflora . . 107*
paucifolia . . . 107
purpurea . . . 107
pusilla . 107. 106*. 108*
scabra 106
BÖHMERIA
capensis . . . 310*
cochinchinensis 310*
frondosa . . . 311*
urticaefolia . . 310*
BORRERIA . 11. 14* 200*
linifolia . . . 293*
parviflora . . . 211
pusilla . . . 200*
stricta . . . 211
suaveolens . . . 210
umbellata . . . 211
verticillata . . 195*
BOSCIA
undulata . . . 339
BOUVARDIA . 7. 11*. 12*. 110*
angustifolia . . . 117
chlorantha . . . 116

pag.
BOUVARDIA.
coccinea . . . 115*
hirtella 117
Jacquini . . 115*. 116*
linearis . . 116. 117*
longiflora . . . 118
multiflora . . . 118
obovata 117
triflora 117
triphylla . . 115. 115*
versicolor . . . 119
BRUCEA 340*
sumatrana . . 340*
trichotoma . . 340*
BUCHIA 5
plantaginea . . . 108
BUCHNERA . . . 142*
BUDDLEJA 4
abbreviata . . . 96
acuminata . . 87. 95*
americana . 86. 94*. 95*
axillaris 97
brasiliensis . . 90*
brevifolia . . . 97
bullata 91
callicarpoides . 87*. 93*. 94
cana 94*
connata 88*
cordata 92
dentata 95
discolor 88
floribunda . . 87* 94
glabrata 87
globosa 90*
glomerata . . . 374
Humboldtiana . 87*. 95. 95*
incana 92*
integrifolia . . . 96*
intermedia . . 95. 95*
interrupta . . 89*. 91
longifolia . . . 92
microphylla . . . 96
mollis 92
Neemda 88*
Nimda . . . 88. 575
occidentalis 87. 88*. 95*. 94*
paniculata . . . 96
parviflora . . 95. 96*
parvifolia . . . 96*
perfoliata . . 88*. 89
pichinchensis . . 89*. 90
Poireti 87*
polycephala . 89*. 90. 90*

pag.

BUDDLEJA.
rufescens 97
rugosa 91
scordioides 89
serrulata . 87. 88*. 93*
sessiliflora . . 88. 89*
sinuata 97
verbascifolia . . . 94
verticillata . . 89. 89*

BURNA 10*
panamensis . . 131*

BUFFONIA
annua 325
macrocarpa . . . 325
Oliveriana 325
tenuifolia . . . 330*

BULLIARDA
Linnaei . . . 344*
prostrata . . . 344*
Schkuhrii . . . 344*
Vaillanti . . . 343.

BUNOPHILA 8
lycioides . . . 128

BURGLARIA
lucida . . . 333*

BURSHIA 322*

CALANDRINIA 4
acaulis . . . 68
caulescens . . . 68

CALLICARPA
acuminata 50*. 51*. 53. 53* bis
americana . 50. 51*. 52*
arborea 51
Bonplandiana . . . 50
cana . . 51*. 52
cuspidata . . . 54
dentata . . 52*. 55*
dichotoma . . 54*
discolor . . . 51
globiflora . . 50*. 53
Heynii . . 53*. 53
incana . . 52. 53*
japonica . . 53*. 54
lanata . . 52. 55*
lanceolaria . . . 54
longifolia . 53. 54* bis
macrocarpa . . . 55
macrophylla . 51*. 52. 53
mollis . . . 51*
paniculata . . . 66*
pedunculata . . 53*. 54

pag.

CALLICARPA.
pentandra . . . 54
purpurea 54
Roxburghiana . . 54
sinensis 55
subintegerrima . . 51
tomentosa . . . 51. 52*
Tomex 53*

CALYMENIA 2*
albida . . . 47*
angustifolia . . 46*
decumbens . . 46*
hirsuta . . . 46*
nyctaginea . . 46*
pilosa . . . 46*

CAMPHORATA
hirsuta . . . 307*

CAMPHOROSMA
acutum . . . 307*
glabrum . . . 306
monspeliacum . 307*
paleaceum . . 219*. 307
perenne . . . 307
ruthenicum . . . 307

CANEPHORA . . . 13*

CANIRAM
Rouhamon . . 63*

CANSCORA . . . 15. 98*
decussata . . 99*. 229
diffusa . . . 15*. 229
perfoliata . . 15*. 228
pusilla . . . 230
sessiliflora . . . 230

CANSIERA
madagascariensis 260*. 318*
Rhêdi . . . 260
scandens . . . 260*

CANTHIUM . . . 6. 12*. 219*

CARPHALEA . . 11. 12*

CARYOCOCCA
dependens . . 131*
multiflora . . 132*

CASSINE
Gongonha . . . 349*
Maurocenia . . 333*

CASSUPA 12*

CATESBAEA . . 8. 13*. 109*
inermis 127

pag.

Catesbaea.
latifolia 126
parviflora . 6*. 8*. 127
spinosa 126
strigosa 127
triacantha 127
Vavassorii . . . 127*

Cenarrhenes
nitida 273

Centaurella
aestivalis . . . 103
autumnalis . . 103. 343
paniculata . . 103*
verna 103

Centaurium
malabaricum . . 230*

Centunculus 4
lanceolatus . . . 67*
minimus . . . 67. 68*
pentandrus 68
simplex 67

Cephaëlis 13*
cymosa 129*
Patabea 129*
sessiliflora . . . 129*

Cephalanthus . . . 5. 13*
angustifolius . . . 63*
occidentalis 63
orientalis 63*
salicifolius 63

Cephalaria 2
albescens . . . 24. 24*
alpina . . . 22. 25*
ambrosioides 23
attenuata 23
bidens . . . 23. 29*
centauroides 24. 23*. 24*. 25*
corniculata . . . 24. 370
cretacea . . . 25. 24*
decurrens 25
diandra . . 2*. 25. 25*
elata 370
graeca 22
humilis 25
involucrata . . 2*. 26. 25*
joppica 23
laevigata 24*
leucantha . . . 24. 24*
leucanthema . . . 24. 24*
marina 25
papposa . . 2*. 25. 26*

pag.

Cephalaria.
plumosa . . . 2*. 26. 36*.
rigida 23
scabra 23
syriaca 23. 24*
tatarica 25. 370
transylvanica . . . 23. 24*
uralensis . . . 24. 25*
ustulata 22
Vaillanti . . . 23. 23*
Willichii . . 26. 29. 30*

Cerastium
tetrandrum . . . 341*

Cerionanthus . . . 1*. 2*

Cestrum
spermacocifolium 147*
vespertinum . . 126*

Chaenocarpus 14

Chamissoa 152*

Chassalia 12*

Chemnicia 65*

Chilianthus 4
arboreus 66*
oleaceus 66

Chimarrhis 12*

Chiococca 6. 13*

Chironia
trinervia 101*
Vaillanti 97*

Chloranthus
elatior 306
erectus 306*
inconspicuus 306
monostachyus 306

Chomelia . . 5. 7*. 12*. 109
fasciculata . . . 7*. 127*
spinosa 127*
versicolor 109*

Christimia
coccinea 115*
ochroleuca 115*

Cicendia 98*

Cinchona 12*
spinosa 127*

Cissus
adnata 255
angustifolia 243

	pag.
CISSUS.	
antarctica	235*. 236
arborea	248*
auriculata	244
Baudiniana	236*
caesia	239
canescens	237. 238*
capensis	241*
carnosa	243
caustica	241
cirrhosa	241*
cochinchinensis	255*
cordata	236*
coriacea	247
crenata	241*. 243
dendroides	248
diversifolia	246
elongata	244
feminea	244
ferruginea	248
fuliginea	240
glandulosa	248
glauca	236
granulosa	246. 246*
heterophylla	246*
hirsuta	238*
indica	236*
japonica	247
javana	240
Lamarckiana	238*. 239
lanceolaria	245
mexicana	246
micrantha	248*
multiflora	249
nepaulensis	247. 247*
obscura	247
obtusifolia	241*
orientalis	247
ovata	239*. 240*. 247
parviflora	248
pauciflora	245
pedata	246
pentagona	241
pentandra	248
pentaphylla	245. 246*
producta	238
pruinata	245
pubescens	242
puncticulosa	248
quadrangularis	240
quadrialata	241
quinata	246. 246*
quinquefolia	246*
repens	236

	pag.
CISSUS.	
reticulata	248
rugosa	240
salutaris	243
scariosa	242
serrulata	247
setosa	243
sicyoides	238. 239*. 247*
Simsiana	246
smilacina	239*. 240*. 247*
thyrsiflora	242
tiliacea	237
timoriensis	247
tinctoria	241
tomentosa	241
trifoliata	241
trigona	248
trilobata	243*
triphylla	242*
tuberculata	243
tuberosa	239
umbrosa	238
uvifera	236
vitiginea	235
CLEOME	
Roridula	12
CLERODENDRON	
Siphonanthus	216*
COCCOCYPSILUM	9. 11*. 13*
Browneanum	148*
buxifolium	130*
canescens	130
Condalia	148*
cordifolium	130
lanceolatum	130*
microphyllum	130
repens	129. 147*
sessile	130*
spicatum	132*
Tontanea	147*
uniflorum	131*
virgatum	130
COFFEA	3*. 12*.
acuminata	7*. 114*
gujanensis	126*
occidentalis	7*. 114*. 126*
odorata	126*
oleifolia	114*
paniculata	6*. 7*. 114*
subsessilis	7*. 114*
COLUMBARIA	
vulgaris	32*

pag.

COLUMELLA
pedata . . . 256
COMETES 16
alterniflora . . . 318
suratensis . . 318*
CONCHIUM
corniculatum . 282*
gibbosum . . . 283*
longifolium . . 282*
mucronatum . . 283*
pubescens . 283*. 291*
pugioniforme . . 282*
CONDALIA 9*
obovata 9*
repens . 129*. 147*. 148*
sessilis 9
CONOSPERMUM
acinaciforme . . . 377
affine 274
commutatum . . . 275
ellipticum 274
erectum 377*
ericifolium . . . 275
imbricatum . . . 274*
longifolium . . . 275
repens 276*
Smithii 275*
taxifolium . . . 274*
tenuifolium . . 275*. 276
CONVALLARIA
bifolia 5*
canadensis 5*
COORIA 340*
COPROSMA 12*
CORMYLUS 137*
CORNELIA
verticillata . . . 231*
CORNUS
alba 250
alternifolia . . 251. 377
asperifolia 250
canadensis . . . 249
candidissima . . 250*
capitata 252
circinnata 250
cyanocarpos . . . 250*
excelsa 249
florida . . . 249. 377
latifolia 250
macrophylla . . . 251
mascula 249

pag.

CORNUS.
nigra 252
oblonga 251
paniculata 250
pubescens 252
sanguinea 249
sericea 250
stricta 250
suecica 249
tolucensis 250
verrucosa . . . 250*
COSMIA 4*. 68*
COVALIA 14*
COUSSAREA . . . 11*. 12*
COUTAREA 12*
COUTOUBEA 98*
arenaria 99*
minor 98*
racemosa 99*
ramosa 101*
spicata 98*
CRASSULA
Magnoli 343*
verticillaris . . . 344*
CRINITA 6*
CROSSOPETATUM . . . 345*
CRUCIANELLA 12*. 15
aegyptiaca 215
angustifolia . . . 215*
anomala 215*
aspera 215*
ciliata 215
gilanica 215
latifolia . . . 214. 215*
molluginoides . . . 215
monspeliaca . . . 215*
orientalis 215
patula 215
pentandra 215*
pubescens 215
stylosa 215
tuberculosa 215
CRYPTOCARPUS 16
globosus 308
pyriformis 308
CUNNINGHAMIA . . . 109*
CURTISIA 227*
faginea 221
CUVIERA 15*

pag.
CYBELE
umbellifera . . 289*
CYRILLEA
oldenlandoides . 136*
CYRTOSTEMMA . . . 1
DANAIS 12*
DAPHNE
monostachya . . 260*
polystachya . . 260*
DAPHNITIS . . . 318*
capensis . . . 318*
madagascariensis . 318*
DECLIEUXIA . . . 6. 12*
alba 113
chiococcoides . . 111
cordigera . . . 112
daphnoides . . . 112
lysimachioides . . 112
marioides . . . 111
mollis 112
oenanthoides . . 112
origanoides . . . 112
Passerina . . . 112
polygaloides . . . 113
rhexioides . . . 112
rubioides . . . 112
saturejoides . . . 111
sperguliflolia . . 111
thymbroides . . . 111
vincoides . . . 113
DENTELLA . . . 12*. 134*
DIAMORPHA . . . 345*
pusilla . . . 345*
DIASTELLA
bryiflora . . . 266*
DICORYPHE
madagascariensis 329*
stipulacea . . 329*
Thouarsii . . . 329
DILOBEIA . . . 318*
Thouarsi . . . 318
DIODIA . 12*. 13*. 14. 14*
alata 214
brasiliensis . . . 214
glabra . . . 203*
hirsuta 214
orientalis . . . 144*
pedunculata . . . 214
prostrata . . . 213

pag.
DIODIA.
sarmentosa . . 15*. 214
scabra 208*
scandens . . . 15*
tetragona 214
verticillata . . . 15*
virginica . . 15*. 213
DIOSMA
ensata 306*
DIPSACUS 1
comosus . . . 20*
divaricatus . . . 22
ferox 21
fullonum 20
Gmelini 21
inermis 21
laciniatus . . 20. 20*
pilosus 21
sinuatus . . . 22*
strigosus . . . 22*
sylvestris . . 20. 20*
DISPERMA 15*
DORATIUM . . . 221*
DORSTENIA
arifolia 317
brasiliensis . 316*. 317*
caulescens . . . 318
chinensis . . . 318
Contrayerva . . . 317
cordifolia . . . 316
Drakena 317
Houstoni 317
lucida 318
palmata 317
pedunculata . . 318*
peltata 317
pernambucana . . 318
pubescens . . . 318
rotundifolia . . . 318
urceolata . . . 317
Vitella . . 316*. 317
DRACONTIUM
camtschatcense . 301*
pentaphyllum . . 299*
spinosum . . . 299*
DRAPETES
muscoides . . 260*
muscosus . . . 260
DRYANDRA
armata 293
blechnifolia . . . 294
cuneata 292

pag.
DRYANDRA
floribunda 292
formosa 293
longifolia 293
nivea 293
obtusa 293
plumosa 293
pteridifolia 294
tenuifolia 294

DUNALIA 10*

DUROIA 12*

DYSODEA 12*

EDRISIA . 135*. 150*. 152*

EHRHARTA 329*
stipoides . . . 329*

ELAEAGNUS
acuminata . . . 320
angustifolia . . . 320
arborea . . . 321
argentea . . 320. 380
chrysophylla . . . 322
conferta . . . 321
cyanea 322
ferruginea . . . 321
hortensis . . . 320*
latifolia . 320. 320*. 321*
macrophylla . . 320*
nitida . . . 320*
orientalis . . 320. 320*
spinosa . . . 320*
triflora . . . 321

ELAEODENDRON
australe . . . 18*
schinoides . . . 220*

ELAPHRIUM . . . 225*
capense . . . 225*
glabrifolium . . 227*
glabrum . . . 226*
inaequale . . . 225*
Jacquinianum . . 226*
tomentosum . . 226*

EMBOTHRIUM . . . 288*
Chaparro . . . 288*
crithmifolium . . 288*
curvatum . . . 287*
polystachyum . . 287*
spathulatum . . 288*
truncatum . . . 288*

EMPLEURUM
serrulatum . . . 306

pag.
EPACTIUM 15
arenarium . . . 254

EPIMEDIUM
alpinum 216
pinnatum 216

ERICA
albens 107*
albida 107*
articulata . . . 106*
Blaeria 106*
dumosa 106*
embolifera . . . 108*
fasciculata . . . 106*
glabella 108*
plumosa 108*
purpurea 107*
pusilla 107*
scabra 106*

ERICOILA
verticillata . . . 101*

ERIPHIA 15

ERITHALIS 15*

ERNODEA 9. 12*
calabrica 191*
littoralis 128
montana . 129*. 191*. 192*
pungens 129*

ERODENDRON
bombycinum . . . 263*
eximium 263*
ligulaefolium . . . 261*
longifolium . . . 263*
magnificum . . . 263*
mellifluum . . . 264*
umbonale . . . 264*

ERYTHRAEA
jorullensis . . . 102*
luteola 97*
pulchella 97*
quitensis 101*

ERYTHRODANUM . . . 17*

ESENBECKIA 222*

EVEA 13*. 15

EVODIA . . . 8*. 221*. 222*
febrifuga 222*
hortensis . . . 222*. 322*
latifolia 221*
obtusifolia . . 222*. 340*
triphylla 221*

EUOSMA et EUOSMIA . . 8. 15*
caripense 178

pag.

Euplassa
- meridionalis . . 286*

Exacum
- alatum . 15*. 99. 229*
- albens . . . 102*
- arenarium . . . 99
- bicolor 99
- Candollii 97
- carinatum . . 100. 102*
- cordatum . . . 102*
- diffusum . . . 15*
- erectum . . . 228*
- filiforme 97
- glaucum 97*
- grandiflorum . 102*
- guianense . . 97. 102*
- heteroclitum . 15*. 98. 230*
- hyssopifolium . . 101
- minus 98
- patens 101
- pedunculatum . 97 102*
- pulchellum . . . 99
- purpureum . . . 97*
- pusillum 97
- quitense . . . 101*
- racemosum . . . 99
- ramosum 101
- sessile . . . 230*
- spicatum 98
- strictum 101
- sulcatum . . 100. 102*
- teres 100
- tetragonum . . . 100
- verticillatum . . . 101
- viscosum 375

Exostemma 12*

Eysélia 13*

Fagara . . 15. 221*. 340*
- acuminata . . . 228
- affinis 224
- armata . . . 225*. 226
- Avicennae . . . 226
- Budrunga 222
- capensis 225
- Culantrilo 224
- dubia 228
- Elaphrium . . 226. 226*
- Evodia . . . 222. 322*
- fraxinifolia . . . 227*
- glabra 221
- heterophylla . . . 227
- horrida . . . 225. 228*
- inermis 227
- latifolia 221

Fagara.
- lentiscifolia . . 222* 227
- martinicensis . 225*. 227
- monophylla 227
- nitida 223
- obtusifolia 222
- octandra . . . 226. 226*
- peruviana 228
- pimpinelloides . . . 227
- piperita . . . 223. 223*
- Pterota . . . 222. 227*
- Rhetsa 223
- senegalensis . . . 225*
- spinifex . . . 227. 228*
- tragodes 225
- trichotoma . . . 228*
- triphylla . . . 221. 222*
- xanthoxyloides . . . 225
- zeylanica . . . 228*

Faramea 7. 12*

Fedia
- ruthenica 47*
- scabiosaefolia . . 373*
- serratulaefolia . . 373*
- sibirica 47*

Fernelia 9. 13*
- biflora 130
- mauritiana . . . 130*
- obovata . . . 131. 130*
- pedunculata 131
- uniflora 130

Flagellaria
- repens 294*

Frasera 4
- Walteri 103

Frölichia 8. 12*
- paniculata 128
- uniflora . . . 126*. 128*
- violacea 128*

Fusanus
- pedatus . . . 252. 318*

Gaertnera 3. 13*

Galium 12*. 13
- adhaerens 178*
- adscendens 180
- aetnense . . . 172* 173*
- aetneum 164
- aetnicum . . . 173* 179*
- affine . . . 165*. 172
- agreste . 178*. 185*. 187*

pag.

GALIUM.
alpestre 163. 163*. 164*. 180*
anglicum . 161*. 176. 187*
anisophyllum . 164*
Aparine . 183. 184*. 186*
aparinoides . . 184* 185
apiculatum . . 161. 168*
apricum 160
aquaticum . . . 158
arenarium . . 178*
argenteum . . 164*
aristatum. 164*. 171*. 172. 173*
articulatum . . 157*
asperifolium . . 169
asperum . . 162. 164*
asprellum . . . 162
austriacum 163. 164*. 166*. 171*
baldense . . . 172
Barrelieri . . 181*
Bauhini 159. 159*. 160*
bericum . . 173*
bermudianum . . . 182
bicolor . . 164*. 170*
Bocconi 163. 164*. 166*. 169* bis.
boreale . 158*. 180. 181*
brachiatum . . 177. 183*
brachyphyllum . . 180
bryophilum . . . 188
caminianum . . . 186
campanulatum . . . 174
campestre . . . 163
canescens . . 166*. 187
capense . . . 162
capillare . . 186*. 188
caripense . . . 184
carolinianum . . 182*
caucasicum . . 167. 168*
cespitosum . . 165*
chersonense . . . 178
ciliatum . 164*. 179*
cinereum . . 170. 170*
circaeoides . . . 183
circaezans . 183*. 187*
Claytoni 161
coronatum . . . 160
corrudaefolium . 170*
Cruciata . . 159. 178*
Cucullaria . . . 186
cuspidatum . . 183*
debile . . . 158
decipiens . . 181. 181*
densifolium . . 169*
dichotomum . . 161
diffusum 157*. 161*. 176*

pag.

GALIUM.
divaricatum 176*. 177. 177*. bis
elatum . . . 169*
elegans . . . 184
ellipticum . . 181* bis
elongatum . . 177*. 179
erectum 163*. 169*. 170*. 172* 176.
eriospermum . 186*
expansum . . . 162
filicaule . . . 172*
floribundum . 176*
fruticosum . . 161. 161*
geniculatum . . 158*
gibraltaricum . . . 173
glabrum . . 162. 164*
glaucum 166*. 173*. 174. 174* 175*
gracile . . 176*. 177*
granadense . . . 186
Halleri 160
helodes . . 158. 158*
helveticum . . 164. 177*
hercynicum 163*. 177*. 179*
hierosolymitanum . 174
hirsutum . . . 182*
hispidulum . . 182. 188*
hispidum 164*. 178*. 182*. 186
horridum . . . 188
humifusum . 183. 185*
hypnoides . . 165*
hypsopifolium . 180*
japonicum . . 167*
incanum . . . 165
incurvum . . 166. 168*
infestum 184*. 185. 185*. 186*
intermedium . . . 171
involucratum . . 178
junceum . . . 161*
Jussieui . 163*. 164*. 165*
Kamtschaticum . . 186
Kitaibelianum . . 163
laeve . 163. 164*. 166*
laevigatum 171* bis. 173*
lappaceum . . 188*
latifolium . . 158. 182*
linifolium 169*. 171. 171*. 172* 173*
litigiosum . 177*. 187*
longiflorum . 215*
lucidum 166*. 169* 169. 170* 171*. 176*.
maritimum . . 187*
megalospermum . 165*. 178
mexicanum . . . 185

pag.
GALIUM.
micranthum . . 177. 186*
microcarpum . . 186
minimum 187
Mollugo 167*. 168. 169*. 170*. bis. 171*. 172*. 176*
montanum . 161. 164*. 166*
mucronatum 161*. 162. 166*. 175*.
multicaule . 163*. 164*
murale . 187*. 188*
mutabile . . . 167
nitidulum . . 164*. 166*
nitidum . . . 163*
obliquum 164*. 166. 166*. 175*
obovatum . . . 182
ochroleucum . 167*
orinocense . . 153*
ovalifolium . . 181* 182
ovatum . . . 179*
pallens . . . 166*
pallidum . . 164*. 175
palustre . . 158. 158*
Panzerianum . . 172
parisiense . 163*. 177*. 187
parviflorum . 177* 187*
parvifolium . . 177*
paschale . . . 174*
pauciflorum . . 188
pedemontanum . . 160
pensylvanicum . 162*. 183
piliferum . . . 185
pilosum . . 183*. 187
provinciale . . 169*
Pseudoverum . . 167*
pubescens . 169*. 171*
pumilum 164*. 165. 165*. 172*.
purpureum . 175*. 176. 176*
pusillum 161.* 163. quater. 164*. 165. 165*. 166*ter.
pyrenaicum . . . 165
reflexum . . 178*. 180
rigidum . . 169*
rotundifolium 158*. 181. 181* bis 182*
rotundum . . . 181*
rubioides . 157. 158*. 180*
rubrum 166*. 175. 176* bis. 177*
ruthenicum . . 183. 183*
saccharatum . . . 178
saturejaefolium . 158. 158*
saxatile 163*. 164*. bis. 172*. 177*. 179.
scaberrimum . . 184*

pag.
GALIUM.
scabrum 161*. 164*. 165*. 166. 166*. 170*. 171*. 176*. 177*.
Schultesii . . 171*
Scopolianum . . . 159
septentrionale . 180. 180*
sessiliflorum . 179*
spurium 176*. 178. 178*. 184* 186* 187*
suaveolens . . . 183
supinum . . 153*. 164*
sylvaticum 171. 171*. 173*
sylvestre 161*. 163* quater 164*. 165*. 166*. 171*
tarmense . . . 161
tauricum . . . 178
tenerum . . 184*
tenue 177*
tenuifolium . 170*. 171
tenuissimum . . 176
tinctorium . . 161*. 162
tomentosum . . 187
trachycarpum . 184*. 185
trichocarpon . 187*
trichophyllum 163*. 165*
trichospermum . 187*
tricorne . . 176. 178*
trifidum . . 161. 162*
triflorum . . 176*. 183
trinacrium . . 166*. 172
trinerve . . 180*
tuberculatum . . 168
tunetanum . . 167*
tyrolense 169*. 172. 173*
uliginosum 162*. 177. 177*. 179*
umbellatum . 163*. 164*
uniflorum . . . 162
valantioides . 157. 180*
vernum . . 159*. 160*
vero-Mollugo . 167*
verosimile . 167. 167*
verrucosum . . 178*
verticillatum . . 188. 188*
verum . 166 167*. 168*
Vestianum . . . 164
Villarsi 161. 164*. 170*
villosum 187
Witheringi . . 162. 179*
GALOPINA . . . 12*. 17
circaeoides . . . 329
GARDENIA 13*
GARDNERIA 3
ovata 65
GENIPA 13*

pag.

GENTIANA
albens 101*
aurea . . . 102*. 230*
exacoides . . 102*
lignosa . . . 101*
octoflora . . 101*
ovata . . . 101*
verticillata . . 101*

GEOHERPUM . . . 18
alsinaefolium . . . 350

GLOBULARIA
Alypum . . . 19
bellidifolia . . . 20
cordifolia . . 19*
incanescens . . . 20
linifolia 19
longifolia . . . 19*
nana 19
punctata . . . 20*
salicina 19
vulgaris . . . 19. 19*

GLOSSOMA
gujanensis . . 249*
Votomita . . . 249

GNIDIA 258*
nana 258*

GOMEZIA 17*

GONOCARPUS . . . 18*
salsoloides . . . 349
tetragyna 349

GONUS
amarissimus . . 340

GONZALEA . . 9*. 9. 13*
cornifolia . . 131*
Lygistum . . 132. 145*
panamensis . . . 131
pendula . . . 131
pulverulenta . . 132
tomentosa . . . 131

GREVILLEA
acanthifolia . . 281
acicularis . . . 278
aciphylla . . 278*
Baueri 281
buxifolia . . . 281
daphnoides . . 281*
diffusa 279
dubia 277
ferruginea . . . 280
juniperina . . . 279
laurifolia . . . 279

pag.

GREVILLEA.
linearis . . . 277. 277*
myrtacea 280
oleoides 277
phylicoides 281
pubescens 378
punicea . . . 276. 277*
riparia 278
sericea 277
silaifolia . . . 288*

GRUHLMANNIA. . . . 14*

GRUMILEA 13*

GUETTARDA 13*

GUEVINA 16
Avellana 269

GYMNOSTACHYS
anceps 301

GYROCARPUS
americanus 217
asiaticus 218
Jacquini . . 217*. 218*

HAKEA acanthophylla . . 283
acicularis 283
amplexicaulis . . . 378
canescens 284
ceratophylla 283
dactyloides . . 284. 284*
elliptica 284
flexilis 283
florida 283
gibbosa 283
glauca 282*
heterophylla . . . 283*
ilicifolia 283
ligustrina 284*
macrocarpa 378
microcarpa . . . 283. 378*
nervosa 284*
nitida 283
nodosa 283
oleifolia 284
pachyphylla 282
pinifolia 283*
pinnata 283*
pubescens 291*
pugioniformis . . . 282
rubricaulis 378
suaveolens 283

HALORAGIS
Gonocarpus . . . 349*

HAMAMELIS
corylifolia . . . 327*

pag.

HAMAMELIS
macrophylla . . 327*
virginica . . . 327

HAMELIA . . . 8*. 13*

HARTOGIA
capensis . . . 220

HEDYCARPUS 16
malayanus . . . 318

HEDYOSMUM . . . 306*

HEDYOTIS . 10. 10*. 12*. 14*
affinis . . 136. 139*
americana . . 142*
aspera 136
auricularia . 138. 142*. 202*
biflora 135. 136* bis 143*
Burmanniana . . . 133
capitata . . . 139*
caracasana . . 140. 142*
carolina . . 152*
Cervantesii 140*. 141. 141*
coarctata . . . 141*
commutata . . . 134
conferta . . 141. 141*
corymbosa . . . 132
crassifolia . . 135*
Crataeogonum 137*. 142. 142*
cymosa . . . 135. 136*
diantha 136
dichotoma . 136*. 142. 143*
diffusa . . . 133
discolor . . . 143*
ericoides . . . 143
filiformis . . 141. 142*
fruticosa . 138*. 198*bis.
geniculata . . 137. 142*
glomerata . . 139. 142*
gracilis 139
graminifolia . . . 135
herbacea . . 134. 134*
hirsuta . 137*. 138*. 142
hispida 137. 138*. bis 142*
hypnoides . . . 141
hyssopifolia . 141*
indica . . 138. 142*
juniperifolia . 140. 141*
lactea . . 135*. 136
lanceolata . . . 133
leucophylla . . 143*
lineata . . . 137
maritima . 139. 143*. 144*
microphylla . 141*. 142
multiflora . . 138. 143

pag.

HEDYOTIS.
nervosa . . . 138*
nitida 140
paniculata . 133*. 138. 143*
pumila . . 139. 141*
pygmaea . . . 141*
racemosa . . . 133
ramosa . . 134. 134*
rupestris . . . 142.
scandens . . . 137
secunda . . . 133
serpens . . . 142
serpylloides . . 139*
setosa 140
stricta . . . 139*
thesioides . . 141*
thujoides . . 141*
thymifolia . . . 140
ulmifolia . . 139. 202*
umbellata . . . 135
uniflora . . . 142*
verticillata . 142*. 201*
virginica 142

HELICIA
cochinchinensis . . 234

HELOSPORA 12
flavescens . . . 149

HEMIPHRAGMA . . . 5
heterophyllum . . 103

HEUCHERA
dichotoma . . 10*

HIGGINSIA vid. O-HIGGINSIA.

HILLIA 12*

HIPPOTIS 13*

HOFFMANNIA . . 8. 12*
amicorum . . 128*
jamaicensis . . 128*
pedunculata . . . 128

HOPEA
dichotoma . 13*. 230*

HOUSTONIA . 10*. 12. 14*
angustifolia . . 151. 151*
bryoides . . . 141*
caerulea 14*. 150. 150*. 152*
chlorantha . . 116*
ciliata . . 150. 150*.
coccinea . 7*. 115*
crocea 152
divaricata . . 151*
fruticosa . . 141*

pag.

HOUSTONIA.
grandiflora . . 150*
heterophylla . 151*. 152
longifolia . . 151. 151*
microphylla . 142*. 143*
oblongifolia . 151. 151*
obtusifolia . . 151. 151*
patens . . . 152*
pubescens . . . 152
purpurea . 14*. 152. 152*
pusilla . . 150*. 152
rotundifolia . 143*. 151
rubra 152
rupestris . . 151. 151*
serpyllifolia . . 150. 150*
tenella . . 150. 150*
tenuifolia . . 151. 151*
varians . . . 152*

HYDNOPHYTUM . . . 7
formicarum . . . 114

HYDRASTES 18*

HYDROPHYLAX . . 11. 12*
maritima . . . 144

HYMENELLA 18
möhringioides . . 330

HYPECOUM
aequilobum . . . 326
erectum . . . 326
imberbe . . . 326
littorale . . . 325
patens 325
pendulum . . . 325
procumbens . 325. 326*

ILEX
acuminata . . . 333
æstivalis . . 332*
angustifolia . . . 332
Aquifolium . 331. 331* bis
asiatica . . . 335
balearica . . 331. 332*
bumelioides . . 338
canadensis . . . 335
canariensis . 332*. 334
Cassena . . 333. 333*
Cassine . . 332. 332*
cassinoides 332. 332*. 333*
chinensis . . . 335
crassifolia . . 337*
crocea 331
cuneifolia . . . 333
Dahoon . . 332. 332*
delicatula . . 333*

pag.

ILEX.
dipyrena . . . 334
Doniana . . . 335
elliptica . 335*. 336. 340
floridana . . 333*
hippocrateoides . . 339
integra . . . 333*
japonica . . . 331
laurifolia . . 332*
laurina . . . 339
laxiflora . . . 334
Lepta . . . 234*
ligustrina . . 333*
longifolia . . . 340
Macoucoua . . 333*
maderiensis . 331*. 332*
microphylla . . 347*
myricoides . . . 338
Myrsinites . . 334. 348*
myrtifolia . . . 332
odorata . . . 335
opaca . . . 331. 334*
orbicularis . . 338*
Orixa 228*
Othera . . . 228*
ovalifolia . . . 335
Paltoria . . . 334
paraguariensis . . 336
Perado . . 331. 334*
prinoides . . . 332
Prionites . . . 332*
recurva . . . 331
religiosa . . . 333*
rupicola . . . 337
salicifolia . . . 333
scopulorum . . . 337
serrata . . . 331*
Skimmia . . . 218*
vomitoria . . . 333

IRSIOLA 247*

ISERTIA 13*

ISNARDIA 320
hastata . . . 320
hirsuta 319
microcarpa . . . 320
mollis 319
nitida . . . 319*
palustris . . . 319

ISOPOGON
anemonifolius . . 265
formosus . . . 265

ISQUIERDA
aggregata . . 220*. 234

pag.

JUSTICIA.
hirsuta . . . 132*

IXORA . . . 3. 6. 7. 12*
acuminata . . . 123
alba . 116*. 121* bis. 124*
alternifolia . 126*
americana 7* bis. 115*. 116*. 126*.
angustifolia . . 109*
arborea . . . 123
arborescens . . 123*
Bandhucca }
Banducca } . . 119. 120*
barbata . . . 123
blanda . . . 121*
brachiata . . . 122
chinensis . . . 120
coccinea . 7*. 119. 121*
congesta . . . 124
crocata . . . 121*
cuneifolia . 120*. 121. 125*
dubia . . . 121
flammea . . . 120*
fulgens . . 119* 120*
jamaicensis . . 126*
incarnata . 120. 121*. 125*
lanceolaria . . 124. 125*
lanceolata . . . 120
longifolia . . . 120*
multiflora . . 126. 128*
obovata . . . 120
paniculata . 109*. 375*
parviflora . 7*. 121*
Pavetta . . . 109*
pubescens . . . 126
rosea . . . 125
sessilifolia . . 114*
speciosa . . 115*. 121*
stricta . . . 120*
tenuiflora . . . 124
ternifolia . . 7*. 115*
tomentosa . . . 110*
undulata . . . 125
villosa . . . 122

KAMPMANNIA . . . 221*

KNAUTIA . . . 1*. 2*. 2
arvensis 26*. 27* bis. 28* bis. 29*.
hybrida . . . 29*
orientalis . 1*. 2*. 45. 45*
palaestina . . 1*. 2*
plumosa . 1*. 2*. 29*
propontica . 2*. 45*. 45

pag.

KNAUTIA.
spathulata . 2*. 41*. 45
trichotoma . . 45*
Urvilleana . . . 45

KNOXIA . 9*. 12. 14. 198*
brasiliensis . . . 213
corymbosa 198*. 199*. 213*
dichotoma . 203*. 213*
purpurea . . 115*
simplex . 205*. 213*
stricta . . . 198*
teres . . . 198*
umbellata . 198* bis. 213*

KRAMERIA . . . 16
argentea . . . 302
canescens . . . 303
erecta . . . 303
glabra . . . 303*
Ixina . . . 301. 380
linearis . . . 303
linifolia . . . 303
pauciflora . . . 303
pentapetala . . 303*
secundiflora . . . 303
triandra . . . 302

KRAPFIA 18*

LAASIA.
aculeata . 297*. 298*. 299*

LABATIA 376
macrocarpa . . 375
pedunculata . . 105
Pouteria . . 105*

LAGENULA.
pedata . . . 252*. 318

LAMBERTIA.
formosa . . . 284

LANGSDORFIA . . . 221*

LASIANTHUS . . . 11
attenuatus . . . 149
cyanocarpus . . . 148

LASIOSTOMA . . . 3
Bredemeyeri . . . 64
cirrhosum . . . 64*
cornifolium . . . 63
Curare . . . 64
divaricatum . . . 64
formicarum . . . 114*
glabrum . . . 64
Rouhamon . . . 63. 64*

pag.

LASIOSTOMA.
stans 64
tuberosum . . 148*

LAUGERIA . . 6. 15*. 16*

LAUROPHYLLUS
capensis . . . 318

LAWSONIA 8*
purpurea . . 8*

LAXMANNIA.
fasciculata . . 216*

LEPICEPHALUS . . 1*
atratus . . . 370*
syriacus . . 24*

LEPTA.
triphylla . . . 254

LEUCADENDRON.
adscendens . . 268*
Lepidocarpodendron 263*
racemosum . . 268*
tortum . . 266*

LEUCONOTIS . . . 5
anceps . . . 65

LEUCOSPERMUM.
buxifolium . . . 266
grandiflorum . . . 266
marginatum . . 266
medium 266
oleaefolium . . 267
ovatum . . . 266
patulum . . . 266
puber 266
spathulatum . . 266*
tomentosum . . 266*
Tottum . . . 266

LINNAEA.
borealis . . . 12*

LISTERIA 10*

LITHOSANTHES.
biflora 376

LOMATIA.
longifolia . . . 288
silaifolia . . . 288

LONICERA.
bubalina . . . 9*
corymbosa . 7*. 128*

LORANTHUS . . . 7*

LOUICHIA.
Pteranthus . . 303*

pag.

LUDOVIA.
funifera . . 341*
subacaulis . . 341*

LUDWIGIA.
alata 254
alternifolia . . 253*
angustifolia . . 253*
brachycarpa . . 252*
capitata . . . 253
cylindrica . . . 254
decurrens . . 253. 253*
diffusa 253
glandulosa . . . 254*
hastata . . 254*. 320*
heterophylla . . 254*
hirsuta . . 254*. 320*
hirtella . . . 253*
jussiaeoides . 252. 253*
lanceolata . . . 254
linearis . . . 252
linifolia . . 252. 253*
macrocarpa . . . 253
microcarpa 253*. 254*. 320*
mollis . . 254*. 319*
nitida . . 254*. 319*
parviflora . . 253. 253*
pedunculosa . . . 252
pilosa 320*
prostrata . . . 254
ramosa 252
salicifolia . . . 253*
sphaerocarpa . . . 254
virgata . . . 252*. 253

LYGISTUM . . 9*. 10*. 11*.
axillare . . . 10*. 11*
spicatum . . . 9*. 132*

MACHAONIA 12*

MACROCNEMUM . . . 12*

MAHONIA 351*

MALANEA . . . 6. 8*. 12*
bifurcata 109
verticillata . . . 6. 109*

MANETTIA 8*. bis. 10*. 11. 128*
acutiflora 145
acutifolia . . . 145*
attenuata 146
coccinea 145
cordifolia 146
cuspidata 147
glabra 145*
havanensis . . . 145. 145*
lanceolata 145
Lygistum 11*. 132*. 145. 146*

	pag.
MANETTIA.	
picta	130*
racemosa	11*. 145*
serrata	147
tenuifolia	145*
uniflora	145
MAQUERIA	227*
MATTHIOLA	13*
MATTUSCHEA.	
galioides	48
hirsuta	48*
hispida	47
incana	48
Perama	47
MICROCALE.	
filiforme	98*
MICROLAENA	17
stipoides	329
MIMETES.	
capitulata	268*
hirta	268
spectabilis	268
MITCHELLA	10. 12*
repens	132
MITRACARPUS.	
scaber	210
MITRACME.	
canescens	67
capillaris	67
pilosa	67
prolifera	67*
MNEMOSYLLA.	
aegyptiaca	325*
MÖNCHIA.	
erecta	342*
quaternella	342*
MONETIA.	
barlerioides	219
diacantha	219
paleacea	307*
MORINDA	13*
MUSSAENDA	12*
aegyptiaca	145*
MYGINDA	18*
brasiliensis	349
Bredemeyeri	349
Crossopetalum	346*
ilicifolia	347

	pag.
MYGINDA.	
integrifolia	347
latifolia	334*. 346
microphylla	347
myricoides	349
Myrsinites	348*
myrsinoides	348
myrtifolia	334. 348
pallens	348
pentandra	349*
Rhacoma	345. 346*
uragoga	345
MYLOCARIUM.	
ligustrinum	217*
MYONIMA	3. 13*
borbonica	49*
cordata	49
grandiflora	49
oblongifolia	49
obovata	49
MYRICA.	
trifoliata	330*
MYRIOPHYLLUM	322*
heterophyllum	367
scabratum	367
MYRMECODIA	11
tuberosa	148
NACIBAEA	8*. 10*. 11*. 12*. 128*
NAUCLEA	13*
NECTANDRA.	
tetrandra	258*
NEMOPANTHUS	333*
canadensis	333*
fascicularis	333*
NERTERIA	10*. 12*. 16
assurgens	327
depressa	327
tetrapyrena	17*
tetrasperma	10*. 327
NIVENIA.	
concava	268*
Lagopus	268
media	268
spathulata	268
spicata	268
NONATELIA	13*
OBOLARIA	4
caroliniana	103*

pag.

Obolaria
virginica 103

Ochroxylum . 221*. 227*
O-Higginsia . . 8. 8*. 15*
aggregata . . . 8*
racemosa . . . 128
verticillata . 8*. 11*. 128

Oftia 103*

Oldenlandia . 10. 10*. 12*
alata . . . 133*
aquatica . . . 142*
arenarioides . . 144
auricularia . . 142*
biflora 135*. 136* bis. 143* bis.
capensis . . 134*
corymbosa . . 135*
crystallina . . 139*
dichotoma . 136*. 143
diffusa . . . 133*
digyna . . 10*. 143
galioides . . . 144
glomerata . . 139*
herbacea . . 134*
maritima . . 139*. 144
nudicaulis . . . 143
paniculata . . 133*
pentandra . 136*. 143*
ramosa . . . 134*
repens . . . 134*
stricta . . 10*. 144*
umbellata . 4* 135* bis.
Willdenowiana . . 144

Omphalococca . . . 10
cornifolia . . . 132

Opercularia.
aspera . . . 262*
Banksiana . . . 261
diphylla . . . 262
hispida . . . 262*
hyssopifolia . . 262*
Lamarckiana . . . 261
ligustrifolia . 262. 262*
rubioides . . . 262
spermacocea . . 262
umbellata . . 261. 261*
vaginata . . . 262*

Ophiorrhiza . . . 11*

Orixa.
japonica . . . 228

Orthostemon.
erectum . . 101*. 228

Othera 234*
japonica . . . 228

Ottoa s. Ottonia . . 18
Anisum . . . 368

Ovieda.
mitis 216*

Oxyanthus . . . 15*

Oxybaphus . . . 2*

Paederia . . . 12*

Pagamea . . 3. 15*. 16

Panetos . . . 151*

Panopsis
hamelifolia . . 286*

Paranomus.
adianthifolius . 268*
crithmifolius . 268*
sceptriformis . 268*

Parietaria.
alsinifolia . . . 310
assurgens . . . 310*
bracteata . . . 310*
capensis . . . 310
cochinchinensis . . 310
cretica . 310. 310*. 311*
debilis 310
diffusa . . . 308*
erecta 309
floridana . . . 310
judaica . . . 308*. 309
laevigata . . . 311
lanceolata . . . 310*
lusitanica . 309*. 310. 311*
ocimifolia . . 309. 310*
officinalis . 308. 309*. 310*
pensylvanica . . . 310
platyphyllos . . . 311
polygonoides . . . 311
prostrata . . . 311*
punctata . . . 310*
ramiflora . 309*. 310*
serpyllifolia . . . 311
Sonnerati . . . 310
urticaefolia . . . 310
verbascifolia . . . 311

Passerina.
ciliata . . . 256*
tetragona . . . 258*

Patabea . . . 9. 15*
alba 129
coccinea 129

pag.
PATIMA 13*
PATRINIA
coronata . . . 47*
intermedia . . . 47*
rupestris . . . 47
scabiosaefolia . . 47. 373
serratulifolia . . 47
sibirica . . . 47
PAVETTA . . 3. 6. 7*. bis. 12*
alba . . . 109*
angustifolia . . 375*
barbata . . . 124*
caffra . . . 6
foetidissima . . 191*
indica . 6. 7*. 109. 375
parviflora . . . 110
pentandra . . 6. 6*. 110
sumatrensis . . 110
thyrsiflora . . . 111
tomentosa . . . 109
villosa . . . 123*
PECHEYA . . . 11*
PELTOPSIS . . . 355*
PENAEA 5
acuta 105
fucata . . . 106*
longiflora . . . 105*
Sarcocolla . 105. 105*. 106*
squamosa . . 105. 106*
tetragona . . . 105*
PEPLIS
indica 234*
tetrandra . . . 10*
PERCIPIER
arvensis . . . 316*
PERSOONIA
acerosa 269
angustifolia . . 271*
arida 270
articulata . . . 273
ferruginea . . . 272
glauca 273*
glaucescens . . . 271
gnidioides . . . 269
hirsuta 270
juniperina . . . 269
lanceolata . . . 271
ledifolia . . . 273
ligustrina . . . 271*
linearis . . . 271. 271*
mollis 270
myrtilloides . . . 272
nutans 271

pag.
PERSOONIA
oxycoccoides . . . 270
pinifolia . . . 271*
revoluta 272
salicina 272
spathulata . . . 271
PETESIA 8. 13*
carnea 8*
Lygistum . 8*. 10*. 11*
spicata . . . 8*. 126
stipularis . . . 8*. 126
tomentosa . . . 8*
PETITIA
domingensis . . . 49
quinduensis . . 49. 50*
tenuifolia . . . 50
PETROPHILA
fastigiata . . . 262
fucifolia . . . 262*
pedunculata . . . 262
pulchella . . . 262. 377
sessilis . . . 262. 377*
PHYLLIS 12*
PIERCEA 304*
tomentosa . . . 303*
PILEA 311*
muscosa . . . 311*
PIRINGA 13*
PLADERA
decussata . . . 229*
perfoliata . . . 229*
pusilla 230*
sessiliflora . . . 230*
virgata 229*
PLANTAGO
adriatica . . . 70*
afra 84
albicans 75. 75*. 77*. bis. 79*
alopecuroides . . 82*. 84
alpina 72*. 74*. 79*. 81. 82*. bis.
altissima . 72. 72*. 75*. 82*
amplexicaulis 71*. 84*
arenaria . 84*. 85. 85*. 86*
argentea 75*. bis. 77*. 78*. 79*
aristata . . . 75*. 83
arvensis . 74* bis. 374*
asiatica 70. 70* ter. 73*. 75*
attenuata 73
atrata 72*
barbata . . . 83. 83*
Bellardi . . . 78. 78*
bicarinata . . . 77
Browniana . . . 86

pag.

PLANTAGO
brutia . . . 70. 70*
camtschatica . . . 72
canaliculata . . 374
capitata . . 72*. 75*
capitellata . . 81*. 82
carinata 80*. 82* bis. 84*
carnosa . . . 86
caroliniana . . 75
Catananche . . 79*
ceratophylla . . 84
Columnae . . 84*
connivens . . 75*
cordata . . . 70. 70*
Cornuti . . . 70
coronopifolia . 84*
coronopodifolia . 84*
Coronopus . . 83. 84*
crassifolia . . 81
cretica 79
cylindrica . . . 77
Cynops . . . 84. 84*
dalmatica . . 72*
decumbens . 75*. 79*
dentata . . . 80*
depressa . . . 70*. 75
diffusa 86
divaricata . . 84. 86*
elongata . . 75* bis.
eriophora . . 72. 72*
eriorhiza . . 79*
eriostachya 73*. 74. 74* ter. 79* 374*
erosa 70*. 73
exaltata . . . 70. 70*
frigida . . . 76*
gentilis . . . 80*
glabra . . 70*. 75. 75*
gnaphalodes . 74*. 75*
Gouani . . . 70*
gracilis . . 70*
graminea . 79. 79*. 80*. 82*
hirsuta . . . 81. 82*
hirtella . . . 69*. 71
holosericea . . 78. 78*
Holosteum . . 80*. 82
humifusa . . . 86
Jacquini . . 84. 84*
incana . . . 81*. 82
indica . . 84*. 86. 85* bis.
intermedia . 74. 74* bis.
Ispaghul . . . 85
italica . . . 84*
kentuckensis . . 70*
lagopodioides . 74*
Lagopus . 73. 74* bis. 374*

PLANTAGO
Lagurus . . . 84
lanata . 78* bis. 84*
lanceolata . . 72. 72*. 74*
lanuginosa . . 72*
linearis . . . 79
Löfflingi . . 82*. 84
lusitanica . 74. 74*. 84*
major . 69. 70* ter. 71*
maritima 72*. 79*. 80. 81* bis. 82* bis. 84*. 374*
maxima . . 70*. 71
media . . . 71
mexicana . . . 77
microcephala . 78. 84*
minima . . 69*. 70
monspeliensis . 84*
montana . 72. 74*. 80*. 81*
multiceps . . . 76
nigricans . . 72*. 74*
nitida . . 76*. 86. 85*
nivea 76
nubigena . . . 75
nutans . . . 75. 78*
oliganthos . . . 75
ovata . . . 75*. 77
parvula . . . 77
patagonica . . 77*
pauciflora . . 75*. 83
pilosa . . . 78. 78* bis.
pseudolusitanica 74. 74* bis. 374
Psyllium . 85. 85* bis. 86*
pubescens . . . 86
pumila 86
pungens . . . 82*
Purshii . . . 74. 75*
pusilla . . . 74. 75*
pygmaea . . . 78*
Raddiana . . . 78
recurvata . . 82. 82* bis.
remota . . . 81*
rigens 83
rigida . . . 83*
robusta . . . 86
rosetana . . . 86
salsa 80
saxatilis . . . 75
scabra . . . 86*
Schottii . . . 73. 72*
sericea . 72*. 75. 78*. 79*
serpentina . 80*. 82. 84*
Serraria . . . 374
setosa . . . 77*
sicula . . . 85. 86*
sinuata . . 69*. 70. 71*

pag.

Plantago
sparsiflora . . 75. 75*
sphaerocephala . . 72*. 74
squamata . . . 80*
squarrosa . . . 84
stricta . . 85*. 86*
subsinuata . . 69*
subulata . 80*. 82. 82* bis.
sylvatica . . 72*
syrtica 80
Tabernaemontani . 69*. 70
tenuiflora . . . 82
teretifolia . . 81*
triantha . . . 86*
triquetra . . 82*
tumida 81
uliginosa . . . 70
vaginata . . . 74*. 84
velutina . . 74*. 75*. 79
Victorialis 75* bis. 77. 78* bis.
villosa . . 74*. 78*. 84
virginica . . 70*. 75
Wulfeni . 80*. 82. 82* bis.
xorullensis . . . 79
Pleuranthe
glastifolia . . 265*
Plocama 12*
Pohlana . . . 221*
Poiretia
procumbens . . 150*
Polyozus . . . 7. 12*
Polyphragmon . . 13*
Polypremum . 4. 12*. 135*
Pomatium . . . 13*
Pomax
umbellata . . 261*
Portenschlagia . . 18
Portlandia . . . 12*
tetrandra . . 128*
Potameia
Thouarsi . . 261*. 318
Posoqueria . . . 13*
Potamogeton
acuminatus 357*. 358*. 367*
acutifolius 361*. 362*. 363*. 363
alpinus . . 359*. 360
angustissimus . 367*
annulatus . . . 359*
capillaceus 350*. 351* bis. 354
caricifolius . . 367*
coloratus 351*. 353*. 359*

pag.

Potamogeton
complanatus 354*. 362*. 363*
compressus 361. 363*. 365*. 366*
cornutus . . 357*. 367*
crassipes . . . 354*
crispus . . 360. 361*
curvifolius . 353*. 354*
cuspidatus . 363*. 365*
densus 356
divaricatus . . . 355
exstipulatus . . 365*
fasciculatus . . 364
flexuosus . . 358*. 361*
fluitans 350*. 351. 351*. 352*. 354*. 357*. 359*
gracilis . . . 355
gramineus 353*. 354* bis. 361*. 362*. 365. 365*
heterophyllus . 352. 365*
hybridus . . . 354*
indicus . 357*. 366*. 367*
interruptus . . 364*
lanceolatus . 354. 354*. 365*
lanciformis . . . 361
Loeseli . . 355*. 356*
longifolius . . 352. 358*
lucens 351*. 352*. 357. 358*. 367
macrophyllus 352*. 357*. 358
marinus . . 363*. 364*
maximus . . . 361*
microstachys . . 360
mucronatus . . 367*
natans 350. 351* bis. 352*. 353*. 366*
nerviger . . . 359
nitens . . . 357*
nodosus . . . 357*
oblongus . 350*. 351*. 352
obscurus . 351*. 352. 359*
occidentalis . . 351
obtusifolius . 361*. 365*
oppositifolius 356*. 359*. 361*
parnassifolius . . 351*
pauciflorus . 365. 365*
paucifolius . . 354*
pectinatus . 363. 364*. 367
perfoliatus . 355. 356*. 358*
petiolaris . . . 352
petiolatus . . . 352
pinnatus . . . 367*
plantagineus . . 351
praelongus . . 357*. 358
pumilus 354
purpurascens . 359*

pag.
POTAMOGETON
pusillus . . 364*. 365
rigidus . . 359
rotundifolius . 357*
Roxburghianus . . 367
rubescens . . 357*
rufescens 351*. 352. 352*. 354*. 356*. 358. 360*. 361*
rutilus . . . 362
salicifolius . 355
semipellucidus . 359*
serotinus . . 351*
serratifolius . . 360*
serratus . 356* bis. 359*. 361
setaceus 354* bis. 355*. 356*. 364*. 365
spathulatus . . . 366
tenuifolius . . 367*
tuberosus . . 366. 366*
undulatus . . . 360
Vaillanti . . 364. 364*
variifolius 350*. 351*. 354*
verticillatus . . 367*
Zizii . . . 354*
zosteraefolius 361*. 362. 362*. 363*. 365*

POTHOS
acaulis 297
anceps . . . 301*
aurita . . . 301
camtschatica . 301*
cannaefolia . . 297
cannaeformis . 297*
caudata . . 296
coriacea . . . 297
crassinervia . . 298
decursiva . . 298
digitata . . 299. 300*
flexuosa . . 300
foetida . . 298*. 301*
gigantea . . 296
gracilis . . . 296*
Harrisii . . 300
heterophylla . . . 299
Laasia . . . 299
Leesia . . 300*
longifolia . . 380
macrophylla . . 298
microstachya . . . 297
officinalis . . 294
panduraeformis . . 298
Peepla . . . 295*
pentaphylla . . . 300
pertusa . . . 296
pinnata . . . 297*. 298

pag.
POTHOS
pinnatifida . . . 299
Pipla 295
Putori . . . 301
quinquenervis . . 297
rubrinervis . . 300
sagittata . . . 298
sagittifolia . . 298
scandens . . . 294
scolopendrioides . 297*
Scolopendrium . 297*
subsagittata . 298*
tenera 295
triphylla . . . 301
venosa 300
violacea . . . 297
ventricosa . . 380*

POUTERIA . . . 376*

PRINOS
deciduus . . 332*
lucidus . . . 333*

PROCRIS
australis . . 318*
chinensis . . . 318*
laevigata . . 311*
lucida . . . 318*
quinquenervis . 318*
Sonnerati . . 310*

PROTEA
abietina . . 268*
acaulis . . . 265. 265*
acerosa 266
acuminata . . . 265
angustata . . 265. 265*
arborea . . . 266*
asplenifolia . . 266*
australis . . . 269*
Brownei . . 267*
canaliculata . . . 265
carinata . . . 266
ciliata 266
coarctata . . 267*
coccinea . . . 265
concava . . . 268*
coronata 263*. 265*. 266*
crinita . . . 267*
cristata . . 265*. 261*
cynaroides . . 265
decumbens . . 267*
elongata . . 265. 265*
ericoides . . . 266
erosa 266*
formosa . . . 264
glaucophylla . 265. 265*

	pag.
PROTEA	
glomerata	267*
graminea	266*
grandiflora	264
helvola	268*
humiflorens	265*
humilis	265
incompta	264
intermedia	268*
laevis	265. 265*. 268*
Lagopus	268*
latifolia	263. 268*
Lepidocarpon	264
longiflora	263
longifolia	264. 265*
lorea	263
magnifica	263
marginata	267*
melaleuca	264
mellifera	264
mucronata	266
multifida	266
neriifolia	264. 264*
nitida	265*
ovata	263*. 266*
Passerina	266
patens	266*
plumigera	267*
polygaloides	265*
prostrata	266
pulchella	264. 264*
racemosa	268*
radiata	263*. 266*
Radula	266*
radulifolia	266*
rangiferina	263*
Scolymus	265
speciosa	263
spectabilis	263*. 268*
sphaerocephala	267*
villosa	266* bis.
virgata	266*
PSATHURA	13*
PSYCHOTRIA	5. 6*. 9*. 12*
maypurensis	129*
PSYDRAX	13*
PSYLLOCARPUS	14
asparagoides	211
ericoides	213
laricioides	212
thymbroides	213
PTELEA	
monophylla	217
ovata	217. 217*
pentandra	217
podocarpa	217
trifoliata	217
trifoliolata	217*
PTELIDIUM	
ovatum	217
PTERANTHUS	
echinatus	308
PTEROCEPHALUS	1*. 2*
brachiatus	36*
brevis	30*
diandrus	25* bis.
dumetorum	27*
involucratus	26*
marcescens	30*
niveus	41*
palaestinus	36*
papposus	35*
Parnassi	44*
perennis	43*
plumosus	26*. 29*
spathulatus	45*
Vaillanti	26*
PTEROTA	221*
PTILOPHILUM	322*
PURSHIA	
humilis	322
PUTORIA	13*
PYCNOCOMON	2*
rutaefolium	36*
PYROSTRIA	3. 13*
Commersoni	48. 49*
hexasperma	48
QUADRIA	
Avellana	269*
RACKA	
ovata	150
torrida	150*
RADIOLA	
linoides	368
millegrana	368*
RANDIA	13*
parvifolia	427*
RHACOMA	
Crossopetalum	343*
RHOPALA	
cochinchinensis	254*
complicata	284*. 286. 288*
cordifolia	286
diversifolia	286
excelsa	285

pag.
RHOPALA
ferruginea . . . 288
media . . . 284*
moluccana . . . 284
montana . . . 284
nitida 284
obovata . . . 287
pinnata 286
polystachya . . . 287
robusta . . . 234*. 285
serrata . . . 285
sessilifolia . . . 286
RICHARDIA . . . 12*
pilosa 207
RICHARDSONIA
pilosa . . . 207
RIVINA
acuminata . . 304. 304*
affinis . . . 305
brasiliensis . . 305*
canescens . . 303*
glabra . . . 304*
glabrata . . 303. 305*
humilis . . . 303. 304*
laevis . . 304. 305*
lanceolata . 304. 304*. 305*
latifolia . . 304*
Mutisii . . . 305*
octandra . . . 305
plumbaginifolia . 304*
puberula . . . 303. 305*
purpurascens . 304*. 305
scandens . . 305*
secunda . . . 305*
tetrandra . . . 306
RONABEA 12*
RONDELETIA . . 7*. 8*. 12*
buxifolia . . . 126*
discolor . . 7*. 143*
leucophylla . 7*. 143*
pilosa . . . 7*
tomentosa . . 126*
triflora . . . 7*
virgata . . . 7*
RORIDA 12
ROUSSOA
salicifolia . . . 50
simplex . . . 50
RUBIA . . . 12. 12*
acalyculata . . 12*
alata 154
angustifolia . 153. 153*
Bocconi . . 153. 153*

pag.
RUBIA
Brownei . . 153. 156*
cordifolia . . . 154*
debilis . . . 156
guadalupensis . . 156
hirta 154
hispida 155*
incana 155
longifolia . . 152*
lucida . . 153* bis.
Munjista . . . 154*
Munjith . . . 154
nitida 155
noxia . . . 157
orinocensis . . 154*. 155
peregrina . . 153. 153* bis.
rotundifolia . . . 157
scabra . . . 156
splendens . . . 152
sylvestris . . 152*
tenuifolia . . . 153
tinctorum . 152. 152*. 153* bis.
RUDGEA 12*
RUPPIA 18
maritima . . 368. 368*
rostellata . . . 368
spiralis . . . 368*
RUTIDEA 12*
SABBATIA 99*
SABICEA . . . 8*. 13*
SAGINA
apetala 342
cerastoides . . . 341
ciliata 342
depressa . . 342* bis.
erecta . . . 342. 342*
fasciculata . . 342*. 343
maritima . . 342. 342*
procumbens 341. 342* bis. 343*
quitensis . . . 343
stricta 342*
virginica . . . 343*
SALMASIA
spinosa . . . 227*
SALMIA
acuminata . . . 341
funifera . . . 341
subacaulis . . 341. 341*
tetragona . . . 341
trigona 341
SALVADORA 3
paniculata . . . 56
persica . . . 55

pag.
SAMARA 15
Blackburnia . 218*. 220*
Isquierda . 220*. 234*
myricoides . . 220
myrtifolia . . . 220
paniculata . . . 219
polygama 220
saligna . . . 220
SANGUISORBA
altissima . . . 149*
carnea . . . 149
media 150
officinalis . . 149. 150*
rubra 150*
tenuifolia . . . 150
SANTALUM *) . . . 15
album . . . 255
myrtifolium . . . 255
SARISSUS 11*
SCABIOSA 2
acutiflora . . . 372
affinis 45*
africana . . . 2*. 41
agrestis . 31*. 33* bis. 35. 37*
alba . 38. 41*. 42* bis. 372*
albescens . . . 24*
aleppica . . . 2*. 40
alpina . 1*. 24*. 25*
altissima . . 1*. 25*. 41
amöna . . 1*. 33*. 35. 371*
amplexicaulis . . 2*. 31
angustifolia . . . 371
arenaria . . . 45
argentea 38* bis. 40. 42* bis. 372*
arvensis 1*. 26*. 27* bis. 29*
atrata . . . 370*
atropurpurea 1*. 2*. 38*. 40. 43*. 371*
australis 1*. 2*. 26*. 30. 371
banatica 1*. 28*. 33*. 36. 37*
bellidioides . . 29*
Biebersteini . . 38. 41*
brachiata . . . 1*. 36
brevis 2*
caerulea . . . 43*
calyptocarpa . . 40*
campestris . . 26*. 27*
canescens 26*. 33. 33* bis. 34*. 44*
capillata . . . 32
carpatica . . . 28*
carschiana . . 24*

pag.
SCABIOSA
caucasica . 1*. 2*. 43. 43*
centauroides 1*. 23*. 24*. 25*. 29*
ceratophylla . 31*. 33*. 39
ciliata . 1*. 28* bis. 370*
cochinchinensis . . 40
collina . . 26*. 27*
Columbaria 1*. 2*. 31* ter. 32. 32* bis. 33*. 34* bis. 35* (quinquies) 37* (ter) 39*. 41* bis. 371*
Columnae 31*. 33*. 35* bis. 36*. 37*
commutata . . 33*
connata . . . 43*
corniculata 1*. 25*. 370*
coronopifolia . . 37*. 45
crenata . . . 37. 45*
cretacea . . . 370*
cretica . 1*. 2*. 41*. 44
daucoides . . 35*. 37. 37*
decemaristata . 36*
diandra . . . 1*
dichotoma . . 1*. 2*. 30
diffusa 372
dipsacifolia . . 373
divaricata . . 25*. 36*
diversifolia . . 28*
dumetorum . . 1*
eburnea . . 38*. 40. 372*
elata 1*
elegans . . . 43
fimbriata . . . 41*
flava 22*
frutescens . . 44*
gigantea . 25*. 372*
glabrata 31
Gmelini . . 42*. 372*
gracilis 32
graminea . . 43*
graminifolia . . 1*. 2*. 44
gramuntia 1*. 31. 33* bis. 34*. 35*. 36*. 37*. 39*
grandiflora . 1*. 32*. 33* bis. 37. 43*. 371*
Hacquetii . . 23*
hirsuta . . . 27*
holosericea 33* bis. 37. 37*. 38*
hybrida . 1*. 26*. 27*. 29*
incana . . 33*. 35. 44
indurata 41
inflexa 30*

*) SANTALI *albi* iconem elegantissimam dedit cl. *Hayne off. Gew.* v. X. tab. 1; *myrtifolii ibidem* t. 2, dum volumen nostrum jamjam impressum fuerat.

pag.
SCABIOSA
integrata 33
integrifolia 1*. 26* bis. 27* bis. 28. 29* bis.
isetensis . . . 32. 42.
joppica 23*
juncea 34*
laciniata 41*
laxiflora . . . 37*
lejocephala . 1*. 32*. 34*
leucantha 1*. 22*. 24*. 25*
limonifolia . . . 41
longifolia . . 26* bis.
longipedunculata 33*. 35* bis. 37*
lucida 1*. 31*. 33. 33* ter. 37*. 41*
lutea 45
lyrata 42
marina 25*
maritima 1*. 38. 38*. 41*. 42* (ter) 371*. 372*
media . . . 34* bis.
micrantha . . 38*. 41. 42*
mollis . . . 26*. 32*
mollissima . 32*. 37*. 38*
monspeliensis . 2*. 39. 39*
montana 1* 26* bis. 28* bis. 370*
neglecta 37*
nitens 33*. 41
nivea . . . 2*. 41. 45*
norica . . 31*. 33. 33* bis.
nudicaulis 45
ochroleuca . 35* bis. 35. 371*
Oliverii 2*. 42
orientalis 45*
palaestina . . . 1*. 41
pannonica . . . 27*
pectinata 40
pilosa . . 39*. 41. 42* bis.
plumosa 26*. 29*. 30*. 36. 36*
polymorpha 35*. 34*. 36*
prolifera . 1*. 2*. 34*. 40. 40*
pseudaustralis . 30*. 31*
pterocephala . . . 2*. 43
pubescens . 28* bis. 29*
pumila 43
pyrenaica 32*. 33* bis. 34*. 37. 38*
repens 30*
rhizantha 38
rigida 1*
rotata . . . 39. 39*
rubella 35*
rupestris . . . 32. 42*
rutaefolia . . . 36. 36*
Saviana 371

pag.
SCABIOSA
saxatilis 45
Scopolii 35
serrata 29*
setifera . . . 1*. 40*. 43
Sibthorpiana . . . 36
sicula . . 1*. 38. 38* bis.
silenifolia . . 31. 33*. 41*
simplex 39*. 40
sphakiotica . . . 34*. 44
squamiflora . . . 45
stellata 1*. 2*. 39. 39*. 42*. 372*
stricta . 31. 33* bis. 41*
styriaca . . 1*. 32*. 34
suaveolens 1*. 2*. 32*. 34. 34*
subpubescens . . 28*
succisa . 1*. 2*. 30. 31. 31*
sylvatica 1*. 26*. 27*. 28*. 29*
syriaca . . 1*. 25* bis.
tatarica 1*. 23*. 24*. 25* bis. 370*
tenuifolia 31*. 35*. 371*. 372*
tomentosa 1*. 33*. 37*. 41. 45*
transylvanica 1*. 23* bis.
Trenta 25*
triandra 32*
ucranica 1*. 2*. 35*. 38* bis. 41* (ter) 42. 45*. 372*. 373
uniseta 31*. 32*. 33*. 35*. 371*
uralensis 1*. 24*. 25* bis. 370*
urceolata . . . 2*. 36. 36*
Vahlii 2*. 39
Vaillanti . . . 1*. 25*
villosa 45
Virga pastoris . . 27*
vivipara . . . 40*. 373*
Webbiana 44
Willichii . . 1*. 29*. 30*
Wulfeniana . . . 372*
SCHRADERA 13*
SCLEROSTEMMA . . . 1*. 2*
SCOLOSANTHUS . . 6. 8*. 12*
versicolor . . 109. 109*
SCYPHIPHORA 11*
SCOPARIA 4
arborea 67*
australis 66
dulcis 66
procumbens . . . 66*
ternata 66*
SEBAEA
albens 97*. 101
aurea 102
carinata 100*
cordata 102

pag.

SEBAEA
cymosa . . . 102
guianensis . . 97*
jorullensis . . 103*
minima . . . 102*
ovata 101
sulcata . . . 101*
SEDUM
pusillum . . . 345*
SERINGIA
ovata 217*
SERISSA 13*
SERRURIA
adscendens . . . 267
Burmanni . . . 267*
candicans . . . 267
compar . . . 267*
cyanoides . . 267. 267*
decipiens . . . 267
decumbens . . . 267
diffusa 267
elongata . . . 268
foeniculacea . . 267*
hirsuta 267
nitida . . . 267. 267*
pedunculata . . . 267
scariosa . . . 267
simplicifolia . . . 267
SHERARDIA . . 12*. 13. 15*
arvensis . . . 192
erecta . . . 188*. 192*
foetidissima . . 13*
fruticosa . 13*. 15*. 192*
muralis 13*. 187*. 188*. 192*
SICELIUM . . . 9*. 11*
SICKINGIA 12*
SIDERODENDRON . . 9. 12*
paniculatum . . . 129
SIPARUNA 16
guianensis . . . 318
SIPHONANTHUS
angustifolia . . 216*
indica 216
SIRIUM 15
myrtifolium . 15*. 255*
ovatum . . . 255
venosum . . . 255
SKIMMIA 231*
japonica . . . 218
SOLANUM
africanum . . . 38*
angustifolium . . 59*
Aquartia . . . 50*

pag.

SOLANUM
hebephorum . . . 59*
microphyllum . . 50*
phillyreoides . . 57*
SORANTHE
ciliciiflora . . . 268*
glanduligera . . 268*
SOROCEPHALUS
imbricatus . . . 268
lanatus 268
SPATALLA
abietina . . . 269
bracteata . . . 268
laxa 268
propinqua . . . 269
pyramidalis . . 268. 269*
SPATHYEMA 16*
SPERGULA
procumbens . . . 342*
SPERMACOCE . . 12*. 14. 15*
aculeata . . 196*. 207*
adscendens . . . 200*
alata 14*
apiculata . 196*. 204*. 208*
articularis . . . 201
aspera 200*
aturensis . . 197. 197*
bogotensis . . 195. 209*
brasiliensis . . . 208
capitata . . 195*. 197*
capitellata . . . 193
cephalotes . . . 209
commutata . . . 208
cornifolia . . . 193
corymbosa . . 199. 203
costata 202
cristata . . . 202*
cymosa 210
dichotoma . . 203*. 213
diffusa 192
diodina 203
discolor 207
distans . 195*. 196. 207. 208
diversifolia . 203. 209. 213
echioides . . . 200
elliptica 210
exserta . . . 198. 213*
Fischeri 200
flagellaris . . 195*. 209
flagelliformis . . 195. 209*
frigida 207
glabra . . . 198*. 206
gracilis 196*
grandiflora . . . 203

pag.
SPERMACOCE
havanensis . . 204*
hirsuta 207
hirta 203*
hispida . . . 14*. 200
Holmiana . . . 210
humifusa . . . 206
hyssopifolia . . 205
insularis 198
involucrata . . 194*. 206
laevis 199*
lanceolata . . . 192
latifolia . . 14*. 193. 206*
linearis . . . 205
lineata 199
linifolia 195*. 201*. 209*. 211*
longiflora . . . 194
longifolia . . . 195
mucronata . . . 196
nana . . . 199. 201*
Neesiana . . 195*. 209
ocimifolia . . 193*. 206
orbicularis . . 14*
orinocensis . 197*. 208
philippensis . . . 206
portoricensis . 193*
procumbens . . . 203
prostrata . . . 194*
psylloides . . . 194
pusilla . . 200. 201*
Radula . . 207. 208*
reclinata 209
remota . . . 201*
rigida . . . 204. 208*
rotata 196*
Roxburghiana . . 199
rubra . . . 194. 377
scabra 201
semierecta . . . 202
sexangularis . . 14*
spinosa . . . 204
stellata 207
stricta . 200*. 202. 211*
strigosa . . 194*. 210*
stylosa 202
suffrutescens } . . 206
suffruticosa }
sumatrensis . . 197. 213
tenella . . . 197. 208
tenuior . . 14*. 192. 377
teres . . . 198. 213*
vaginata 208
verticillata . 195. 207*. 211*
villosa 193*
virgata 205

pag.
SPERMACOCE
Willdenowii . . 209*
SPIELMANNIA
africana . . . 103
decurrens . . 103*
SPONGOSTEMMA . . . 371*
STENARIA 151*
STENOCARPUS
Forsteri . . . 289
salignus 289
STENOSTEMON . . . 12*
STEVENSIA 12*
STIGMANTHUS . . . 13*
STIGMATOCOCCA . . . 3
solanacea . . . 55
STIPULARIA 13*
STRUTHIOLA
angustifolia . 256*. 258*. 259
chrysantha . 256*. 259*. 260
ciliata 256*
erecta . 256*. 257*. 258*
glabra 257
glauca 260
hirsuta . . . 256*. 260
imbricata . . 257*. 259
incana 256*
juniperina . 258. 258*. 259*
lanceolata . . . 259*
lateriflora . . 257. 259*
laxa 260
longiflora . 256*. 256. 257*
lucens . . . 256*. 259
myrsinites . . . 259*
nana 258
oppositifolia . . . 260
ovata . . 256*. 259. 260*
pendula 258*
pubescens . . . 256*. 257
striata . . . 256*. 259*
stricta 260
subulata . . 258*. 260*
sulcata . . . 256*. 259*
superba 260
tetragona . . . 258†
tomentosa . . . 256*. 259
tuberculosa 256*. 257*. 258*. 260
Vahlii . . . 256*. 260
villosa . 256*. 259*. 260*
virgata . . 256. 257*. 259*
STYLOCORYNE . . . 13*
STYRANDRA 5
SUCCISA 1*

pag.

SUCCISA
alpina . . . 22*
ambrosioides . . 23*
amplexicaulis . 31*
bipinnata . . . 31*
centauroides . 24*
Columbaria . . 32*
decurrens . . 25*
diversifolia . . 28*
graminifolia . . 44*
humilis . . . 25*
incisa . . 41*
joppica . . . 23*
laevigata . . 25*
leucantha . . . 24*
pratensis . . 31*
rigida . . . 23*
scabra . . . 23*
syriaca . . . 23*
tatarica . . . 25*
transylvanica . . 23*
trifida . . . 23*
uralensis . . . 25*
ustulata . . . 22*
SYMPHIONEMA
abrotanoides . . 274
montanum . . 273. 274*
paludosum . . . 273
SYMPLOCARPOS . . . 16
foetida 301
SYNAPHEA
dilatata . . . 276
TAPALLA 306*
TAPANHUANCANGA . . 15*
TARENNA 13*
TELOPEA
speciosissima . . 288
truncata . . . 288
TEPESIA . . . 10*
TETRACTYS 18
capensis . . . 349
TETRADIUM
dichotomum . . 228*
TETRAMERIUM . . 6. 8*. 12*
caeruleum . . . 114
jasminoides . 113. 114*
occidentale . . 114*
odoratissimum . . 7. 113*
sessilifolium. . . 113. 114*
TETRANTHERA
apetala . . . 295*
TETRARRHENA . . 17. 329

pag.

THALICTRUM . . . 18*
THYMELAEA . . . 9*
TILLAEA
aquatica . . 343. 344*
connata . . . 344*
cymosa . . . 345*
diffusa 345
magellanica . . 345
muscosa . . . 344
pedunculata . 345. 345*
prostrata . . 343*. 344
rubescens . . . 344
rubra 344*
Sieberiana . . 345
simplex . . . 345
Vaillanti . . . 343*
TOCOYENA . . . 13*
TODDALIA . . . 330*
TONTANEA . . 9*. 11*. 13*
guianensis . 9*. 147*
repens . . 147*. 148*
TOURNEFORTIA . . 17*
TRAPA
bicornis 234
bispinosa . . . 234
natans . . . 234. 234*
quadrispinosa . . 235
TRICHERA . . . 1*. 2. 2*
amplexicaulis . . 31
arvensis 2*. 26. 27*. bis. 28*. 29*. 31*
bidens . . . 29
brevis 30
calycina . . . 371
campestris . . 27. 26*
ciliata . . . 2*. 28. 370
diodon 370
diversifolia . . 28
dumetorum . . 2*. 27
hirsuta . . . 27
hybrida . . . 2*. 29
integrifolia . . 29
legionensis . . 27. 29*
longifolia . . . 28
montana 26*. 28. 28*. 370*
ovatifolia . . . 27
pubescens . 28. 28*. 373*
Salcedi . . . 27. 29*
sylvatica . . . 27. 28*
Willichii . . . 29. 36
TROCHOCEPHALUS . . 1*
TULA . . . 42*. 17*
URCEOLA 3

pag.

URTICA
herniarioides . . 311*
microphylla . . 311*
serpyllacea . . 311*
trianthemoides . . 311*

VALANTIA s. VAILLANTIA 12*. 14
Aparine . . . 178*
aspera . . . 188
chersonensis . . 159*
ciliata . . . 159*
Cruciata . . . 159*
filiformis . . 179*
glabra . . 159* bis. 160*
hispida . . . 186*
humifusa . . . 160*
muralis . 13*. 186*. 188
rediviva . . . 178*
spuria . . . 176*
taurica 157*. 159*. 178*. 180*

VALERIANA
rupestris . . 47*
ruthenica . . . 47*
sibirica . . 47*

VALERIANELLA
lutea 47*

VANGUERIA 13*

VEPRIS
inermis . . . 330*

VIRECTA 12*

VITIS 234*
capensis 241
cirrhosa . . . 241
filiformis . . 245*
lucida . . . 236*
nepalensis . . 247*

WALLENIA
angustifolia . . . 55
laurifolia . . . 55

WALTHERIA
Astropus . . . 220*

WEBERA . . . 8*. 219

WEDELIA 2*

WITHERINGIA . . . 3
angustifolia . . . 59
aspera 56
ciliata 57
crassifolia . . . 58
dumetorum . . . 58

WITHERINGIA
macrophylla . . 58
mollis . . . 58
rhomboidea . . . 57
riparia . . . 59
solanacea . . . 57*
stramonifolia . . 59

XANTHOXYLUM . . 221*. 340*
acuminatum . . 221*
affine . . . 224*
Aubertia . . 340*
Aviceanae . . . 226*
Budrunga . 221*. 222*
Culantrilo . 221*. 224*
emarginatum . 221*
hermaphroditum . 227*
heterophyllum . 227*
horridum . . 225*
martinicense . 225*. 227*
nitidum . . 225*
Ochroxylum . . 227*
pentanome . . 227*
pimpinelloides 221*. 227*
piperitum . 225*. 224*
praecox . . 221*
Pterota . . 221*. 222*
punctatum . . 221*
Rhetsa . . 221*. 223*
rhoïfolium . . 227*
senegalense . 2252. 227*
spinifex . . . 227*
spinosum . . . 221*
ternatum . . 221*
Thunbergi . . 226*
tragodes . . 225*. 227*
tricarpum . . 227*
zeylanicum . . 228*

ZIERIA
arborescens . . . 325
commutata . . . 324
cytisoides . . . 325
hirsuta . . . 324
laevigata . . . 322
lanceolata . . 322*
macrophylla . . 322
microphylla . . 323. 324*
pauciflora . . . 325
pilosa . . . 325
Smithii . . . 322
trifoliata . . 322*

ADDITAMENTUM II.

AD

MANTISSAM I. *CLASSIS.*

CLASSIS I.

MONANDRIA.

ORDO I.

MONOGYNIA.

GENERA.

CANNA.

S. V. p. 1. n. 1. et p. 555. n. 1. Addatur:

Obs. Exc. Comes ab *Hoffmannsegg* in 2. *u.* 3. *Nachtrag z. d. Verz. der Pflanzenkulturen* p. 76-73. characterem generis Cannae sequentibus reformavit: „*Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 6-5-partita: limbo duplici, exteriore semper tripartito, interiore bi-aut tripartito. *Parapetalum* bipartitum. *Styl.* planus, subpetaliformis a basi usque ad variam distantiam parti superiori parapetali adnatus. *Stigma* obtusum, rimale."

S. V. I. p. 4. n. 21. DEBRAEA.

Calyx ovario adnatus, 5-partitus, irregularis; laciniâ summâ maxima basi calcaratâ. *Corollae* petalum unicum ex inferiore floris parte, declive, calyci insertum, obcordatum. *Stamen* fertile unicum e calyce; anthera dorso affixâ, cordatâ, 4-loculari; sterilia 3-4 minima subclavata. *Ovarium* inferum, 1-loculare, biovulatum; ovulis erectis. *Stylus* filiformis, stigmate subcapitato. *Fructus?* Erisma *Mart.* et *Zuccar. nov. gen. et spec.* T. I. p. 136.

Familia Vochysiacearum.

Mant. I. p. 2. n. 23. SCHWEIGGERIA.

Obs. Ad *Pentandriam* referenda. Nomen Glossarrhenis, quod serius cel. *Martius* imposuit, non admittendum ob antiquius Schweiggeriae *Spreng. Aug. St. Hil. Mém. d. Mus.* T. XI. p. 454.

S. V. I. p. 5. et *Mant.* I. p. 2. n. 24. CUCULLARIA.

Cal. liber, 5-partitus, coloratus; laciniâ summâ cucullatâ, basi calcaratâ. *Petala* 3. *Stamina* 3, lateralibus castratis; intermedii fertilis filamentum breve, sursum dilatatum in antherae connectivum magnum, naviculare, apice cucullatum, latere interiore locellos 4 per paria disjunctos gerens. *Stylus* simplex. *Caps.* trigona, 3-locularis, 3-valvis, valvulis loculicidis. *Sem.* in quovis loculo solitaria, apice alata. *Mart. et Zuccar. nov. gen. et spec.* T. I. p. p. 139, qui Cucullarias Vochysias dicunt.

Familia Vochysiacearum.

Mant. I. p. 2. n. 24 a. SALVERTIA.

Cal. inferus profunde 5-partitus; laciniis subaequalibus, summâ calcaratâ. *Cor.* 5-petala; petalis subinaequalibus. *Stamen* fertile unicum, inter sterilium rudimenta 2-3. *Stylus* clavatus; stigmate laterali, incrassato. *Caps.* trilocularis, trivalvis; loculis 1-2-spermis; seminibus apice alatis. *Mart.* et *Zuccar. nov. gen. et spec. pl. bras.* I. p. 152.

Familia Vochysiacearum.

S. V. I. *p.* 5. et *Mant.* I. *p.* 2. *n.* 25. QUALEA.

Calyx liber, pentaphyllus, vel basi connatus 5-partitus: foliolis inaequalibus, summo maximo plerumque calcarato. *Corollae* petalum unicum (raro 2), declive obcordatum. *Stamen* fertile unicum (raro 2), juxta petalum insertum, sterilium rudimentis obsoletis. *Anthera* basi affixa; connectivo cordato, concavo, incrassato, margine locellos 4 per paria disjunctos gerente. *Ovarium* superum, triloculare. *Stylus* simplex; stigmate subcapitato. *Capsula* lignosa, 3-locularis, 3-valvis, valvulis medio dorso septigeris. *Semina* numerosa columnae centrali affixa, biseriata in quovis loculo, apice alata. *Mart. et Zuccar. nov. gen. et spec.* T. I. p. 130.

Familia Vochysiacearum.

n. 25 a. CALLISTHENE.

Cal. liber, 5-phyllus: foliolis inaequalibus, summo maximo calcarato. *Cor.* petalum unicum, declive, obcordatum. *Stam.* 1, calyci insertum, cum petalo alternans, absque sterilium rudimento: antherâ quadriloculari, loculis per paria disjunctis. *Ovarium* superum, 3-loculare, loculis pauciovulatis. *Styl.* simplex, stigmate subcapitato. *Caps.* corticata, cortice irregulariter solvendo, 3-locularis, 3-valvis: valvulis

absque dissepimento, loculis 1-2 spermis. *Semina* bracteato-depressa, receptaculo centrali, crasso, trigono, angulis septifero longitudinaliter adnata. *Mart.* et *Zuccar. nov. gen. et spec.* T. I. p. 123.

Familia Vochysiacearum.

n. 25 b. AMPHILOCHIA,

Calyx liber, pentaphyllus: foliolis inaequalibus, summo maximo brevissime calcarato. *Corollae* petalum unicum, declive, obcordatum. *Stamen* fertile unicum, cum petalo alternans, sterilium rudimentis plerumque nullis; antherâ supra basin affixâ, quadriloculari, loculis per paria disjunctis. *Ovarium* superum, biloculare, loculis pauciovulatis. *Stylus* simplex, stigmate subcapitato. *Capsula* trilocularis, trivalvis, corticata, cortice cum sarcocarpio ab endocarpio solutis, utroque trivalvi; ulterioris valvulae marginibus introflexis dissepimenta praebentes, septicidae, bifidae. *Semen* 1-2 in quovis loculo. *Mart.* et *Zuccar. nov. gen.* et *spec.* T. I. p. 127.

Familia Vochysiacearum.

S. V. I. p. 8. n. 44. DUFOUREA.

Cal. 3-partitus, membranaceus, persistens. *Cor.* 0. *Stamen* 1, hypogynum, cum laciniis calycinis 2 alternans; filamentum complanatum, capillare; anthera basi affixa, immobilis, bilocularis, longitudinaliter interne dehiscens. *Styli* 3 persistentes, intus stigmatici, (unde stigmata 3 lateralia). *Ovarium* superum, oblongum, 3 loculare, polyspermum: ovula numerosa, placentis 3 affixa axilibus, semicylindricis. *Capsula* 3-valvis; valvulis cum septis alternantibus, eademque dehiscentia effringentibus; placentis tunc liberis simulque massulam in centro capsulae efformantibus; placentam unicam centralem liberam mentientem. *Semina* minutissima. *Aug. St. Hil. in Mém. d. Mus.* T. X. p. 471.

Genus inter *Junceas* et *Resticeas* intermedium. Herbulae musciformes, ramosae. Folia alterna, sparsa vel trifaria. Flores solitarii, sessiles vel saepius pedicellati.

Obs. Cls *Spreng.* in *S. V.* adhuc genera sequentia ad *Monandriam Monogyniam* ducit: Ascarinam *Forst.*, Morellam *Lour.*, Hypolepidem *Pers.*, Cynomorium *Linn.*, Cauliniam *Willd.*, Chondrachnem *R. Br.*, Chorizandram *R. Br.*, Psilurum *Trinn.*, Cinnam *Lin.*, Ceratocarpum *Linn.*, et Brosimum *Sw.*

SPECIES.

n. 1. CANNA.

S. *V.* I. p. 11. et *Mant.* I. p. 4. n. 1. CANNA *indica* Addatur synonymon:

C. labio superiore limbi interni 3-partito: laciniis aequalibus, integris, erectis, acutis, conniventibus; labio inferiore integro, deflexo; foliis lanceolatis, aequilateralibus. *Bot. Reg.* 776. ubi diagnoses a *Willd.* datae enigmata dicuntur.

n. 1 a. CANNA *occidentalis Rosc.*; corollae limbi interioris labio superiore bipartito; laciniis integris, ovatis, inaequalibus; labio inferiore declinato (revoluto?) *Bot. Reg.* 772. C. *variabilis Willd.* (fid. *Spreng.*)

In India occidentali.

Mant I. p. 5. n. 2. CANNA *rubra.* Addatur synonymon: Com. ab *Hoffmannsegg* 2. *3ter Nachtrag* p. 79.

Mant. I. p. 6. *Addit.* I. p. 67. n. 3 a. CANNA *Lamberti.* Addatur:

Obs. Synonymon C. *indicae Ruiz* et *Pav.* nunc ad sequentem C. *edulem* trahitur in *Bot. Reg.* et CANNA *neglecta Weinm.* hûc a *Martius* tracta C. *latifolia* dicitur in *Bot. Cab.* t. 634.

Mant. I. p. 6. *Additam* I. p. 67. n. 3 b. CANNA *edulis Bot. Reg.*; foliis lato-ovatis, nitidis; vaginis marginibus foliorum cauleque coloratis; radice tuberosâ. *Bot. Mag.* t. 2498. C. limbi interioris labio summo tripartito, erecto, laciniis ovali-oblongis, retusis, late unguiculatis, mediâ plurimum breviore; labello lineari-oblongo, recurvato, retuso; caule punicante. *Bot. Reg.* n. 757. C. *indica* foliis ovato-oblongis; laciniis corollae subaequalibus. *Ruiz et Pavon Fl. Peruv.* I. p. 1. C. *rubricaulis Link* (sec. *Spreng. S. V.* p. 7.)

Caulis teres, subcompressus, purpureus, 3-4 pedalis, ubique foliosus. Folia inferiora 16 poll., 7 poll. lata, supra laete viridia, nitida, marginibus vaginisque purpurascentibus. Pedunculus vix e folio summo emersus, pauciflorus. Germen ovale, tuberculatum, basi bracteis duabus, parvis, concavis. Calyx superus, 3phyllus, longitudine germinis, (carneus, foliolis oblongis obtusis). Corollae laciniae 3 exteriores erectae, aequales, acutae, (anguste lanceolatae,) purpureo-coccineae, (1 1/2 poll., 3-4 lin. latae); 3 interiores situ et forma variae, laete (aurantiaco-) coccineae; (summa erecta, lanceolato-elliptica, obtusa, 2 poll., 6‴ lata; secunda ejusdem formae, acuta, revoluta; tertia laciniis exterioribus vix longior). Nectarium Linnaei, cujus labium superius margine antheram fert, revo-

lutum, valde luteo-tinctum, uti labium inferius seu *labellum* auctorum. Differt a C. *indicâ* *Linn.* radice tuberosâ, esculentâ, aliisque notis. B. M. *In Peru.* ♃.

Mant. I. p. 6. *Additam.* I. p. 68. n. 4. CANNA *gigantea.* Addatur synonymon:
Hook. Exot. Fl. t. 46. *Com. ab Hoffmannsegg* 2. *u.* 3. *Nachtrag S.* 78.

Obs. Cl. *Sprengel S. V. p.* 7. CANNAM *giganteam Red. Sims. Ker. Hook.* CANNAM *latifoliam Bosc.* dicit.

S. V. p. 12. *Mant.* I. *p.* 6. *Addit.* I. *p.* 68. *n.* 5. CANNA *patens.* Addatur synonymon:
B. Reg. 576. C. *indica* s. *patens H. Kew.* 1. C. *indica Curt.* 454. An C. *chinensis Willd.*, quam *Spreng.* ad C. *pedunculatam* trahit?

S. V. I. p. 12. *Mant.* I. p. 6. n. 6. CANNA *lutea.* Addatur synonymon:
Bot. Reg. 773. *Bot. Cab.* 646.

Additam. I. p. 69. n. 13. CANNA *Buekii* (nec BUCHII). Addatur synonymon:
CANNA *pedunculata Bot. Cabin. Fasc.* 63. *n.* 622.

n. 14. CANNA *limbata Rosc.*; corollae limbi interioris labio superiore tripartito; laciniis emarginatis, crenatis; unguibus longis: labio inferiore bifido, declinato. *Bot. Reg.* 771. C. *aurovittata Lodd. Bot. Cab.* 449.

Calyx plerumque ruber. *Hab.?*

Obs. In *Hort. Liverpool.* praeter C. *iridifloram* species 19. soli!!

Quid CANNA *maxima* }
— *nudata* }
— *pallida* }
— *polymorpha* } in *Loddiges Catal. of plants.*?
— *sanguinea* }
— *sylvestris* }

n. 15. CANNA *pruinosa C. a Hoffmannsegg;* foliis ovatis, inferioribus subpetiolatis; spathis bracteis calycibusque pruinosis; paniculis contractis; corollae limbo interiore bipartito: laciniis parapetalique laciniâ inferiore plerumque emarginatis. *C. a Hoffmannsegg* 2. *u.* 3. *Nachtrag. p.* 79. 25.

Caulis 3 ped. Folia pedalia, 5-6 poll. lata, margine albo, diaphano, $^{1}/_{3}$ poll. Spathae lividae. Panicula brevis, pauciflora (7-9), pedicellis brevibus 3-floris, altero praecociore, superioribus solitariis. Bracteae violascentes, obovatae, longitudine fere calycis. Flos 3-poll.. Ovarium ovato-globosum. Cal. 8 lin., phyllis lanceolatis, acutis, obscure purpureis. Laciniae limbi exterioris corollae purpureo-cinnabarinae, lineari-lanceolatae, acutissimae; interiores exteriores fere $^{1}/_{3}$ superantes, coccineae, lanceolato-cuneiformes, ad basin per

luteum ochrascentes. Parapetalum paulo brevius angustiusque, coccineum, inferne per maculas confluentes sensim flavum: laciniâ inferiore reflexâ. Anthera subsessilis, apice parapetali humilior, griseo-straminea, fere dimidio superiore libero. Stylus antheram paulo superans, linearis, superne coccineus, nitidus, stigmate rimali, truncato, lutescente. Capsula hispida. Semina subglobosa, nigra. *In Brasilia* ♃.

n. 2. MARANTA.

Mant. I. p. 8. n. 1 a. MARANTA *gibba*. Addatur synonymon:

M. *gibba Smith*; caule fruticoso, ramoso; fol. ovatis, glabris; floribus paniculatis; germine sericeo; fructibus hinc gibbis. *Spreng. S. Veg.* 1. p. 8.

In Barbadoes.

S. V. I. p. 15. n. 9. MARANTA *comosa* clo *Spreng. S. V.* 1. p. 9. MYROSMA *comosa* est.

S. V. I. p. 16. n. 11. MARANTA *obliqua*. Addatur mon:

HYMENOCHARIS *obliqua Salisb. MS.*

Mant. 1. p. 9. n. 13 a. MARANTA *zebrina*. Addatur synonymon:

Loddig. Bot. Cab. 494.

S. V. I. p. 16. n. 15 a. MARANTA *sylvatica Rosc.*; caule fruticoso, ramoso; foliis ovatis, acutis, lineâ pilosâ utrinque ad costam; floribus paniculatis; germine piloso. *Spreng. S. V.* 1. p. 8.

In Barbadoes.

Additam. I p. 70. n. 17. MARANTAE *angustifoliae* addatur synonymon:

M. *graminifolia Ruiz et Pavon in Herb. Lambert.*

Multo minor quam M. *arundinacea*; articuli culmi tumidi evidentiores, et vaginis petiolorum non occulti, folia multo minora et basi angustata, nec rotundata, et saepius cordata ac in M. *arundinaceâ*; flores in panicula laxâ flexuosâ; valva interior spathae vel bracteae atque corollae pallide coeruleae; foliola calycina ovalia, nec lanceolata. *Sims.*

Addit. I. p. 70. n. 19. MARANTA *bicolor Ker.*; scapo radicali; foliis radicalibus ovatis, subrepandis, atroviridi-variegatis; petiolis vaginatis, discoloribus; bracteis extus viridibus, intus testaceis, bifloris, flore brevioribus. *Bot. Reg.* 786. *N. Garten Mag.* I. *B.* IV. *St. t.* 15.

Petioli lividi. Flores parvi, albi. Ad iconem in G. Mag.

n. 20. MARANTA *secunda Graham*; caule hispidissimo, compresso, vaginato; spicis conjugatis ex axillâ terminali,

densis; bracteis viridibus, hispidis, acutis; spiculis 6-floris: floribus geminatis, pedicellatis e latere plano spicae; foliis oblongis, acuminatis, obliquis. *Graham Edinb. Philos. Journ.* 1825. *Octob. p.* 357.

Radix repens, multiceps. Caulis obliquus, pilis flavis, indivisis, scabris, singulis e punctis fuscis subracemosis. Folia plurimum radicalia; vaginae longissimae caulem et sese alternatim amplexantes, externe hispidissimae, sursum magis glabrae, apicem versus ciliatae; petioli compressi, apice articulati, fusci, scabri, sub geniculo sulcati; supra geniculum virides, compressi, laeves, glabri vel hispidiusculi; costa media teres, glabra, subtus prominens, venae parallelae. Spicae in axilla folii terminalis, pedunculo hispido, basi bracteis duabus inaequalibus vaginatis acuminatis, densae, altero latere planae, altero rotundae, bracteis magnis, hispidis, imbricatis; rhachi flexuosâ, dentatâ. Spiculae bracteis tenuibus pellucidis. Calyx triphyllus: foliolis externe hispidis, interne glabris, tenuibus, membranaceis, ovato-lanceolatis, acuminatis, appressis. Corollae limbus exterior tripartitus, calyci similis, sed latior, magis obtusus, inaequaliter insertus; interior tripartitus, purpureus, segmentis margine profundius coloratis, 2 unguiculis gracilibus, tertio unguiculo cylindrico faucem firmam flavam formante. Filamenta petaloidea, flava, bipartita, segmento majori stylum erectum, minori antheram gerente. Anthera singula pyriformis, sub apice affixa, latere fissa. Stigma tricorne, apice excavatum. Stylus grandis, compressus, uti stigma, decolor. Germen inferum, pilis sericeis. *Grah.* *Prope Rio de Janeiro Cap. Graham.*

Quid MARANTA *globifera Loddig. Catal.*?

n. 4. PHRYNIUM.

S. V. I. p. 559. *Mant.* I. p. 10. n. 1. PHRYNIUM *dichotomum.* Addatur synonymon:

CLINOGYNE *dichotoma Salisb. Ms.*

n. 7. HEDYCHIUM.

S. V. I. p. 19. *Mant.* I. p. 14. n. 1. HEDYCHIUM *coronarium.* Addatur synonymon:

Loddig. Bot. Cab. 507. C. a *Hoffmannsegg* 2. *Verz.*

Mant. I. p. 14. n. 2. HEDYCHIUM *coccineum.* Addatur synonymon:

Loddig. Bot. Cab. 705.

Mant. I. p. 16. n. 7. HEDYCHIUM *flavum.* Addatur synonymon:

Loddig. Bot. Cab. 604.

Addit. I. p. 71. n. 8. HEDYCHIUM *spicatum.* Addatur synonymon:

Hook. Exot. Fl. t. 45. *Loddig. Bot. Cab.* 653.

Addit. I. p. 71. n. 9. HEDYCHIUM *ellipticum Smith;* foliis elliptico-oblongis, acutiusculis, glabris; spicâ terminali,

nutante; bracteis unifloris; labello subintegro. *Smith in Rees Cyclop. Spreng. S. V.* 1. *p.* 9.

In Nepal.

n. 10. HEDYCHIUM *thyrsiforme Smith;* foliis oblongis; spicâ densâ, ovatâ; bracteis convolutis; labello denticulato; staminibus corollam superantibus. *Smith in Rees Cyclop. Spreng. S. V.* 1. *p.* 9.

In Nepal.

n. 11. HEDYCHIUM *heteromallum Ker;* foliis supra glabris, subtus pilis longis, sericeis; spicâ conicâ; floribus fasciculatis, geminis, approximatis; calycis laciniis exterioribus angustioribus, linearibus, involutis. *Bot. Reg.* 767.

Bracteae 3. Flores albi. Calyx 6-fidus, tubo cylindrico; pars interior limbi magis alba, bilabiata; unguis labii inferioris canaliculatus; lamina bipartita. Filamentum calyce longius. Anthera bilabiata. Stigma cyathiforme. Germen hirsutum. *In India orientali* ♃.

n. 12. HEDYCHIUM *gardnerianum Shepherd;* spicâ oblongâ; floribus numerosis, approximatis, patentibus, bracteâ arcte involutis; limbi laciniis 2 interioribus angustis, cuneatis, obtusis; labio concolore, bipartito, filamento breviore. *Bot. Reg.* 774.

Bracteae tubo calycis dimidio breviores. Labium ungue brevi canaliculato. Filamentum rubellum. Anthera lutea.

n. 13. HEDYCHIUM *carneum Lodd. Bot. Cab.* 693. et.

n. 14. HEDYCHIUM *flavescens Lodd. Bot. Cab.* 723. non vidimus.

n. 9. ALPINIA.

S. V. I. p. 19. n. 1. ALPINIA *racemosa.* Addatur synonymon: ETHANIUM *racemosum. Salisb. Ms.*

S. V. I. p. 20. n. 3. ALPINIA *occidentalis.* Addatur

Obs. ALP. *exaltata Meyer* cum? a *Sprengel S. V.* p. 14 huc ducitur.

S. V. I. p. 20. *Mant.* I. p. 17. n. 4. ALPINIA *Galanga.* Addatur synonymon:

GALANGA *officinalis. Salisb.*

S. V. I. p. 562. *Mant.* I. p. 19. n. 7. ALPINIA *nutans.* Addatur synonymon:

RENEALMIA *nutans Fort. Gart. Mag.* 4. *t.* 21.

Obs. Cls *Colla* in *hort. ripul.* p. 60. RENEALMIAM *nutantem Andr.* s. ZERUMBET *speciosum Wendl.* et *Pers.* omnino ab ALPINIA s. GLOBBA *nutante* diversam et Chinae indigenam dicit.

S. V. I. p. 563. *Mant.* I. p. 20. n. 9. ALPINIA *mutica.* Addatur synonymon:

RENEALMIA *mutica Salisb.*

S. V. I. p. 563. *Mant.* I. p. 21. n. 10. ALPINIA *calcarata.* Addatur:

Obs. Patria plantae hujus, in *Bot. Reg.* 421 depictae, China potius videtur clo *Salisbury*, quam Bengalia. *Sprengel* in *S. V.* p. 14 huc ducit ALP. *cernuam Her.* et GLOBBAM *erectam Redout.*, quam tamen sub GLOBBA iterum enumerat.

Mant. I. p. 23. n. 14. A. *tubulata Rosc.*; scapo radicali laterali; bracteis scariosis, corollam tubulosam subaequantibus; labello incluso. *Bot. Mag.* t. 2494. A. foliis alterne bifariis, remotissimis; scapo vaginato, laterali; bracteis communibus divaricatis, aridis, acuminatis, persistentibus; corollâ tubulosâ; labello incluso; antherâ sessili. *Bot. Reg.* 777. *N. Gart. Mag. T.* 15.

Folia vaginanter petiolata, elliptica, basi attenuata, apice breviter acuminata, plicato-striata, pedalia, dilute caesia. Scapus erectus, teres, glaber, 2-3 pedalis, basi vaginis imbricatis, ovato-ellipticis, obtusis, purpureis involutus, apice racemo simplici, multifloro, pyramidato terminatus. Flores patentissimi, pedicellati; pedicelli pollicares, teretes, glabri, rubelli; bracteae divaricatae, ovato-lanceolatae, acuminatae, striatae. Calyx tubulosus, sordide carneus, leviter curvatus. Corolla cinnabarina, laciniis subaequalibus, oblongis, obtusis, apice subreflexis. Propter inflorescentiam radicalem, corollam tubulosam, labellum minutum inclusum a ceteris *Alpiniis* recedit; an diversi generis? *Sims.* *In Demerary.* ♃.

Quid ALPINIA *erecta Loddig. Catal.*?

n. 10. ELETTARIA.

S. V. I. p. 22. *Mant.* I. p. 25. n. 1. ELETTARIA *Cardamomum.* Addatur synonymon:

CARDAMOMUM *officinale Salisb. Ms.*

Mant. I. p. 24. n. 3. ELETTARIA *Cardamomum medium* clo *Sprengel S. V.* p. 14. ALPINIA *media* est.

n. 12. ZINGIBER.

S. V. I. p. 565. *Mant.* I. p. 26. n. 3. Z. *Cassumunar.* Addatur synonymon:

ZINGIBER *luridum Par. Lond.* 119. AMOMUM *xanthorhiza Roxb. Ms.*

Obs. Cl. *Sprengel* in *S. Veg.* 1. p. 13. ZING. *purpureum Rosc.* iterum a Z. *Cassumunar Roxb.* sejungit, licet *Rosc.* ipse conjungit utrumque.

Quid ZINGIBER *chrysanthum Loddig. Catal.*?

n. 13. COSTUS.

S. V. I. p. 25. n. 2. Costus *arabicus.* Addatur synonymon: Costus *vaginalis* *Salisb. Ms.*

S. V. I. p. 25. n. 5. Costus *spiralis.* Addatur synonymon: Glissanthe *spiralis* *Salisb. Ms.*

Obs. Cl. *Sprengel S. V.* p. 13 huc ducit: C. *Ananduri* (anne *Anachiri?*) et C. *cylindricum* *Jacq.*

Quid Costus *lanatus* *Loddig. Catal.?*

n. 14. KAEMPFERIA.

S. V. I. p. 27. *Mant.* I. p. 32. n. 1. Kaempferia *rotunda.* Addatur synonymon:
K. *versicolor* *Salisb. Ms.*

S. V. I. p. 27. *Mant.* I. p. 32. n. 2. Kaempferia *Galanga.* Addatur synonymon:
K. *plantaginea* *Salisb. Ms.*

S. V. I. p. 569. *Mant.* I. p. 34. n. 4. Kaempferia *pandurata.* Addatur synonymon:
Loddig. Bot. Cab. 587.

Mant. I. p. 35. n. 5 a. Kaempferia *secunda* *Wall.* et n. 5 b. K. *linearis* *Wall.* a clo *Spreng.* in S. V. p. 13. Costus *secundus* et *linearis* dicuntur.

Quid Kaempferia *lanceolata* et *marginata* in *Loddig. Catal.?*

n. 15. AMOMUM.

S. V. I. p. 570. *Mant.* I. p. 36. n. 2. Amomum *angustifolium.* Addatur synonymon:
Marogna *paludosa* *Salisb. Ms.*

S. V. I. p. 570. *Mant.* I. p. 36. n. 3. Amomum *granum Paradisi.* Addatur synonymon:
Amomum *elatum* *Salisb. prodr.* Torymenes *officinalis* *id. Ms.*

S. V. I. p. 29 et 571. n. 9. Amomum *Afzelii.* Addatur synonymon:
Alexis *bifurca* *Salisb. Ms.*

S. V. I. p. 29. n. 9. Amomum *grandiflorum.* Addatur synonymon:
Alexis *grandiflora* *Salisb. Ms.*

n. 16. CURCUMA.

S. V. I. p. 572. *Mant.* I. p. 40. n. 1. C. Zedoaria certo est C. *aromatica* *Parad. Lond.* 119, monente ipso *Salisb.*

S. V. I. p. 573. *Mant.* I. p. 41. n. 2. C. *Zerumbet.* Addatur synonymon:

CURCUMA *officinalis Salisb. Ms.*

S. V. p. 574. *Mant.* I. p. 43. n. 6. C. *rubescens.* Addatur synonymon:

CURCUMA *longiflora Salisb. Ms.*

n. 17. GLOBBA.

S. V. I. p. 576. *Mant.* I. p. 46. n. 1. GLOBBA *marantina.* Addatur synonymon:

Loddig. Bot. Cab. 100.

S. V. I. p. 577. *Mant.* I. p. 46. n. 2. GLOBBA *bulbifera.* Addatur:

Obs. Cls *Sprengel* in *S. V.* 1. p. 15. GL. *bulbiferam Rosc.* et *sessiliflo-ram Sims* diversas species esse dicit.

Mant. I. p. 47. n. 5 a. GLOBBA *Careyana.* Addatur synonymon:

Loddig. Bot. Cab. 691.

n. 20. LOPEZIA.

S. V. I. p. 33. *Mant.* I. p. 49. n. 1. LOPEZIA *mexicana.* Addatur:

Obs. Cl. *Sprengel* in *S. V.* 1. p. 16. LOP. *cordatam Horn.*, *minutam* et *oppositifoliam Lag.* tanquam varietates ad *mexicanam* ducit.

n. 21. DEBRAEA.

S. V. I. p. 34. *Mant.* I. p. 50. n. 1. DEBRAEA *floribunda.* Addatur synonymon:

D. foliis ovatis cauleque subtus pubescentibus, floribus bracteatis. ERISMA *floribundum Mart.* et *Zucc. in litt.* DITMARIA *floribunda Spreng. S. Veg.* I. p. 16.

Flores flavi.

n. 2. DEBRAEA *violacea Mart.* et *Zuccar.*; foliis oblongis vel oblongo-lanceolatis, (obtuse) cuspidatis, utrinque glabris, remote costatis; bracteis deciduis; floribus nudis, speciosis, violaceis. *Mart.* et *Zuccar. nov. gen. et spec.* T. I. p. 137. t. 82. et his test. (fid. *spec. herb. Willd.*) QUALEA *calcarata Link Jahrb.* I. 3. *p.* 24. *S. Veg. ed nostr. Mant* I. *p.* 53.

Arbor 30 ped. et altior, trunco 6-12 poll. crasso, cortice cinereo-albo, laevigato, comâ ovato-globosâ; ramuli subteretes, subnodosi, cortice pallide cinereo-fuscescente, glabro, epidermide tenerâ, laevi, ferrugineâ; novelli subtetragoni, virides. Folia decussata, distantiâ 2-4 poll., breviter petiolata, apice attenuata, basi rotundata vel obsolete cordata, integerrima, laete viridiâ, supra nitida, nervo medio prae-

sertim subtus prominente mucronata, venisque lateralibus subparallelis venulosa, 3-12 poll., 2-5 poll. lata. Petioli vix ½ poll., semiteretes, superne plani, glabri. Stipulae breves, erectae, lineares, acuminatae, glabrae, persistentes, adultae subspinescentes atque introrsum curvatae. Panicula terminalis, erecta; rami trichotome ramulosi vel oppositi vel quaternatim verticillati, subfastigiati, brachiato-patentes, tetragoni, tenues, glabriusculi, purpurascentes, basi bracteis persistentibus, stipulis similibus, sed minoribus; divisiones primariae ramis articulatim insertae, basi bracteatae, 4-angulares; partiales non articulatae, compresso-subangulatae, pilis stellatis cinerascentes, basi a bracteis deciduis cicatrisatae. Pedicelli 1-flori subsecundi, brevissimi, basi cicatrisati. Calycis laciniae subcoriaceae, 4 inferiores ovato-lanceolatae, acutiusculae, integerrimae, planae, patentes, pilis brevibus, stellatis, caerulescenti-candicantibus; summa interior reliquis parum longior, subquadrato-vel rotundato-inaequaliter obcordata, sinu hiante angulis rotundatis, ceterum integerrima, extus, uti reliquae, pilis canescentibus, excepto alterius lobi apice calvescente, intus glabra, corollina, caerulea, maculâ oblongâ, flavâ in latere, cui stylus advertitur, et aliâ pilis longiusculis subcrispatis roseâ in parte versus antheram spectante; basi calcari cylindrico, obtuso, parum curvato, laciniâ breviore. Petalum calycis fundo insertum, unguiculatum, obovato-obcordatum, lobis aequalibus, caeterum integerrimum, glabrum, tenerum, violaceum, unguem longum latumque. Staminum sterilium rudimenta 2-3, rarius 4, minuta, linearia, compressiuscula, sursum parum dilatata, nonnunquam pilis nonnullis; filamentum filiforme, glabrum, stylum aequans, roseum; anthera erecta, oblongo-subcordata, antica, flavescens, connectivo parum crasso, planiusculo; locellis per paria dispositis. Ovarium calyci innatum. Stylus glaber. *Mart. et Zuccar.* *In sylvis udis insulae Marajó in Archipelago Paräensi, ad ostia fluminis Tocantins, praesertim in Tagipurú Brasiliae.* ♄.

Obs. Planta in *herb. Willd.* asservata, quam habitu Qualeam referre asserit *Link* (v. *S. V. ed. nost. Mant.* I. p. 53. Obs.), tertia hujus generis species videtur. *Zuccar. in litt.*

n. 22. CENTRANTHUS.

S. V. 1. p. 36. *Mant.* 1. p. 50. n. 1. Centranthus *ruber* Addatur:

Obs. Cl. *Sprengel S. V.* I. p. 16. Centr. *rubrum* et *angustifolium* in unam speciem conjungit.

n. 24. CUCULLARIA.

S. V. 1. *p.* 36. *Mant.* 1. p. 51. n. 1. Cucullaria *excelsa.* Addatur synonymon:

Vochysia *excelsa;* fol. oppositis, ovato-oblongis, cuspidatis, utrinque glabris; racemis terminalibus, subsolitariis; petalis inaequalibus, germinibus glabris. *Zuccar. in litt.* *et hoc teste* Vochysia *citrifolia Poir. Enc. Suppl. V.*

p. 491. CUCULLARIA *citrifolia. S. Veg. ed. nostr. Mant.* I. p. 52.

Mant. I. p. 51. n. 1. a. CUCULLARIA *tomentosa.* Addatur synonymon.

VOCHYSIA *tomentosa*; fol. oppositis etc. etc.; petalis inaequalibus. *Zuccar. in litt.* et hoc teste: CUCULLARIA *excelsa Vahl (excl. syn. Aubl.*, ut et in *Lam. Enc.* VIII. p. 681. excl. *ic. ill.*).

Mant. 1. p. 51. n. 1 b. CUCULLARIA *tetraphylla.* Addatur synonymon:

VOCHYSIA *tetraphylla*; racemis etc.; fol. etc., lineari-oblongis, acuminatis. *Zuccar in litt.*

Obs. Variat foliis quaternis et ternatis; calcar pedunculo parum brevius. An igitur a C. *excelsa* satis diversa? *E. Meyer in nov. act. Ac. nat. cur.* T. XII. p. 813.

Mant. I. p. 52. n. 5. CUCULLARIA *rotundifolia*; tota glaberrima; foliis ternis quaternisve, subsessilibus, e basi subcordatâ orbicularibus, emarginatis, glaucescentibus, coriaceis, firmis; racemis terminalibus, solitariis; ovariis glabris. VOCHYSIA *rotundifolia Mart. et Zuccar. nov. gen. et spec.* T. I. p. 140. *t.* 83.

Arbor humilis, ramulis elongatis, virgatis, teretibus, cortice cinereo-flavescente, glabro, apice angulatis, angulis a petiolis decurrentibus. Folia verticillata, approximata, ramos fere obtegentia, plerumque terna, brevissime petiolata, apice emarginata, caeterum integerrima, utrinque glabra, nervo medio subtus prominente venisque subapproximatis ope venularum reticulatim junctis, 1 $^1/_2$ poll. longa lataque. Petioli vix $^1/_2$ lin., incrassati, semiteretes, glabri, basi articulati. Stipulae minutissimae, triangulares, acutae, integerrimae, coriaceae, fuscae, deciduae. Racemi compositi, pyramidati, densi, rhachi angulatâ, glaberrimâ, 3-4 poll.. Pedunculi inferiores longiores, 4-6 flori, angulati, superiores sensim breviores, ultimis 1-floris, omnes ad pedicellorum insertiones bracteis deciduis. Pedicelli 1-flori, teretes, glabri, 3-4 lin.. Calyx basi suburceolata, coriaceus, flavus; laciniae 4 inferiores aequales, abbreviatae, ovatae, acutiusculae, tenuissime ciliatae, caeterum glabrae; summa multo longior, lineari-oblonga, obtusa, naviculari-concava, glabra, calcari cylindrico, obtuso, recto vel parum sursum curvato, glabro, lacinia ipsa duplo breviore. Corollae petala calyci infra lacinias inferiores inserta iisque opposita, tenera, flava: intermedium exterius lateralia amplectens, e basi lineari-subspathulatum, obtusum, integerrimum, utrinque glabrum vel apice parce ciliatum, carinato-concavum; lateralia dimidio fere breviora, inaequalia, lineari-oblonga, obtusa vel truncata, irregulariter subcrenulata et passim ciliata, plana. Stamen fertile calyci insertum, petaloque intermedio oppositum, deciduum; filamentum compressiusculum, intus canaliculatum, glabrum; antherae connectivum lineare, crassum, glabrum;

stamina sterilia squamulae petalis lateralibus oppositae, abbreviatae, plerumque calyce inclusae, ovatae, acutiusculae, rarius apice antherae rudimento lineari arido. Ovarium ovato-trigonum, angulis prominentibus, calyce inclusum, glabrum. Stylus cylindricus, glaber, rectus, post foecundationem excrescens et curvatus, sursum parum incrassatus; stigmate capitato subtrigono. Capsulae immaturae in racemo valde elongato, pedali, plures, plerumque solitariae, cernuae, ovato-oblongae, obtusae, trigonae, glabrae, granulato-verruculosae, olivaceo-virides. Semen erectum, oblongum, anguli centralis basi affixum. *Mart et Zuccar. In campis montanis territorii adamantum, e. g. in adscensu montis Itambé da Villa alibique in Provincia Minas Geraës.* ♄.

n. 6. Cucullaria *elliptica*; foliis oppositis, ternis quaternisve, subsessilibus, a basi cordatâ vel rotundatâ ellipticis obtusis, glabris, coriaceis, tenuiter venosis, glaucescentibus; racemis terminalibus, solitariis; pedunculis calycibusque pubescentibus; ovariis villosis. Vochysia *elliptica Mart. et Zuccar. nov. gen. et spec.* T. I. p. 141. t. 84.

Arbor 10-12 ped., trunco ramisque tortis, cortice cinereo-nigricante; ramuli ultimi teretes vel apice subangulati, angulis a petiolis decurrentibus, cortice tenui ferrugineo et epidermide solubili purpureo-fuscâ, superne virides, rore glauco. Folia subsessilia vel breviter petiolata, approximata et ramos fere obtegentia, oblonga vel elliptica, apice rotundata, emarginata, integerrima, firma, praesertim subtus rore glauco, nervo medio crasso, subtus valde prominente, saepius mucronata, venis approximatis, tenuibus, nonnunquam subobsoletis, 1-3 poll., 12-18 lin. lata. Petioli vix lin., semiteretes, glabri, basi articulati. Stipulae minimae, deciduae. Racemi compositi, subpyramidati, 4-6-poll.. Pedunculus communis erectus, strictus, angulatus, pilis brevibus, patentibus, subfulvis; partiales inferiores 2-3-flori, patentes, angulati, pubescentes, bracteis deciduis; superiores breviores, adscendentes, uniflori. Calyx extus pilis brevibus subfulvis flavus: laciniae 4 inferiores ovatae, obtusiusculae, ciliatae, coriaceae, 2 infimis parum majoribus; summa maxima lato-linearis, naviculari-concava, apice cucullata et in mucronem brevem parum aduncum excurrens, integerrima, coriacea, ante anthesin corollam amplectens, postea sursum patens, apice reflexa, calcari tenui, cylindrico, obtuso, sursum curvato, adunco, laciniâ ipsâ breviore. Petala caduca, abbreviata, calycis laciniâ antherâque plus quam duplo breviora; intermedium exterius parum longius, ovato-oblongum, obtusiusculum, integerrimum, glabrum, carinato-complicatum; lateralia lineari-oblonga, obtusa vel subtruncata, planiuscula. Staminis fertilis filamentum erectum, glabrum, angulatum, intus canaliculatum; antherae connectivum lineare, crassum, basi subcordatum, glabrum; sterilium rudimenta squamaeformia, obsoleta. Ovarium ovato-trigonum, pilis fulvis dense sericeo-villosum, triloculare. Stylus subtrigonus, sursum parum crassior, glaber, post foecundationem valde excrescens, calyce dimidio longior, apice curvatus. Stigma subtrigonum.

glabrum. Fructus? *Mart. et Zuccar* *In campis ultra* 3000 *ped. altis territorii adamantum, in monte Serra de Itambé* et *alibi in provincia Minas Geraës.* ♄.

n. 7. CUCULLARIA *Tucanorum;* foliis verticillatis (3-8), lanceolatis, oblongis vel obovato-oblongis, basi attenuatis, obtusis vel subrotundatis emarginatis, utrinque glabris, venis longe intra marginem combinatis remotiusculis; racemis terminalibus, solitariis, elongatis vel abbreviatis; calcari patente vel calyci appresso; ovariis glabris. VOCHYSIA *Tucanorum Mart. et Zuccar. nov. gen. et spec.* T. I. p. 142. — *α. fastigiata;* fol. ternis quaternisve, approximatis, lanceolatis; racemis abbreviatis, fastigiatis, simplicissimis, paucifloris; calcari sursum flexo, calyci appresso. *Mart.* et *Zuccar. l. c.* — *β. macrostachya;* fol. quaternis, oblongis vel obovato-oblongis; racemo terminali, solitario, composito, longissime attenuato; calcari sursum flexo. *Mart. et Zuccar. l. c.* — *γ. hexaphylla;* fol. 4-6, lineari-oblongis, basi longissime attenuatis; racemo terminali, longissimo, stricto; calcari deorsum patente, subrecto. *Mart. et Zucc. l. c.* — *δ. vulgaris;* fol. 3-6, oblongo-lanceolatis, utrinque attenuatis, emarginatis; racemo terminali mediocri, cylindrico, sparsifloro; calcari rectiusculo, deorsum patente. *Mart. et Zuccar. l. c.* p. 143. t. 85.

Planta per magnam Brasiliae australioris plagam propagata diversissimas formas induens, quas certe pro speciebus habebit, qui non e plurimorum speciminum comparatione earum polymorphiam observaverit. — *α.* Specim. in *herb. Sellow.* ex arbore juniore vel depauperata, vel mutilata. — *β.* In specim. in herb. *Sellow.* flores nondum aperti solito minores; racemus fere pedalis, longe attenuatus: flores plurimi subverticillati. — *γ.* maxima; racemus cylindricus, folia longiora, flores majores, quam in reliquis. — *δ.* Arbor 15-50-ped., cortice cinereo sublutescente; ramis patentibus; ramulis ultimis virgatis, 8-angularibus a petiolis decurrentibus, glabris, viridibus. Folia 3-4, rarius plura, distantiâ 1-3 poll., petiolata, lineari-oblonga vel e basi longe attenuatâ subspathulata, apice vel attenuata obtusa emarginata, vel rotundata retusa, integerrima, margine parum reflexo, laete viridia, subtus pallidiora, nervo medio subtus valde prominente, venosa, venis tenuibus, remote parallelis, 3-4-poll., 1 poll. lata latioraque. Petioli semiteretes, supra canaliculati, basi articulati, glabri, unguiculares vel pollicares. Stipulae minutissimae, subulatae, coriaceae, glabrae, deciduae. Racemi compositi, cylindrici, recti vel parum curvati, 4-8 poll., rhachi angulatâ, glabra, flavo-virescente, crassitie vix pennae Corvi. Pedunculi sparsi, vel inferiores subverticillati, erecto-patentes, stricti, angulati, glabri, longitudine aequales, summis tamen quidquam brevioribus, plerumque 2-3-flori; bracteis lineari-lanceolatis, acutis, deciduis; pedicelli 1-flori, teretiusculi, glabri, colorati, subunguiculares. Ca-

lycis laciniae 4 inferiores parvae, ovatae, obtusiusculae, tenuiter ciliatae, glabrae, coriaceae, flavae; summâ elongatâ, lineari-oblongâ, integerrimâ, carinato-concavâ, apice vel cucullato-connatâ acutiusculâ, vel liberâ obtusâ, coriaceâ, flavâ; calcari cylindrico, truncato, recto, descendente vel parum sursum curvato, ipsâ laciniâ parum breviore. Petala inaequalia, tenera, flava, decidua; intermedium extimum lineari-spathulatum, obtusum vel acutiusculum, carinato-concavum, glabrum praeter marginem apicem versus pilis albis longis ciliatum, antherâ brevius; lateralia dimidio fere breviora, inaequalia, ex ungue latiore lineari oblonga vel subspathulata, obtusa, glabra, apice subciliata. Stamen fertile petalo medio oppositum vel cum eo alternans; filamentum compressiusculum, glabrum, intus canaliculatum; antherae connectivum lineare, carinato-concavum, coriaceum, crassum, glabrum, ad locellorum margines ciliatum. Staminum sterilium rudimenta: squamae parvae, ovatae, membranaceae, petalis lateralibus oppositae. Ovarium parum obliquum, ovato-trigonum. Stylus adscendens, filiformis, glaber, valde excrescens, apice curvatus et subincrassatus; stigmate capitato-trigono. *Mart. et Zuccar.* *In sylvis campestribus Provinciarum Sebastianopolitanae, S. Pauli et Minarum.* — *γ. in Serra de Estrella prope Rio de Janeiro. Beyrich.* ♄.

n. 8. CUCULLARIA *rufa*; ramulis incrassatis, tomentosis; foliis verticillatis 4-8, petiolatis, oblongis, obtusis, subtus, praesertim junioribus, ferrugineo-tomentosis, venosis, reticulatis, coriaceis; racemis terminalibus, solitariis, longissimis, sparsifloris; pedunculis calycibusque tomentosis; ovariis hirsutissimis. VOCHYSIA *rufa Mart. et Zuccar. nov. gen.* et *spec.* T. I. p. 144. t. 86.

Arbor 15 ped. et altior; ramuli ultimi crassitie digiti, cortice suberoso, ferrugineo-fusco et epidermide rugosâ, fragili, cinerascente; novelli tomento tenui ferrugineo. Folia approximata, distantia $^1/_2$-1 $^1/_2$ poll., utrinque attenuata, nonnunquam subemarginata, integerrima, subundulata, juniora utrinque pube brevi stellatâ dense ferrugineo-tomentosa, adultiora supra vel utrinque praeter nervum medium calvescentia, aut subtus tomentosa, firma, nervo medio subtus valde prominente, venis subparallelis, parum infra marginem combinatis et venulis inter eas obsolete reticulatis; 6 poll., 2-3 fere lata. Petioli poll., teretiusculi, supra plani, subcanaliculati, basi subincrassati, articulati, juniores ferrugineo-tomentosi adultiores pube obliteratâ cinerascente. Stipulae minutissimae, deciduae. Racemi compositi, pedales longioresque, erecti, stricti, cylindrici. Pedunculus communis angulatus, angulis a pedunculis decurrentibus, crassitie pennae cygneae; partiales breves, subhorizontaliter patentes, angulati, tomentosi, subaequales, 3-5 flori; pedicelli breves, teretes, tomentosi, basi bracteâ parvâ, lanceolatâ, acutâ, tomentosâ, deciduâ. Calyx basi urceolatus, coriaceus, flavus, extus pilis simplicibus fulvis, intus glaber; laciniae inferiores 4 abbreviatae, ovatae, obtusiusculae; summa multoties longior,

oblonga, obtusa vel subemarginata, carinato-concava, intus glabra et nervis pluribus parallelis; calcari lacinia breviore, cylindrico, obtuso, recto vel parum curvato. Petala calyci infra lacinias inferiores inserta, brevia, subaequalia, glabra, non ciliata; intermedium lateralia amplectens, obovato-oblongum, acutiusculum vel obtusum, carinato-concavum; lateralia oblonga, truncata, omnia vix dimidiam antheram aequantia. Stamen fertile, infra petalum intermedium calyci insertum, deciduum; filamentum glabrum; antherae connectivum lineare, naviculari-concavum, apice cucullato-clausum, coriaceum, crassum, undique glabrum; stamina sterilia non observata. Ovarium ovato-subtrigonum, pilis sericeis, fusco-bruneis dense villosum; loculis 1-2 ovulatis. Stylus congenerum. Fructus? *Mart. et Zuccar.* *In Provinciae Minarum parte occidentali, versus confinia Prov. Goyazanae, ad Vào de Paranán, in campis.* ♄.

n. 9. CUCULLARIA *alpestris*; foliis oppositis, breviter petiolatis, ellipticis vel oblongo-ellipticis, rotundatis, emarginatis, utrinque glabris, tenuiter venosis; racemis terminalibus, solitariis, longis, cylindricis; ovariis glabris. VOCHYSIA *alpestris*. *Mart.* et *Zuccar. nov. gen.* et *spec.* T. I. p. 145. t. 87.

Arbor 15-25 ped., cortice laevigato, albo-cinerascente; ramulis ultimis teretiusculis vel angulis a petiolorum basi decurrentibus obsolete tetragonis, subvirgatis, cortice cinereo-fuscescente, glabris, novellis viridibus. Folia distantia 1-2-poll., obtusa vel rotundata, basi brevissime in petiolum decurrentia, integerrima, utrinque laete viridia, adulta coriacea, firma; nervo medio subtus valde prominente venisque tenuibus subparallelis intra marginem combinatis; 3-4 poll., 2 poll. lata. Petioli semiteretes, superne canaliculati, basi articulati, glabri, circiter unguiculares. Stipulae minutissimae, subdeltoideae, acutae, glabrae. Racemi compositi, $^1/_2$-1 ped.; rhachi subangulatâ, rectâ vel parum curvatâ, glabrâ, crassitie pennae Corvi. Pedunculi sparsi, approximati, erecto-patentes, angulati, glabri, 3-5-flori, subaequales; pedicelli 1-flori, subangulati, glabri vel sub lente tenuissime pubescentes, basi articulati et bracteâ minutâ, lanceolatâ, acutâ, membranaceâ, pubescente, deciduâ. Calyx basi urceolatus, coriaceus, flavus; laciniae 4 inferiores abbreviatae, obtusae vel acutiusculae, extus tenuissime pubescentes; summa multoties longior, lato-lineari-oblonga, sursum parum latior, naviculari-concava, obtusa, integerrima, glabra, calcari plerumque descendente, cylindrico, obtuso laciniâ ipsâ breviore. Petala ad basin laciniarum inferiorum calycis inserta iisque opposita, tenera, flava, decidua; intermedium extimum lateralia amplectens, parum longius, lineari-oblongum, obtusiusculum, naviculari-concavum, nervo medio subcarinatum, glabrum praeter pilos nonnullos apicem versus in margine patentes, antheram aequans; lateralia quartâ parte breviora, subspathulata, obtusa, plana, apice subciliata. Stamen fertile petalo intermedio oppositum, deciduum; filamentum tenue, compressiusculum, intus canaliculatum, glabrum; antherae connectivum subspathula-

tum, obliquum, apice cucullato-clausum, obtusum, carnosum, glabrum. Staminum sterilium rudimenta petalis lateralibus opposita, minuta, squamaeformia, lanceolata, acuta, glabra, calyce inclusa. Ovarium parvum, ovato-trigonum, parum obliquum in fundo calycis, glabrum, 3-loculare, loculis 1-2-ovulatis. Stylus cylindricus, sursum parum incrassatus, adscendens, serius longe excrescens, primum antherâ parum brevior, stigmate subcapitato-trigono, glabro. Capsulae immaturae plerumque solitariae, cernuae, ovato-trigonae, basi calycis parte infimâ persistente cinctae, glabrae. *Mart. et Zuccar.* *In collibus apricis siccis prope Villa Ricca et alibi in montibus et alpestribus Provinciae Minas Geräes.* ♄.

n. 10. Cucullaria *grandis;* foliis quaternis, petiolatis, obovato-oblongis, rotundatis vel subtruncatis, parum emarginatis, utrinque glabris, membranaceis, tenuiter venosis; racemis terminalibus, longis, cylindricis, aggregatis; ovariis glabris. Vochysia *grandis Mart.* et *Zuccar. nov. gen. et spec.* T. I. p. 146. t. 88.

Arbor ligno molli spongioso, 80-100 ped., basi 2-3 ped. in diametro, cortice fusco. Rami in comam hemisphaericam amplam expansi, teretes; ramuli plerumque terni, interdum 4 aut 2, juniores virides, adultiores fuscescentes, ultimi e petiolorum basi decurrente obsolete 8-goni, ad nodos incrassati, glabri, cortice tenui laevigato. Folia plerumque 4 verticillata, verticillis 1-2 poll. distantibus, basi cuneata, integerrima, laete viridia, nervo medio subtus valde prominente, venis approximatis, parallelis, intra marginem combinatis, venulis tenuissimis reticulata, 4-6 poll., 2-3 poll. lata. Petioli semiteretes, supra canaliculati, basi incrassata articulati, glabri, poll.. Stipulae minutissimae, subdeltoideae, deciduae. Racemi ex apice ramulorum plures, paniculatim aggregati, uno terminali, reliquis inferioribus axillaribus, quaternis, in verticillis saepius abortu unius alteriusve racemi incompletis, saepius pedales, compositi; rhachi angulatâ vel teretiusculâ, rectâ, glabrâ. Pedunculi erecto-patentes, compressiusculi, tenues, glabri, 3-4-flori, pedicelli 1-flori, glabri, basi bracteâ deciduâ. Calyx basi breviter urceolatus, coriaceus; laciniae 4 inferiores abbreviatae, ovato-suborbiculares, rotundatae, margine tenuissime ciliatae, caeterum glabrae, infimis 2 parum majoribus; summa multoties major, lineari-oblonga, obtusa et subemarginata, integerrima, naviculari-concava, coriacea, glabra; calcari descendente, cylindrico, deorsum attenuato, rectiusculo, laciniâ breviore. Petala infra calycis lacinias inferiores inserta, brevia, tenera, flava, glabra, integerrima; exterius intermedium lateralia amplectens, subquadratum, obtusum, concavum, vix dimidiam antherae partem aequans; lateralia parum breviora, oblonga, truncata vel obtusa, plana. Stamen fertile ut in congeneribus; filamentum antherae duplo brevius, tenue, glabrum, extus convexum, intus canaliculato-concavum; antherae connectivum breve, subspathulatum, naviculari-concavum, apice cucullato-clausum, obtusum, glabrum, carnosum, crassum. Ovarium inclusum, ovato-trigonum. Stylus subclavatus, obsolete trigonus, primum erectus, postea excrescens et parum

curvatus. Stigma capitato-subtrigonum, sublaterale. *Mart. et Zuccar.* *In sylvis primaevis prope Coarí et Ega, Provinc. Rio Negro, ubi Coari-uva dicitur.* ♄.

n. 11. CUCULLARIA *Haenkeana;* foliis quaternis, longe petiolatis, oblongo-lanceolatis, subcuspidatis, apice obtusiusculis, emarginatis, utrinque glabris, tenuiter venosis; racemis terminalibus, compositis, paniculatim aggregatis; ovariis tomentosis. VOCHYSIA *Haenkeana Mart.* et *Zuccar. nov. gen.* et *spec.* T. I. p. 147. t. 89.

Arbor; ramuli ultimi subteretes vel obsolete angulati, glabri, parum verruculosi, virides, crassitie pennae anserinae.. Folia verticillata, verticillis distantiâ 2 poll., apice attenuata, basi late cuneato-subrotundata, integerrima, laete viridia, nervo medio subtus valde prominente venisque tenuibus subparallelis intra marginem combinatis, 6 poll., 2 poll. et quod excedit lata. Petioli semiteretes, supra anguste canaliculati, basi parum incrassatâ articulati, glabri, stricti, sub 2-poll.. Stipulae minutissimae, subdeltoideae, acutae, coriaceae, deciduae. Racemi cylindrici, plerumque 5, 4 lateralibus circa 5tum verticillatim dispositis, fastigiati; rhachi basi teretiusculâ, sursum angulatâ, glabrâ, erectâ vel parum curvatâ, 8-12 poll.. Pedunculi subaequales, erecto-patentes, angulati, glabri, 2-3 flori; pedicelli 1-flori, angulati, glabri, unguiculares, basi bracteae deciduae cicatrice. Calyx basi urceolatus, coriaceus, flavus, laciniis valde inaequalibus: 4 inferioribus abbreviatis, ovato-subrotundis, tenuissime ciliatis, caeterum glabris; summâ multoties longiore, solito latiore, ovato-oblongâ, obtusâ, naviculari-concavâ, integerrimâ, glabrâ, margine tenuiter ciliatâ; calcari laciniâ breviore, conico obtusiusculo, parum curvato. Petala abbreviata, vix dimidiam antheram aequantia, glabra, tenera, flava; intermedium extimum lateralia amplectens parumque longius, oblongum, acutiusculum, carinato-concavum; lateralia parum angustiora, obtusa, venulosa, plana. Stamen fertile congenerum; filamentum canaliculatum; antherae connectivum lineari-oblongum, parum curvatum, naviculari-concavum, apice cucullato-clausum, obtusum, coriaceum, crassum, glabrum; stamina sterilia non observata. Ovarium inclusum, parum obliquum, ovato-subtrigonum, sericeo-villosum, triloculare; loculis 1-ovulatis. Stylus cylindricus, adscendens, glaber; stigmate subcapitato. *Mart. et Zuccar.* *In Peruvia Haenke.* ♄.

n. 12. CUCULLARIA *pyramidalis;* foliis oppositis quaternisve, e basi subcordatâ vel rotundatâ oblongo-lanceolatis, acuminatis, subtus costato-venosis, ramisque petiolis pedunculisque tenuiter cinerascenti-tomentosis; racemis solitariis pyramidatis; ovariis glabris. VOCHYSIA *pyramidalis Mart.* et *Zuccar. nov. gen.* et *spec.* T. I. p. 148. t. 90.

Arbor elegans, 20 ped. et major, cortice laevigato, cinereo-fuscescente; ramis in comam densam, late ovato-globosam expansis; ramulis ultimis subflexuosis, teretiusculis vel obsolete subtetragonis, cortice cinnamomeo-fusco, junioribus pilis adpressis cinereo-fuscescentibus dense tomentosis, adul-

tioribus calvescentibus. Folia opposita vel rarius 4, decussata, sed in ramulis versus solum vergentibus subdisticha, distantiâ 1-1 1/2 poll., petiolata, longe acuminata, acumine obtuso, per nervum medium prominentem mucronato, integerrima, supra glabra, lineis minutissimis punctisque impressis irregulariter subreticulata vel novella pubescentia, subtus nervo medio et venis subparallelis intra marginem combinatis valde prominentibus pilis brevissimis, nervum medium versus densius, cinereo-fuscescentia, subpulverulento-tomentosa, 4-6 poll., 2 poll. lata. Petioli unguiculares, semiteretes, supra canaliculati. Stipulae lineari-subulatae, integerrimae, utrinque tomentosae, membranaceae, deciduae. Gemmae axillares, perulatae, ovatae, tomentosae. Racemi compositi, erecti; rhachi basi teretiusculâ, sursum angulatâ, rectâ, strictâ, tenuiter pubescente, 4-8 poll.. Pedunculi sparsi, approximati, erecto-patentes, inferiores longiores, 6-10-flori, angulati, cicatrisati; superiores sensim breviores triflori, caeterum conformes; pedicelli subangulati, pubescentes, 3-4 lin. Calyx basi urceolatus, coriaceus, pilis brevibus sparsis pubescens; laciniae 4 inferiores abbreviatae, ovatae, obtusae, ciliatae, 2 infimis parum majoribus; superior multo longior, lineari-oblonga, obtusa, naviculari-concava, coriacea, glabriuscula; calcari cylindrico, obtuso, rectiusculo, laciniâ parum breviore. Petala inaequalia, tenera, flava; intermedium lateralia amplectens, lineari-oblongum, obtusiusculum, naviculari-concavum, subcarinatum, integerrimum, extus praesertim dorso sericeo-pilosum et ciliatum; lateralia tertiâ parte breviora, subcuneata. truncata vel rotundata, rarius emarginata integerrima, apice pilis longis sparsis ciliata, medio dorso passim sericeo-pubescentia. Filamentum intus canaliculatum, glabrum vel margine parum ciliatum; antherae connectivum lanceolatum, naviculari-concavum, apice cucullato-clausum, obtusum, coriaceum, crassum, extus glabrum, intus ad locellorum valvulas dense ciliatum. Staminum sterilium rudimenta: squamae parvae, lanceolatae, petalis lateralibus oppositae. Ovarium in calyce obliquum, ovato-trigonum, glabrum. Stylus glaber; stigma trigonum. *Mart. et Zuccar.*. *In campis siccis inter Sette Lagoas et Vão do Paranan, Provinciae Minas Geraës in Confiniis Prov. Goyazanae.* ♄.

n. 13. CUCULLARIA *floribunda*; foliis oppositis ternis quaternisve, oblongis, cuspidatis, subtus costato-venosis et ad venas strigulosis, scabriusculis; racemis terminalibus, aggregatis; calycis calcari brevi, recto, conico; ovario glabro. VOCHYSIA *floribunda Mart.* et *Zuccar. nov. gen.* et *spec.* T. I. p. 149. t. 91.

Arbor 30 ped. et altior; ramuli ultimi oppositi vel verticillati, teretiusculi, erecti, stricti, cortice cinereo-fuscescente, glabro; novelli obsolete 4-goni, substriguloso-pubescentes. Folia 3-4, vel summa opposita decussata distantiâ circiter 2 poll., breviter petiolata, longe cuspidata, apice obtusa et nervo medio prominente mucronata, basi rotundata vel subcordata, integerrima, supra glabra vel novella laeviter pubescentia, subtus, praesertim in nervo medio et in venis parallelis intra

marginem combinatis valde prominentibus pilis brevibus striguloso-pubescentia et scabriuscula, membranacea, 4-6 poll., 2 poll. lata et latiora. Petioli vix 3 lin., semiteretes, subtiliter pubescentes. Stipulae subulatae, coriaceae, extus pubescentes, solito longiores, subpersistentes. Gemmae axillares vel terminales, squamis sub evolutione ramulorum persistentibus, stipulas referentibus. Racemi versus apices ramulorum paniculatim aggregati, inferiores axillares vel folio florali caulinis multo minore, quaternatim in verticillos 2-3, abortu saepius incompletos, dispositi: terminali vel 1, vel nullo, rarius omnes laterales, solitarii, oppositi in ramulis tenuibus, brevibus, laxiusculis; compositi, stricti, cylindrici, densiflori; rhachi subtetragonâ, pilis patentibus plus minus dense pubescente vel hirtâ, 3-6 poll., basi saepius bracteis verticillatis, figurâ et magnitudine stipularum. Pedunculi subverticillati vel sparsi, approximati, erecto-patentes, stricti, angulati, pubescentes, breves, inferiores saepius basi bracteati, 2-3-flori, summi 1-flori; pedicelli 1-flori, angulati, pubescentes, 3-4 lin., basi bracteâ minutâ, subulatâ, deciduâ. Flores minimi flavi. Calyx basi suburceolatus, coriaceus; laciniae 4 inferiores minutae, ovatae, obtusiusculae, extus, praesertim marginem versus, tenuiter pubescentes, infimis 2 parum longioribus, tandem deflexis, summa 4-plo longior, ovato-oblonga, obtusa, integerrima, naviculari-concava, extus parce pubescens, coriacea, calcari basi gibbo, conico, obtuso, recto vel parum curvato, laciniâ longiore. Petala calycis laciniam superiorem aequantia, stamine longiora, extus dorso sericeo-pubescentia, tenera, flava: intermedium exterius ex ungue lineari-ellipticum vel spathulatum, concavum, lateralia subbreviora, cuneato-spathulata, rotundata. Filamentum brevissimum, rectum, intus canaliculatum, margine ciliatum; antherae connectivum oblongum vel ellipticum, obtusum, naviculari-concavum, coriaceum, crassum, dorso lineis 2 pilosis, intus ad locellorum margines dense ciliatum; staminum sterilium rudimenta: squamae minutae, oblongae, intra petala lateralia. Ovarium minutum, ovato-trigonum, glabrum. Stylus brevis, adscendens, sarsum parum incrassatus, trigonus vel compressiusculus, bisulcatus, glaber, non excrescens; stigma subtriangulare, glabrum. Fructus immaturi, plerumque solitarii, patentes, oblongi, obtusi, trigoni, angulis rotundatis, glabri, basi calycis parte persistente cincti. Affinis VOCHYS. *guianensi Aubl.*, quae differt foliis apice non latioribus, subtus pubescentibus; racemis aggregatis; calycis calcari brevi, conico, suberecto: floribus minoribus. *Mart. et Zuccar.* *In sylvis primaevis ad Ega, oppidulum juxta fluvium Solimoës in Provincia Rio Negro.* ♄.

14. CUCULLARIA *ferruginea;* foliis oppositis, ovato-oblongis vel oblongis, acuminatis, supra glabris, subtus costato-venosis, nervo medio, venis venulisque interjectis reticulatis ramisque fusco-tomentosis: racemis terminalibus, erectis, strictis; calycis calcari adunco; ovariis glabris. VOCHYSIA *ferruginea Mart. et Zuccar. nov. gen. et spec.* T. I. p. 151. t. 92.

Arbor 20 ped. et altior; ramuli ultimi oppositi vel quaternatim verticillati, recti, stricti, obsolete subtetragoni, tomento denso, fusco. Folia decussata vel rarius quaterna, petiolata, nervo medio prominente mucronata, basi subrotundata, integerrima, subcoriacea, supra laete viridia, subtus nervo medio venisque parallelis in ipso margine combinatis prominentibus, venulis tenuibus dense reticulata atque in his omnibus pilis rectis nitidis fusco-tomentosa, caeterum glabriuscula, 4-6 poll., 2 poll. lata. Petioli semiteretes, superne canaliculati, tomentosi, 4-poll. Stipulae minutissimae, subulatae, deciduae. Racemi solitarii, compositi, cylindrici; rhachi subangulatâ, fusco-tomentosâ, 4-6 poll.. Pedunculi erecto-patentes, breves, aequales, 1-5-flori, angulati, tomentosi; pedicelli tandem 1-flori, angulati, glabriusculi, basi bracteae delapsae cicatrice notati. Flores parvi, majores quam in *floribunda*. Calycis coriacei, extus parum pubescentis, ignei, laciniae 4 inferiores abbreviatae, ovatae, acutiusculae, margine tenuiter ciliatae, infimis 2 parum majoribus, tandem subdeflexis; summa multoties longior, oblonga, carinata, naviculari-concava, obtusa et subcucullata, basi calcari ipsius longitudine, tereti, apice attenuato, obtuso, adscendente, adunco. Petala antheram subaequantia, igneo-flava; extimum infimum anguste oblongum vel subspathulatum, acutiusculum vel obtusum, medio dorso margineque pubescens, lateralia intermedium subaequantia, parum latiora, obtusa, caeterum conformia. Filamentum tenue, intus canaliculatum, ciliatum; antherae connectivum oblongum, obtusum, naviculari-concavum, cucullatum, coriaceum, extus glabrum, intus ad margines locellorum dense ciliatum. Staminum sterilium rudimenta squamaeformia, minima, intra petala lateralia. Ovarium ovato-conicum, trigonum, angulis rotundatis, glabrum, calycis basi persistente cinctum, oblongum. Stylus tenuis, glaber, vix excrescens. Stigma ovatum, acutum, uno latere compressum. *Mart. et Zuccar.* *In sylvis campestribus ad pagum Coari Provinciae Rio Negro.* ♄

n. 24 a. SALVERTIA.

Mant. 1. p. 52. n. 1. SALVERTIA *convallariodora.* Addatur synonymon:

S. fol. verticillatis, obovatis, obtusis, utrinque glabris, coriaceis; racemo terminali, solitario, maximo. *Mart. et Zuccar. nov. gen. et spec.* T. I. p. 153. t. 93.

Ex descr. a *Mart. et Zuccar.* datâ: Arbor 30-ped., comâ laxâ, subhemisphaericâ, ramulis ultimis incrassatis, crassitie poll., ligno molli, flavescente, pilis minutis subintricatis cinerascenti-pubescentibus. Folia obovata vel obovato-oblonga, rotundata vel subtruncata, basi cuneata vel subdecurrentia, subundulata et saepe ex parte complicata, coriacea, firma, 4-10 poll., 3-5 poll. lata. Petioli teretiusculi, superne subcanaliculati, basi subincrassatâ articulati, tomento testaceo, poll.. Stipulae caducae? Racemi compositi; rhachi erectâ, strictâ, flavescenti-testaceo-tomentosâ, 1-2 pedali. Pedunculi inferiores subirregulariter verticillati, superiores oppositi vel sparsi, remotiusculi, subhorizontaliter patentes, angulati vel subanci-

pites, fuscescenti-tomentosi, basi et ad pedicellorum insertiones bracteâ deciduâ, semivaginante, ovatâ, obtusâ, 3-5-flori; pedicelli uniflori, 2-6 lin., subarticulati, angulati, crassi, subclavati, bracteis 2 deciduis. Calyx basi suburceolatus, coriaceus, extus dense fulvo-testaceo-tomentosus; laciniae basi parum constrictae, integerrimae, extimae 2 laterales parum latiores, intus, exceptâ lineâ calvâ in medio, tomentosae; inferiores 2 interiores angustiores, concavae, subcucullatae, intus apice tantum pubescentes; summa intus glabra, calcari cylindrico, obtuso, semper laciniâ breviori. Petala patentia, oblonga, integerrima, utrinque glabra, tenera, nervo medio venisque radiatis percursa, alba, dein aurantiaca et marcida miniata, decidua. Stamen fertile calyci infra petalum inferius insertum eique oppositum, petala subaequans; filamentum breve, erectum, crassum, glabrum, sursum dilatatum in antherae connectivum lineari-oblongum, basi subcordatum, obtusum, naviculari-concavum, crassum, intus locellos gerens 4 per paria disjunctos lineares. Stamina sterilia plerumque 2, calyci infra petala lateralia affixa, parva, lanceolata, acuta, glabra, saepius appendice irregulari cordatâ, acutâ; rarius 4. Ovarium parvum, obliquum in fundo calycis, ovato-trigonum, dense sericeo-hirtum, triloculare. Stylus adscendens, glaber, parum excrescens; stigma antherae adversum, oblongum, glabrum, flavum. Fructus immaturus: capsula pyramidato-trigona, poll., tenuissime tomentosa.

n. 25. QUALEA.

S. *V.* 1. p. 36. n. 1. QUALEA *rosea.* Addatur synonymon:
Qu. *violacea;* fol. oblongis, utrinque attenuatis, glabris; racemis terminalibus, aggregatis; petalo integro, rotundato; calcari calyce breviore. *Mart. et Zuccar. Mss.*

Flores rosei.

S. *V.* 1. p. 37. n. 2. QUALEA *caerulea.* Addatur synonymon:
Q.; fol. oblongis, acuminatis, glaberrimis; racemis terminalibus, aggregatis; petalo emarginato-subbilobo; calcari calycem aequante. *Zuccar. in litt.*

Flores caerulei.

Mant. 1. p. 53. n. 3. QUALEA *calcarata* deleatur; est enim fid. *Mart. et Zuccar.* DEBRAEA *violacea.*

Mant. 1. p. 53. n. 4. QUALEA *Gestasiana A. St. Hil.*; petalo cordato; foliis lanceolatis, acuminatis, glabris; petiolis pedunculisque pubescentibus; calyce ciliato, laciniâ superiore emarginatâ. *Aug. St. Hilaire Vochisiées Mém. Mus.* VI. p. 254.

Arbor erecta, 100 ped., cortice cinerascente, fisso, ligno rubro, duriusculo. Rami e medio trunci, erecti, corymboso-ramulosi. Folia opposita basi stipulis caducis, ovalibus, acuminatis, integerrima, apice obtusa, nervis tenuibus nume-

rosis transversis parallelis. Racemi erecti, axillares, fragrantes, rari, pedicellis basi bracteis minutis. Calyx valde inaequalis, 5-partitus, viridi-flavescens, laciniis ovato-orbiculatis, obtusissimis; superiore majore, magis coloratâ, fere petaloideâ, tectâ duabus vicinis, basi venis purpureis. Petalum grande, cordiforme, crenulato-undulatum, sulfureum, medio purpurâ maculatum. Stamen purpureum, glabrum, uti stylus. Germen ovale, villosissimum. *In sylvis Tejuca prope R. Janeiro. Comes da Gestas.* ♄.

Obs. Cls. *Zuccarini* antequam descriptio *Qu. multiflorae Mart. et Zuccar.* apparuisset, in litteris nos monuit, *multifloram* eandem esse cum *Gestasiana*.

n. 5. QUALEA *multiflora Mart. et Zuccar.*; foliis oppositis ternisve, ovatis, lato-lanceolatis vel oblongis, acuminatis, supra glabris, subtus costatis, reticulatis, glabris vel pubescentibus; pedunculis pilosis; racemis axillaribus terminalibusque; florum verticillis distantibus; calycis foliolo summo truncato-emarginato; calcari ovarioque hirsutissimis. *Mart. et Zuccar. nov. gen. et spec.* T. 1. p. 134. — *α. glabra*; fol. angustioribus, utrinque glabris. *Mart. et Zuccar. l. c.* t. 80. — *γ. pubescens*; fol. latioribus, utrinque, praesertim subtus, pubescentibus. *Mart. et Zuccar. l. c.* p. 135.

Arbor 10-20 ped., interdum frutex, ramis tortuosis in comam subglobosam expansis, epidermide dilute fuscâ, verruculosâ. Ramuli teretes, vel subtetragoni, glabri, cortice fusco vel purpureo-fusco, longitudinaliter subruguloso. Folia decussata vel rarius alterna, breviter petiolata, lineari-oblonga, oblonga, lanceolata ovatave, semper apice attenuatâ, cuspidata, vel acumine obtusiusculo et nervo medio prominente mucronata, basi rotundata, integerrima, utrinque glabra, membranacea vel subcoriacea, nervo medio venisque plurimis approximatis parallelis supra concavo-, subtus convexo-lineata, venulisque tenuioribus inter primarias obsolete reticulata, 3-6 poll., 1-2 lata. Petioli 2-3 lin., semiteretes, glabri, basi articulati. Glandulae stipulaceae orbiculares, convexae, glabrae. Gemmae laterales oppositae, sessiles, perulatae, compressiusculae, ovatae, squamis membranaceis, aridis, glabris. Racemi compositi, erecti, rhachi subangulata, glabra, vel apice pilosiusculâ, 3-6 poll.; florum verticillis inferioribus remotis. Pedunculi partiales breves, superne subnulli, oppositi, terni quaternive, compresso-angulati, pubescentes, basi glandulis 2 et bracteis valde fugacibus, lanceolatis, acutiusculis, membranaceis. Pedicelli 1-flori, teretiusculi, 1-lin., villosi pilis patentibus subfulvis, basi bracteâ deciduâ, pubescente. Calycis foliola lateralia 2 extima reliquis duplo breviora, ovata, obtusa vel subquadrata, truncata et emarginata, integerrima, nervo medio carinata, sericeo-pubescentia, ciliata, intus glabriuscula, membranacea, tenera: infima 2 longiora, ovata, obtusa, concava; summum maximum subquadratum, naviculari-concavum, coloratum; calcari foliolo breviore cylindrico, apice subincrassato, truncato, curvato, pilis densis fulvis. Petalum toro insertum, magnum,

ungue crassiusculo, cuneato, satis longo, lobis rotundatis, tenerum, utrinque glabrum, undulato-crispum, nervo medio venisque lateralibus radiatim expansis percursum, ochroleucum, poll. longum latumque. Filamentum e toro proveniens, compresso-teres, sub fecundatione breve, erectum, stylo appressum, postea patens et una cum stylo elongatum, glabrum, virescens. Anthera parva, lineari-oblonga, acutiuscula, basi cordatâ, flava. Ovarium globoso-trigonum, pilis patentibus, densis, fulvis, triloculare. Stylus filiformis, glaber, stamen aequans. Fructus? β differt solum fol. pubescentibus. *Mart. et Zuccar.* *In campis montanis provinciarum Minas Geraës et S. Pauli, ubi Uvapuva do Campo seu Pao Terra nominatur.*

n. 6. QUALEA *ecalcarata Mart. et Zuccar.*; foliis lineari-oblongis, acuminatis, supra glabris, subtus costatis reticulatis subfulvo-pubescentibus; racemis lateralibus, subcorymbosis, paucifloris; calyce ecalcarato. *Mart. et Zuccar. nov. gen. et spec.* T. I. p. 131.

Arbor 20 ped., trunco torto, cortice cinereo, rimoso, suberoso; ramulis ultimis subtetragonis, cortice sordide fuscescente, pubescentibus. Folia opposita, decussata, 1 ½ poll. distantia, breviter petiolata, basi rotundato-cordata, integerrima, margine subundulata, coriacea, supra nitide viridia, nervo medio venisque approximatis parallelis immersis lineata et in his lineis tenuissime flavescenti-tomentosa; subtus nervo medio valde prominente, et in venis parallelis elevatis sordide ochraceo-flavescenti-pubescentia, ceterum glabra, 3-6 poll., 1½-2 poll. lata. Petioli semiteretes, supra parum canaliculati, pubescentes, 2-3 lin. Glandula in utroque petioli latere orbicularis, glabra, purpurascens, annulo elevato cincta. Gemmae solitariae vel geminae, perulatae, tomentosae. Racemi axillares terminalesque, oppositi, erecti, simplices. Pedunculus communis subtetragonus, molliter villoso-pubescens, 2-4 poll.; partiales 1-flori, oppositi, teretiusculi vel subangulati, pubescentes, basi bracteis 2 linearibus, angustis, acutis, integerrimis, pubescentibus, membranaceis et ibidem saepius glandulis minoribus quam in petiolis, 4-6 lin., primum nutantes, sub anthesi erecti. Calycis foliola extima 2 breviora, ovata, obtusa, integerrima, margine membranaceo-subundulata, medio coriacea, extus pubescentia, intus glabriuscula; reliqua interiora latiora, suborbicularia, rotundata, nervo medio prominente carinata, teneriora, flavescentia; summo ecalcarato. Petalum plerumque 1 ex inferiore floris parte, ungue brevi, crassiusculo; laminâ magnâ, orbiculari, integerrimâ, undulatâ, tenerâ, utrinque glabra, tenuiter venosa, ochroleucâ, diametro pollicari; rarius petala 2 cum stamine alternantia, ceterum non diversa. Stamen in floribus dipetalis semper 1, in monopetalis saepius 2, toro inserta; filamentum compresso-teretiusculum, glabrum, adscendens, sursum dilatatum in antherae magnae erectae connectivum crassum, acutiusculum, glabrum. Ovarium globoso-subtrigonum, tomentoso-hirtum. Stylus erectus, tenuis, subtrigonus, glaber; stigmate nonnunquam obsolete subtrilobo. Capsula convexo-trigona, obtusa, fere 3-poll., cortice crasso,

cinereo-fuscescente, glabro; valvulae ab apice ad basin usque dehiscentes, lanceolatae, acutiusculae, lignosae, extus corticatae, intus glabrae et laeves, vel transversim subundulato-rugulosae, stramineae; columna centralis solida, elongata, trigona. Semina in quovis loculo 20 et plura, sursum imbricata, erecta, inferiora irregulariter subrhombea, superiora saepius oblonga, compressiuscula, saepe abortu mutata in massam resinosam bruneam; testa chartacea, duriuscula, cinereo-brunea, antice extensa in alam lato-linearem, apice oblique truncatam, teneram, membranaceam, semine triplo longiorem, pallide flavescentem. *Mart. et Zuccar.* *In campis editis prope S. João d'El Rey et alibi in provincia Minas Geräes Brasiliae.* ♄.

n. 7. QUALEA *grandiflora Mart. et Zuccar.*; foliis lineari-oblongis vel oblongis, acuminatis, supra glabris, subtus costatis, reticulatis, pubescenti-tomentosis, nervis venisque glabrescentibus; floribus axillaribus terminalibusve, solitariis aut racemosis; calycis calcari elongato, acutiusculo. *Mart. et Zuccar. nov. gen. et spec.* T. I. p 135. t. 79.

Arbor 10-20 ped., ramis flexuosis, in comam subglobosam expansis, epidermide dilute fusca, verruculosa; ramuli, cortice cinerascenti-albido, glabro, longitudinaliter rimuloso et supra cum epidermide glabrâ, tenui, membranacea, solubili, atropurpureo-fusca, teretibus vel subtetragonis, novellis obsolete tetragonis, tenuiter pubèscentibus. Folia opposita, decussata, distantia 1 $^1/_2$-2 poll., breviter petiolata, lineari-oblonga vel subovata, basi vel attenuata, vel rotundata, plerumque obiter cordata, acuminata vel cuspidata, raro obtusa, integerrima, subundulata, coriacea, supra glabra exceptis lineis concavis pubescentibus; subtus in nervo medio venisque approximatis, parallelis, valde elevatis, reticulatis glabrescentia, ceterum tenuiter cinereo-tomentosa, 4-10 poll., 2-3 poll. lata. Petioli semiteretes, supra plani vel parum canaliculati, pubescentes, subtus convexi, 4-6 poll. Glandulae stipulaceae orbiculares, convexae, margine pubescentes. Gemmae ovatae, obtusae, perulatae, cinereo-pubescentes. Flores solitarii aut in racemis subsimplicibus, paucifloris verticillati, verticillis sub- 4-floris. Pedunculus communis tetragonus, tenuiter pubescens, 2-3 poll.; partiales breves, subtetragoni, sericeo-pubescentes, basi bracteis 2 lineari-oblongis, obtusis vel acutiusculis, integerrimis, membranaceis, extus cinereo-pubescentibus, intus glabriusculis, deciduis; glandulis 2 notati, 6-8-lin. Calycis foliola exteriora 2 lateralia reliquis breviora, ovata, obtusa, subundulata, coriacea, extus sericeo-pubescentia, intus glabriuscula; reliqua 3 majora ovata vel suborbicularia, obtusa vel saepius emarginata, complicato-carinata, teneriora praesertim intus colorata: summo latissimo basi in calcar cylindricum, tenue, rectiusculum vel apice curvatum, sericeo-pubescens, poll. producto. Petalum 1 ex inferiore floris parte, toro insertum, unguiculatum, orbiculare, subemarginatum, denticulato-undulatum, utrinque glabrum, tenerum, radiato-venosum, album, basi

flavum, 2 poll. latum, 1 1/2 poll. Stamen 1 juxta petalum toro insertum; filamentum teretiusculum, glabrum, adscendens, serius elongatum, calycem superans, viride; anthera maxima, cordata, acutiuscula, flava. Ovarium ovatum, sericeo-villosum, villis erectis, triloculare, ovulis biseriatis. Stylus simplex, filiformis, superne parum curvus, glaber, virescens. Stigma subcapitatum. *Mart. et Zuccar.* *In campis apricis montanis inter S. Pauli et Ypanema Provinciae S. Pauli, prope Villam de Campanha et vicum S. Gonzalo in Provinciae minarum parte meridionali.* ♄.

n. 8. QUALEA *parviflora Mart. et Zuccar.*; subpulverulento-tomentoso-incana; foliis oppositis alternisque, oblongis vel lineari-oblongis, obtusis vel acutiusculis, utrinque vel subtus tantum canescenti-tomentosis vel subglabris, costatis, reticulatis; racemis lateralibus vel terminalibus, nonnunquam subpaniculatis; calycis canescentis calcari patente, obtuso. *Mart. et Zuccar. l. c.* p. 135. — *α. tomentosa*, fol. utrinque molliter incano-tomentosis, adultioribus tandem supra calvescentibus. *Mart. et Zuccar. l. c.* — *β. glabrata*, fol. utrinque glabriusculis. *Mart. et Zuccar.* l. c. — *γ. discolor*, fol. supra glabris, subtus canescentibus. *Mart. et Zucc. l. c.* t. 81.

Arbor 15-20 ped., comâ densâ subglobosâ, trunco ramisque tortis, cortice suberoso, crasso, longitudinaliter rimoso, rugoso, cinereo; ramuli ultimi teretes vel subtetragoni, cortice minus crasso, cinereo, plerumque verruculis et cicatricibus exasperato, subdichotomi, novelli saepe graciles, elongati, obsolete subtetragoni, tenues, virescentes, pube tenuissimâ. Folia decussata, distantiâ poll., breviter petiolata, rarius ovato-oblonga, plerumque subemarginata, basi magis minusve rotundata et nonnunquam subcordata, integerrima, supra viridia, plerumque glabra vel novella tenuiter pubescentia, subtus pilis brevissimis stellatis in tomentum niveum vel canum junctis; nervo medio venisque tenuibus parallelis subtus valde prominentibus, 2-4 poll., 10-18 lin. lata. Petioli vix 3 lin., semiteretes, supra canaliculati, cinereo-pubescentes. Glandulae stipulaceae ut in congeneribus, sed minores et in ramulis pubescentes. Racemi solitarii vel oppositi ternive aut plures et quasi in paniculam pyramidatam congesti, plerumque simplices, floribus subverticillatis. Pedunculus communis subtetragonus, apice cinerascenti-pubescens, tenuis, attamen rectus, strictus, 3-8 poll.; pedicelli 1-flori tenues, filiformes, pubescentes, 4-6 lin., basi bracteâ parvâ, lineari-obtusiusculâ, ciliatâ, membranaceâ, deciduâ, fasciculatim e rhachi provenientes, fasciculis 3-6-floris, oppositis, subverticillatis, inferioribus plerumque foliis floralibus, caulinis minoribus. Calycis laciniae exteriores laterales multo minores, ovatae, acutiusculae, integerrimae, utrinque incano-tomentosae, reliquae majores, ovatae, obtusae vel truncatae, concavae, summa vix longiore, at multum latiore, teneriore, intus violaceâ, calcari cylindrico vel subclavato, parum curvato, laminâ breviore, cinereo-pubescente. Petalum caly-

cis fundo inter lacinias inferiores insertum; ungue cuneato, albido; laminâ tenerâ, undulatâ, utrinque glabrâ, violaceâ, basi albidâ, magnitudine figuràque petali maximi Violae *odoratae.* Stamen 1 ex imo calyce juxta petalum proveniens: filamentum subtetragonum, glabrum, pistillum aequans; anthera parva, oblonga, effoeta reflexo-subtorta. Stylus cylindrico-subtrigonus, glaber, rectus. Capsula junior epidermide tenerrimâ, papyraceâ, nutans in pedunculo lignescente, adulta poll. et longior, ovato-trigona, extus fusca, tuberculosa-scabriuscula, intus testacea, nitida; valvulis tenuioribus, ovatis, acutiusculis, concaviusculis. Semina in quovis loculo 4-6, lineari-oblonga vel lanceolata, membranaceo-alata, unguicularia. *Mart. et Zuccar.* *In vasta plaga Brasiliae australis in provinciis Minas Geraës, S. Pauli, Rio Grande do Sul et Cisplatina.* ♄.

n. 9. Qualea *verticillata Spreng.*; foliis oblongis, emarginatis, basi attenuatis, subverticillatis; corollâ subdipetalâ, inaequali. *Spreng. S. Veg.* I. p. 17.

In Brasilia. ♄.

Obs. Qualea *Perrini Spreng. l. c.* fide spec. ab ips. *Spreng.* non hujus generis, sed Leguminosa decandra est. *Mart. et Zuccar. in litt.*

n. 25 a. CALLISTHENE.

Mant. 1. p. 53. n. 1. Callisthene *major Mart. et Zuccar.* glabra; foliis ellipticis vel ovato-oblongis, acutis vel obtusis. *Mart. et Zuccar. nov. gen. et spec. pl. bras.* I. p. 124. t. 75.

Arbor 10-15 ped. et altior, cortice cinereo-fuscescente rimoso; ramis tortis, laxis; ramulis confertis, oppositis, teretibus, glabris, cortice cinereo-fusco, verruculis minutis albidis dense vestitis; novellis tenuissime pubescentibus, subtetragonis, virescentibus. Folia cum floribus erumpentia, approximata, opposita, subdisticha, brevissime petiolata, basi subcordato-rotundata, infima plerumque minora obtusa, saepius emarginata et mucronata, superiora majora acuta, omnia integerrima, utrinque glabra, laete viridia, nervo medio venisque tenuibus subparallelis ante marginem arcuatim inter se junctis percursa, unguem vel pollicem longa, 4-6 lin. lata. Petioli ½ lin., semiteretes, glabri. Stipulae minutissimae, ramentaceae, triangulares, deciduae, ad glandulas minutissimas convexas insertae. Flores axillares, solitarii, indeque per paria oppositi, distichi, erecti, breviter pedunculati. Pedunculi teretes, ad lentem tenuissime pubescentes, 2-3 lin., basi bracteâ minutissima deciduâ. Cal. extus ad lentem tenuissime pubescens, intus glaber; foliola 4 inferiora ovata, acuta, integerrima, concaviuscula, nervo dorsali subcarinata, evenia, membranacea, flavo-virentia, exterioribus 2 lateralibus sursum conniventibus minoribus; quintum superius plus quam 2-plo majus, lato-ovatum, obtusum vel acutiusculum, naviculari-concavum, nervo medio tenui apice prominulo, ceterum evenium, extus flavo-virescens, intus flavum lineolis rubentibus, basi in calcár brevissimum, obtusum, pubes

cens productum. Petalum unguiculatum, sursum extensum in laminam obcordato-bilobam, integerrimam, subundulatam, utrinque glabram, nervo medio excurrente mucronatam venisque tenuissimis parallelis percursam, pallide flavam, lineolis coccineis striolatam, 6 lin. latam, 4 lin. longam. Filamentum compressiusculum, glabrum, apice geniculatum (nec articulatum), ante anthesim stylo appressum, postea patens elongatum. Anthera linearis, connectivo cum filamento continuo, crassiusculo, carinato-concavo, supra locellos in globulum minutissimum producto. Ovarium ovato-globosum, magnitudine grani Sinapeos, sub lente tenuissime pubescens. Stylus filiformis, glaber, adscendens, filamento tenuior; stigma capitato-subincrassatum, viride. Capsula ovata, acutiuscula, magnitudine minoris nucis Juglandis, cortice fragili, crassiusculo, verruculoso, sordide cinereo-flavescente; valvulae a vertice ultra medium dehiscentes, ovatae, acutae, parum convexae, pergameno-coriaceae, extus cinerascentes verruculosae, intus stramineae, laeves, plerumque bifidae. Semina ovata vel ovato-oblonga, utrinque obtusa, saepius emarginata. Testa membranacea cinereo-fusca. *Mart. et Zuccar.* *In alta planitie Chapada do Paranan et in valle Vâo do Paranan in confiniis provinciarum Minas Geräes et Goyaz Brasiliae.* ♄.

n. 2. CALLISTHENE *minor Mart. et Zuccar.*; pubescens; foliis lineari-oblongis, obtusis, glanduloso-mucronatis. *Mart. et Zuccar. l. c.* p. 126. t. 76.

Arbor 15-20 ped., cortice laevigato, plumbeo, in ramos patentes valde ramulosos divisa; ramuli oppositi, subdistichi, teretes, cortice cinereo-fuscescente ruguloso, a foliorum lapsu cicatrisato, novelli subtetragoni, molliter villoso-pubescentes. Folia opposita, disticha, approximata, brevissime petiolata, apice nervo medio prominente glanduloso-mucronata, integerrima, tenuissime ciliata, suprà glabra vel juniora tantum tenuissime pubescentia, subtus in nervo medio venisque subreticulatim inter se junctis pubescentia, unguem longa, 3-4 lin. lata. Petioli brevissimi, pubescentes. Stipulae ut in C. *majori*. Flores axillares, solitarii, indeque per paria oppositi, breviter pedunculati. Pedunculi uniflori, teretes, pubescentes, vix 2 lin., ima basi bractea minutissimâ, lanceolatâ, pubescente. Calyx extus pilis brevibus patentibus tenuiter pubescens, intus glaber; foliola 4 inferiora ovato-lanceolata vel ovata, acuta, integerrima, ciliata, nervo medio subcarinata, venosa, concava, membranacea, pallide virentia, exterioribus 2 lateralibus sursum conniventibus dimidio fere brevioribus; quintum superius plus quam duplo longius, oblongum, obtusum, integerrimum, naviculari-concavum, tenerum, tenuissime venosum, ochroleucum, dorso virescens, basi in calcar bursaeforme, obtusum, parum curvatum, longius quam in C. *majori* excurrens. Petalum ungue cuneato, obcordatum, integerrimum, utrinque glabrum, tenerum, nervo medio in cordaturae angulo subprominente venisque lateralibus tenuibus, ochroleucum cum linea flava in medio. Filamentum album. Anthera caeruleo-cinerascens pistillumque plane ut in C. *majori*, sed, ut totus flos, duplo

minora. Capsula quadruplo minor. *Mart. et Zuccar.* *Cum priore in alta planitie Chapada do Paranan.* ♄,

n. 3. CALLISTHENE? *fasciculata Mart. et Zuccar.*; foliis ovato-oblongis, obtusis, subemarginatis, supra glabris, subtus villosis; floribus axillaribus, fasciculatis. *Mart. et Zuccar. l. c. p.* 126.

Folia quam in praecedentibus 4-plo majora, ovata vel ovato-oblonga, subtus molliter villoso-pubescentia, ciliata, 1 $^1/_2$ poll. longioraque, 10-12 lin. lata. Petioli vix 2 lin., villosi. Glandulae ad basin petiolorum minutissimae. Flores ex axillis foliorum vel infra axillas bini, terni pluresve subfasciculati. Pedunculi uniflori, tenues, pubescentes, 6 lin., basi bracteolati; bracteis lanceolatis, acutis, pubescentibus. Calycis foliola inferiora lineari-lanceolata, acuminata, pubescentia, extimis 2 lateralibus minimis, summo quinto ovato-oblongo, acutiusculo, tenero, extus pubescente, basi in calcar subulatum, pedunculum fere aequans extenso. Petalum congenerum, sed plus quam duplo majus, ochroleucum, Filamentum breve compressiusculum. Anthera linearis, elongata. Ovarium globosum, glabrum. Stylus filiformis, glaber, parum curvatus, stigmate subcapitato. An hujus generis, nam fructus deest. *Mart. et Zuccar.* *In Brasiliae deserto inter montem Serra de S. Antonio et flumen S. Franscisci, provinciae Minas Geräes.* ♄.

n. 25 b. AMPHILOCHIA.

Mant. 1. p. 53 n. 1. AMPHILOCHIA *dichotoma Mart. et Zuccar.*; foliis e basi rotundato-subcordatâ anguste oblongis, obtusiusculis, subtus pubescentibus. *Mart. et Zuccar. nov. gen. et spec.* T. I. p. 128. t. 77.

Arbor ramis teretibus, cortice cinereo-fusco, glabro, verruculis minutis albidis, dichotomo-decompositis, divaricatis; ramuli novelli subtetragoni, tenuissime pubescentes, virides. Folia opposita, decussata, breviter petiolata, integerrima, supra glabra, subtus ad nervum venasque prominentes dense reticulatim inter se junctas pilis brevibus simplicibus patentibus pubescentia et subcanescentia, coriacea, 2 poll., poll. lata. Petioli 2 lin. semiteretes, pubescentes. Glandula minuta, convexa, stipulae loco utrinque ad basin petioli. Florum racemi terminales, basi interrupti; floribus verticillatis, infimis 4-8-floris, axillaribus, unguem vel pollicem a se invicem distantibus, superioribus sensim magis approximatis sub 4-floris. Pedunculus tetragonus, pubescens; pedicelli brevissimi, teretes, pubescentes, basi articulati et bracteâ minutissimâ, ovatâ, obtusâ, deciduâ. Calycis foliola 2 extima ovato-suborbicularia, obtusa, ab utroque latere floris adscendentia indeque calcar folioli superioris obtegentia, aeque ac reliqua coriacea, margine membranaceâ, extus pubescentia, ciliata, intus glabra; inferiora 2 ovata, dimidio longiora; summum quintum inferiora subaequans vel parum longius, ovatum, integerrimum, margine membranaceo subrevoluto, naviculari-concavum, basi extensum in calcar brevissimum,

conicum, obtusum, extus sericeo-pubescens, intus glabrum, flavescens, reliquis purpurascenti-viridibus. Corollae petalum ex inferiore parte floris, calycis foliolis vix adhaerens, unguiculatum, ungue latiusculo subcarnoso, laminâ obcordatâ, integerrimâ, margine undulatâ, in basi crassiuscula supra maculâ caeruleâ notata pilisque brevibus sericeis barbatâ, venis inde excurrentibus percursa, tenerâ, sulphureâ. Stamen e thalamo juxta petalum, vix calyci adnatum; sterilium rudimenta nulla, vel varo 1 parvum; filamentum fertile subtereti-compressiusculum, glabrum, apicem versus attenuatum et parum inflexum, sub fecundatione calyce brevius, serius excrescens. Anthera cordata, obtusiuscula, connectivum crassum; locelli lineares, univalves, exteriorum valvulis extrorsum, interiorum introrsum dehiscentibus ita, ut anthera effeta bilocularis appareat. Ovarium ovato-subglobosum, hirsutum, 3-vel raro 4-loculare, loculis pluriovulatis. Stylus subtrigonus glaber, longitudine staminis, parum curvatus. Stigma terminale, capitatum, obsolete subtrilobum. Capsula magnitudine Amygdali minoris, ovato-trigona, obtusa; epicarpium crassum, extus glabrum, bruneum; valvulae pergamenae, extus glabrae, sordide stramineae, intus subtiliter sericeo-pubescentes, ovatae, acutiusculae. Semina? *Mart. et Zuccar.* *In Campis mediterraneis provinciae Minarum Brasiliae.* ♄.

n. 2. AMPHILOCHIA *cordata Mart. et Zuccar.*; foliis e basi profunde cordatâ subovato-lanceolatis, acutiusculis, utrinque glabris, glaucescentibus. *Mart. et Zuccar. nov. gen. et spec.* T. I. p. 129. QUALEA *cordata Spreng. S. V.* 1. p. 17. (fid. *Mart.*, qui fid. specim.)

Rami subdichotomi, glabri. Folia opposita, brevissime petiolata, praesertim subtus rore glauca; nervo medio venisque quam in A. *dichotoma* minus prominentibus, coriacea, glandulae loco stipularum minutissimae, orbiculares. Calycis foliola exteriora glabra, intus sericeo-pubescentia. Petalum obcordatum, utrinque, praesertim versus centrum, sericeo-pubescens, sulphureum, supra basi maculâ caeruleâ. Inflorescentia A. *dichotomae. Mart. et Zuccar.* *In Brasilia australi Sellow.* ♄.

n. 27. MANGIFERA.

S. V. 1. p. 37. *Mant.* 1. p. 53. n. 1. MANGIFERA *indica.* Additur synonymon:

Humb. et Bonpl. nov. gen. et. spec. red. Kunth. T. VII. p. 7. *Observ. d. Mangif. semine polyembryoneo, auct. Reinwardt in Nov. Act. At. Nat. Car.* T. XII. p. 341. (ubi etiam M. *Gandaria* adducitur, sed sine diagnosi).

Obs. MANGIFERA *racemosa Lam.* a clo *Decand. Prodr.* 2. p. 63. nomine HOLIGARNAE *longifoliae Roxb.* ad *Pentandriam* ducitur.

S. V. 1. p. 37. n. 4. MANGIFERA *axillaris.* Addatur.

Obs. Cls. *Kunth in Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec.* T. VII. p. 2. MANGIFERAM *axillarem Lam.* (nec? *Linn*) genus proprium esse dicit et nomine CAMBESSEDEAE sic exponit: Flores hermaphroditi. Cal. parvus, 5-

fidus, subregularis. Petala 5, sub disco inserta, sessilia, oblonga, revoluta, aequalia. Stam. 10, sub disco insertâ, corollâ dimidio breviora, subaequalia, patula, libera. Antherae biloculares, oblongae, cum filamento continuae, interne longitudinaliter dehiscentes. Discus orbicularis, ad ambitum 10-crenatus. Ovaria 5 vel 6, disco immersa, unum fertile; reliqua effeta, ad stylum redacta. Ovarium fertile, oblique ovatum, 1-loculare. Ovulum 1, podospermio longiusculo e fundo loculi orto sustentum, recurvatum. Stylus brevissimus. Stigma obtusum. Fructus drupaceus, parvus, ovoideo-subglobosus, compressiusculus; putamine osseo, monospermo, (teste *Lam.*). Cls *Decand. in Prodr.* 2. p. 63. *M. axillarem* nomine BUCHANANIAE *angustifoliae Roxb.* ad DECANDRIAM trahit. Familia TEREBINTHACEARUM, SPONDIACEIS affinior? Arbor (Indiae orientalis). Folia alterna, simplicia, integra, nervis subtransversis parallelis. Paniculae axillares, bracteatae. Flores parvi. *Kunth.*

n. 5. MANGIFERA *oppositifolia Roxb.*; foliis oppositis *Roxb. Cat. calc.* 18. *α.* dulcis. *β.* acida. *Roxb. In Pegu.*

n. 31. SALICORNIA.

S. V. 1. p. 38. *Mant.* 1. p. 54. n. 1. SALICORNIA *herbacea.* Addatur:

Obs. *Sprengel* in *S. V.* p. 18. *S. procumbentem Sm., acetariam Pall., prostratam Pall., pygmaeam Pall. et virginicam* L. cum S. *herbacea* conjungit. *Mert. et Koch in Röhl. Deutsch.* Fl. 1. p. 290. S. *procumbentem Smith*, fid. spec *Borrer.*, varietatem S. *herbaceae* dicunt in salsis siccioribus natam, ubi stamina 2 coaetanea. Cls. *Smith* vero in *Engl. Fl.* 1. p. 3. stamina 2, alterum altero praecocius, affirmat

S. V. 1. p. 39. *Mant.* 1. p. 55. n. 3. SALICORNIA *radicans.* Addatur:

Obs. Huc a clis *Mert. et Koch l. c.* trahuntur S. *herbacea Svensk Bot* t. 252? S. *virginica Scholl. barb. Suppl.* p. 1. S. *herbacea β Roth Fl. germ.*, sed omnia cum? Stamina semper 2. *Smith Engl. Flor.* 1. p. 3.

S. V. 1. p. 39. *Mant.* 1. p. 55. n. 6. SALICORNIA *indica.* Huc a *Spreng. l. c. trahitur* S. *Alpini Lag.*

S. V. 1. p. 40. *Mant.* 1. p. 56. n. 8. SALICORNIA *fruticosa.* Addatur synonymon:

SALICORNIA *macrostachya Moricand.* (fid. *Spreng. S. V.* p. 18.) S. *perennis Gouan.* (fid. *Mert. et Koch*). S. *europaea γ. Huds* 1. (fid. *Smith Engl. Fl.* 1. p. 3.)

Mant. 1. p. 57. n. 8 c. SALICORNIA *peruviana. Spreng. l. c.* cum? huc trahit S. *Neei Lag.*

S. V. 1. p. 40. *Mant.* 1. p. 58. n. 13. SALICORNIA *arabica* clo *Spreng. l. c.* HALOCNEMUM est, uti *foliosa.*

n. 32. HIPPURIS.

S. V. 1. p. 42. *Mant.* 1. p. 60. n. 2. HIPPURIS *maritima.* Addatur synonymon:

H. fol. quaternis-senis, ellipticis linearibusque, obtusis. *Reichenb. Ic. pl. rar. C.* 1. p. 71. t. 86. *Prytz. fl. fenn.* (qui etiam folia submersa spathulata vidit.)

n. 3. Hippuris *montana Ledeb.*; tenella, foliis senis, linearibus, acutis. *Reich. Ic. pl. rar.* C. I. p. 71. t. 86.

Habitus Galii. *Unalaschka.*

n. 33. ZOSTERA.

S. V. I. p. 42. *Mant.* I. p. 60. n. 1. Zostera *marina.* Addatur synonymon:

Smith. Engl. Fl. 1. *p.* 5. *Mert. et Koch. Deutsch. Fl.* 1. *p.* 280. *Hook. Lond. t.* 35.

In specim. e mar. baltic. (Zostera *oceanica Herb.*) fol. 2 1/2 ped., 3 lin. lata.

S. V. I. *p.* 42. *Mant.* I. *p.* 60. *n.* 2. Zostera *mediterranea a clo Spreng. S. V.* III. p. 897 nomine Cymodaceae *aequoreae König ad* Diöciam, Z. *ciliata* et *stipulacea* vero nomine Thalassiae ad Enneandriam ducuntur, ad quam etiam pertinent.

n. 37 a. LOZANIA *).

Additam. I. p. 75. n. 1. Lozania *Mutisiana.* Addatur synonymon cum?: Agardhia *cryptantha;* foliis ovatis, acutis, utrinque glabris, racemo terminali *Spreng. S. V. p.* 17.

n. 2. Lozania *grandiflora;* foliis cordato-oblongis, coriaceis, parallele venosis, subtus discoloribus, villoso-tomentosis; racemis verticillatis; floribus villosis; petiolis pedunculisque basi glandulosis. Agardhia *grandiflora Spreng. S. V.* p. 17.

In *Brasilia.* ♄.

*) Character generis a *Sprengel S. V.* p. 4. datus valde differt: *Cal.* 3-sepalus. *Cor.* 5-petala, revoluta. *Anthera* magna, bilocularis. *Drupa* ovalis, 3-locularis, 3-valvis. *Fam. Terebinthacearum?*

D I G Y N I A.

n. 37 b. H A L O C N E M U M.

Mant. I. p. 61. n. 1. HALOCNEMUM *strobilaceum.* Huc a clo *Spreng. S. V.* p. 19 trahitur SALICORNIA *mucronata Lag.* et *glauca Delile in Sieb. Herb.* Huic subjungatur:

n. 3. HALOCNEMUM *nodulosum Spreng.*; suffruticosum, erectum; foliis junioribus turbinatis, adultis alternis, subglobosis, semiamplexicaulibus, appressis; amenti squamis oblongis, glaucis *Spreng. S. V.* 1. p. 19. SALICORNIA *nodulosa Delile.* *S. strobilacea Sieb. herb.* fid. *Spreng.*

In Aegypto.

n. 38. C O R I S P E R M U M.

S. V. I. p. 45. *Mant.* I. p. 62. n. 3. CORISPERMUM *nitidum.* Addatur:

Obs. Differt a C. *hyssopifolio* nitore, ramulis glabris, foliorum mucrone minimo, nec ⅓ lin. et ultra; corollâ ovato-subrotundâ, nec cuneatâ truncatâ bifidâ; bracteis inferioribus foliaceis; fructu pluries longiore. *Besser in litt.*

S. V. I. p. 45. n. 4. CORISPERMUM *Redowski.* Addatur:

Obs. Corolla bifida. Stamen 1. Germen pilis furcatis hirsutum, junius stylorum basi rostratum, margine antico tunc alatum, adultius margine crispato crassiore. *Besser in litt.*

S. V. I. p. 45. *Mant.* 1. p. 62. n. 5. CORISPERM. *canescens* et n. 6. *intermedium Schweigg.* a *Spreng. S. V.* 1. p. 21. conjunguntur; a clis *Mertens et Koch in Röhl. Deutsch. Fl.* 1. p. 281. *C. canescens Kitbl.* et *C. squarrosum β, elongatum Hornem. Suppl.* cum? ad *C. intermedium* ducuntur.

Obs. In specim. nostr. C. *intermedii* a clo. *M. a Bieb.* et ad mare Balticlectis semina 2 lin., in *hyssopifolio* 1 lin. longa, quamvis *Link.* contrarium asserit. *Besser in litt.*

S. V. I. p. 46. *Mant.* I. p. 63. n. 7. CORISPERMUM *squarrosum.* Addatur synonymon:

C. *glomeratum Lag.* cum? (fid. *Spreng. l. c.*)

Mant. I. p. 64. n. 9. CORISPERMUM *glomeratum.* Addatur:

Obs. Monandrum, ecorollatum; fructus fere *hyssopifolii*, at magis obovatus et stylus basi unicus, in fructu longior. *Besser in litt.*

n. 39. C A L L I T R I C H E.

S. V. 1. p. 46. *Mant.* 1. p. 64. n. 1. CALLITRICHE *verna.* Addatur synonymon:

Smith. Engl. Fl. 1. *p.* 10. *Hook. Lond. t.* 127. *Hall. Helv. n.* 553. — τῳ β.: CALLITRICHE *aquatica β. Smith.*

Fl. Brit. 1. p. 9. — δ. *emarginata*; fol. omnibus remotiusculis, conformibus, apice emarginatis, non bifidis. *Bönnigh. Fl. monast. Prodr.* p. 272.

S. *V.* 1. *p.* 47. n. 2. CALLITRICHE *autumnalis.* Addatur synonymon:

Smith Engl. Fl. 1. *p.* 10 et hoc teste: C. *aquatica* γ. *Smith. Fl. Brit.* 1. *p.* 9. *Engl. Bot.* t. 722. *Hall. Helv. n.* 555.

TRIGYNIA.

---

n. 43. LACISTEMA.

S. *V.* I. p. 49. *Mant.* I. p. 66. n. 1. LACISTEMA *myricoides.* Addatur:

Humb. et *Bonpl. nov. gen. et spec. red. Kunth.* T. VII. p. 272. L. fol. ovatis, acuminatis, integerrimis vel obsolete serratis, utrinque glabris; petalis ovatis; stigmatibus 2 sessilibus. *Mart. et Zuccar. nov. gen. et spec.* T. I. p. 157.

Arbor 2 - 3 orgyalis, ramulis tereretiusculis, laevibus, glabris, junioribus pendulis. Folia alterna, petiolata, oblonga, acuminata, basi acuta et in petiolum decurrentia, integerrima, reticulato - venosa, epunctata, nervo venisque primariis subtus prominentibus, membranacea, glabra, supra satiate viridia, subtus pallidiora, 5 $^1/_2$ poll. 2 poll. lata. Petioli 5 lin., teretiusculi, interne canaliculati, glabri, basi articulati. Stipulae petiolares, geminae, oblique insertae, semiamplexicaules, in specimine nostro caducae. Amenta 7 - 10 in axillis foliorum fasciculato - congesta, sessilia, teretia, inaequalia, 3 - 6 lin., patula. Squamae creberrimae, valde approximatae, latissimae, rotundatae, membranaceae, concavae, integrae, margine sublacinulatae, glabrae, uniflorae. Flores sessiles sub squama occulti; ex superioribus nonnulli fertiles, reliqui abortientes, persistentes. Bracteae et calyx delapsa (?) in speciminibus nostris certe absunt. Nectarium cupuliforme, squamae parallele compressum, integrum, membranaceum, glabrum, squamâ multo brevius. Stamen 1 sub ovario ad latus ubi squamam spectat insertum, exsertum, squamam paulo superans, supra pistillum incurvum. Filamentum planum, lineare, glabrum, apice dilatatum et emarginato - bilobum, Anthera bilocularis, loculi utrique filamenti lobo adnati, elliptici, per rimam longitudinalem dehiscentes, glabri, aequales. Ovarium liberum, sessile, subglobosum, glabrum, uniloculare, nectarium aequans; ovula 3 - 6 parieti inserta, reniformi - sublunata, adscendentia. Stylus brevissimus. Stigma

minutum, trifidum, (4-fidum teste *Bonpl.*): laciniis subulatis, divergentibus. Fructus elliptici, sessiles, squamâ nectarii et stamine persistente suffulti, non umbilicati, laeves, glabri, 1 spermi, magnitudine grani Piperis; (fructus ovatus colore et firmitate illius Coffeae arabicae, irregulariter bivalvis, 1-spermus, semen testâ fragili obtectum, pulpae albae immersum teste *Bonpl.*) Semen immaturum ovatum. *Kunth.* *Prope urbem Popayam; in Brasilia aequatoriali prope Pará. Mart.*

Mant. I. p. 66. n. 2. LACISTEMA *Berterianum.* Addatur synymon:

L. fol. lanceolato-ellipticis, acuminatis, obsolete serratis, utrinque glabris; stylo basi simplici; stigmatibus 3 iterum divisis. *Mart. et Zuccar. l. c.* p. 158. L. *alterum. Spreng. S. V.* 1. *p.* 124.

n. 3. LACISTEMA *pubescens Mart. et Zuccar;* foliis oblongo-lanceolatis, acuminatis, subintegerrimis, supra glabris, subtus molliter pubescentibus; petalis linearibus, stylo simplici. *Mart. et Zucc. nov. gen. et spec.* T. I. p. 155. t. 94. et his testt: L. *oblongum*; fol. oblongis, integerrimis, venosis, nitidis. *Spreng. S. V.* 1. p. 124.?

Arbor 6-8 ped., erecta, trunco basi 2-3 poll. diametro; ramis rectangulo-patentibus, cortice cinereo laevigato; ramuli ultimi teretes, recti vel subflexuosi, cortice cinereo, glabro longitudinaliter ruguloso, novelli molliter pubescentes. Folia alterna, subdisticha, approximata, petiolata, basi subrotundata, apice acuminata vel subfalcato-disticha, integerrima vel rarius obsolete et remote subserrulata, supra laete viridia, nitida; novella parum pubescentia, subtus pallidiora subvillosa; nervo medio subtus prominente, venis distantibus, alternis, arcuatis, intra marginem subcombinatis, 3-5 poll.; 2 poll. lata. Petioli semiteretes, supra canaliculati, subtus convexi, pubescentes, 3-4 lin. Stipulae deciduae, lineari-lanceolatae, acuminatae, integerrimae, extus pubescentes, membranaceae. Amenta axillaria, sessilia, 10-20 vel plura, vel 5 in fasciculum s. capitulum hemisphaericum congesta, tenuia, cylindrica, $^1/_2$-1 poll., persistentia; floribus minutis densissime quadrifariam imbricatis rhachi plane abscondita, tenui, angulatâ, pubescente. Squamae 3, florem obtegentes, persistentes; infima exterior ovato-suborbicularis, acutiuscula vel obtusa, coriacea, margine membranacea integerrima vel subserrulata, concava, utrinque glabra, enervis, fusca; laterales sublongiores, lineares, acutae, integerrimae, glabrae, membranaceae, tenues, albae. Cor. infera, profunde 4-partita vel 4-petala, persistens; petala s. laciniae versus inferiorem floris partem magis approximatae, acutae, subintegerrimae vel remote lacinulato-serrulatae, glabrae, tenerae, albae, erecto-patentes, calycis squamas laterales subaequantes. Nectarii discus genitalia cingens, planiusculus, subcarnosus, in inferiore floris parte latior, glaber, petalis multoties brevior. Stamen 1, intra discum proveniens, hypogynum, persistens; filamentum erectum, teres, glabrum, longitudine petalorum.

apice bifidum, cruribus brevibus divergentibus, utroque in apice antheram gerente parvam, subglobosam, oblique transversim 2-valvem. Ovarium superum, ovato-subglobosum, hirtum, 1-loculare, pluriovulatum. Stylus erectus, teres, glaber, stigmatibus 3, brevibus, subinaequalibus, subulatis, patentibus. Capsula immatura stylo persistente coronata, obovato-subglobosa, substipitata, hirsuta, tandem glabrescens, rubro-fusca, 1-locularis, 3-valvis: valvulis coriaceis, ovatis, acutis, concavis, intus in placenta lineari per medium dorsum decurrente semina plura, praeter 1 plerumque, abortiva foventibus. *Mart. et Zuccar. In sylvulis densis udis umbrosis prope urbem Pará et prope villam Gurupá Provinciae Paráensis Brasiliae.* ♄.

Obs. Cl. *Sprengel* genus LACISTEMA ad *Diandriam Digyniam*, cel. *Martius* vero ad *Monadelphiam Diandriam* pertinere dicit. Char. gen. ex *Mart. et Zucc. l. c.* sequens: *Flores* amentacei. *Calycis* loco squamae 3. *Cor.* infera, 4-partita. *Nectar.:* discus carnosiusculus genitalia cingens. *Stamen* 1, hypogynum, apice bifidum, biantheriferum, antheris 1-locularibus. *Stylus* simplex vel nullus. *Stigmata* 2-3, subulata. *Caps.* 1-locularis, 3-valvis, abortu 1-2-sperma. *Semina* e dorso valvularum pendula, arillata.

n. 4. LACISTEMA *serrulatum Mart. et Zuccar.*; foliis lanceolatis, acuminatis, serratis, utrinque glabris; petalis linearibus; stylo simplici. *Mart. et Zuccar. nov. gen. et spec.* T. I. p. 156. t. 95.

Arbor 10 ped., trunco erecto, tereti, saepe ex eadem radice gemino, cortice cinereo; rami erecti: ramulis plurimis erecto-patentibus, subvirgato-fastigiatis, flexuosis, ad divisiones subincrassatis, cortice cinereo-fusco, glabro; novelli virides, glabri. Folia alterna, approximata, petiolata, subdisticha, patentia, plerumque subconvoluta, acuta, basi cuneato-attenuata, inaequaliter repando-serrata, basi apiceque integerrima, subcoriacea, supra obscure viridia nitida, subtus pallidiora, nervo medio venisque subtus parum prominentibus, 2 poll., 6-12 lin. lata. Petioli semiteretes, superne canaliculati, glabri, 2 lin.. Stipulae lineari-lanceolatae, acuminatae, integerrimae, membranaceae, glabrae, fuscescentes, deciduae, petiolo duplo longiores. Amenta axillaria, sessilia, 2-6 fasciculatim congesta, tenuia, cylindrica, subflexuosa, poll.; rhachi tenui, angulatâ, glabrâ. Flores sessiles, densissime quadrifariam imbricati, flavescentes. Calycis squama inferior et exterior suborbicularis vel late deltoidea, acutiuscula, integerrima, glabra, subcoriacea, concava; laterales lineari-subulatae, integerrimae, membranaceae, tenerae. Corollae laciniae fere ut in L. *pubescente*, sed minores, albae. Nectarii discus inaequalis in inferiore floris parte multo major subcarnosus, in superiore abbreviatus et vix conspicuus, nonnunquam (in siccis specim.) lobatus vel divisus. Filamentum abbreviatum, vix longitudine crurum longiorum et divergentium. Antherae in apice crurum globosae, 1-loculares, bivalves, flavae. Ovarium ovato-subglobosum, glabrum. Stylus teres, glaber; stigmatibus 3 subulatis divergentibus. Capsula basi flore persistente cincta, substipitata, obovato-subtriangularis, mucronata, glabra, rubens, 1-locularis, 3-valvis: valvulae coriaceae vel subcarnosae, a vertice deorsum dehiscentes, intus singulae placentam gerentes linearem. Se-

mina (abortu reliquorum) solitaria vel 2 in quavis capsula, subglobosa; arillo carnoso, completo, albo. *Mart. et Zuccar.* *In montosis siccis ad radicem montium tractus Serra dos Orgâos Provinciae Sebastianopolitanae Brasiliae.*

n. 44. DUFOUREA.

S. V. I. p. 49. n. 1. DUFOUREA *trifaria.* Addatur synonymon: TRISTICHA *trifaria Spreng. S. V.* I. p. 22.

S. V. I. p. 50. n. 2. DUFOUREA *alternifolia.* Huic subjungatur:

n. 3. DUFOUREA *hypnoides St. Hil.;* caule brevissimo, ramoso; foliis minimis, sparsis, ovato-triangularibus; pedunculis terminalibus, basi 2-spathaceis. *Aug. St. Hil. Mém. d. Mus.* T. X. p. 472.

ADDITAMENTUM II.

AD *MANTISSAM* II. *CLASSIS.*

CLASSIS II.

D I A N D R I A.

ORDO I. MONOGYNIA.

GENERA.

S. *V.* I. *p.* 53. *n.* 64. a. HEMIANTHUS.

Cal. tubulosus, limbo 4-dentato, latere inferiore fissus. *Cor.* labiata; labio superiore obsoleto, inferiore 3-partito: laciniâ mediâ ligulatâ, truncatâ, multo longiore, incurvo-adpressâ. *Filamenta* bifida, segmentis 2 antheriferis. *Stylus* bifidus. *Caps.* 1-locularis, 2-valvis, polysperma. *Sem.* ovalia, plana, nitida. *Nutt. Gen.* II. *p.* 42.

Fam. Lysimachiarum.

S. *V.* I. *p.* 53. *n.* 65. GALIPEA.

Obs. Sub hoc genere jungitur *a Jussieu*: Galipea *Aubl.*, *l. St. Hil.*, *DC.*; Cusparia *Humb.*; Bonplandia *Willd.*, *Rich.*, *Kunth*; Angostura R. et S.; Conchocarpus *Mik.*, *Nees* et *Mart.*; Aruba spec. *Nees et Mart.*; Ravia *Nees et Mart.*; Lasiostemon *Nees et Mart.*; Obentonia *Velloso.* sequ. charactere: Cal. brevis, cupulaeformis, 5-dentatus-fidusve. Petala 5 longiora, subinaequalia coalita conniventiave in corollam pseudo-monopetalam, subcampanulatam, tubo brevi saepius 5-gono, limbo 5-fido, patente. Filamenta corollae tubo adglutinata et ipso longiora (inclusa tamen), saepius complanata tomentosaque, nunc 5 aut rarius 6-8, e quibus 2-4 sterilia, nunc 5 omnia antherifera: antherae oblongo-cordiformes, rarius basi appendiculatae, post anthesin interdum revolutae. Ovaria nunc omnino inter se, nunc basi tantum connata, disco cupulaeformi cincta, glabra aut villosa. Styli 5 ex apice ovariorum orti, nunc omnino aut partim distincti, nunc saepius in unum coaliti, singuli stigmate obtuso terminati. Fructus abortu 1-2-capsularis.

Arbores aut saepius frutices. Folia alterna, nunc simplicia, petiolo infra apicem geniculatim incrassato, nunc ternata aut rarius quaternata quinatave, pellucido-punctata. Pedunculi (ramuli ?) axillares vel extra axillares; infra simplices, nudi, superius nunc in racemos simplices compositosve, nunc rarius in corymbos paniculasque divisi; pedunculis partialibus bracteatis, (bracteâ interdum foliaceâ), pedicellis brevissimis bracteolatis. Flores virescentes, albi vel subcarnei.

Species 15, unicâ Havannensis, caeterae Guianenses et Brasilianae intra tropicos. — Congener ex *St. Hil.* RAPUTIA *Aubl.* (*Sciuris Schreb.* non *Nees et Mart.* — PHOLIDANDRA *Neck.*) cui ex *Aubl.* (*Guy.* p. 670. t. 212.): cal. 5-fidus, brevis; corolla tubulosa, incurva: limbo erecto, 5-partito, inaequali, subbilabiato; filamenta 5 tubo inserta, eodem breviora, 3 sterilia, brevissima, 2 ad basin bisquamulosa, antherifera; ovarium 5-gonum, disco carnoso circumdatum; stylus subexsertus, apice in stigma crassiusculum inflatus; capsulae 2 coalitae, 1-spermae, introrsum bivalves. Frutex guianensis, aromaticum olens; foliis oppositis, ternatis, pellucido-punctatis; flores virescentes in spicis axillaribus, simplicibus, arcuatis distiche alterni. An reverâ species *Galipeae?* An genus distinctum GALIPEAM inter et MONIEHAM? posteriori affine corollâ bilabiatâ, inflorescentiâ; sed praesertim embryonis nudi cotyledonibus laevissimis, (ut videtur ex fig. 7, 8.): analysi recognoscendum. Character GALIPEAE e speciminibus siccis, ex *St. Hil. Pl. rem. Bres.* p. 129. t. 12, 13, 14, A, B, C, et *Richard Mem. Instit.* 1811. 2e *part.* p. 82. t. 10. — Petala nunc inter se, et cum filamentis inferius coalescunt, nunc saepius basi distincta, non nisi medio, ope filamentorum pilorumque dense intertextorum adglutinantur. Admodum variabilis filamentorum sterilium longitudo, nunc longiorum antheriferis, nunc breviorum. Antherae saepius loculis subinaequalibus latere arcuatae; in G. *febrifuga* seu CUSPARIA, inde TICOREAE simili, basi appendiculatae (ex *Richard*). — In eadem, eodem auctore, loculi ovarii 1-ovulati; ovulo appenso. — Embryo nudus, cotyledonibus conduplicatis, corrugatis, apice biauriculatis, radiculâ obliquâ, in G. *Fontanesiana* ab *Aug. St. Hil.* nobisque observatus; similis videtur quoque in G. *macrophylla* seu CONCHOCARPO, e descriptione *Mikanii. Juss.* Cls. *Aug. St. Hil.* in *Mém. d. Mus. Ann.* 5. *fasc.* 11. p. 281. et 389. sub GALIPEA conjungit: GALIPEAM et RAPUTIAM *Aubl.* et *Juss.*, BONPLANDIAM et GALIPEAM *Willd.* et *Rich.*, CUSPARIAM *Dec.*, OBENTONIAM *Velloz*, CONCHOCARPUM *Mich.*, RAVIAM et LASIOSTEMUM *Nees* et *Mart.*. SCIURIDES *Nees* et *Mart.* (nec *Schreb.*) illi sunt verae TICOREAE, ARUBAE *Nees* et *Mart.* vero ALMEIDAE. TICOREAM ipsam cum GALIPEA jungendam esse *Kunth* et *Rich.*, *St. Hil. ibid.* non consentit.

S. V. I. *p.* 55. *Additam.* I. *p.* 189. *n.* 76. a. WHITIA.

Calyx 5-fidus. *Cor.* infundibuliformis; tubo sursum ampliato, limbo 5-fido irregulari: laciniis 2 superioribus reflexis. *Stamina* 5, quorum 2 antherifera, 3 in fundo corollae minima, subulata, sterilia. *Capsula* baccata, elongata, siliquaeformis, dissepimenti carnosi lobis in margine revoluto seminiferis. *Semina* nuda, laevia (?), pulpâ tenui cincta. *Blume* in *Catal. Buitenzorg* 1823.

Fam. CYRTANDRACEARUM *Jack.* Genus intermedium CYRTANDRAM inter et DIDYMOCARPUM. CYRTANDRAE *carnosae tam* affine, ut potius generi huic inserendum. *Nees ab Esenb.* in *Bot. Zeit.* 1825. p. 118.

S. V. I. *p.* 57. *n.* 89. a. KARPATON.

Cal. adhaerens, 4-dentatus. *Cor.* tubulosa, limbo bilabiato-4-fido. *Antherae* distantes. *Stylus* sub labio superiore corollae situs. *Stigma* simplex. *Caps.* calyce coronata (unilocularis ?). 4-sperma. *Rafinesque Flor. Ludov.* p. 79.

Familia CAPRIFOLIACEARUM. Affine DIERVILLAE.

Mant. I. *p.* 68. *n.* 99 a. MILLINGTONIA.

Character genericus sic emendetur:

Calyx inferus, triphyllus, minimus. *Petala* tria. *Coronulae* lamellae 5, fornicatim conniventes et pistillum penitus obtegentes. *Stamina* 2, opposita, coronulae foveolis singula inserta, filamentis appendiculatis. *Antherae* transversim dehiscentes. *Nux* baccata (drupa?), monosperma, dissepimentis ad basin incompletis divisa. *Semen* suspensum podospermio in putaminis dorso carinato adscendente. *Perispermium* nullum. *Cotyledones* irregulariter plicatae. *Radicula* reflexa, flexuosa. MELIOSMA *Blume Catalog. Buitenzorg.* 1823.

S. V. I. *p.* 60. *n.* 108 a. REICHENBACHIA.

Cal. corollinus, tubulosus, 5-dentatus, inferus. *Stamina* hypogyna. *Stigm.* penicillatum. *Spreng. S. Veg.* 1. p. 28. Fam. NYCTAGINEARUM.

Obs. Ad DIANDRIAM a c^lo *Spreng.* in *S. Veg.* adhuc trahuntur: CORNUTIA L. (HOSTA *Jacq.*), PEPLIDIUM *Del.*, (cum LIMOSELLA *diandra* L.); CATALPA *Sims*, ANGURIA L., TRIADICA *Lour.*, DIDYMANDRA *Willd.*, PODOSTEMUM *Mich.*, CERATIOLA *Mich.*, SALIX L., LACISTEMA *Sw.*

SPECIES.

---

n. 46. BOERHAAVIA.

S. V. p. I. 63. *Mant.* I. *p.* 71. n. 1. BOERHAAVIA *erecta.* Huc a cl^o *Spreng. S. V.* p. 36. trahitur B. *paniculata Lam.* et *pulverulenta Dupuis.*

S. V. I. *p.* 64. *Mant.* I. *p.* 73. *n.* 3. BOERHAAVIA *decumbens.* Addatur synonymon:

B. *adscendens Willd.* (*fid. Spreng.* l. c.)

S. V. I. *p.* 65. *Mant.* I. *p.* 73. *n.* 6. BOERHAAVIA *hirsuta.* Addatur:

Obs. Cl. *Spreng.* S. V. p. 36. BOERH. *erectam Elliott.*, *discolorem Humb.*, *diffusam Willd.*, *repandam Willd.*, *viscosam Lag.*, *africanam Lour.* nomine B. *hirsutae* conjungit.

S. V. I. *p.* 65. *n.* 7. BOERHAAVIA *patula.* Addatur synonymon:

B. *obtusifolia Lam.* (*fid. Spreng.* l. c.)

S. V. I. *p.* 66. *n.* 15. BOERHAAVIA *excelsa.* Addatur synonymon:

B. *tuberosa Lam.* (fid. *Spreng.* l. c.)

n. 47. MAYTENUS.

S. V. I. *p.* 68. *Mant.* I. *p.* 75. *n.* 1. MAYTENUS *Boaria.* Addatur synonymon:

MAYTENUS *chilensis*; fol. elliptico-oblongis, basi attenuatis, apice acuminatissimis, margine serratis. *Decand. Prodr.* 2. p. 9. cui: *β. angustifolius*; fol. lanceolato-linearibus, angustis, elongatis. CELASTRUS *uncinatus Ruiz.* et *Pav. Fl. per.* 3. t. 230. f. A. Flores ad axillas conferti, breviter pedicellati. Caps. 1-rarius 3-valves. *Decand.*

Obs. Reliquas MAYTENI species (*M. octogonum, uliginosum, verticillatum*) sub CELASTRO exhibebimus; quum ipse *Decand.* l. c. moneat MAYTENUM *Molin.* aut genus male descriptum, aut omnino diversum esse.

n. 48. OLEA.

S. V. I. *p.* 70. *Mant.* I. *p.* 77. *n.* 5. OLEA *capensis.* Addatur synonymon:
Bot. Reg. 615. O. *emarginata Vahl.* (*fid. Spreng.* cui in S. V. p. 34.: O. *undulata* fol. oblongis, utrinque attenuatis, margine undulatis, subtus pallidis; ramis incanis, sparsim verrucosis, *Jacq.* species propria, a *capensi* distincta.)

S. V. I. *p.* 71. *n.* 9. OLEA *cernua.* Addatur synonymon:
NORONHIA *Binia Aub. Pet. Thouars* (fid. *Spreng.* S. V. p. 34.)

Quid OLEA *asiatica Hort. Angl.*

n. 51. PHILYREA.

Mant. I. *p.* 81. PHILYREA *obliqua.* Dele hic adnotationem ad citat. *Linkii:* „(qui vero ibidem cum *media* conjunxit.)"; quia, monente ill° C. a *Hoffmannsegg* in 2 *Nachtr.* p. 175. error typographicus tantum.

n. 52. NOTELAEA.

S. V. I. *p.* 75. *n.* 6. NOTELAEA *rigida.* Addatur:

Obs. Spreng. in *S. V.* p. 35. N. *rigidam* sine dubio ad N. *longifoliam* ducit. cui non assentire possumus; in specim. nostr. e *Nov. Holl.* quadrat enim omnino diagnosis manca N. *rigidae*, non vero illa N. *longifoliae*, in qua fol. subreclinata dicuntur. Nostra frutex erectus: ramulis rigidis, brevibus, oppositis, teretibus, apice subancipitibus, pube brevissimâ, ru̇fescente. Folia opposita, erecto-patentia, lanceolata, acuta, integerrima, margine incrassato paulum revoluta, subtus reticulato-venosa, pube brevissimâ, praesertim subtus et ad nervos, ½-1 poll., 3 lin.-½ poll. lata. Petioli 1-2 lin., dorso convexi, pubescentes. Gemmae axillares esquamatae, ovatis, acutis, rigidis, fuscis, pubescentibus, e quorum centro racemus parvus, petiolis quidquam longior. erectus, 6-8-florus; petiolo communi tereti, pubescente; partialibus teretibus, fuscis, pubescentibus, lin. longis. Calycis laciniae inaequales, brevissimae, obtusae acutaeque, glabra. Petala 4, per paria connata, ovata, obtusa, calyce 2-3 plo longiora, pubescentia. Filamenta brevissima; antherae magnae, 4 angulares. Ovarium ovatum, glabrum; stigmate bifido.

n. 55. SYRINGA.

S. V. I. *p.* 76. *Mant.* I. *p.* 84. *n.* 1. SYRINGA *vulgaris.* Addatur synonymon:
S. fol. ovato-cordatis, glaberrimis; ramificationibus inferio-

ribus paniculae 3-floris; corollis puberulis: laciniis obtusis; antheris fauce corollae insertis; stylo tubo breviore. *Opiz. Verzeichn.* p. 239. *Tratt. oestr. Flor.* t. 67. — β. flor. albis. S. *albiflora;* fol. ovato-cordatis, glaberrimis; ramificationibus inferioribus paniculae 1-floris; corollis glabris: laciniis obtusis; antheris supra medium tubo corollae insertis; stylo brevissimo. *Opiz.* l. c.

β differt thyrso minori et magis compacto; corollae laciniis magis obtusis, gemmis viridibus. Variat corollâ 5-6-12-fidâ. *Mert.* et *Koch. Deutsch. Fl.* p. 301.

S. V. I. *p.* 77. *n.* 4. SYRINGA *villosa.* Addatur synonymon: LIGUSTRUM *sinense Lour.* (fid. *Spreng.* S. V. p. 36.)

n. 60. JASMINUM.

S. V. I. *p.* 78. *Mant.* I. *p.* 85. *n.* 1. JASMINUM *Sambac.* Addatur synonymon τῳ β:
NYCTANTHES *Goa Hortul.*

S. V. I. *p.* 78. *n.* 3. JASMINUM *gracile.* Addatur synonymon: *Bot. Reg.* 606.

Mant. I. *p.* 86. *n.* 5 a. JASMINUM *laurifolium.* Addatur synonymon:
J. fol. simplicibus, oppositis, lanceolatis, acuminatis, trinerviis, coriaceis, lucidis; pedunculis terminalibus, 3-floris; sepalis 5-6 filiformibus; petalis 9-10 linearibus. *C. a Hoffmannsegg. 3ter Nachtr.* p. 44. et hoc teste: J. *lanceolatum H. Berol.*

Rami volubiles, teretes. Petioli breves, subtus nodoso-articulati. Lamina fol. 3-poll., 6 lin. lata. Pedunculi poll., supra medium bracteis 2 oppositis, et 2 aliis filiformibus retortis sub pedicellis lateralibus. Pedicelli poll. circiter, superne subincrassati, cum ovario sepalisque 3 circiter poll. violascentes. Cor. tubus striatus, violaceus, hinc inferne virens: laciniae eum aequantes, acuminatae, lin. circiter latae, supra albae, infra 1 tota, 1 longitudinaliter dimidio, reliquae vittâ aliquâ purpureae, 2 denique alba. Odor suavissimus. *C. a. Hoffmannsegg.*

S. V. I. *p.* 82. *n.* 20. JASMINUM *molle.* Addatur synonymon: *C. a Hoffmannsegg 3ter Nachtr.* p. 44. et hoc teste: J. *hirsutum ejusd. Verzeichn.* p. 57.

Herba tota, exceptâ corollâ, undique molliter breviterque hirta, aut dense cano-pubescens; foliis tamen inferioribus, praesertim supra, glabrescentibus. Folia suborbicularia, supra saturate, subtus laete viridia, poll. circiter longa lataque. Calyx subcampanulatus, 1 ½ lin. longus, laciniis (vix dentibus) ovatis, brevissimis. ⅓ lin.. Corollae tubus 5 lin., viridi-albus; limbus virenti-albus, 5 lin. diametr., circiter 7 (6-8) partitus: laciniis lineari-lanceolatis. Stylus tubum ½

lin. superans, virens, stigmate obsoleto. Odor mediocriter intensus, at suavissimus. *C. a. Hoffmannsegg.*

Mant. I. *p.* 91. *n.* 22 b. JASMINUM *paniculatum.* Addatur synonymon:

Loddig. Bot. Cab. 469.

S. V. I. *p.* 84. *Mant.* I. *p.* 92. *n.* 31. JASMINUM *humile.* Addatur synonymon:

JASM. *italicum Hortul.* secus *Colla hort. ripul.*

Mant. I. *p.* 93. *n.* 34 a. JASMINUM *revolutum.* Addatur synonymon:

Fortg. Gart. Mag. 4. t. 19. JASM. *triumphans Hortul.* et fid. *Bot. Reg.* 178. et *Spreng.* S. V. p. 33. JASM. *chrysanthum Roxb.*

Quid JASMINUM *Loudonianum Loddig. Catal. of Plants* et *C. a Hoffmannsegg* 2ter *Nachtrag*, p. 143, ubi caulis teres, volubilis; folia simplicia, plus minus subcordiformia aut ovata, glabra, obtusiuscula cum acumine reflexo, subcoriacea, poll. circiter longa dicuntur?

n. 63. VERONICA.

S. V. I. *p.* 87. *Mant.* I. *p.* 94. *n.* 3. VERONICA *foliosa.* Addatur

Obs. Wallroth in *Sched. crit.* p. 13. V. *foliosam Kitbl.* sic exponit: V. fol. ternis quaternisve ovato-oblongis, inaequaliter serratis; racemis elongatis laxis; pedicellis bracteas calycesque duplo superantibus, stylum aequantibus. *α. latifolia;* fol. ovatis. V. *nitida Ehrh. β. angustifolia;* fol. oblongo-lanceolatis, utrinque acuminatis. V. *spuria Linn Sp. pl.* ex loco nat. Thuring. *Spreng. Hal.* 6. t. 1. f. 1. *Burb. Hal.* 335. V. *spuria* L. vera differt ex ill. *Schrad.* mente praeter foliorum figuram generalem: pedicellis bracteas calycesque aequantibus styloque brevioribus. Cl. *Besser in litt.* monuit: V. *foliosae* ab ipsis auctt. *Wald.* et *Kitbl.* tribui „bracteas pedunculis plerumque longiores" a clo *Schrader* vero in *Veron Spicil.* (quem secutus est *Wallroth* l. c.) bracteas pedicellis 2-3 plove minores. Nos specimina genuina possidemus ex Hungaria, et culta, in quae utraque bractearum proportio quadrat.

S. V. I. *p.* 87. *Mant.* I. *p.* 94. *n.* 5. VERONICA *maritima.* Addatur synonymon:

V. racemis subspicatis, terminalibus; foliis ternis quaternis cuneatis, lineari-angustatis, argute inaequaliter serratis, subtus cauleque fibrilloso-puberulis; bracteis calycem cum pedunculo (sub anthesi et post eandem) aequantibus. *Reichenb. icon. pl. rar. t.* 35. V. *oxyphylla Stev.* (fid. *Spreng. S. V.* p. 71.)

Obs. „Duplices V. *maritimae* nomine nunc vago magis quam vero in hortis occurrunt species, quarum altera, me quidem judice, proles hybrida ex V. *crenulata* et nostra (*longifolia!*) matre in hortis nata; altera, ab utraque distincta ad V. *longifoliam Wahlenb.* proxime accedere videtur." *Wallr. Sched. crit.* p. 12.

S. V. I. *p.* 88. *Mant.* I. *p.* 95. *Addit.* I. *p.* 191. *n.* 6. VERONICA *spuria.* Addatur

Obs. Huc a clo. *Spreng.* l. c. instar synonymorum trahuntur: V. *nitida Link, australis Schrad.*, et *brevifolia M. Bieb;* instar varietatum vero: V. *foliosa W.* et *Kitbl.* et *amethystina Willd. Tausch* in *Ind. plant. h. Canal.* 1821. V. *spuriam Gmel. sib.* fid. specim. in herb

Com. a Sternb. nullo modo a V. *paniculata Hort.* differre dicit. Cl. *Lagasca* ad specimen V. *spuriae* verae ex horto Gottingensi, quod Londini cum suo contulimus, adscripsit: simillimum esse V. *paniculatae Pallas* in herb. ill. Com. de *Lambert.*

S. *V.* II. *p.* 89. *Mant.* II. *p.* 97. *n.* 11. VERONICA *elatior.* Addatur:

Obs. V. *exaltata Hort. angl.* non nisi caule superne triangulari foliisque glaberrimis, serraturis profundioribus a V. *elatiore* differre videtur.

S. *V.* I. *p.* 90. *Mant.* I. *p.* 98. *n.* 15. VERONICA *media.* Addatur synonymon:

V. *alternifolia Lejeune* (fid. *Mert.* et *Koch Deutsch. Fl.* p. 305.)

S. *V.* I. *p.* 91. *Mant.* I. *p.* 99. *n.* 17. VERONICA *longifolia.* Addatur:

Obs. Conf. *bot. Zeit.* 1824 No. 5. de formis speciei hujusce observationes B. de *Uechtritz.* *Sprengel* in *S. V.* l. c. V. *acutam* et *grossam Mart.*, *elatiorem Ehrh.* et *persicifoliam Link* hujus varietates dicit. τῷ α addatur: V. *Schreberi Baumg. Lips.* et V. *foliosa Spreng. Fl. hal.* (fid. *Mert.* et *Koch. Deutsch. Fl.* p. 306.) *Wallroth* in *Sched. crit.* sequentem V. *longifoliae* expositionem offert: V. fol. oppositis ternis quaternisve, ovato-lanceolatis, acuminatis, basi subcordatis, argute serratis cauleque tenuiter pubescentibus; floribus dense racemosis; pedicellis calyces capsulis minores aequantibus, stylo duplo brevioribus. V. *longifolia Schrad. Germ.* nec *Linn.* ex *Wahlenb.* (descript. fide.) V. *maritima auct. fl. germ.* et *Linn.* ex synon. α. *cordifolia;* fol. ovato-lanceolatis, basi cordatâ hiantibus, duplicato-inciso-serratis; petiolis cauleque submonostachyo pubescentibus: racemo denso, nubili pyramidato; bracteis filiformibus calyces superantibus. V. *grossa Mart.?* V. *longifolia* var. basi cordata. *Wallr. Ann. bot.*. *Buxb. hal.* 332. β. *salicifolia;* fol. oblongo-lanceolatis in basin ovatam desinentibus, acuminatis cauleque glabriusculis; racemo laxo cylindrico; bracteis pedicellos aequantibus. a. fol. inciso-serratis. *Clus. hist.* II. 52. *Moris. hist.* s. III. 22. 1. b. fol. serratis. V. *longifoliae* var. fol. angustioribus, basi ovatis. *Wallr. Ann. bot.* V. *longifolia Spreng. hal. t.* 1. *f.* 3. V. *maritima Linn. Sp. Pl.* ex synon. *Fl. dan.* t. 374. *Chabr. stirp.* 426. f. 5. ad sinistr. *Tabern. hist.* 773. *f.* 2. *opt.* γ. *tenuifolia;* fol. lineari-lanceolatis, serratis, in basin attractis. V. *spichta* var.: fol. ternis canaliculatis. *Spreng. hal.* 7.? *Chabr. stirp.* 426. f. 5. ad dextr.

S. *V.* I. *p.* 93. *Mant.* I. *p.* 99. *n.* 23. VERONICA *elegans.* Addatur:

Obs. *Wallroth Sched. crit.* p. 9: hanc cum? trahit ad V. *paludosam Lejeune;* „quae quidem" ut ait „ab indigenis recedit, ad alias autem in hortis cultas propius accedit, et in loco natali denuo et accuratius ob indolem polymorpham conferenda."

S. *V.* I. *p.* 93. *Mant.* I. *p.* 100. *n.* 24. VERONICA *spicata.* Addatur:

Obs. VER. *hybrida L.*, *elegans Dec.*, *Clusii*, *menthaefolia* et *Barrelieri Schott*, *orchidea Crantz*, *crassifolia Kitbl.* clo *Spreng.* l. c. merae varietates V. *spicatae* sunt! *Smith* in *Engl. Fl.* 1. p. 17. V. *spicatam* sic exponit: V. spicâ terminali; foliis solum ultra medium obtuse serratis, in petiolum attenuatis: radicalibus obovatis; caule adscendente, simplicissimo. *Linn. Sp.* Pl. 14. *Vahl. Enum. Engl. Bot.* t. 2. *Schrad. Germ. Fl. Dan.* t. 52. *Hall. Helv.* n. 542. *Vaill. Par.* 200. t. 33. f. 4. Excludit vero ic *Poit.* et *Turp.* tanquam ad V. *hybridam* spectantem. Cli *Mert.* et *Koch* in *Röhl. Deutschl. Fl.* p. 307. tres varietates enumerant, nempe: α. spicis solitariis. ad quam instar synonymorum ab illis ducuntur: *Schrad. Veron.* (excl. syn. V. *orchideae Crantz*), *Gmel. Bad.*, *Roth. Willd.*, *Engl. Bot.* et cum? *Fl. Dan.* t. 52. α. V. *pumila* δ *Presl. boh.* β. V. *spicata alpina Schmidt boh.;* caul. 2 poll., foliis magis glabris, acutiusculis, quam a

V. *Sternbergiana* differre dicunt. b. spicis pluribus. VERON. *Clusii Schott.? V. Sternbergiana Bernh.*, *V. squamosa Presl.*, *V. Barrelieri Auctor.* c. *hybrida;* caule suberecto; foliis radicalibus ovato-rotundatis, grosse crenatis: caulinis oblongo-ovatis, in petiolum decurrentibus; superioribus sessilibus, serrato-crenatis, scabriusculis; spicis pluribus; rhachi, bracteis calycisque laciniis glandulis sessilibus et petiolatis. *V. Clusii Schott?*, *V. menthaefolia Schott?*, *V. hybrida Krock.* *V. spicata Thom. sen.*. *Fl. Dan.* t. 52. *Cl. de Schlechtd.* in *Fl. Berol.* 1. p. 5. 2. varietates duas: *α monostachyam* et *β polystachyam* distinguit, et *V. Clusii Schott* fide specim *V. hybridae Schmidt* et permultorum specim. e variis regionibus certe ad *V. spicatam* spectare dicit; *V. menthaefolia Schott* vero fide specim. in *Herb Willd.* illi species vere distincta esse videtur. Cls. *Wallroth* porro in *Sched. crit.* p. 4. sequentes species conjungit sub *V. spicata;* caule adscendente foliisque utrinque pubescentibus, inferioribus oppositis in petiolum connatum desinentibus, caulinis superioribus sessilibus, alternis, sensim minoribus; laciniis calycinis oblongis, abbreviatis, capsulam subaequantibus; petalis lineari-lanceolatis, acuminatis; spicis imbricatis, cylindricis, terminalibus. A. *V. spicata legitima;* fol. oblongis in petiolum decurrentibus, crenatis, utrinque attenuatis, caulinis subconformibus angustioribus; caule superiore oligophyllo. *V. Barrelieri Schott.* in *S. V. ed. nostr.* p. 94. *Vaill. Par.* t. 33. f. 4. *Barrel. Ic.* t. 682. *α. hyssopifolia;* fol. linearibus, utrinque acuminatis, integris crenatisve, subapproximatis, caulinis conformibus, aequalibus, integerrimis; caule polystachyo. *β. persicifolia:* fol. inferioribus lanceolatis, in petiolum productis, acutis, parce remoteque crenatis; summis sessilibus integerrimis; caule polystachyo. B. *V. spicata hybrida;* fol. infer. ovatis, ex basi ovatâ abrupte petiolatis; caulinis oblongis, subintegerrimis; summis conformibus, sensim minoribus. *α. bugulaefolia;* fol. infer. ovatis subrotundisve, obtusissimis, dentatis, petiolo brevi dilatato suffultis, utrinque cauleque hirsutis. *β. bellidifolia;* fol. infer. ovalibus, petiolatis: caulinis oblongis utrinque attenuatis, integris dentatisve; caule rigidulo, polyphyllo, subramoso. *V. Clusii Schott* in *S. V. ed. n.* *Fl. Dan.* t. 52. (opt.) *V. incana Leyss. hal.* 1. p. 3. excl. syn. *Clus. hist.* I. 346. *f.* 2. *Moris. hist.* s. III. 22. 3. *γ. obtusiflora;* petalis obtusis, emarginatis; laciniis calycinis bracteisque oblongis; caule ramosissimo foliisque integerrimis glabriusculis. Specimen, quod nomine *V. spicatae ϑ glandulosae* a clo *Bessere Lithuania* possidemus, a reliquis varietatibus differt: caule basi valde ramoso, glaberrimo, superne bracteisque glanduloso-pubescentibus; foliis plerumque alternis glaberrimis; spicis pluribus, laciniisque corollae angustioribus.

S. V. I. *p.* 95. *Mant.* I. *p.* 100. *n.* 29. VERONICA *hybrida.* Addatur:

Obs. In *Smith. Engl. Fl.* I. p. 17. sic exponitur: V. spicâ terminali; foliis ellipticis, obtusis, inaequaliter obtuse serratis, infimis ovatis petiolatis; caule erectiusculo, subsimplici. *Linn. Sp. Pl.* 14. *Vahl. Enum. Engl. Bot.* t. 673. *Schrad. Germ.* V. *spicata Poit.* et *Turp. Par.* t. 19. *Barrel. Ic.* t. 682. (sec. *Schrad.*) Tota planta, praesertim calyx, magis pubescens quam *V. spicatae.* Spicae laterales plerumque 1-2. Folia infima petiolum versus abrupta; omnia latiora, potius elliptica, serraturis majoribus, numerosioribus, magis gramineo-viridia quam in *spicata.*

S. V. I. *p.* 97. *Mant.* I. *p.* 102. *n.* 37. VERONICA *incisa.* Adatur synonymon:

C. a Hoffmannsegg. 2ter *Nachtr.* p. 227.

Folia solitaria opposita vel in summo caule in comam congesta; inferiora oblonga, grosse obtusiuscule inciso-serrata, superiora ovata, pinnatifida, laciniis incisis, ultimis oblongis lanceolatisve. *C. a Hoffm.*

S. V. I. *p.* 99. *Mant.* I. *p.* 103. *n.* 43. VERONICA *saxatilis.* Adatur synonymon:

Loddig. Bot. Cab. 704.

S. V. p. I. 100. *n.* 44. VERONICA *Baumgartenii* nomine *petraeae* jungenda cum *petraea Steven.*

Obs. Cls. *Baumgarten* hanc Veronicas inter „*racemis terminalibus*" posuit; specimina a clo *Rochel* ex alpe Sarco Bann. vero *racemos* exhibent *laterales*. An ergo species distincta? An ludit racemis lateralibus et terminali? *Besser in litt.* Conf. *Obs.* ad V. *petraeam* n. 94.

S. *V.* I. *p.* 100. *Mant.* I. *p.* 103. *n.* 46. VERONICA *alpina*. Addatur synonymon:

Smith Engl. Fl. 1. p. 19, qui *Engl. Bot.* t. 484. et *Fl. Dan.* t. 16. hîc laudat; cli *Mert. et Koch Deutsch. Fl.* *Fl. Dan.* ad V. *alpinam* α trahunt.

S. *V.* I. 102. *Mant.* I. *p.* 103. *n.* 49. VERONICA *serpyllifolia*. Addatur:

V. *serpyllifolia* ϑ *italica*; fol. infimis cordatis, superioribus cordato-ovatis, omnibus crenatis; bracteis calycibusque pubescentibus, ciliatis. *Presl Fl. sicul.* 1. p. XXXIV.

Obs. Ill. *Smith* in *Engl. Fl.* p. 20. excludit in V. *serpyllifolia humifusa* s. *alpina Lightf.* descriptionem a *Lightf.* datam, utpote ex *Linn. Fl. Lapp.* excerptam, et ad V. *alpinam* veram spectantem. Cli *Mert.* et *Koch* in *Röhl. Deutsch. Fl.* 1 tantum V. *serpyllifoliae* varietates enumerant: α. fol. ovatis et cordato-ovatis. *Fl. Dan. Engl. Bot.* V. *neglecta Schmidt.* β. fol. ovato-rotundatis, caule quidquam pubescente. V. *tenella Schmidt.* V. *acinifolia Herbar.* et cum? V. *tenella All.* Clo *de Schlechtd.* in *Fl. berol.* 1. p. 7. V. *microphylla Kitbl.* et *ruderalis Vahl* hûc pertinere videntur.

Mant. I. *p.* 104. *n.* 49. a. VERONICA *herniarioides* a clº. *Spreng.* l. c. synonymon V. *alpinae* dicitur.

Mant. I. *p.* 104. *n.* 49 d. VERONICA *hirsuta*. Addatur:

Obs. An certe huc: VER. *hirsuta Hopkirk*; spicis lateralibus; pedicellis bracteis brevioribus; foliis elliptico-lanceolatis, quidquam serratis, pilosiusculis; caule adscendente; capsulis truncatis, indivisis. *Smith Engl. Fl.* p. 22. *Hopkirk Glott.* 9. *Hook Scot.* 6. et hoc teste: V. *setigera Don rare plants of Scot.* 4. V. *setigera*; caule repente; foliis ovatis, acutis, medio serratis, hirtis; racemis tenuifloris; pedicellis rectis, brevibus; capsulâ apice integerrimâ, stylo persistente coronatâ. *Spreng. S. V.* p. 73. Minutissima species, capsulis truncatis, indivisis, nec cordatis satis distincta; 2-3 poll., pubescens. Specimini emaciato V. *officinalis* similis, sed culturâ perstans. Folia petiolata, parva, angusta. Flores pallide caerulei, ad basin spicae remoti. Stigma capitatum. *Smith.* *In siccis in Carrick, Ayrshire Scotiae.* ♃.

Mant. I. *p.* 105. *n.* 53 a. VERONICA *undulata*. Addatur synonymon:

V. *indica Roxb. in litt.* (fid. *Spreng.* S. V. p. 73.)

S. *V.* I. *p.* 103. *n.* 55. VERONICA *macrocarpa* clº. *Spreng.* l. c. p. 74 eadem cum V. *salicifolia* est.

S. *V.* I. *p.* 104. *n.* 57. VERONICA *elliptica* a clº. *Spreng.* l. c. synonymon V. *decussatae* dicitur.

S. *V.* I. *p.* 105. *Mant.* I. *p.* 105. a. 62. VERONICA *Beccabunga*. Addatur:

γ. foliis integerrimis *Roth.* *de Schlechtd. Fl. berol.* 1. p. 12. cui: α *major*, ped. et altior; fol. magnis, ellipticis ovatisve, serratis; β *minor*, ½ ped., fol. parvis, elliptico-subrotundis, subintegerrimis.

S. *V.* I. p. 105. *Mant.* I. p. 106. n. 63. VERONICA *Anagallis.* Addatur:

η V. *Anagallis latifolia* Schultz *Fl. Starg. Suppl.* de Schlechtd. *Fl. berol.* 1. p. 12. cui: α *aquatica*, magna, caule toto erecto; β *terrestris;* parva, caule basi procumbente, radicante.

S. *V.* I. p. 106. n. 66. VERONICA *Parmularia* Tratt. vix a V. *scutellata pilosa* s. *Parmularia* Poit. et Turp. differre videtur.

S. *V.* I. p. 107. *Mant.* I. p. 106. n. 71. VERONICA *orientalis.* Addatur synonymon:

Loddig. *Bot. Cab.* 419.

S. *V.* I. p. 108. n. 72. VERONICA *parvifolia* clo *Spreng. S. V. p.* 74. varietas V. *orientalis* est.

S. *V.* I. p. 109. *Mant.* I. p. 107. *Addit.* I. p. 195. n. 75. VERONICA *austriaca.* Addatur:

Obs. Sub hac cls *Spreng.* l. c. conjungit V. *tenuifoliam* Stev., *polymorpham* Willd., *laciniatam* Mönch, *multifidam* Scop. et *Jacquini* Schott.; V. *multifidam* Jacq. vero ad *multifidam* M. Bieb. ducit. Cli Mert. et Koch in Röhl. *Deutsch.* Fl. p. 327. ad V. *austriacam* L. ducunt: V. *austriacam* Jacq. *Austr.* IV. t. 329. f. 5, Schrad. *Fl. Germ.*, Bess. *Fl. Gal.*, Lam. *Enc*, V. *multifidam* Schmidt et Scop. *Carn.*, V. *laciniatam* Mönch, V. *pinnatifidam* Pohl (non Lam.), V. *australem* β Linn., V. *orientalem* Vahl et Bieb. (cum?) et V. *polymorpham* Willd. *En. Suppl.* Ad V. *Jacquini* (*multifidam* Mert. et Koch) illis pertinere videtur: V. *Jacquini* Baumg.: V. *multifida* et *austriaca* Jacq. Austr. t. 329. f. 1-4., VER. *multifida* Linn. et cum? Scop. et Ait., V. *austriaca* Pers. et Bieb. (excl. syn. aliq.), V. *tenuifolia* M. Bieb., et V. *pilocarpa* H. *berol.*

S. *V.* I. p. 110. n. 79. VERONICA *Allioni* Vill. clis Mert. et Koch in *Deutsch. Fl.* p. 318. eadem cum V. *Allioni* Schmidt. et varietas V. *officinalis* videtur.

S. *V.* I. p. 110. *Mant.* I. p. 107. n. 80. VERONICA *officinalis.* Addatur synonymon:

Smith. *Engl. Fl.* p. 22. *Engl. Bot.* t. 765. T(?) γ: V. *Allioni* Hook. *Scot.* 7. (excl. syn. *fid.* Smith). V. *officinalis var. rigida;* foliis lanceolatis, acute, profunde et saepius duplicato-dentatis, lucidis, crassis, rigidis; pedunculis pubescentiâ flavâ; spicâ congestâ; capsulis magis cuneatis et minus crenatis quam in V. *officinali*, pilosiusculis. Graham. in *Edinb. Philos. Journ.* 1826. January. p. 180. ε flor. albis. ζ minor, fol. lanceolatis mollibus; racemo solitario, terminali. Opiz. in Mert. et Koch. *Deutsch. Fl.* p. 318.

γ. Forsan nova species; nam flores non vidimus. V. *Allionii* proxima; sed differt formâ, serraturâ, et rigiditate foliorum. Graham l. c. Prope Portree, Skye Scotiae. γ. caule, foliis calyceque glabriusculis, pedunculis pubescentibus, stigmate capitato, est mera varietas. V. *Allioni* vera differt

foliis glaberrimis, crassis, rigidis; spicis obtusis, densis, longe pedunculatis; floribus fere sessilibus, saturate caeruleis et praecipue stigmate truncato, nec capitato. *Smith.*

Obs. *Wallroth* in *Sched. crit. p.* 22. sequentes varitates enumerat: V. *officinalis;* fol. subobovatis, serratis; calycibus 4-partitis; caule inferne radicante; racemis axillaribus terminalibusque confertis: *α. sylvestris;* fol. obovatis, petiolatis, membranaceis, serratis; caulibus simplicibus, adscendentibus, inferne radicantibus, flaccidis. *Fl. Dan.* t. 248. *Blackw.* t. 143. *Tabern.* 772. *β. multicaulis;* fol. ovatis subsessilibus, serratis, subcoriaceis; caulibus ramosissimis, declinatis, undique procurrentibus ex geniculis radicantibus; pedunculis floriferis axillaribus, erectis. *γ. cæspitosa;* fol. ovatis, minoribus, rigidulis, rosaceo-congestis; caulibus praelongis stoloniferis.

S. V. I. p. 111. *Mant.* I. p. 108. n. 82. VERONICA *prostrata.*
Addatur:

Obs. Cli *Mert.* et *Koch* in *Röhl. Deutsch. Flor.* p. 323. nullam hujus varietatem adducunt, et lusum hujus merum foliis pectinato-laciniatis dicunt V. *prostratam,* v. *pectinatam* Opiz; *saturejaefoliam Poit.*, pariter *prostratae* lusum, fors V. *dentatae β,* arguunt. V. *prostratam* maxime affinem esse V. *latifoliae γ,* et V. *Schmidtii.* Si placet V. *prostratae* v. *pectinatam ε* ponere; tunc ζ erit V. *prostrata* v. *fragrans Opiz:* fol. magnis, latis, cordato-ovatis, grosse crenatis.

S. V. I. p. 113. *Mant.* I. p. 109. n. 88. VERONICA *latifolia.*
Addatur:

Obs. Cli *Mert.* et *Koch* in *Röhl. Deutsch. Fl.* p. 323. tres hujus nobiscum varietates distinguunt, quarum α nostra cum tota synonymia, cui ab illis adjungitur: V. *Teucrium Linn.* (fide *Wulf.* in *Fl. nor. Ms.*) et *Vahl* (quae infra n. 89.) V. *Teucrium β Roth. β:* (nostra β minor), cui ab illis jungitur V. *Teucrium Vest* et *Schmidt*, V. *Teucrium α Roth. γ* (nostra γ, sphalmate l. c. V. impressa), ad quam ab illis ducitur V. *Teucrium Willd. prodr. Berol.* et *prostrata Kunth* (nec Linn.) quae illis cum *Treviranо* vera V. *Teucrium. Sprengel S. V.* ad V. *latifoliam,* cum? licet, ducit V. *plicatam Pohl.*

S. V. I. p. 114. *Mant.* I. p. 109. n. 89. VERONICA *Teucrium.*
Addatur icon:

Loddig. Bot. Cab. 425.

Obs. *Wallroth* in *Sched. crit. p.* 13. sequentem hujus speciei expositionem offert: V. caulibus undique pubescentibus, inter racemos alares denuo frondescentibus; fol. sessilibus, obtusis, dentatis, variis: caulinis inferioribus ovatis, amplexicaulibus, latioribus: ramulorum alarium angustioribus: calycibus inaequaliter 5-partitis; stylis pedicellos aequantibus. A. V. *Teucr. latifolium.* a. fol. latioribus grosse dentatis, subrugosis: inferioribus basi dilatatâ subcordatis: caulinis ovatis. *α.* fol. integris. V. *latifolia α major Schrad. Germ.*, V. *latifolia Linn.* Sp. *Leyss. Hal.*, V. *Pseudo-Chamaedrys Jacq. Austr. Moris.* hist. s. III. 23. f. 10. *Clus. hist.* 1. 349. f. 1. *β.* fol. subrotundis laciniatis. V. *austriaca Quorund.* b. fol. exacte ovatis. *α.* apice obtusis. *Chabr. stirp.* 428. f. 5. *β.* acuminatis. V. *latifolia β minor Schrad. Germ.* V. *Teucrium Linn. Sp. Pl. Moris. Hist.* s. III. 23. f. 13. *Tabern. Hist.* 771. f. 1. c. fol. ovato-oblongis: *α.* major: a. fol. integris. V. *dentata Schrad. germ.* (excl. syn. *Schmidt*). *Moris. l. c. f.* 11. *Chabr. stirp.* 428. f. 4. *Tabern. hist.* 771. f. 3. *Clus. hist.* I. 349. *opt.* b. fol. laciniatis. V. *austriaca auct. quor.*, V. *polymorpha Willd., Moris.* l. c. f. 17. *β. minor.* V. *prostrata Auct.*, an *Linn.?*, *Moris.* l. c. f. 16. *Chabr. stirp.* 428. f. 2. *Clus. hist.* I. 350. *γ.* minima, fol. subintegerrimis; racemis paucifloris, subcapitatis. *Chabr. stirp.* 428. f. 6. B. V. *Teucrium angustifolium;* fol. linearibus: a inciso-serratis V. *Schmidtii S. V. ed. nostr.* V. *dentata Schmidt boh.*, (quam etiam *Sprengel* in *S. V.* p. 73. ad *Teucrium* duxit) V. *paniculata Sp. Pl.?* b. fol. subintegerrimis. V. *Teucrium angustifolium Dec. Fl. fr*, V. *saturejaefolia Poit.* et *Turp.* C. V. *Teucrium multifidum.* V. *austriaca Auct.* et *hort.* Conf. V. *Teucrium Tratt. Oestr. Flor. Fasc.* 10. *t.* 8. p. 68. n. 180.

S. V. I. p. 115. *Mant.* I. p. 109. n. 92. Veronica *Schmidtii.* Addatur:

Obs. Cli *Mert.* et *Koch* in *Röhling Deutsch. Flor.* p. 325. sub V. *Schmidtii* hanc omnino eandem dicunt cum V. *dentata Schrad.* (ex autopsia in *Herb. Schrad.*) et *Bernhard.* (fid. spec.), et cum V. *paniculata Willd. H. Berol.* (fid. Spec., nec tamen *Pallas.*), V. *Teucrio Hort.* (fid. spec.), et *Wahlenb.*. *Trattinik Oestr.* Fl. n. 180. p. 168. affirmat, div. *Schmidt* hanc eandem sibi esse professum, quae V. *Pseudochamaedrys Jacq.*, quam *Wulfen Fl. nor. Ms.* eandem cum *latifolia Jacq.* et *Teucrio Linn.* esse monet; divo *Wulfen* enim *urticaefolia Jacq. latifolia* Linn. erat.

S. V. I. p. 116. *Mant.* I. p. 110. n. 97. Veronica *Chamaedrys.* Addatur synonymon:

Engl. Bot. t. 623. *Fl. Dan.* t. 448. *Smith Engl. Fl.* p. 23. *Loddig. Bot. Cab.* 53; fol. varieg. V. *pilosa Willd.* (fid. *Spreng.* l. c.) In *fl. Cech.* hic trahitur V. *pilosa Schmidt* s. *plicata Pohl.*

S. V. I. p. 115. *Mant.* I. p. 110. n. 94. Veronica *petraea.* Addatur:

Obs. Ab hac non differe V. *Baumgartenii*, ill. M. a *Bieberstein* et *Steven* amicissimum *Rochel in litt.* et specimina sicca e Caucaso docuere.

S. V. I. p. 117. *Mant.* I. p. 111. n. 99. Veronica *stolonifera Lehm.*; racemis axillaribus; stolonibus reptantibus, hirsutis, pilis demum distichis; foliis petiolatis, cordato-ovatis, grosse serrato-dentatis; calycibus foliosis, capsulà longioribus. *Lehm. ind. sem. in hort. Hamb.* 1824. *collect.* p. 20.

In America septentrionali. ♃.

S. V. I. p. 118. *Mant.* I. p. 112. n. 103. Veronica *urticaefolia.* Addatur synonymon:

Mert. et *Koch. Deutsch. Fl.* p. 321, et his testt.: V. *latifolia Scop. Roth*, et fid. *Wulf. Fl. nor. Ms.*, etiam V. *latifolia Linn.*

S. V. I. p. 118. *Mant.* I. p. 112. n. 104. Veronica *montana.* Addatur synonymon:

Engl. Bot. t. 766. *Smith. Engl. Fl.* p. 23. *Column. Ecphr.* v. 1. 286. *t.* 288. (bona). *Moris.* s. III. 23. f. 15.

S. V. I. p. 118. n. 106. Veronica *distans.* Huc a clo *Spreng.* l. c. trahitur V. *arguta R. Brown.* (V. *Brownei nob.*) et V. *plebeia R. Br.*

S. V. I. p. 119. *Mant.* I. p. 112. n. 114. Veronica *verna.* Addatur synonymon:

Smith Engl. Fl. p. 26., qui V. *Bellardi* et *succulentam All.* etiam sine dubio huc trahit. de *Schlechtd. Fl. berol.* 1. *p.* 7. qui varietates sic exponit: *α. gracilis*; caul. stricto simplici, aut ramo uno alterove instructa; *β. virgata*;

caule stricto, a medio ramoso, ramis caule brevioribus; γ. multicaulis; caule a basi in ramos diviso, evanescente, ramis subaequalibus.

S. V. I. p. 120. *Mant.* I. p. 112. n. 115. VERONICA *digitata.* Addatur synonymon:

Reichenb. Ic. pl. rar. t. 36.

S. V. I. p. 120. n. 116. VERONICA *triphyllos.* Addatur: *Mert.* et *Koch Deutsch. Fl. p.* 537., quibus β. calycis foliolis tripartitis; γ. ramis patentibus; δ. pumila; V. *triphyllos collina Opiz.* de *Schlecht. Fl. berol.* 1. p. 8. cui: α. *simplex;* caule erecto, non ramoso; β. *vulgaris;* caule a basi ramoso; ramis patulis.

S. V. I. p. 121. *Mant.* I. p. 112. n. 117. VERONICA *hederaefolia.* Addatur synonymon:

Mert. et *Koch* in *Röhl. Deutsch. Fl. p.* 534. et his testt.: V. *cymbalarifolia Auct. plur.* — δ. V. *hederaefolia triloba Opiz;* fol. omnibus trilobis. — ε. fol. integris, dentatis, triangularibus. V. *lappacea Auctor.*

S. V. I. p. 121. *Mant.* I. p. 112. *Addit.* I. p. 195. n. 118. VERONICA *Cymbalaria.* Huc clo *Spreng. l. c. p.* 76. pertinere videtur V. *pumila Clarke* (*Clarkeana nob.*)

S. V. I. p. 122. *Mant.* I. p. 113. n. 119. VERONICA *peregrina.* Addatur synonymon:

Reichenb. ic. pl. rar. t. 36. (cui sequentes varietates: α. *integerrima* (V. *peregrina* L. et *romana Pohl.*); β. *subserrata* (V. *romana* L., *carnosula Lam.*; *caroliniana Walt.*, *peregrina Auct.*)

S. V. I. p. 124. *Mant.* I. p. 113. n. 127. VERONICA *praecox.* Addatur synonymon:

Poit. et *Turp.* I. t. 24. V. *acinifolia Roth.* (fid. *Mert.* et *Koch Deutsch. Fl. p.* 529.) V. *viscosa Kitbl. Rebent.* p. 5. (fid. *Schlechtd.* in *Fl. berol.* 1. p. 8.)

S. V. I. p. 124. *Mant.* I. p. 115. n. 128. VERONICA *acinifolia.* Addatur:

Cll *Mert.* et *Koch* l. c. dubitant V. *acinifoliam* veram in Germania provenisse; quia specimina omnia hoc nomine missa ad V. *praecocem*, et praecipue ad V. *praecocem ocymoidem Thuil.* pertinent.

S. V. I. p. 125. *Mant.* I. p. 115. n. 129. VERONICA *arvensis.* Addantur synonyma praeter nostra:

V. *acinifolia Schmidt. Boh.* et *romana Roth.* fid. *Mert.* et *Koch Deutsch. Fl.* p. 580. et τῷ β. *nana:* V. *gracilis Auctor.* *Schlechtd. Fl. berol.* 1. p. 9., cui: α. *erecta;* caule erecto, gracili, subramoso; β. *procumbens;* caule a basi ramoso, ramis procumbentibus.

S. V. I. p. 125. *Mant.* I. p. 115. n. 130. VERONICA *agrestis*. Addatur:

Obs. Cls. *Reichenb. V. agrestem, opacam* et *politam*, quas cls *Link* varietates dicit, species esse jubet, easque sic exponit: *V. agrestis;* fol. cordato-oblongis, serratis; pedunculis exsertis; laciniis calycinis oblongis, obtusis; capsulâ turgidâ, 8-10-spermâ. *Reichenb. Ic. pl. rar.* C. III. p. 66. t. 277. *V. pulchella Bast. Fl. Main et Loir.* p. 414. et *DC. fl. fr. V. versicolor Fries novit. fl. suec.* p. 63. — Semina 5 in singulo loculamento capsulae (4 Linn.), semipyriformia, excavata, transverse rugosa. Magnitudine valde variat. Caules pubescentes. Calyx basi praecipue et margine glanduloso-pilosus, fere truncatus. Cor. parva, rosea, cyanea, vel flava, laciniâ infimâ albâ. *V. pulchella Bernh.* vix differt *Fries. l. c.* (et certe non, fid. *Mert.* et *Koch*) *V. opaca Fries;* fol. cordato-subrotundis, rugosis; pedunculis exsertis; laciniis calycinis spathulatis, obtusis; capsulâ turgidâ, tetraspermâ. *Reichenb.* l. c. p. 67. t. 278. *Fries nov. Fl. suec.* p. 64. *V. agrestis Auctor.* Herba valde opaca, inter segetes quoque tenella. Folia passim reniformia et crenata. Pedunculi fructiferi reflexi. Laciniae calycinae latere interiori quoque villosae. Villus capsulae omnino eglandulosus. Cor. laete-caerulea, fere *V. politae*. Caps. obreniformis, loculis 2-spermis. Sem. hemisphaerico-excavata. *Reichenb. V. polita Fries;* fol. subcordatis, inciso-serratis, laevibus, glabriusculis; sepalis corollam aequantibus, acutis; capsulâ turgida immarginatâ, glanduliferâ *Reichenb.* l. c. p. 45. t. 146. *V. nitidula Reichenb.*, *V. agrestis Spreng. Fl. Hal.*, *Fl. Dan.* 449. (fid. *Fries*). *V. agrestis carnosula Mert.* et *Koch Deutsch. Fl.* p. 331. *V. polita Bönningh. Fl. monast.* p. 5. Herba glaucescens, subglabra. Folia margine saepius deflexo. Pedunculi fructiferi toti reflexi. Laciniae calycis valde nervosae, glabrae, margine subtiliter pubescente. Corolla dilute cyanea. Stylus exsertus. *Fries.* Differt a *V. agresti* colore saturatius viridi; laciniis calycinis triangularibus acutiusculis, semitrinervibus; pedunculis glabriusculis; corollâ eleganter azureâ. *Bönninghausen*, qui eam constanter et absque formis intermediis a *V. agresti* diversam dicit. Inter segetes Scaniae, Saxoniae, ad Rhenum etc. *Spreng.* in S. V. p. 73. has omnes iterum varietates *V. agrestis* dicit.

S. V. I. p. 126. *Mant.* I. p. 116. n. 132. VERONICA *persica*. Addatur synonymon:

V. *Buxbaumii;* fol. cordatis, grosse serratis; calyce acuto; capsulâ arcuatâ. *Reichenb. Ic. pl. rar.* C. III. p. 59. t. 268. *Tournef. Cor.* 7. *V. byzantiaca Sibth.* Ms. *V. hospita Röhling. Deutsch. Fl. Mert. et Koch* 1. *p.* 332.

Obs. *Cls. Spreng.* in S. V. p. 76. VERON. *Buxbaumii Tenor.* et *persicam Poir.* diversas species esse jubet, easque sic exponit: V. *Buxbaumii Tenor;* caule procumbente; foliis cordato-ovatis, profunde serratis, pedunculo longe brevioribus; capsulis dilatatis, obcordato-triangularibus, stylo prominulo *Spreng.* l. c. quo teste huc: V. *persica Ster.* et V. *filiformis Bess.* V. *persica Poir.;* caulibus prostratis, radicantibus, pilosis; fol. petiolatis, cordatis, obtusis, inciso-crenatis, pedunculum subaequantibus; calycibus acutis; capsulâ pubescente. *Spreng.* l. c. et hoc teste: V. *pulchella Bernh.*, sed fallitur, ut videtur, aeque ac illi. *Mertens* et *Koch*, qui, duas *hospitae* varietates adducentes, alteram, α, fol. late-cordatis, grosse et subinde duplicato-serratis, pedunculo tertiâ parte brevioribus, alteram, β, fol. rotundato-cordatis, crenatis, pedunculo duplo minoribus; ad hanc ducunt V. *filiformem Smith*, (cum? licet) cum synonymia nostra *filiformis* S. V. sine! et *filiformem Schult. oestr. Flor.* et *Besser Fl. gal.*, ad α vero synonymiam *persicae!*

Quid VERONICA *candida*
crenata
crispa
incarnata, an *elegans?*
praealta
stricta
} *Loddig. Catal. of plants* 1823.?

Obs. *Opiz* in *Verzeich.* p. 109. VERONICAS in Bohemia sponte nascentes sequenti schemate digessit: I. *floribus terminalibus*, * *racemosis vel spicatis.* A. caule herbaceo. a. fol. omnibus petiolatis: capsulis glabris. 1. fol. basi integerrimis: VER. *Kosteleckii Opiz.* 2. fol. ad basin usque serratis: α basi attenuatis; * fol

oppositis, lanceolatis, duplicato-grosse-serratis, glabris, basi et ad petiolum ciliatis, superioribus alternis; caule glabro; bracteis lineari-lanceolatis, longitudine florum, pilosiusculis, V. *Pettersii Opiz* (ad quam p. 245. V. *longifoliam Pers.* et *foliosam Schrad.* trahit). β. basi cordatis; * fol. duplicato-serratis: V. *longifolia* L. α et β. V. *longif. ciliaris Hornem.*; ** fol. cordato-lanceolatis, apice attenuatis, inciso-duplicato-serratis: serraturis acuminatis, patentibus; caule pubescente; bracteis setaceis, calycem aequantibus: V. *Nenningii Opiz.* (V. *longifolia Nenning*): *** fol. apice integerrimis: V. *Jungbaueri Opiz*; **** serraturis brevibus: V. *Brachtii Opiz.*; b. fol. superioribus sessilibus; capsulis pilosis; fol. ovatis, in petiolum attenuatis: α. pubescens, pilis simplicibus: V. *spicata* L. cum variet.: *obtusiuscula Op., sessilifolia Op., angustata Op., squamosa Presl.*; β pubescens, pilis glanduliferis: V. *glandulifera Opiz.* B. caule fruticoso; capsulis pilosis: V. *fruticulosa* L. ** *floribus primum corymbosis, dein racemosis, raris; capsulis obovatis, pilosis.* A. caule cespitoso: V. *alpina* L.; B. caule simplici: V. *bellidioides* L. II. *floribus lateralibus:* * *racemosis pedunculo elongato.* A. calyce 4-fido: a. capsulis glabris; caule glabro; calycis laciniis aequalibus: α. pedunculis solitariis, pendulis vel patentissimis, elongatis: V. *scutellata* L. cum var. β *procumbens Opiz.*; β. pedunculis solitariis, patentibus, brevibus: V. *Anagallis* L. cum. var. β *minor Vahl*; V. *tenerrima Schmidt*; V. *Beccabunga* L. cum var. β. *minor Baumg.*; b. capsulis fere glabris, margine ciliatis; caule piloso; calycis laciniis inaequalibus: α. caule aequaliter piloso: V. *montana* L.; β. caule bifariam piloso: V. *Chamaedrys* L. cum sequ. variet.: *vulgaris Op., sessilifolia Op., ericetorum Op., hortensis Op., hirsutissima Op., plicata Op., glabriuscula Op., petiolata Op.*; c. capsulis pilosis; caule aequaliter piloso; calycis laciniis aequalibus: V. *officinalis L.* cum sequ. variet.: *vulgaris Op., plena Op., monstrosa Op., Güntheri Op., Tournefortii Schmidt, Allionii Schmidt, lanceolata Opiz*; B. calyce 5-fido, laciniis inaequalibus; capsulis glabris: a calycibus ciliatis: α caule erecto, foliis supra racemos serratis: * fol. rugosis, villosis: V. *latifolia* L. cum seqq. variet.: *incisa Opiz, florida Schmidt, minor Schrad.*; ** fol. planis, glabriusculis: V. *angulata Opiz*; β. caule adscendente; fol. supra racemos linearibus, integerrimis: V. *Schmidtii R. et Sch.* cum seqq. varr.: *ternifolia Op., integrifolia Op.*, b. calycibus glabris: V. *prostrata* L. cum seqq. var.: *alba Op., carnea Op., canescens Presl, viridis Presl, pectinata Op., saturejaefolia Poit. et Turp., cordata Op.*; ** *floribus solitariis; calycibus 4-partitis:* a. capsulis glabris: V. *hederaefolia* L. cum seqq. variett.: *umbrosa Reichb., triloba Op, simplex Op.*; b. capsulis ciliatis: V. *serpyllifolia* L. cum var.: *major Presl* et *tenella Schmidt*; c. capsulis pilosis: α. floribus in axillis foliorum; foliis serratis: * capsulis inflatis, bicipitibus: V. *agrestis* L.; ** capsulis compressis: V. *filiformis Smith.*; β. floribus in axillis bractearum: * bracteis integerrimis: V. *arvensis* L. cum var.: *simplex Opiz*; ** bracteis simplicibus serratis: V. *praecox All*: *** bracteis profunde 3-lobis: lobis aequalibus: V. *triphyllos* L. cum var.: *collina Op.*; **** bracteis trilobis, lobo medio maximo, lateralibus dentiformibus: V. *verna* L. cum var.: *succulenta Schmidt* et *procerior Presl.*

n. 64 a. HEMIANTHUS.

S. V. I. p. 127. n. 1. HEMIANTHUS *micranthemoides Nutt. Gen.* II. *p.* 42. *Journ. of the Acad. of. nat. sc. of Philadelph.* I. p. 119. *t.* 6. *f.* 2.

Planta minima, repens; foliis integris, oppositis verticillatisque; floribus solitariis, alternis, pedunculatis, minimis. *Nutt. In paludosis Amer. borealis.*

n. 65. GALIPEA.

S. V. I. p. 128. *Mant.* I. p. 117. *Addit.* I. p. 194. n. 1. GALIPEA *trifoliata.* Addatur synonymon: SCIURIS *corymbosa Spreng. S. V.* I. *p.* 38.

Mant. II. *Additam.* I. p. 194. n. 3. Galipea *multiflora.* Addatur synonymon:

Ticorea *jasminiflora;* foliis ternatis; foliolis lanceolatis, acuminatis, in petiolum attenuatis; paniculis laxiusculis; staminibus (5-8): 3-6 sterilibus. *Aug. de St. Hil. Mém. Mus. Ann.* 5. fasc. 10. p. 291. t. 4. D. *Decand. Prodr.* I. p. 730. *Spreng. S. V.* III. p. 156.

Frutex 7-8-ped., saepius a basi ramis gracilibus, viridibus. Folia petiolo 1-2 poll., recto; foliola 1-6 poll., obtusa, quandoque emarginata, punctato-pellucida. Panicula oblonga (s. racemus compositus) terminalis alarisve, 3-6 poll., erecta nunc, nunc cernua, composita e ramulis circiter 6-floris. Flores pollicares et ultra, pedicellis bracteolis subulatis, pubescentibus. Cal. parvus, campanulato-cupulaeformis, acute 5-dentatus, glandulosus, puberulus. Petala 5, lineari-spathulata, inferne ita connata, ut suturam quandoque ne quidem animadvertas, corollam monopetalam simulantia, infundibuliformem, 5-fidam, pubescentem, glandulosam, punctato-pellucidam, albam, tubo calyce multoties longiore, quandoque subincurvo, intus villoso, divisuris inaequalibus, obtusis, patentibus. Stamina petalis arctissime coalita, paulo infra faucem inserta, basi monadelpha: filamenta complanata, subinaequalia, apice attenuata, pubescentia: sterilia in glandulam desinentia obtusam; fertilia antheris albis, linearibus, semiexsertis, connectivo in appendicem producto descendentem, cordatum, carnosum. Stylus filiformis, glaber, inclusus. Stigma 5-tuberculatum. Nectarium cupulaeforme, 5-gonum, 5-dentatum. Germen 1, subglobosum, 5-lobum, transverse striatum, punctato-pellucidum, glabrum, 5-loculare: loculis 2-spermis. *St. Hil.*

Obs. Ticorea *febrifuga* valde affinis praecedenti differt caule saepe arboreo, paniculis coarctatis, floribus dimidio brevioribus, bracteis pluribus subfoliaceis, stylo magis exserto. Forsitan mera varietas, cortice amarissimo, adstringente. (*T. febrifuga;* caule saepius arboreo; fol. ternatis; foliolis lanceolatis, acuminatis, in petiolum attenuatis; paniculis coarctatis; staminibus 3-6 sterilibus. *Decand. Prodr.* I. p. 730. *Spreng. S. V.* III. p. 157.)

Mant. II. *Additam.* I. p. 195. n. 4. Galipea *bracteata.* Addatur synonymon:

Ticorea *bracteata A. St. Hil. Mém. Mus. Ann.* 5. *Fasc.* 11. *Decand. Prodr.* I. p. 730. *Spreng. S. V.* 3. p. 158.

Mant. II. *Additam.* I. p. 196. n. 5. Galipea *simplicifolia.* Addatur synonymon:

Ticorea *simplicifolia Aug. St. Hil.* l. c. *Decand.* et *Spreng.* ll. cc.

n. 5. Galipea *Candolliana Aug. St. Hil.;* foliis simplicibus lanceolatis, acuminatis, glaberrimis; racemis subextraaxillaribus, simplicibus, brevissimis; floribus confertis; staminibus 3 sterilibus; nectario integro. *Aug. de St. Hil. Mém. Mus. Ann.* 5. *Fasc.* p. 285. t. 4. f. c. *Decand. Prodr.* I. p. 731. Bonplandia *Candolleana Spreng. S. V.* I. p. 781.

Frutex 4-5-ped., ramosus, cortice cinereo. Folia petiolata, integerrima, 3 circiter poll.; petioli pollicares, infra apicem incrassato-geniculati, juniores puberuli. Racemi subsessiles, rhachi puberulâ. Flores breviter pedicellati, pedicello pubescente, basi bracteolati. Cal. brevis, cupulaeformis, 5-gonus, profunde 5-dentatus, pubescens, dentibus subinaequalibus. Petala 5, subinaequalia, lineari-lanceolata, villosa, inferius in tubum conniventia, nec coalita, vel adglutinata. Stam. 5 infra antheram petalis adglutinata; sterilia filamentis complanatis, dorso villosis, supra barbatis; fertilia 2 filamentis latioribus, simili modo vestitis: antheris subpubescentibus. Nectarium 5-gonum, tertiam partem germinum attingens. Styli 5, mox in unum coaliti villosum. Stigmata et germina 5. *St. Hil. In sylvis prov. Rio de Janeiro prope Uba.* ♄.

n. 6. Galipea *heterophylla Aug. St. Hilaire;* foliis ternatis quinatisve s. quaternatis: foliolis (elliptico-) lanceolatis, nervo medio pubescente; racemis supra axillaribus, longe pedunculatis; staminibus 5: sterilibus 2. *Aug. St. Hil. Mém. Ann.* V. *Fasc.* 10. p. 282. Bonplandia *heterophylla Spreng. S. V.* I. p. 780.

Frutex 4-5-ped., caule erecto, crassitie digiti, saepius simplici, apice pilis rufis. Folia ad caulis apicem approximata, petiolo communi 6-14 poll., supra canaliculato, pubescente: foliola petiolata, inaequalia, integerrima, 3-8 poll., acuta, basi acuminata; venis lateralibus parallelis rufo-tomentosis. Racemi compositi e ramulis brevibus, villosis, 5-9-floris: pedunculo 10-poll., triangulari, villoso, apice incrassato, vix bracteolato. Cal. cupulaeformis, profunde 5-dentatus, 5-gonus, villosus, albus, dentibus sphacelatis. Pet. 5 vix coalita, inaequalia, linearia, vix spathulata, obtusa. Filamenta longa, infra apicem barbata, fertilia latiora, complanata; antheris pubescentibus. Nectarium 5-gonum. Germina villosissima. Stylus gracilis, glaber. Stigma 5-dentatum. Cocca abortione 1-2, subrotunda, villosa, hinc bivalvia. *St. Hil.* qui in *sylvis provinc. Rio de Janeiro prope S. Joao da barra.* ♄.

n. 7. Galipea *pentagyna Aug. St. Hilaire;* foliis simplicibus, longis, lanceolatis, acutissimis, glaberrimis; racemis in apice ramulorum axillaribus vel subextraaxillaribus, compositis; pedunculis complanatis; staminibus 5, 3 sterilibus; stylis 5 distinctissimis. *Aug. St. Hil. Mém. Mus. Ann.* V. *Fasc.* 10. p. 281. t. 4. f. A. Bonplandia *pentagyna Spreng. S. Veg.* I. p. 780.

Caulis 4-5-ped., crassitie digiti, simplex s. vix ramosus. Folia 5-15 poll., in petiolum attenuata, coriacea, obscure viridia, nervo medio subtus valde prominente, nervulis parallelis. Racemi paniculam terminalem saepe subsimulantes, 4-8 poll., erecto-adscendentes, compositi ramulis subbrevibus, distantibus, divisis, plurifloris, medio bracteatis, patentissimis: pedunculus rhachisque complanati, striati, glabri; bractea linearis, subulata. Flores pedicello basi bracteolato. Cal. brevis, campanulatus, 5-dentatus, crassiusculus, punctato-

pellucidus, albus, dentibus distantibus, vix pubescentibus. Petala 5, subinaequalia, lineari-spathulata, acutiuscula, pubescentia, alba, superne revoluta, in tubum 5-gonum usque ad medium coalita. Filamenta complanata, barbata, inaequalia: 3 sterilia in apicem subulatum pubescentem desinentia: fertilia 2 latiora, truncata, anthera pubescente. Nectarium crenulatum, germine paulo brevius. Styli 5 breves, subulati, recurvi, pubescentes. Stigmata 5 linearia. Germina 5, apice cohaerentia, villosissima. Folia odore citri. *St. Hilaire* qui in *sylvis primaevis provinciae Rio de Janeiro prope Macahé.* ♄.

n. 8. GALIPEA *pentandra Aug. St. Hil.*; foliis simplicibus, lanceolatis, acuminatis, obtusis, basi acutis, glabris; racemis axillaribus, simplicibus, paucifloris; pedicellis tribracteatis; staminibus 5 fertilibus. *Aug. de St. Hilaire Mém. Mus. Ann.* 5. *Fasc.* 10. p. 284. tab. 3. *Decand. Prodr.* I. p. 731. BONPLANDIA *Erythrochiton Spreng. S. Veg.* I. p. 780. et hoc teste: ERYTHROCHITON *brasiliensis Nees* et *Mart. Fraxinell. p.* 20. (qui etiam clo *Decandolle* genus distinctum *Prodr.* I. p. 732.)

Frutex 4-5-ped., a basi ramosus. Folia alterna, 3-4 poll., obtusa, basi acuta, integerrima. Petiolus 8-14 poll., supra canaliculatus, paulo infra apicem subgeniculato-incrassatus. Racemi breves; pedunculus rhachisque pubescens. Flores pedicello pubescente, basi bracteis 3 lineari-subulatis, pubescentibus, pedicello longioribus, intermediâ longiore, rarius foliaceâ. Cal. cupulaeformis, profunde 5-fidus, 5-gonus, pilis rufis, divisuris ovato-lanceolatis. Petala 5, inferius subcoalita, subinaequalia, lineari-lanceolata, basi latiuscula, ultra medium recurva, crassa, villosa, vix punctato-pellucida, alba. Stam. petalis subadhaerentia: filamenta linearia, subtrigona, dorso villosa, antice barbata: antherae pubescentes. Styli 5, mox in unum coaliti brevem, crassiusculum, villosum. Stigmata 5, completa, subconica. Nectarium 5-gonum, ad medium germinis adscendens. Germina 5 villosa, distincta, dorso convexa. *St. Hilaire*, qui in *sylvis ad fluvium Rio-pardo in prov. S. Pauli.* ♄.

n. 67. CHAETOCHILUS.

S. V. I. p. 128. *Mant.* I. p. 117. n. 1. CHAETOCHILUS *lateriflorus* clo *Spreng. S. V. p.* 38. synonymon SCHWENKIAE *browallioidis Humb.* et *Bonpl.* est.

n. 69. ROTTLERA.

S. V. I. p. 129. *Mant.* I. p. 119. n. 1. ROTTLERA *incana*. Addatur synonymon:

HENCKELIA *incana Spreng.* S. V. I. p. 38. Deleatur in *Mant.* I. synonymon e *Steudel* adductum.

n. 70. GRATIOLA.

S. V. I. p. 130. n. 8. GRATIOLA *trifida*. Addatur:

Obs. GRATIOLA *trifida* et *chamaedryfolia* deleantur hic et ad LIMNOPHILAS in DIDYNAMIAM sic ponantur: 1. LIMNOPHILA *myriophylloides Roth*, HOTTONIA *indica L.* et *Willd.*, GRATIOLA *trifida Vahl* (excl. syn. *Willd.*). LIMNOPHILA *gratioloides Spreng. S. V.* — *β. serrulata.* GRAT. *chamaedrioides Lam.* (a *Spreng.* S. V. II. p. 802. ad LIMNOPH. *trifidam* tracta). 2. LIMNOPHILA *gratioloides Roth* et *R. Br.*, GRATIOLA *trifida* L. et *Willd.*, LIMNOPHILA *trifida Spreng.* Omnia fid. *Roth. nov. pl. spec.* p. 294.

S. V. I. p. 131. *Mant.* I. p. 120. n. 13. GRATIOLA *juncea.* Addatur:

Obs. GRATIOLA *juncea Roxb.*, *hyssopioides* L., *lucida Willd.*, *rotundifolia* L., *aspera Roth*, *strigosa Roth* a clo *Spreng. S. V.* II. p. 8. ad MORGANIAS ducuntur.

S. V. I. p. 132. *Mant.* I. p. 120. n. 16. GRATIOLA *oppositifolia.* Addatur:

Obs. GRATIOLA *oppositifolia Retz.*, *reptans Roxb.*, *tenuifolia Colsm.*, *verbenaefolia Colsm.*, *cordifolia König*, *ciliata Colsm.*, *grandiflora Retz.*, *alata Roxb.*, *veronicaefolia Retz.*, *pulegiifolia Vahl*, *marginata Colsm.*, *origanifolia Vahl*, et *ruellioides Colsm.* a clo *Spreng. S. V.* I. p. 41. BONNAYAE dicuntur.

Mant. I. p. 121. n. 16 a. GRATIOLA *serrata Roxb.* clo *Spreng.* l. c. synonymon BONNAYAE *brachiatae Link* est.

S. V. I. p. 134. *Mant.* I. p. 122. n. 21 b. GRATIOLA *portulacacea Weinm.*; didynama; caule repente; foliis oppositis, obovatis, subtus foveolatis; pedunculis axillaribus, unifloris, foliis multo longioribus; capsulâ subcompressâ. *Weinm.* in *Syllog. plant. nov. Bot. Zeit.* 1824 p. 222.

Tota glaberrima, 2-ped. et ultra, caule late repente, ramoso, subtereti. Folia remota, subpetiolata, carnosula, integerrima, 5-6 lin., 2-3 lin. lata, sub lente punctata. Pedunculi $^1/_2$-1 $^1/_2$ poll., compressiusculi, nudi. Cal. compressus, 5-fidus: laciniis 3 exterioribus ovatis, obtusis; 2 interioribus oppositis, linearibus, acutis. Cor. tubulosa, pallide violacea, calyce longior; limbi 5-partiti laciniis aequalibus, obtusissimis, patulis. Stam. 4, corollae fauci inserta, patentia. Antherae nigrescentes, polline subgriseo. Caps. bilocularis, bivalvis, primo compressa, dein subrotundo-ovata, obtusa, calyce paulo minor. Dissepimentum longitudine et latitudine valvarum, subcoriaceum. Receptaculum seminum columnare. *Weinm.* Anne MONNERIA? *In aquosis Brasiliae.* ♃.

Mant. I. p. 123. n. 30 a. GRATIOLA *Roxburghiana* s. GR. *racemosa Roxb.* clo *Spreng. S. V.* p. 42. synonymon BONNAYAE (GRATIOLAE) *verbenaefoliae* est.

S. V. p. 136. *Mant.* I. p. 123. n. 38. GRATIOLA *racemosa* a clo *Spreng. S. V.* I. p. 41. cum? ad BONNAYAM *brachiatam Link* ducitur.

S. V. I. p. 136. *Mant.* I. p. 124. n. 39. GRATIOLA *aphylla* clo *Spreng. S. V.* p. 41. synonymon GR. *lobelioidis* est.

Mant. I. p. 125. n. 46. GRATIOLA *neglecta.* Addatur synonymon;

CONOBEA *borealis Spreng. S. V.* 1. *p.* 771., qui hûc trahit GRATIOLAM *acuminatam Walt.*, COLLINSIAM *vernam Nutt.*, ANTIRRHINUM *tenellum Pursh*, attamen cum?

Obs. GRATIOLAM *dilatatam Mühlb.* s. *anagalloideam Mich.*, et GRAT. *attenuatam Spreng.*, quas *Spreng. S. V.* 1. *p.* 39 huc traxit, nos sub LINDERNIA exhibebimus.

n. 71. MICROCARPAEA.

S. V. I. p. 137. n. 2. MICROCARPAEA *montevidensis Spreng.*; foliis linearibus, serratis, fasciculatis; pedunculis axillaribus, capillaribus, ternis. *Spreng. S. V.* I. p. 42.

In Monte Video. Sello.

Obs. Microcarpaea americana Spreng. l. c. est LINDERNIA *dianthera Sw.*

n. 73. SCHIZANTHUS.

S. V. I. p. 137. n. 1. SCHIZANTHUS *pinnatus*. Addatur synonymon:

SCH.; caule erecto; pedunculis unifloris, racemosis. *Bot. Mag.* t. 2404. SCH. pedicellis fructus secundi basi deflexis, sursum insigniter curvatis, (corollae labio inferiore intense purpureo) *Graham* in *Hook. Ex. Fl.* No. 86. SCH. *major. C. a. Hoffmannsegg. 2te Nachtr. p.* 206. SCH. *pinnatus major Angl.*

Caulis superne ramosus, teres; rami pilis glandulosis. Folia interrupte pinnata: pinnis pinnatifidis: foliolis inaequalibus, majoribus denticulatis, minoribus integris. Bracteae plerumque binae ad basin pedunculi, secundae, inferiores basi incisae, superiores integerrimae. Pedunculi (axillares, patentes), uniflori. Calycis laciniae apicem versus latiores. Corollae labium superius 5-fidum: laciniae patentes, (dilute lilacinae), suprema clavata, basi (flava sanguineo-) punctata, ceterae irregulariter incisae (unicolores); labium inferius 3 fidum, purpureum: laciniae duae laterales falcatae, trúncatae, inferior canaliculata, profunde emarginata. Filamenta duo sterilia labio superiori, duo fertilia inferiori inserta; antherae coeruleae. Germen ovatum. Stylus staminibus longior, coloratus; stigma albidum. *Sims.* Descriptio ab ill. *C. a Hoffms.* data satis bene congruit cum illa *Simsii*, sed differt tamen, caule altiore quam in *pinnato* suo.

n. 2. SCHIZANTHUS *porrigens Sims*; caule diffuso, racemis paniculatis: pedicellis divaricatissimis. *Bot. Mag.* t. 2521. SCH.; pedicellis fructus patentibus, distichis, rectiusculis, (corollae labio inferiore pallide purpureo). *Graham* in *Hooker Exotic Flora* t. 86. SCH. *pinnatus C. a Hoffmannsegg 2ter Nachtr.* p. 207.

Planta speciosa, annua, major, ramosior et magis diffusa, quam Sch. *pinnatus.* (Caulis ramosissimus, ramique alterni patentes pilosi. Folia sessilia, pilosa: inferiora pinnatisecta, laciniis lineari-oblongis, acutiusculis, approximatis; superiora inte-

gra, oblongo-ovata, acuta; superiora parce dentata, summa integerrima. Racemus terminalis, diffusus: pedicellis filiformibus pilosis: bracteae oblongo-ovatae, acutae, pilosae. Calycis laciniae erecto-conniventes, apice reflexae, oblongae, obtusae. Corollae labium superius 5-partitum: lacinia media major pallide violacea, basi flavâ purpureo-maculata, reliquae pallide violaceae, secundariae tamen maculâ mediâ saturatiore pictae. Labium inferius saturate violaceum, obcordatum, tripartitum. *Hab. in Chili.* ⨀.

Quid SCHIZANTHUS *procurrens Anglor?*

n. 75 a. CONCHOCARPUS.

Mant. I. p. 126. *Addit.* I. p. 198. n. 1. CONCHOCARPUS *macrophyllus.* Addatur synonymon:

GALIPEA *macrophylla;* foliis simplicibus, longis, lineari-ellipticis; racemis extraaxillaribus, multoties interruptis; staminibus (7-8): 5-6-sterilibus. *Aug. de St. Hilaire Mém. Mus. V. Ann. Fasc.* 10. p. 282. Fasc. 11. p. 282. *Decand. Prodr.* 1. p. 731. SCIURIS *simplicifolia Spreng. S. V.* 1. p. 39.

Descriptio a clo A. de *St. Hilaire* data plantam fere alius generis sistere videtur: „Caulis ad summum 6-ped., crassitie digiti. Folia in apice caulis conferta, alterna, utrinque attenuata, obtusiuscula, punctis glandulosis fulvis et nigrescentibus, non tamen pellucido-punctata, subcoriacea. Petiolus teres, 5-6 poll., apice incrassato-geniculatus, glaber, atropurpureus. Racemi cum pedunculo 1-2 ped. et ultra: pedunculo glabro, atropurpureo. Flores in ramulis valde abbreviatis glomerati, pedicellati: glomeruli inferiores valde distantes, omnes bracteis 3 stipati: intermediâ multo majore, 5-10 lin., lineari, glabrâ, utrinque attenuatâ, acutâ, punctis glandulosis nigrescentibus ferrugineisque. Cal. turbinato-pentagonus, sub-5-dentatus, dentibus minimis, farinâ nigrescente aut ferrugineâ. Petala 5 hypogyna, inaequalia, lineari-lanceolata, basi lata, in tubum longiusculum inferne coalita, apice oblique patula, corollam bilabiatam mentientia, pubescentia, subcarnea, punctis fulvis. Stam. petalis inferne adhaerentia, submonadelpha: sterilia exserta, inaequalia, basi glabra; fertilia inclusa: antheris lineari-oblongis, acuminatis, pubescentibus. Nectarium subhemisphaericum, crenulatum. Styli 5, mox in unum coaliti brevem, 5-costatum, glabrum. Stigma oblongum. Germina 5, plane libera, gynophoro brevissimo. *St. Hil.*

Addit. I. p. 198. n. 2. CONCHOCARPUS *cuneifolius.* Addatur synonymon:

GALIPEA *cuneifolia Aug. St. Hilaire Mém. Mus. V. Ann. Fasc.* II. p. 391. *Decand. Prodr.* I. p. 732. An huc: BONPLANDIA *cuneifolia Spreng. S. Veg.* I. p. 781. ad quam ducit DIGLOTT. *obovatam Nees* et *Mart.* et cum? HORTIAM *Vandell.?*

n. 76 a. WHITIA.

S. V. I. p. 139. n. 1. Whitia *oblongifolia Blume Catal. Buitenzorg* 1823.

Frutex scandens, ramis tetragonis. Folia opposita, carnosa, avenia; uno majori oblongo-lanceolato, utrinque acuminato, basi obliquo, altero ²/₃ minori oblongo vel elliptico, glabra, integerrima, margine ciliis sparsis; petiolis brevibus, pilosis. Flores fasciculati, axillares, brevissime pedunculati; bracteis 2-3 ovato-lanceolatis, coloratis, hirsutis. Filamenta fertilia, faucem superantia. Proxima Cyrtandrae *stamineae;* sed differt haec: foliis basi aequalibus, staminibus corollâ duplo longioribus. *In Java. Blume.*

n. 77. ELYTRARIA.

S. V. I. p. 139. *Mant.* I. p. 127. n. 4. Elytraria *tridentata.* Addatur synonymon:

Elytraria *fasciculata Humb.* et *Bonpl.* fid. *Spreng S. V. p.* 77.

n. 79. JUSTICIA.

S. V. I. 145. *Mant.* I. p. 132. n. 11. Justicia *tetragona* a clo *Spreng.* T. II. p. 826. sub Aphelandra *cristata* jungitur cum Just. *pulcherrima.*

S. V. I. p. 145. n. 13. Justicia *spicata* clo *Sprengel S. V.* I. *p.* 78. synonymon Justiciae *coccineae Aubl.* est.

S. V. I. p. 145. *Mant.* p. 132. n. 15. Justicia (Nelsonia) *canescens* a clo *Spreng.* p. 42 et 79 bis adducitur, sub Nelsonia et Justicia.

n. 15 a. Justicia *macrophylla Spreng.;* caule erecto; spicis terminalibus; bracteis coloratis, obovatis, reflexis, glabris; foliis lanceolatis, utrinque attenuatis, elongatis, glabris. *Spreng. S. Veg.* I. p. 79.

In Brasilia. ♄.

S. V. I. p. 147. n. 22. Justicia *tenuiflora.* Addatur synonymon:

Justicia *tenuifolia Spreng. S. V.* p. 78.

S. V. I. p. 152. n. 42 a. Justicia *geniculata Sims;* paniculis terminalibus, laxis, cernuis; bracteis subulatis; foliis ovato-lanceolatis, glabris, subtus pallidis, distantibus. *Bot. Mag.* t. 2487.

Affinis J. *secundae* et *lucidae*; differt ab illâ: labio corollae superiore integerrimo, inferiore dentibus 3 obtusis rotundatis terminato; a posteriore: floribus paucioribus et minoribus, nec confertis, foliis multo angustioribus, magis acuminatis nec in petiolum decurrentibus; ab utrâque paniculâ laxiore cer-

nuâ, pedunculo multo longiore nudo. (Ramuli, pedunculi, bracteae calycesque glaucae. Flores pollicares, coccinei.) *Hab. in insulae St. Vincentii umbrosis.* ♄.

S. V. I. p. 152. *Mant.* I. p. 135. n. 43. JUSTICIA *Gendarussa.* Addatur synonymon:

Bot. Reg. 635.

S. V. I. p. 153. *Mant.* I. p. 135. *Addit.* I. p. 202. n. 44. JUSTICIA *carthaginensis.* Addatur synonymon:

Bot. Reg. 797.

Mant. I. p. 137. n. 53 c. JUSTICIA *lamiifolia.* Addatur synonymon:

NELSONIA *lamiifolia Spreng. S. V.* I. p. 42.

n. 53 d. JUSTICIA *verticillata.* Addatur synonymon:
ERANTHEMUM *verticillatum. Spreng. l. c. p.* 88, qui etiam ERANTHEMUM *spinosum Lour.* cum? hûc ducit.

Mant. I. p. 140. n. 60 c. JUSTICIA *Roxburghiana.* Addatur synonymon:

JUSTICIA *baphica Spreng. S. V.* I. p. 85.

S. V. I. p. 156. *Mant.* I. p. 140. n. 61. JUSTICIA *pectoralis.* Addatur synonymon:

Bot. Reg. 796.

S. V. I. p. 159. *Mant.* I. p. 141. n. 72. JUSTICIA *caracasana.* Addatur synonymon:

JUSTICIA *formosa Willd.* fid. *Spreng.*

n. 72 a. JUSTICIA *leucantha Weinm.*; spicis axillaribus foliolosis; floribus (dimidiato-) verticillatis; bracteis calyce brevioribus; foliis ovato-ellipticis, in petiolum desinentibus; caule (obtuse) tetragono, diffuso, radicante. *Weinm.* in *Syllog. pl. nov. Bot. Zeit.* 1824. p. 225.

Caulis 2-3-ped., articulatus, inferne pilis parvis, rigidiusculis, adpressis, alternatim canaliculatus, subsimplex. Folia scabriuscula, venis parallelis, margine undulato-crenulata, 7-8 unc., 2-2 $^1/_2$ unc. lata, dependentia, concava. Spicae oppositae, 1-2 unc.; flores sessiles, terni. Folia ad basin verticillorum caulinis similia, parva, sessilia. Bracteae lanceolatae, parvae, calyce breviores. Cal. 5-partitus, hispidulus, laciniis lineari-lanceolatis, acutis. Cor. ringens, extus pilosa, intus glabra, sordide alba, parva: labium superius bi-, inferius trilobum. Stamina 2 majora tantum fertilia; sterilia basi membranulâ coadunatâ pilosa. Stylus glaber. Capsula? *Weinm.* *In Brasilia.*

S. V. I. p. 163. *Mant.* 1. p. 143. n. 94. JUSTICIA *divaricata* clo *Spreng. S. V.* I. p. 83. JUST. *capensis* est.

Mant. I. p. 145. n. 102 b. JUSTICIA *vestita.* Addatur synonymon:

JUSTICIA *bengalensis Spreng. S. V.* I. *p.* 82.

S. V. I. p. 167. *Mant.* I. p. 145. n. 115. JUSTICIA *brachioides.* Addatur synonymon:
JUSTICIA *brachionodes* Spreng. *l. c.*

S. V. I. p. 167. *Mant.* I. p. 146. n. 117. JUSTICIA *brachiata.* Addatur synonymon:
DICLIPTERA *brachiata* Spreng. *l. c. p.* 86.

Quid: JUSTICIA *maculata* Loddig. *Cab.* 616.?
retusa Ibid. 724.

n. 80. DICLIPTERA.

S. V. I. p. 171. *Mant.* I. p. 148. n. 15. DICLIPTERA *repens.* Addatur:

Obs. Huc spectare videtur JUSTICIA *caerulea Blume*; spicis terminalibus, secundis; floribus imbricatis, caerulescentibus; bracteis trinervibus ciliatis. *Blume Catal. Buitenzorg* 1823 fide *Nees ab Esenb.* in *Botan. Zeit.* 1825. p. 147; nam bracteae in ambabus margine ciliatae.

n. 82. ERANTHEMUM.

S. V. I. p. 174. *Mant.* I. p. 151. n. 4. ERANTHEMUM *nervosum.* Addatur synonymon:
JUSTICIA *nervosa* Loddig. *Bot. Cab.* 146.

Obs. Melius RUELLIIS adsocianda, nam constanter didynama, nunquam diandra. *Colla hort. ripul.* p. 50.

Mant. I. p. 152. n. 4 e. ERANTHEMUM *strictum.* Addatur synonymon:
Bot. Reg. t. 867.

S. V. I. p. 157. n. 6. ERANTHEMUM *hypocrateriforme.* Addatur synonymon:
ERANTHEMUM *affine* Spreng. *S. V.* p. 89.

S. V. I. p. 175. *Mant.* I. p. 153. n. 9. ERANTHEMUM *sinuatum* a clo Spreng. l. c. jungitur cum *repando*, et tamen iterum infra tanquam species adducitur.

Mant. I. p. 153. n. 10 a. ERANTHEMUM *bicolor.* Addatur synonymon:
JUSTICIA *bicolor* Loddig. *Bot. Cab.* 165.

S. V. I. p. 176. *Mant.* I. p. 153. n. 11. ERANTHEMUM *spinosum.* Huc a clo Spreng. l. c. ducitur ERANTH. *parvifolium* Link.

S. V. I. p. 176. n. 12. ERANTHEMUM *microphyllum* clo Spreng. l. c. synonymon E. *armati* est.

n. 12 a. ERANTHEMUM *acanthodes* Spreng.; pedunculis axillaribus, subgeminis, unifloris; spinis alternis, remotis, subtrifidis, erecto-patentibus; foliis oblongis, coriaceis, utrinque attenuatis; ramis pubescentibus. Spreng. *S. Veg.* I. p. 88.

In Hispaniola.

n. 83. WULFENIA.

S. *V.* I. p. 177. *Mant.* I. p. 155. WULFENIA *carinthiaca.* Addatur synonymon:

Bot. Mag. t. 2500.

n. 84. PAEDEROTA.

S. *V.* I. p. 178. *Mant.* I. p. 155. n. 2. PAEDEROTA *Zannichelli* clo *Spreng. S. V.* 1. p. 43 synonymon P. *Ageriae* est.

S. *V.* I. p. 178. *Mant.* I. p. 155. n. 4. PAEDEROTA *chamaedrifolia* clo *Spreng.* l. c. varietas P. *Buonarotae* videtur.

n. 84 a. BONNAYA.

Mant. I. p. 155. n. 1. BONNAYA *brachiata.* Huc a clo *Spreng. l. c.* p. 41. trahitur: RUELLIA *antipoda* L., GRATIOLA *serrata Roxb.*, et GR. *remota Roth.* Confer GRATIOLAM.

n. 86. CALCEOLARIA.

S. *V.* I. p. 179. n. 3. CALCEOLARIA *Fothergilli.* Addatur synonymon:

CALCEOLARIA *Neeana Spreng. S. V.* I. p. 44.

S. *V.* I. p. 180. n. 10. CALCEOLARIA *Paralia.* Addatur synonymon:

Hook. Exot. Fl. t. 75. CALC. *paralensis Spreng. S. V.* I. p. 45.

S. *V.* I. p. 181. *Addit.* I. p. 205. n. 11. CALCEOLARIA *corymbosa.* Addatur:

Caulis simplex, erectus, quadrangulus, pilosus, inferne aphyllus. Folia radicalia petiolata, ovata, interdum cordata, obtusa, duplicato-crenata, subtus alba, rugoso-venosa, pilosa; caulina distantia, opposita, semiamplexicaulia. Flores in panicula corymbosa, pedicellis longis gracilibus (pilosis). Calyx 4 phyllus: foliolis ovatis patentibus. Corolla bilabiata (aurantiaca): labium superius minutissimum: inferius amplum, inflatum, apertura parvâ, ibidem intus lineis rubris pictum. Filamenta basi labii superioris inserta, brevissima: antherae bilobae, lobis divaricatis, altero sub labio superiore occulto, altero projecto, utroque fertili. Germen subrotundum. Stylus brevissimus. *Sims. Bot. Mag.* t. 2418. *In Chili.* ☉.

S. *V.* I. p. 182. n. 21. CALCEOLARIA *terniflora.* Addatur synonymon:

CALC. *glauca Ruiz et Pav.* fid. *Spreng.* l. c.

S. *V.* I. p. 183. n. 24. CALCEOLARIA *multiflora.* Addatur synonymon:

CALC. *virgata Ruiz* et *Pav.* fid. *Spreng. l. c. p.* 47.

S. V. I. p. 184. *Mant.* I. p. 157. n. 29. CALCEOLARIA *ovata.* Addatur synonymon:

CALCEOL. *lamiifolia Humb.* fid. *Spreng. l. c. p.* 45.

S. V. I. p. 185. n. 36. CALCEOLARIA *crenata.* Addatur synonymon:

Bot Reg. n. 790.

S. V. I. p. 185. n. 37. CALCEOLARIA *trifida* clo *Spreng.* l. c. ad C. *crenatam* spectare videtur.

S. V. I. p. 186. n. 42. CALCEOLARIA *tomentosa* clo *Spreng. l. c.* synonymon C. *perfoliatae* est.

S. V. I. p. 187. *Mant.* I. p. 163. *Addit.* I. p. 205. n. 46. CALCEOLARIAE *scabiosaefoliae* addatur descriptio:

Caulis teres, pilosus, praesertim superne. Folia opposita, petiolis connatis, pinnata, pinnis interdum confluentibus: juniora pilosa, adulta, glabra. Pedunculi pilosi, subcorymbosi, uniflori. Calyx 4 partitus: foliola rotundo-ovalia, acuminata, ciliata. Corolla bilabiata: labio superiore brevissimo, concavo-galeato; inferiore amplissimo, suborbiculato, complanato, aperturâ angustâ. Filamenta brachiis duobus corollae medio affixis: brachium alterum antherâ uniloculari, sub galea labii superioris occultâ, alterum sterile exsertum. Germen pubescens, biloculare. Stylus conicus, paulum curvatus. Stigma simplex. Ovula plura, receptaculo centrali affixa. *Sims. Bot. Mag.* 2405. *In Chili.* Videtur ♂.

S. V. p. 188. *Additam.* I. p. 206. n. 49. CALCEOLARIA *rugosa.* Addatur synonymon:

Sims. Bot. Mag. t. 2523. (Hanc et *integrifoliam* cl. *Sims* instar varietatum habet.) *Hook. Exot. Fl.* No. 99. (Proxima C. *Paraliae*).

n. 87. PINGUICULA.

S. V. p. 189. *Mant.* I. p. 166. n. 1. PINGUICULA *vulgaris.* Addatur synonymon:

P. nectario cylindrico, acuto, longitudine petali irregularis; calycis laciniis oblongis; capsulâ ovatâ. *Smith. Engl. Fl.* p. 28. *Hook. Lond.* t. 104 β *alpicola Reichb. Ic. pl. rar. C.* I. *p.* 70. *t.* 84. P. *grandiflora Schleich.* (Omnibus partibus duplo major.)

S. V. I. p. 189. *Mant.* I. p. 166. n. 2. PINGUICULA *grandiflora.* Addatur synonymon:

P. nectario cylindrico, acuto, longitudine petali fere regularis, 5-fidi, venosi; calycis laciniis ovatis, obtusis; capsulâ ovatâ. *Smith. Engl. Fl.* p. 29. *Hook. Lond.* t. 125. P. nectario subulato, porrecto, longitudine corollae; labii lobis latissimis, subretusis. *Reichenb.* l. c. p. 69. t. 85. *Spreng. S. V.* I. p. 48., PING. *longifoliam Dec.* huc ducit.

n. 2 a. PINGUICULA *leptoceras Reichenb.;* nectario subulato, porrecto; corollae lobis omnibus calycisque superioribus rotundatis, hujus inferioribus lanceolatis. *Reichenb. Ic. pl. rar.* C. I. p. 69. t. 882.

Differt a P. *grandiflora* foliis angustioribus longioribus, calcari breviore, formâ et colore corollae; proxima *longifoliae* DC, quae forte hujus loci *Reichb.* *In alpe Grimsel Helvetiae.*

S. V. I. p. 190. n. 4. PINGUICULA *villosa.* Addatur synonymon:
Reichenb. Ic. pl. rar. C. I. p. 69. t. 83.

S. V. I. p. 190. *Mant.* I. p. 166. n. 5. PINGUICULA *lusitanica.* Addatur synonymon:
Smith. Engl. Fl. 1. p. 28., (qui in synon. *Lightf.* synonyma excludere jubet.) P. nectario conico, apice incrassato, obtuso, petalo breviore; scapo villoso; capsulâ globosâ (*Linn.*); laciniâ calycis intermediâ angustatâ, lateralibus oblongis. *Reichenb. Ic. pl. rar. C.* I. *p.* 70. *t.* 84. (An hujus loci?)

In montosis humidis Corsicae. Salzmann.

Mant. I. p. 166. n. 7 a. PINGUICULA *calyptrata* clo *Spreng. S. V.* p. 48. synonymon
P. *antarcticae* est, et idem *macrophyllam Humb.* et *Bonpl.* ad *involutam* ducit.

S. V. I. p. 191. *Mant.* I. p. 167. n. 8. PINGUICULA *alpina.* Addatur:

Obs. Cl. *Reichenb.* in *Icon. pl. rar. C.* I. *p.* 67 et 68. P. *alpinam L.* a P. *flavescente Flörk.* etiam sejungit et sic exponit: P. *alpina;* nectario conico corollae laciniis breviore, demisso, recto; calycis laciniis superioribus aequalibus, subacutis. *Reichb.* l. c. *Linn. lapp. Gunn. norv. Wahlenb. lapp.* P. *alpina* α *S. V. ed nostr.* Corolla alba, faucis macula barbata flava, nectarium striis flavis. P. *flavescens;* nectario conico; corollae labio breviore, incurvo, demisso; calycis laciniis superioribus inaequalibus, acutis. *Reichb.* l. c. P. *alpina Crantz. Host. Hopp. Sturm. Mert. et Koch* et *omn. auctor. germ. helv. gall.* P. *alba Kuchl.* in *Hopp. Taschb.* P. *purpurea Willd.* Duplo triplove *alpinâ* major. Corolla albida, macula palati saturate flava; siccata fere carnea et subviolacea. P. *alpina* β *bimaculata Wahlenb.* differt a nostra lobo labii medio emarginato. *Reichenb.*

Mant. I. p. 167. n. 8 a. PINGUICULA *brachyloba.* Addatur synonymon:
P. nectario conico, corollae laciniis breviore, demisso; calycis labio superiore subaequaliter obtuseque tridentato. *Reichenb. l. c. p.* cui P. *alpina* β *bimaculata Wahlb. lapp.* c.?

Mant. I. p. 168. n. 16. PINGUICULA *macroceras.* Addatur synonymon:
P. nectario turbinato-subulato, porrecto: corollae patulae profunde 5-fidae laciniis tribus obovato-oblongis, subaequa-

libus; calycis dentibus superioribus acutis, intermedio latissimo. *Reichb. Ic. pl. rar. C.* I. *p.* 68. *t.* 82.

Color corollae ut in P. *vulgari.*

Additam. I. p. 206. n. 19. PINGUICULA *edentula* a *Spreng.* l. c. ad *luteam* ducitur.

n. 88. U T R I C U L A R I A.

S. V. I. p. 193. n. 1. UTRICULARIA *alpina.* Huc a *Spreng. S. V.* 1. p. 50. non solum UTR. *montana Jacq.*, sed etiam *montana Poir.* trahitur.

S. V. I. p. 193. n. 4 a. UTRICULARIA *capensis Spreng.*; scapo simplici, stricto, paucifloro; foliis cespitosis, linearibus, obtusis; calycibus acutis; calcari subulato, corollâ breviore. *Spreng. S. V.* 1. p. 50.

In Prom. b. spei.

Mant. I. p. 169. n. 6 b. UTRICULARIA *diantha.* Addatur synonymon:

UTR. *Roxburghii Spreng. S. V. p.* 52.

S. V. p. 195. *Mant.* I. p. 169. n. 12. UTRICULARIA *vulgaris.* Addatur synonymon:

U. scapo erecto; nectario conico; corollae labio superiore longitudine palati, marginibus reflexo; racemis subcorymbosis. *Smith Engl. Fl. p.* 30. *Dict. sc. natur.* 5 *Cah.*

S. V. I. p. 195. *Mant.* I. p. 169. n. 13. UTRICULARIA *intermedia.* Addatur synonymon:

U. scapo 2-3-floro; foliis profunde divisis, laciniis dichotomis, planis; utriculis a foliis distinctis; corollae labio superiore plano, palato duplo longiore. *Smith. Engl. Fl.* p. 30.

Utriculi in petiolis ramosis, nec in foliis. *Smith.*

S. V. I. p. 196. *Mant.* I. p. 169. n. 14. UTRICULARIA *minor.* Addatur synonymon:

Svensk Bot. n. 585. U. nectario brevi, obtuso, carinato, deflexo; racemis multifloris; corollâ ringente; palato fere plano; labiis indivisis. *Smith. Engl. Fl.* p. 31.

Utriculi numerosiores, quam in *intermedia*, plerumque foliis adnati. Omnibus partibus minor quam *intermedia.* *Smith.*

S. V. I. p. 196. n. 17. UTRICULARIA *hydrocarpa* a *Spreng.* l. c. synonymon U. *fibrosae* dicitur.

S. V. I. p. 196. *Mant.* I. p. 170. n. 19. UTRICULARIA *biflora.* Addatur synonymon:

UTRICUL. *integra Le Conte* fid. *Spreng. l. c.*

S. *V.* I. p. 199. n. 33. UTRICULARIA *aphylla.* Addatur:

Obs. Cls. *Spreng.* in *S. V.* 1. *p.* 49. UTRIC. *crenatam R. et Pav.* et U. *tenuem Cav.* s. *aphyllam R. et Pav.* sejungit, et utramque sic definit: U. *crenata:* scapo filiformi, subtrifloro; calcari subulato; labiis crenatis; U. *tenuis;* scapo simplicissimo, 1-floro; calcari subulato corollam excedente.

S. *V.* I. p. 200. n. 43. UTRICULARIA *oppositiflora.* Addatur synonymon:

UTR. *oppositifolia Spreng. S. V.* I. *p.* 50. (sphalmate ut videtur).

S. *V.* I. p. 203. *Mant.* I. p. 172. n. 64. UTRICULARIA *bisquamata Schrank;* calcari obsoleto; calycis foliolis subaequalibus, lanceolatis; squamà duplici ad basin petiolorum. *Schrank* in *Bot. Zeit.* 1814. *Beylage p.* 9.

Ad Prom. b. spei. Herb. Schmiedel.

n. 89. STACHYTARPHETA.

Mant. I. p. 172. n. 1. STACHYTARPHETA *elatior.* Addatur synonymon:

St. herbacea; foliis lanceolato-linearibus, remote serratis, scabris, costâ margineque ciliatis; bracteis acumine calycem superantibus. *Reichenb. Hort. Bot. Cent.* I. n. 59. ST. *palustris. Schott Fil. Cat. hort. Vindob.* 1823.

Radix annua. Caulis 4-5 pedalis, erectus, simpliciusculus. Folia 4 poll. et ultra, elongato-lanceolata. Spica demum ultra pedalis. Bracteae lanceolatae, subulato-acuminatae. Calyx oblongus, utrinque margine acuto compressus, antice concavus, postice convexus carinatus, ore tridentato, dentibus lateralibus acuminatis, conniventibus; dorsali breviore, acuto, recto. Corolla majuscula, violacea, tubo incurvo lobis rotundatis. Filamenta antrorsum clavato-pilosa; antherae didymae, albidae, grossae. Stylus calyce longior; stigma bilamellatum. *Rchb.*

Mant. I. p. 173. n. 4 b. STACHYTARPHETA *urticifolia* clo *Spreng. S. V.* I. p. 53. synonymon St. *umbrosae* est.

S. *V.* I. p. 205. n. 11. STACHYTARPHETA *Zuccagni* a clo *Spreng. l. c.* ad ST. *mutabilem* trahitur.

Mant. I. p. 176. n. 14. STACHYTARPHETA *hirsutissima Link* clo *Spreng. l. c.* eadem cum ST. *hirta Humb.* videtur.

n. 89 a. KARPATON.

S. *V.* I. *p.* 205. *n.* 1. KARPATON *hastatum Rafin. Fl. Ludov. p.* 79. *Dict. class. d'hist. nat.* IX. *p*, 113.

Frutex caule angulato, ramis sessilibus (?). Folia opposita, hastata, glabra, basi inaequaliter dentata. Flores parvi, axillares, conglomerati, sessiles, verticillati. *In Louisiana.* ♄.

n. 90. LYCOPUS.

S. V. I. *p.* 206. *Mant.* I. *p.* 176. *n.* 3. Lycopus *exaltatus.* Addatur synonymon:

Lyc. *sinuatus Elliott* fid. *Spreng.* S. V. *p.* 54. L. *palustris Auctor.*

S. V. I. *p.* 207. *Mant.* I. *p.* 176. *n.* 4. Lycopus *virginicus.* Addatur synonymon:

Richardson App. to Frankl. Journ. p. 2. (qui verticillos non paucifloros). L. *angustifolius Elliott.* fid. *Spreng.* l. c.

n. 91. AMETHYSTEA.

S. V. I. *p.* 297. *n.* 1, Amethystea *caerulea.* Addatur synonymon:

Bot. Mag. t. 2448.

n. 93. ZIZIPHORA.

Mant. I. *p.* 177. *n.* 2 a. Ziziphora *media Link* clo *Spreng. S. V.* I. *p.* 55. synonymon Z. *dasyanthae* est.

Mant. I. *p.* 178. *n.* 7 a. Ziziphora *acinoides Willd.* a clo *Spreng.* l. c. ad Z. *tauricam* ducitur.

S. V. I. *p.* 210. *n.* 8. Ziziphora *spicata* a clo *Spreng.* l. c. cum Z. *hispanica* conjungitur.

Mant. I. *p.* 179. *n.* 13. Ziziphora *hispida.* Addatur synonymon:

Cunila *hispida. Spreng.* S. V. I. p. 54.

n. 94. MONARDA.

S. V. I. *p.* 211. *n.* 2. Monarda *media.* Addatur:

Obs. A clo *Sprengel* S. V. I. p. 55. et *ill. C. a Hoffmannsegg* in 2ter *Nachtr.* p. 164 cum *M. fistulosa* conjungitur, et expungenda videtur ill. Comiti, qui etiam *altissimam* et *affinem*, utpote eandem speciem, huc trahit.

Mant. I. *p.* 180. *n.* 8 a. Monarda *affinis Link* et M. *Clinopodia Willd.* a clo *Spreng.* l. c. ad M. *altissimam* ducuntur. (Sed etiam haec *fistulosa*, fide *C. a Hoffm.*)

S. V. I. *p.* 213. *Mant.* I. *p.* 180. *n.* 10. Monarda *Kalmiana.* Addatur.

Obs. Monarda *Kalmiana Hort. plur.*; floribus roseo-purpureis, nec coccineis, corollis vix poll., nec longissimis, capitulis cauleque fistuloso purpureo-fuscis, foliis subasperulis, odore gravi Thymi, nec paulisper odoratis, clo *C. a Hoffmannsegg* 3. *Nachtr. p.* 49. ad M. *fistulosam* pertinere videtur.

Mant. I. *p.* 181. *n.* 16. Monarda *Russeliana Sims*; caule acutangulo, bisulcato; foliis ovatis, acuminatis, basi

rotundatis, inferioribus serratis; labio inferiore revoluto, guttato. *Bot. Mag. t.* 2513.

Caulis erectus, glaber. Folia scabriuscula, superiora integerrima, petiolis incurvis, brevissimis. Flores capitati. Involucrum compositum: bracteis 6 ovato-acuminatis, calyce longioribus, ciliatis, supra pallide carneis, subtus viridibus. Calycis tubus striatus; dentes subulati, ciliati. Corolla alba: labium superius angustissimum, superne paulo dilatatum, integrum vel paulo emarginatum, acutum, inferius multo amplius, revolutum, obsolete tridentatum, punctis distinctis coccineis variegatum. *Sims.* *In Americâ boreali.* ♃.

n. 96. SALVIA.

S. V. I. p. 217. n. 5 a. SALVIA *brasiliensis Spreng.;* foliis ovatis, utrinque attenuatis, glabris, serratis; bracteis nullis; calycibus coloratis, corollas excedentibus. *Spreng. S. V.* I. *p.* 56.

In Brasilia.

Mant. I. *p.* 182. *n.* 16 a. SALVIA *Linkiana* s. *pilantha Link* clo *Spreng. S. V.* 1. *p.* 58. S. *bracteata Russel* est.

S. V. I. p. 220. *Mant.* I. p. 183. n. 18. SALVIA *Habliziana* a *Spreng.* l. c. jungitur cum S. *scabiosaefolia.*

Mant. I. p. 185. *Additam.* I. p. 208. n. 26 e. SALVIAE *splendenti* addatur synonymon: S. calyce colorato, labio inferiori bifido, corollâ elongatâ puberulâ; verticillis sexfloris (sub anthesi) nudis; foliis ovato-acuminatis, crenato-serratis. *Reichenb. Hort. Bot. Cent.* I. n. 51. S. fol. ovatis, acuminatis, serratis; anthuris terminalibus; bracteis, pedicellis, calycibus corollisque coccineis. *C. a. Hoffmannsegg 2ter Nachtr.* p. 203.

Fruticulus erectus, bi-tripedalis. Caulis tetragono-canaliculatus, patenti (decussatim *Hoffm.*) ramosus: rami herbacei, virides, apicem versus coccinei. Folia longe petiolata, glandulâ axillari violaceâ, petiolo a basi arcuato-ascendente, (2-3 poll. *Hoffmsgg.*): alia ovata, alia cuneata, acuminata, basi acumineque subintegerrima, supra hispidula, subtus glabra, (3 poll. 6 lin., 2 poll. 6 lin. lata *Hoffmsgg.*). Racemi terminales, pyramidati, coccinei, coccineo-pubescentes, sub aestivatione bracteati, bracteis lanceolato-acuminatis, coccineis, puberulis, (marcescenti-deciduis, calyces subaequantibus. *H.*) Verticillorum flores ternatim oppositi, (utrinque 2 laterales evanescentes, medius productus cum pistillo 2 poll. *H.*) Pedunculi calyce breviores. Calyx depressus, 5 (6 *H.*) carinatus, bilabiatus: labio superiori adscendenti, acuminato, inferiore porrecto, acute bifido, totus coccineus, inprimis ad carinas coccineo-pubescens, ($^1/_2$ poll.-9 lin. longus *H.*). Corolla fere calyce triplo longior, (fere 2 poll., valde compressa *H.*), recta, tubuloso-ampliata, galeâ porrectâ, vix

falcatâ, obtusâ, (excisâ, 3-4 lin. *H.*); labium tripartitum? laciniâ mediâ latiore subrotundâ concavâ, (breviore *H.*), lateralibus transversim oblongis reflexis, (patentibus, acutis, 2 lin. *H.*); tota coccinea, extus puberula, intus glabra, dorso albo-liturata. Filamenta corollâ duplo breviora, albida, (carnea *H.*) glabra, stipite fauci inserta. Antherae nigricantes, (sordide coccineae *H.*) polline flavescente. Stylus exsertus, (corollam 6 lin. superans, carneus, apice coccineus *H.*), glaber. Stigmata subaequalia, curva, (coccinea *H.*). Pulvinar (discus) quadrifoveolatum, antice rostratum. Semina alba, longitudinaliter inciso-sulcata. Plantae siccatae corolla sanguineo-rosea opaca, in vivâ vere splendens. Proxima mexicana S. *tubifera* differt: floribus erectis minoribus, foliis infra incano-tomentosis, supra glabris. S. *Regla Cav.*, calycibus coloratis foliisque affinis, habet pedunculos terminales geminos R.

S. V. I. p. 224. *Mant.* I. p. 185. n. 28. SALVIA *Pseudococcinea.* Addatur synonymon:

C. a Hoffmannsegg. 2ter Nachtr. p. 202.

Folia subtomentoso-pubescentia, serrato-crenata, cum petiolo 5 poll. circiter, lamina 3 poll., basi subacuta. Verticilli saepissime 10-12-flori, floribus nonnullis plerumque evanidis. Calycis dorsum purpureo-fuscum. *C. a Hoffmansegg.*

S. V. I. p. 224. *Mant.* I. p. 185. n. 29. SALVIA *Boosiana.* Addatur synonymon:

S. *amöna Loddig. Bot. Cab.* 377. S. *latifolia Anderson.*

S. V. I. p. 226. *Mant.* I. p. 186. n. 38. SALVIA *caesia.* Huc a clo *Spreng. l. c. p.* 60. ducuntur: S. *polystachya Orteg.*, *lamiifolia Jacq.* et *lineatifolia Lag.*

n. 38 a. SALVIA *eriocalyx Bertero;* caule fruticoso erecto ramisque canescenti-pubescentibus; foliis ovato-oblongis, acuminatis, serratis, pubescentibus, subtus canotomentosis; verticillis subocto-floris, approximatis; bracteis caducis, acuminatis; calyce densissime villoso-lanato.

Frutex ramis oppositis, tetragonis, basi pube brevissimâ canâ, apicem versus pallide ferrugineâ. Folia petiolata, aequaliter acute serrata, supra pube tenui appressâ, subtus reticulato-venosa, nervis primariis prominentibus, 1 ½-2 poll., poll. fere lata. Petiolus 6 lin., teres, superne canaliculatus, tomentosus. Spicae terminales, 1 ½ poll., sessiles, verticillatae; verticillis plerumque 8-floris, rarius 6-10 floris, inferioribus remotioribus, reliquis approximatis. Bracteae ovatae, longe acuminatae, subtus dense tomentosae, inferiores calycibus quidquam longiores, superiores iisdem breviores, mox deciduae. Calyx tubulosus, cylindricus vel paulum ampliatus, ½, 3-4 lin., lanâ densissimâ, intricatâ, sat longâ, sordide albâ; laciniâ superiore fere rotundato-ovatâ, obtusâ, 2 inferioribus ovatis, acutiusculis. Corollae desunt in speci-

mine nostro, quod amiciss. *Balbis* debemus. *In Jamaica. Bertero.*

S. V. I. p. 228. *Mant.* I. p. 187. n. 48. SALVIA *hispanica.* Addatur synonymon:

SALVIA *prismatica Cav.* fid. *Spreng. l. c. p.* 60.

Mant. I. p. 188. n. 50 b. SALVIA *Betonica.* Addatur synonymon:

SALVIA *simplex Spreng. S. Veg.* I. *p.* 58.

Mant. 1. p. 189. n. 50 f. SALVIA *tolimensis* a clo *Spreng.* l. c. ad S. *rufulam* ducitur.

S. V. I. p. 229. n. 52. SALVIA *dominica* clo *Spreng.* l. c. eadem cum S. *serotina* est.

S. V. I. p. 528. n. 56 a. SALVIA *melissodora Lag.* clo *Spreng. l. c.* S. *amarissima* est.

S. V. I. p. 232. *Mant.* I. p. 194. n. 61. SALVIA *pulchella.* Addatur synonymon:

Colla Hort. ripul. p. 125. *t.* 16.

S. V. I. p. 234. n. 71. SALVIA *acuminata* a clo *Spreng.* l. c. p. 63. jungitur cum S. *amarissima.*

Mant. I. p. 197. n. 75 k. SALVIA *phönicea Humb.* et *Bonpl.* clo *Spreng. l. c.* S. *hirtella Vahl* est.

S. V. I. p. 237. n. 81. SALVIA *lavandulaefolia* clo *Spreng. l. c. p.* 63. synonymon S. *creticae* est.

S. V. I. p. 238. n. 85. SALVIA *barbata* a clo *Spreng.* l. c. ad S. *coloratam* ducitur.

S. V. I. p. 238. *Mant.* I. p. 200. n. 87. SALVIA *officinalis.* Addatur:

Obs. SALVIA *officinalis fol. varieg.* a clo *C. a Hoffmsgg.* nomine SALVIAE *chromaticae;* floribus majoribus, magis hirtis; calyce *majori,* asperiori, striis magis elevatis, corollae labii inferioris laciniâ mediâ magis transverso-rhomboideâ, excisurâ minus profundâ, foliis non auriculatis, brevioribus latioribusque a *S. officinali* distinguitur.

S. V. I. p. 582. n. 87 a. SALVIA *Hispanorum Lag.* a clo *Spreng.* l. c. synonymon S. *creticae* dicitur.

n. 87 b. SALVIA *papillosa C. a Hoffmannsegg;* caule fruticoso; foliis petiolatis, oblongis, crenulatis, papilloso-rugosis; calycibus compresso-campanulatis; corollis his duplo longioribus. *C. a Hoffmannsegg 3ter Nachtr. p.* 58.

Nomine S. *trilobae* accepi, sed auriculae plane desunt. Herba sublanuginoso-pubescens, odore gravi S. *officinalis.* Caulis obsolete tetragonus; rami teretes. Folia proportione petioli laminaeque varia, 2-3 poll., supra areolis parvis, arctis, bullosis reticulata, in minoribus inferioribus papilloso-alutacia.

Anthurus pauper. Verticilli sub 6-flori; floribus nonnullis evanescentibus. Flor. 10 lin. Calyx 4 lin., albidus, nervis viridibus, dentibus mucronatis, galeae intermedio lateralibus breviore. Corolla alba; galea calycis longitudine; hanc laciniae labii laterales ovatae acutae aequantes, intermedia multo major, transverse ovata, excisa. *C. a Hoffmannsegg. Hab.?* ♄. (An SALVIA *Hispanorum Lag.?*)

S. *V.* I. p. 240. *Mant.* I. p. 202. n. 91. SALVIA *elegans.* Addatur

Obs. Ill. *Colla* in *hort. ripul.* 1. *p.* 137. SALVIAM *splendentem Hortul.* cum? adducit, quam accedere ad *incarnatam Cav.* s. *elegantem Vahl* affirmat, ita ut eandem plantam reapse crederet, ni dubium relinqueret verticillorum formâ, qui in hac constanter biflori approximati, in *S. elegante* vero subsexflori distantes. Hinc *splendenti* suae sequentia tradidit: S. caule herbaceo vel suffruticoso, erectiusculo, striato, ramosissimo; foliis longe petiolatis, ovatis, acuminatis, inaequaliter serratis, glabris, subtus pallidiusculis; verticillis bifloris approximatis; calycibus pedicellisque glanduloso-villosiusculis, coloratis; corollis longissimis. (Pedicelli, calyx et corolla coccinei). Rad. perennis, fibroso-ramosa. Caulis basi teretiusculus, laevis, hinc angulatus; rami oppositi, subcoarctati. Folia opposita, reclinata, basi attenuata, subtus nervosa, venosa, 1 ¼ poll., poll. lata. Petioli foliis parum longiores, lineares, semiteretes, canaliculati, glabri. Flores pedicellati. Pedunculus communis s. axis spithamaeus, inferne viridis, superne coccineus. Verticilli basi ungue distantes, dein gradatim magis approximati. Pedicelli teretes, semiunguiculares. Calyx pedicello duplo longior, tubulosus, subaequalis, 4-5-fidus, laciniis acutis. Corolla calyce duplo longior, labio inferiore bifido. Genitalia exserta. Stylus staminibus longior. Nomine S. *splendentis*, *fulgentis*, et *coloratae* in hortis provenit. *Colla.*

Mant. I. p. 202. n. 91 a. SALVIA *spicata.* Addatur synonymon:

SALVIA *Humboldtii Spreng. S. Veg.* I. p. 64.

S. *V.* I. *p.* 241. *Mant.* I. *p.* 204. *n.* 95. SALVIA *lusitanica.* Addatur synonymon:

SALV. *sclaraeoides Brot.* fid. *Spreng. l. c. p.* 65.

S. *V.* I. *p.* 241. *Mant.* I. p. 204. n. 97. SALVIA *verticillata.* Addatur synonymon:

SALV. *napifolia Jacq.* fid. *Spreng. l. c. p.* 66.

S. *V.* I. *p.* 243. *Mant.* I. *p.* 205. *n.* 104. SALVIA *mollis* clo *Spreng. l. c. p.* 64. synonymon S. *lusitanicae* est.

S. *V.* I. *p.* 244. *Mant.* I. *p.* 205. *Addit.* I. p. 208. n. 107. SALVIA *pratensis.* Addatur synonymon:

SCLAREA *pratensis Mönch.* SCLAREA *pinnata Mill.*

Obs. A *Mert.* et *Koch* in *Röhl. Deutsch. Fl.* 1. *p.* 351. sequentes varietates enumerantur: α. major; 3-ped., fol. rad. profunde inciso-serratis. Au S. *rostrata Schmidt* in *N. Abhandl. d. k. böhm. Ges. d. Wiss.* 1 Bd. S. *pratensis γ Trevir.* β. *procerior Presl*; magna; fol. inciso-crenatis; flor. rubris parvis. γ. flor. albis, parvis, galeâ labium aequante. S. *agrestis Linn.* δ. flor. pallide luteis *Tratt.* — ε. flor. rubris et quidem pallide vel saturate rubris. ζ. flor. variegatis, galeâ caerulea, labio albo. S. *variegata?* η. bracteis incisis. S. *pr. bracteata Opiz.* ϑ. S. *prat. hirsuta Opiz*; caule basi petiolisque foliorum radicalium villosis, quae in S. *austriacam* transit.

Additam. I. *p.* 208. *n.* 107 a. SALVIA *dumetorum* a clo *Spreng. l. c. p.* 66. jungitur cum S. *pratensi.*

S. V. I. *p.* 244. *Mant.* I. *p.* 205. n. 108. SALVIA *variegata.* Addatur synonymon:

S. fol. cordatis, oblongis ovatoque-oblongis, rugosis, duplicato-crenatis: caulinis petiolatis; anthuris virgatis; bracteis calycem subaequantibus; pilis calycis guttuliferis. *C. a Hoffmannsegg. 2ter Nachtr. p.* 205. S. *tricolor Hort.* A clo *Spreng. S. V.* 1. p. 66. jungitur cum *pratensi.*

S. V. I. 246. *Mant.* I. *p.* 206. *n.* 114. SALVIA *nutans.* Addatur synonymon:

S. foliis cordatis, inaequaliter basi excisis, grosse crenatis; caule subaphyllo; spicis nutantibus, ebracteatis. *Bot. Mag.* 2436.

Folia valde variare solent: in nostrâ undulata sunt, subsinuata, grosse crenata et, ut speciei peculiare videtur, basi inaequaliter excisa, uno latere satis majore et inaequali, interdum tam incisa, ut varie lobata sint, ut cls *Marsch. a. Bieberst.* S. *hastatam* et *betonicaefoliam* pro meris hujus varietatibus habeat; sed cum bracteis gaudeat coloratis, satis diversa videtur. Foliorum uno vel duobus paribus utplurimum imperfectis, caulis ceterum aphyllus, obtuse quadrangulus, pubescens. Calyx striatus, bilabiatus, pilosus. Corolla violacea: galea oblonga, compressa, stamina pistillumque includens, labium inferius trilobum, lobo medio crenato concavo, lateralibus rectis; propter spicam nutantem flores reversi. Filamentorum brachia inaequalia, breviore antheram imperfectam, longiore perfectam gerente. Stigma exsertum, bifidum. *Sims.*

Additam. I. *p.* 209. *n.* 104 a. SALVIA *cremenecensis* a clo *Spreng. l. c. p.* 67. cum S. *betonicaefolia* jungitur.

S. V. I. *p.* 248. *n.* 122. SALVIA *varia Vahl* clo *Spreng. l. c. p.* 66. synonymon S. *parviflorae* est.

S. V. I. *p.* 249. *Mant.* I. *p.* 208. *Addit.* I. *p.* 209. *n.* 129. SALVIA *sylvestris.* Addatur

Obs. Cli *Mert.* et *Koch* in *Röhl. Deutsch. Fl.* p. 351. S. *sylvestrem* et *nemorosam* meras varietates dicunt et sic exponunt: S. fol. cordato-lanceolatis, crenatis et crenato-serratis; caule tetragono, piloso; bracteis coloratis, longitudine calycis. — α. rugosa, SALVIA *sylvestris;* β. scabra, S. *nemorosa;* γ. laevior.

S. V. I. p. 251. *Mant.* I. p. 209. n. 130. SALVIA *nemorosa* a cls. *Mert.* et *Koch* in *Deutsch.* Fl. p. 352. et a clo *Spreng. l. c. p.* 67. jungitur cum *sylvestri.*

S. V. I. p. 252. *Mant.* I. p. 209. n. 138. SALVIA *Sclarea.* Addatur synonymon:

SALV. *haematodes Scop.* fid. *Mert. et Koch Deutsch. Fl. p.* 353.

S. V. I. p. 255. *Mant.* I. p. 210. n. 143. SALVIA *Verbenaca.* Huc a clo *Spreng. l. c. p.* 68. trahuntur: S. *Claytoni*

Ell., *oblongata Vahl*, *Spielmanni Willd.*, *betonicaefolia Lam.*, *verbenacoides Brot.*, *polymorpha Link*, *clandestina Sebast.*

Obs. Cli *Mert.* et *Koch* in *Deutsch. Fl. p.* 356. S. *praecocem Savi*, *clandestinam Thore* et *polymorpham Hoffmsgg.* ad S. *Verbenacam* ducunt, et ex adnotat. *Loisel.* observant: S. *Verbenacam* plantam autumnalem, *clandestinam* vero aestivalem esse.

S. V. I. p. 260. *Mant.* I. p. 213. n. 156. SALVIA *laciniata* clo *Spreng. l. c. p.* 69. synonymon S. *clandestinae* est.

S. V. I. p. 263. *Mant.* I. p. 216. n. 162. SALVIA *ceratophylloidès* a clo *Spreng.* l. c. jungitur cum S. *clandestina.*

S. V. I. p. 263. *Mant.* I. p. 216. n. 166. SALVIA *dianthera Roth* a clo *Spreng. l. c. p.* 65. S. *bengalensis* synonymon dicitur.

n. 97. COLLINSONIA.

S. V. I. p. 265. n. 6. COLLINSONIA *praecox* clo *Spreng. S. V.* I. p. 70. synonymon C. *scabrae* est.

n. 98. FONTANESIA.

S. V. I. p. 265. *Mant.* I. p. 217. n. 1. FONTANESIA *phyllireoides.* Addatur synonymon:

Dict. sc. natur. 18. *Cah.* TETRAPILUS *brachiatus Lour.* ut videtur clo *Spreng. l. c. p.* 36. DESFONTAINESIA *phyllireoides C. a Hoffmsgg. Verzeichn.* p. 170.

n. 99 a. MILLINGTONIA.

S. V. I. p. 265. *Mant.* I. p. 218. MILLINGTONIIS addatur:

n. 3. M. *ferruginea Nees;* foliis impari-pinnatis: foliolis majusculis elliptico-oblongis paniculisque ferrugineo-tomentosis. *Blume Catal. Buitenzorg.* 1823 sub MELIOSMA *ferruginea.*

In Java. ♄.

n. 4. M. *lanceolata Nees;* foliis impari-pinnatis: foliolis lanceolatis, subtus ferrugineo-tomentosis. *Blume* l. c. sub MELIOSMA *lanceolata.*

In Java. ♄.

n. 5. M. *nitida Nees;* foliis impari-pinnatis: foliolis oblongo-lanceolatis, basi attenuatis, supra nitidis, subtus glabriusculis. *Blume* l. c. sub MELIOSMA *nitida.*

In Java. ♄.

Obs. Omnes hae tres arbores magnae, *Berberideis* affines, foliis imparipinnatis, racemis magnis, compositis, ramulis elongatis, floribus parvis, breviter petiolatis, odorem mellis spargentibus.

n. 100. LINOCIERA.

S. V. I. p. 266. n. 2. LINOCIERA *latifolia* clo *Spreng. S. V.* I. p. 35. ad L. *ligustrinam* spectare videtur.

n. 101. ACAENA.

S. V. I. *p.* 268. *n.* 3 a. ACAENA *agrimonioides Humb.* et *Bonpl.*; caule erecto (?); foliolis oblongis, grosse serratis, glabris; junioribus subtus pubescentibus; fructibus oblongis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen.* et *spec. red. Kunth.* T. VI. p. 231.

Caulis herbaceus (?), ramosus, ramis alternis, teretibus, fusco-purpureis, glabris. Folia alterna, petiolata, impari-pinnata. Foliola 4-6-juga, subopposita, subsessilia, terminale petiolatum, utrinque acuta, nervo medio subtus piloso, 8-10 lin., 3 lin. et paulo latiora; inferiora gradatim minora. Petioli semiteretes, adjectâ rhachi 1 ½-poll., pubescentes. Stipulae lineari-lanceolatae, glabrae, petiolo utrinque adnatae, apice liberae. Spicae axillares, solitariae, longissime pedunculatae, adjecto pedunculo sub-5-poll., fructiferae 7-8-poll.; pedunculo 3-4-poll., tereti-ancipite rhachique pubescentibus. Flores alterni, breviter pedicellati, inferiores valde remoti, 3-bracteati, magnitudine floris ALCHEMILLAE *vulgaris*. Bracteae ovato-lanceolatae, acuminatae, ciliatae, exterior major ad basin pedicelli; 2 minores ad ejus medium. Calyx persistens; tubo oblongo, echinato-villoso; fauce constrictâ; limbo 3-4-partito, laciniis ovatis, concavis, integerrimis, apice obtuso, subglanduloso, subaequalibus, glabriusculis, tubo brevioribus. Stamina 3. Stylus brevis, terminalis, exsertus. Stigma magnum, peltato-multifidum. Fructus secundi, oblongi, setis triglochidatis undique armati, hirti, 4 lin., akenium 1 includentes. Akenium tubo calycis adnatum. Semen appensum, oblongo-cylindraceum, apice acutum, laeve, glabrum, fuscescens. A. *lappaceae* proxima. *Kunth.* *In locis frigidis prope Tianguillo regn. Mexic.* Alt. 1505 hex. ♃.?

S. V. I. p. 268. n. 6 a. ACAENA *sarmentosa Carmich.*; diandra, hermaphrodita; aristis 4, capitulis globosis; foliolis argute serrato-incisis, supra glabris, venosis, subtus sericeis; stipulis indivisis. *Carmichael Fl. of Tristan da Cunha* in *Linn. Trans.* XII. 2. p. 502. ANCISTRUM *sarmentosum Aubert du Petit Thouars Flore de Tristan d'Acugna* in *Mélang. de Bot.* p. 44.

Nunquam radicans. Extremitates ramorum adscendentes. Seminibus vestibus Bardanae instar adhaerentibus molestissima. *In Insula Tristan da Cunha.*

S. V. I. p. 268. n. 7. ACAENA *argentea.* Addatur synonymon: ANCISTRUM *argenteum Humb. et Bonpl. nov. gen. et spec. red. Kunth* T. VI. p. 230.

S. V. I. p. 582. *Mant.* I. p. 219. n. 9 a. ACAENA *sericea*. Addatur synonymon:

POTERIUM *australe Salisb. Prodr.* p. 360.

S. V. I. p. 269. n. 12. ACAENA *adscendens*. Addatur synonymon:

ANCISTRUM *laevigatum Lag. nov. spec.* p. 7. fid. *Decand. Prodr.* 2. *p.* 593.

n. 101 a. RAVIA.

Mant. II. *Addit.* I. p. 211. n. 1. RAVIA *resinosa*. Addatur synonymon:

GALIPEA *resinosa Aug. St. Hilaire Mém. Mus. Ann.* V. 11. *Cah.* p. 392. (qui post G. *Candollianam* inserendam esse. cum vera sit GALIPEA.) *Decand. Prodr.* 1. 731. BONPLANDIA *resinosa Spreng. S. Veg.* I. p. 780.

Mant. I. *Addit.* I. p. 211. n. 2. RAVIA *racemosa*. Addatur synonymon:

GALIPEA *Fontanesiana Aug. St. Hil.*; foliis simplicibus, oblongo-lanceolatis, apice acutiusculis, basi acutissimis, glaberrimis; racemis terminalibus vel subextraaxillaribus, basi vix ramosis; staminibus 3 sterilibus; nectario 5-dentato. *Aug. de St. Hil. Mém. Mus.* 5 *Ann. Fasc.* 10. *p.* 284. *t.* 4 B. *Fasc.* 11. *p.* 392. *Decand. Prodr.* 1. *p.* 751. BONPLANDIA *Fontanesiana Spreng.* S. V. I. p. 780.

Frutex 1-2 ped., caule subsimplici, crassitie digiti. Folia 5-6 poll., 15-24 lin. lata, integerrima, intervallis saepe approximata: petiolo 1-2 poll., infra apicem incrassato-geniculato. Racemi breviter pedunculati, rhachi subtrigonâ. Flores parvi, in racemis glomerati: pedicellis glabriusculis, basi bracteolatis. Cal. parvus, cupulaeformis, profunde 5-fidus, glabriusculus, crassiusculus, nigricans, divisuris subinaequalibus. Pet. 5 linearia, pubescentia, in tubum brevem 5-gonum usque ad medium coalita. Stam. 5 petalis adhaerentia: filamenta complanata, subulata, pubescentia: fertilia 2 breviora, antheris albis. Nectarium dimidiis ovariis aequale. Styli 5 breves, villosi, subcoaliti. Stigmata subobliqua. Germina 5 villosa. Cocca 1-2, obovato-rotunda, obtusissima, transverse arcuatim striata. Semen oblongo-reniforme, compressum, planum. *St. Hil.* *In sylvis prope Iraruama prov. Rio de Janeiro.* ♄.

n. 101 b. DIGLOTTIS.

Mant. II. *Addit.* I. p. 211. n. 1. DIGLOTTIS *obovata*. Addatur synonymon:

Decand. Prodr. 1. p. 732. BONPLANDIA *cuneifolia Spreng. S. Veg.* 1. *p.* 781.? Conf. CONCHOCARP. *cuneifolium*.

n. 103. M O R I N A.

S. V. I. p. 270. *Mant.* I. p. 219. n. 1. MORINA *persica.* Addatur synonymon:
Coulter Mem. Dips. p. 21.

Cal. bilobatus, foliaceus; involucellum dentato-spinosum, fructu maturante pedicellatum. Stam. 2, antheris 4-locularibus, vel potius 4 diadelpha. Stigma capitato-peltatum. Cor. longissima, deflexa, bilabiate 5-fida. Folia verticillata, sinuato-spinosa. *Coult. l. c.*

n. 104. C I R C A E A.

S. V. I. p. 270. *Mant.* I. p. 220. n. 1. CIRCAEA *lutetiana.* Addatur synonymon:
Svensk Bot. n. 586. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 15. (cum syn. *Curt. Lond.*) *Poit.* et *Turp. Par.* 10. t. 7. C. *major Lam. Fl. fr.*

S. V. I. p. 271. *Mant.* I. p. 220. n. 2. CIRCAEA *alpina* clo *Spreng. S. V.* I. p. 89. mera C. *lutetianae* varietas est, quod certe falsum; etiam clo *Smith Engl. Fl.* 1. *p.* 16. diversae species videntur. Differt praecipue: caule humiliore; foliis cordatis, serratis, nitidis; calyce magis membranaceo; petalis magis rubris.

n. 105. P I M E L E A.

S. V. I. p. 272. n. 5. PIMELEA *cernua* clo *Spreng. S. V.* 1. p. 91. eadem cum P. *linifolia* est.

S. V. I. p. 272. *n.* 8. PIMELEA *angustifolia* jungitur a clo *Spreng.* l. c. cum P. *paludosa.*

S. V. I. p. 273. n. 14. PIMELEA *lanata.* Addatur:

Specimen nostrum, quod nomine P. *roseae* e nova Hollandia accepimus, frutex subdichotome-ramosus; ramis glabris, teretibus, erecto-patentibus, cortice fusco, laevi. Folia opposita, erecto-patentia, brevissime petiolata, lanceolata et oblongo-lanceolata, acuta, utrinque glaberrima, nervo medio subtus paulum prominulo, subcoriacea, subtus quidquam pallidiora, 3-10 lin., 1-4 lin. lata. Pedunculus subtetragonus, apice incrassatus, glaberrimus, 2-6 lin.. Involucri foliola acuta, margine solum ad medium membranacea, extus glabriuscula, nervo medio quidquam prominulo, intus basi et ad nervum medium pilis albis appressis sericeis, capitulo quidquam breviora, 5-8 lin., 4-5 lin. lata. Capitula multiflora. Cor. undique ad lacinias usque pilis albis hispidissima; tubo cylindrico, 5-6 lin., laciniis oblongis, obtusiusculis, intus glabris, extus hispidis, 1 1/2 lin.. Stam. exserta, ad laciniarum bases inserta; filamentis filiformibus, laciniis paulo brevioribus; antheris oblongis. Stylus filiformis, glaber, lacinias staminaque superans, apice quidquam incrassa-

tus; stigmate parvo, obtuso, glabro. Receptaculum subglobosum, pilis densis albidis vel fuscescentibus lanatum.

S. V. I. p. 274. *Mant.* I. p. 221. n. 16. PIMELEA *pauciflora.* Addatur synonymon:

Loddig. Bot. Cab. 179.

S. V. p. 275. *Mant.* I. p. 223. n. 31. PIMELEA *virgata* a clo *Spreng. l. c. p.* 92 synonymon P. *pilosae* dicitur.

S. V. I. p. 275. *Mant.* I. p. 224. n. 32. PIMELEA *drupacea.* Addatur synonymon:

Loddig. Bot. Cab. 540.

S. V. I. p. 276. *Mant.* I. p. 224. n. 33. PIMELEA *incana* a clo *Spreng. l. c. p.* 93. ad P. *niveam* ducitur.

n. 107. FRAXINUS.

S. V. I. p. 277. *Mant.* I. p. 225. n. 1. FRAXINUS *Ornus.* Addatur synonymon:

Bosc. Mém. de l'Institut T. IX. p. 214, qui duas varietates enumerat: α foliis majoribus; β foliis minoribus; FR. *monspeliensis Hortul.* ORNUS *europaea Link. Enum. H. berol.* II. *p.* 451.

Obs. FRAXINUS *Ornus americana* clo *Bosc* species propria videtur, a FR. *Orno* foliis magis rotundatis, petalis brevioribus angustioribusque diversa. *In arenosis Carolinae.*

S. V. I. p. 277. *Mant.* I. p. 226. n. 2. FRAXINUS *rotundifolia.* Addatur synonymon:

Bosc. l. c. p. 216. ORNUS *rotundifolia Link.* l. c. p. 451. FRAX. *calabrica* et *haleppensis Auctor.*

S. V. I. p. 277. n. 3. FRAXINUS *acuminata.* Excludatur, fide *Bosc. l. c. p.* 205. et *Link l. c. p.* 452, FRAX. *americana Linn.*, utpote species propria; et addatur: FR. *nigra Hortul.* et FR. *americana Hortul.* FR. *concolor Mich.*

Arbor magna. Foliola 7, ovato-lanceolata. acuminata, vix dentata, supra profunde viridia, subtus glauca et fere glabra, impari 1 decim. longo. Gemmae magnae, fulvae: rami juniores cinerei. Folia juniora petiolique partiales fere semper rubro-fusca. *Bosc.*

n. 3 a. FRAXINUS *americana Linn.;* foliis 3-jugis: foliolis ovatis, acutis, acuminatis, inaequaliter dentatis, glaucis, subtus petiolisque villosis vel holosericeis. *Bosc. l. c. p.* 205. *Link l. c. p.* 452. FR. foliolis petiolatis, ellipticis, ovatis, integerrimis, acuminatis, subtus glaucis. *Linn. Spec.* 1520. *Willd. Spec.* IV. p. 1102. (excl. syn. *Lam.*) *Willd. Baumg. p.* 145. F. *alba Bartram.* fid. *Herb. Mich.*

Saepissime cum F. *acuminata* confusa; sed differt foliolis latioribus, magis dentatis, subtus semper villosis, cortice minus colorato. Foliola 7, impari 1 décim. longo. Gemmae aureae; cortex ramorum juniorum fusco-cinereus. Folia juniora petiolique partiales fusca. *Bosc.* An huc F. *americana* in *C. a Hoffmannsegg* 3ter *Nachtr.* p. 36, qui foliola 7, ovata, subtus glaucescentia et undique albo-pubescentia, praecipue in nervis primariis, antice subserrata adnotat, et Fr. *pubescentem* et *albam* foliolis magis serratis differre dicit?

S. V. I. p. 278. n. 4. FRAXINUS *platycarpa*. Addatur synonymon:

Bosc. l. c. p. 212. et excludatur synonymon *Catesb.*, ad *carolinianam* spectans.

Foliola 5, ovata, acuta, dentata, glabra, 6-7 centim longa. Samarae ovatae, lanceolatae, 12-15 millim. latae. *Bosc.*

n. 4 a. FRAXINUS *rubicunda Bosc.*; foliis 3-jugis: foliolis ovatis, acutis, coriaceis, supra saturate viridibus, subtus pallidioribus, subtomentosis, petiolis nervisque primariis rubicundis. *Bosc l. c. p.* 212.

Foliola 7, terminale 6-7 centim. longum. Gemmae cinereofuscae. Cortex ramorum juniorum cinereus. *Bosc.* *In America boreali.* ♄.

n. 4 b. FRAXINUS *pulverulenta Bosc.*; foliis 6-jugis: foliolis longe petiolatis, ovatis, acutis, sinuato-dentatis, supra saturate viridibus, subtus pallidioribus subtomentosis; petiolis fere pulverulentis. *Bosc. l. c. p.* 212.

Fr. *cinereae* et *pubescenti* affinis. Foliola 13, 6 centim. longa. Petioli communes partialesque pilis brevissimis cinereis subpulverulenti. *Bosc.* *In America boreali?*

n. 4 c. FRAXINUS *mixta Bosc.*; foliis 5-jugis: foliolis ovatis, subsessilibus, profunde inaequaliter dentatis, supra intense viridibus, subtus ad nervos petiolisque hirsutis. *Bosc. l. c. p.* 213.

Foliola 11, terminale 4-5 centim. longum. *Bosc.* *In America boreali?* ♄.

S. V. I. p. 278. n. 5. FRAXINUS *quadrangulata*. Addatur synonymon:

Bosc. l. c. p. 211. FR. *tetragona Enum. H. berol. Suppl. p.* 69. (fid. *Link. l. c. p.* 452.)

Foliola 5-7, ovata, acuta, grosse dentata, supra pallide viridia, subtus quidquam pubescentia, terminali 8-10 centim. ongo. Gemmae cinereae. *Bosc.*

S. V. I. p. 278. n. 7. FRAXINUS *juglandifolia*. Addatur synonymon:

Bosc. Mém. de l'Instit. T. IX. p. 206. *Link. Enum.* T. II. p. 452.

Foliola 4 poll., 1 poll. 10 lin. lata. *Link.* Rami juniores viridi-cinerascentes. Fructus vix 3 centim. longi, valde angusti. Foliolorum superiorum unum alterumve saepius alatum, et in petiolum decurrens. *Bosc.*

n. 7 a. Fraxinus *Richardi Bosc.;* foliis 3-jugis: foliolis ovatis, acutis, dentatis, profunde viridibus, subtus ad nervos pubescentibus; gemmis cinereis, basi pilosis. *Bosc. l. c. p.* 207. *Link. l. c. p.* 452.

Foliola 7, terminali 10-12 centim. Cortex gemmarum basi pilis albis, rigidis, fragilibus; cortex ramorum fusco-cinereus *Bosc.* *In America boreali. Michaux.* ♄.

n. 7. b. Fraxinus *cinerea Bosc.;* foliis 3-4-jugis: foliolis remotis, lanceolatis, late et inaequaliter dentatis, subtus sordide viridibus et ad nervos villosis; gemmis gracilibus, pilis cinereis. *Bosc. l. c. p.* 207.

Foliola 7-9, terminali 10-12 centim. Rami juniores cinerascenti-virides. Proxima Fr. *Richardi*; saepius cum Fr. *alba* et *caroliniana* confusa. *Bosc.* *In America boreali.* ♄.

n. 7 c. Fraxinus *alba Bosc.;* foliis 3-jugis: foliolis lanceolatis, valde et inaequaliter dentatis, pallide viridibus, subtus petiolisque communibus partialibusque albo-pilosis; ramis cinereis. *Bosc. l. c. p.* 207. *Link. l. c. p.* 452. *C. a Hoffmannsegg. 3ter Nachtr. p.* 36.

Foliola 5 poll., 1 poll. 6 lin. lata, utrinque valde attenuata. *Link.* Foliola 7, subtus pilis albis fragilibus, terminali 10-12 centim. Rami pallide cinerei. *Bosc.* In arbore circiter 6 ped. foliola 9, oblonga, basi sat angustata, longe acuminata, quidquam remote et subappresse serrata, supra glabra, laete viridia, subtus valde albida, nervo medio secundariisque pilis albis erectis, media 3 poll., 1 poll. lata, infima aliquanto breviora, extimum adhuc brevius et magis ovatum. Mensura minor quam a clo *Link* indicata, forte a stirpis juventute. *C. a Hoffmsgg.*

S. V. I. *p.* 279. *Mant.* I. p. 226. n. 8. Fraxinus *sambucifolia.* Addatur synonymon:

Bosc. l. c. p. 211. cui *β*, petiolis pubescentibus; foliis multo majoribus.

Foliola 11, lanceolata, acuminata, profunde dentata, supra saturate viridia, subtus ad nervum medium quidquam tomentosa; terminali 10-12 centim. longo. Rami juniores virides, nigro-punctati. Folia trita Sambucum spirant. *Bosc.* Ill. *C. a Hoffmannsegg* 2ter *Nachtr.* p. 120 hanc speciem praesertim foliis valde longe acuminatis distinguit. Folia lanceolato-oblonga, ad latera nervi medii et deliquescenter principalium pubescentia, nonnulla 5 poll. 6 lin., 1 poll. 9 lin. lata.

S. V. I. p. 279. n. 9. Fraxinus *caroliniana.* Addatur synonymon:

Bosc. l. c. p. 208. et hoc teste: Fr. *caroliniana Catesb. car.* t. 80.

Foliola 7, valde et irregulariter dentata, pallide viridia, terminali 8-10 centim. Petioli ramique graciles, flavo-virides, glaberrimi. Nomine Fr. *carolinianae* saepius proveniunt Fr. *alba*, *cinerea* et *juglandifolia*. *Bosc.*

n. 9 a. FRAXINUS *viridis Bosc.;* foliis 3-jugis: foliolis ovatis, acutis, argute inaequaliter dentatis, supra saturate viridibus, nitidis, subtus pallidioribus et ad nervos tomentosis; ramis viridibus. *Bosc. l. c. p.* 209. *Link l. c. p.* 452.

Foliola 7, terminale 8-9 centim. longum. Rami juniores cortice atroviridi. *Bosc.* *In America boreali.* ♄.

n. 9 b. FRAXINUS *lancea Bosc.;* foliis 3-jugis: foliolis lanceolatis, acutissimis, grosse dentatis, supra atroviridibus, subtus pallidioribus pilosiusculis. *Bosc. l. c. p.* 209. *Link l. c. p.* 452. *Spreng. S. V.* I. *p.* 96 FR. *lanceam Bosc* ad *epipteram Mich.* trahit.

Foliola 7, apicem versus ad 2/3 grosse dentata, terminali 12-15 centim. longo. Cortex cinereus, glaberrimus. Species elegantissima, quam *Lamarck* pro Fr. *longifoliae* varietate habuit. *Bosc.* *In America boreali.* ♄.

n. 9 c. FRAXINUS *longifolia Bosc.;* foliis 3-jugis: foliolis ovato-elongatis, longe acuminatis, vix dentatis, supra pallide viridibus, subtus petiolisque valde tomentosis; gemmis hirsutis. *Bosc. l. c. p.* 210.

Foliola 7, terminali 15-18 centim. longo. Cortex gemmarum valde hirsutus pilis cinereis. Species saepius cum Fr. *lancea* et *pubescente* confusa; proxima *pubescenti*, sed differt: ramis junioribus crassioribus obtusioribus; foliis supra nitidis, longissimis, coriaceis, pendulis. *Bosc.* *In America boreali.* ♄.

n. 9. d. FRAXINUS *curvidens C. a Hoffmannsegg;* foliis 3-jugis; foliolis glaberrimis, subpetiolulatis, ovatis, serraturis brevibus subdistantibus apice incurvis s. margine conniventibus, basi integerrimis. *C. a Hoffmannsegg 2ter Nachtr p.* 118. et hoc teste: Fr. *caroliniana β Willd. S. V. ed. nostr.* I. p. 279.

Accepi pro F. *caroliniana*. Foliola petiolo 2 lin., terminale petiolo poll., basi per 6 lin.-1 poll. integerrima. *C. a Hoffmannsegg.*

S. V. I. *p.* 279. *Mant.* I. p. 226. n. 10. FRAXINUS *pubescens.*

Addatur synonymon:

FRAXINUS *epiptera Mich.* fid. *Bosc. l. c. p.* 210., qui fid. *Herb. Mich.*

Foliola 7, ovato-oblonga, argute et irregulariter dentata, pau-

lum acuminata, supra obscure viridia, subtus petiolisque valde pubescentia, terminali 8-10 centim. longo. Rami juniores graciles pilisque cinereis tecti, serius glabri, cinerascentes. *Bosc.* FR. *pubescens β longifolia S. V. ed nostr.* ab ill. *C. a Hoffmannsgg* 2ter *Nachtr.* p. 29. FR. *cerasifolia;* FR. *pubescens γ latifolia* vero FR. *platyphylla* dicitur.

n. 10 a. FRAXINUS *pannosa Vent.;* foliis 3-jugis, supra nitidis, subtus villoso-tomentosis: foliolis petiolatis, ovatis, integerrimis, utrinque attenuatis; gemmis fulvis; petiolis glabris. *Spreng. S. Veg.* I. *p.* 95.

In Carolina. ♄.

S. V. I. *p.* 280. *n.* 12. FRAXINUS *angustifolia* a clo *Spreng. S. V.* I. *p.* 97. cum? ad F. *oxycarpam* ducitur..

S. V. I. *p.* 280. *n.* 14. FRAXINUS *tamariscifolia.* Excludatur synonymon FR. *parvifoliae Lam.*, ad F. *parvifoliam* spectans, et addatur:

Bosc. Mém. d. l'Institut. T. IX. p. 202. *Link. Enum.* T. II. p. 452.

Foliola 9-11, valde remota, ovata, acuta, 2 centim. longa, (pedalia, 4-5 poll. lata *Link.*) Flores F. *parvifoliae*, quacum saepissime confunditur, et a quâ differt: ramis magis elongatis, divaricatis, magis fuscis, foliolis angustioribus. *Bosc.*

S. V. p. I. 280. *n.* 15. FRAXINUS *parvifolia.* Addatur synonymon:

FRAX. *parvifolia Lamark. Bosc. l. c. p.* 202. (*Spreng. S. V.* I. *p.* 97. vero eam iterum ad Fr. *tamariscifoliam* citat). Fr. *microphylla Willd. En. Suppl. p.* 68. fide *Link l. c. p.* 452.

Foliola 9-11, ovata, acuta, coriacea, grosse dentata, 1-2 centim. longa. Flores apetali; racemis minimis lateralibus. *Bosc.* *In Turcia vel in Europa meridionali?*

n. 15 a. FRAXINUS *rufa Bosc.;* foliis 2-jugis: foliolis valde elongatis, mucronatis, irregulariter longeque dentatis, subtus, nervis petiolis gemmisque pilis longis rufis. *Bosc.* l. c. p. 203.

Foliola 5. *In America boreali.* ♄.

n. 15 b. FRAXINUS *fusca Bosc.;* foliis 3-jugis: foliolis ovato-oblongis, mucronatis, late irregulariter dentatis, subtus villosiusculis. *Bosc.* l. c.

Arbor sat magna. Foliola 7, flavo-viridia, subtus praecipue ad nervos parum villosa, 8-9 centim. longa. Cortex ramulorum nigrofuscus. F. *nigrae* proxima. *Bosc.* *In America boreali.* ♄.

n. 15. c. FRAXINUS *nigra* *Bosc.*; foliis 3-jugis: foliolis ovatis, acutis, sinuato-dentatis, acuminatis, impari longiore. *Bosc.* l. c.

Foliola 7, quidquam sinuata vel dentata, atro-viridia, terminali saepe 8-9 centim. Cortex ramulorum juniorum nigro-fuscus. FR. *fuscae*, *ellipticae* et *ovatae* affinis. *Bosc.* *In America boreali.* ♄.

n. 15 d. FRAXINUS *elliptica* *Bosc.*; foliis 3-jugis: foliolis ovatis, mucronatis, late, subinde etiam obsolete, dentatis, subtus pilosiusculis; impari majore, magis rotundato. *Bosc.* l. c. p. 204.

Foliola 7, 8-9 centim. longa. Gemmae fulvae; cortex ramulorum juniorum nigro-fuscus. *Bosc.* *In America boreali.* ♄.

n. 15 e. FRAXINUS *ovata* *Bosc.*; foliis 3-jugis: foliolis ovatis, acutis, regulariter dentatis, subtus quidquam pubescentibus, impari multo majore, magis aspero. *Bosc.* l. c. et hoc test: Fr. *nigra* *Herb. Mich.* et *American.*. FR. *alba* *Americanor.* *Link* *Enum.* II. p. 452. Fr. *ovalis* *Enum. H. berol. Suppl.* p. 69.

Foliola 7, impari 6-7 centim. in diametro. Gemmae fulvae. Rami juniores gracillimi, fusco-virides. Fr. *ellipticae* et *platycarpae* affinis. *Bosc.* *In America boreali.* ♄.

S. V. I. p. 280. *Mant.* I. p. 226. *Additam.* I. p. 212. n. 16. FRAXINUS *excelsior*. Addatur

Obs. FR. *excelsior verrucosa* a clo *Link* in *Enum.* T. II. p. 451. nomine FR. *verrucosae* species propria dicitur, licet cel. *Bosc* in *Mém. de l'Instit.* T. IX. p. 200 eam e seminibus F. *excelsioris* natam asserit. FR. *excelsior* δ. *crispa* clo *Bosc.* l. c. species propria est. Cls. *C. a Hoffmannsegg* in 3ter *Nachtr.* p. 118. diagnosin Fr. *excelsioris* sequentibus sistit: FR.; fol. pinnatis, sub-5-jugis; foliolis, excepto terminali, sessilibus, oblongis, serratis, breviter acuminatis, glabris, ad nervum medium pubescentibus, superioribus sensim basi subcuneatim angustatis, floribus etc.

n. 16 a. FRAXINUS *crispa* *Bosc.*; foliis 4-5-jugis: foliolis ovatis, acutis, profunde irregulariter dentatis, undulatis vel crispis, supra atroviridibus, subtus pallidioribus pilosiusculis *Bosc.* l. c. p. 214. Fr. *atrovirens* *Hortul.* (Clo *Sprengel* *S. V.* I. p. 97. et *Mert.* et *Koch* *Deutschl. Fl.* p. 297. varietas FR. *excelsioris* est.)

Foliola 9-11, 3-4 centim. longa. Gemmae nigrae. Cortex ramorum cinereo-fuscus. Certe distincta species, quae solum gemmis nigris cum F. *excelsiori* convenit. *Bosc.* *In America boreali.* ♄.

n. 16 b. FRAXINUS *pallida* *Bosc.*; foliis 3-jugis: foliolis obovatis, acutis, subsessilibus, pallidis, apicem versus grosse dentatis; ramis aureis. *Bosc.* *Mém. de l'Instit.* T. IX. p. 201. *Link* *Enum.* II. p. 451.

Foliola 7, pallide viridia, 4-5 centim. longa. F. *excelsiori* proxima; sed differt: colore aureo, foliolis basi latioribus, brevioribus, minus numerosis. *Bosc.* *In America boreali.* ♄.

S. V. I. *p.* 281. *n.* 17. FRAXINUS *nana* clo *Link* l. c. varietas Fr. *excelsioris* est.

S. V. I. *p.* 291. *n.* 18. FRAXINUS *polemonifolia.* Addatur synonymon:

FRAXINUS *nana Bosc.* l. c. p. 213. *Spreng. S. V.* I. p. 97. Fr. *polemonifoliam Poir* ad Fr. *excelsiorem* trahit; *nanam Bosc.* vero speciem propriam dicit. In definitione in S. V. ed. n. lege petiolis subalatis, loco subulatis.

Foliola 7-9, ovato-elongata, dentata, atroviridia. Petioli communes membranacei vel basi alati. Gemmae nigricantes. Rami cinerei; annui vix centim. longi. Minime cum Fr. *excelsiori* confundenda, a qua praecipue differt: petiolis basi alatis. *Bosc.* *In America boreali.*

S. V. I. *p.* 281. *Mant.* I. *p.* 226. *n.* 19. FRAXINUS *heterophylla.* Addatur synonymon:

Smith Engl. Fl. I. p. 14., cui mera F. *excelsioris* varietas esse videtur, uti etiam cl. *Mert.* et *Koch* in *Deutsch. Fl.* p. 297.

Fraxinis addantur:

n. 22. FRAXINUS *cappadocica Juss.;* foliis bijugis: foliolis ovato-oblongis, profunde irregulariter dentatis, glabris, terminali fere rotundo; samaris acuminatis. *Bosc. l. c. p.* 217.

Foliolorum terminale 15-18 millim. in diametro. Samarae 2 centim. longae. Proxima FR. *parvifoliae* et *rotundifoliae.* *Bosc.* *In Cappadocia.* ♄.

n. 23. FRAXINUS *strigata Bosc.;* foliis 7-jugis: foliolis petiolatis, ovatis vel acute ovatis, sub petiolis villosissimis; gemmis cinereis; ramis junioribus fulvis, cinereo-striatis. *Bosc. l. c. p.* 217. Fr. *striata Spreng. S. V.* I. p. 95.

Foliola 6-7 centim. longa. Proxima FR. *Orno Bosc.* *In Oriente? Herb. Thouin.* ♄.

Quid FRAXINUS *macrophylla C. a Hoffmannsegg 2ter Nachtr.* p. 120? Folia maxima, sub-4-juga; foliolis ovatis oblongisque, acuminatis, conniventi-serratis, 6 poll., 2 poll. 6 lin. circiter latis, glabris, subtus ad nervum medium et deliquescenter principales pubescentibus. FRAX. *juglandifolia Hortul.* passim.

FRAXINUS *amarissima* / *virens* } *Loddig. Cat. of Pl.?*

n. 108 a. REICHENBACHIA.

S. V. I. *p.* 282. *n.* 1. REICHENBACHIA *hirsuta Spreng. S. V.* I. p. 94.

Frutex foliis alternis, oblongis, stellato-pubescentibus, apice incrassato; cymis axillaribus, multifloris, erectis; corollis hirsutis. *Spreng.* *In Brasilia.* ♄.

n. 109 a. ACROGLOCHIN.

Mant. I. p. 227. n. 1. ACROGLOCHIN *chenopodioides.* Addatur synonymon:

LECANOCARPUS *cauliflorus Nees ab Esenb. Ic. select.* I. 4. AMARANTHUS *cauliflorus Link Enum. h. berol.* II. *p.* 389. AMARANTHUS *diandrus Spreng. Neue Entd.* III. p. 20. BLITANTHUS *nepalensis Reichenb. Hort. Dresd. Cat.*

Obs. Genus LECANOCARPUS a clo *Nees ab Esenb.* l. c. sic definitur: *Cal.* 5-phyllus, herbaceus. *Cor.* o. *Stam.* 1-2, foliolis calycinis opposita; antheris didymis. *Styl.* simplex, persistens; stigmatibus 2. *Caryopsis* (cystis) orbicularis, depressa, marginata. *Sem.* 1, horizontale.

n. 111. LEMNA.

S. V. I. p. 282. *Mant.* I. *p.* 228. *n.* 1. LEMNA *trisulca.* Addatur synonymon:

Smith. Engl. Fl. I. *p.* 32. *Hook. Lond.* t. 119.

S. V. I. p. 283. *Mant.* I. p. 228. n. 2. LEMNA *minor.* Addatur synonymon:

Fl. Dan. t. 1587. *Hook. Lond.* t. 120. *Smith Engl. Fl.* p. 33. LENTICULA *minor Scop.* LEMNA *gibba Web.* L. *palustris Haenk.* (fid. *Mert.* et *Koch Deutsch. Fl.* p. 295.)

S. V. I. p. 283. *Mant.* I. p. 228. n. 3. LEMNA *gibba.* Addatur synonymon:

Bot. Zeit. 1824. *N.* 12. *p.* 177. *tab.* 2. LENTICULARIA *gibba Mönch.* LEMNA *vulgaris Lam. Fl. fr.* L. *minor β Lam. Enc.* (fid. *Mert.* et *Koch.* l. c.)

Mant. I. p. 228. n. 8. LEMNA *minuta* clo *Spreng. S. V.* I. p. 94 synonymon L. *minoris* est.

n. 112. CLADIUM.

S. V. I. p. 284. *Mant.* I. p. 229. n. 2. CLADIUM *occidentale* deleatur; est enim sec. *Smith Engl. Fl.* 1. p. 36. fid. specim. *Brown Jam.* in *Herb. Linn.* omnino idem ac C. *germanicum.* *Spreng.* in *S. V.* I. *p.* 123 ad Cl. *occidentale* trahit SCHÖNUM *effusum Swartz.*

D I G Y N I A.

n. 115. ANTHOXANTHUM.

S. *V.* I. p. 287. *Mant.* I. p. 230. n. 1. ANTHOXANTHUM *odoratum.* Addatur synonymon.

Trin. Icon. gram. t. 14. τῳ β. ANTHOX. *paniculatum Auctor.*

Obs. ANTHOXANTHI *odorati* tantum varietas esse videtur: ANTHOXANTHUM *asperum Mann;* paniculâ spiciformi, oblongâ, basi interruptâ, culmo vaginisque asperis. *Mann* in *Opiz Verzeich.* No. 7. p. 54. *In sylvis Bohemiae.*

S. *V.* I. p. 288. *Mant.* 1. p. 230. n. 2. ANTHOXANTHUM *amarum.* Addatur synonymon:

Trin. Icon. Gram. t. 15.

S. *V.* I. p. 288. *Mant.* I. p. 230. n. 3. ANTHOXANTHUM *gracile.* Addatur synonymon:

Trin. Icon. gram. t. 13.

n. 117. DIARRHENA.

S. *V.* I. p. 289. *Mant.* I. p. 231. *Addit.* I. p. 213. n. 1. DIARRHENA *americana.* Addatur synonymon:

FESTUCA *brevifolia Mühlb.* fid. *Spreng. S. V.* I. p. 123.

T R I G Y N I A.

n. 118. PIPER.

S. *V.* I. p. 293. n. 14. PIPER *coriaceum.* Addatur synonymon:

Loddig. Bot. Cab. 128.

Mant. I. p. 233. n. 32 a. PIPER *colubrinum* clo *Spreng.* S. *V.* I. p. 109. synonymon P. *heterophylli* videtur.

S. *V.* I. p. 299. n. 44. PIPER *lacunosum.* Addatur synonymon:

PIPER *Bredemeyeri Jacq.* (*Mant.* I. p. 232.) fid. *Spreng.* S. *V.* p. 111.

Mant. I. p. 233. n. 45 a. PIPER *incanum.* Addatur: PEPEROMIA *incana Hook. Exot. Fl.* t. 66. *Loddig. Bot. Cab.* 503.

S. V. I. p. 300. *n.* 51. PIPER *dumosum* a clo *Spreng.* *l. c. p.* 108. ad P. *obesum* ducitur.

Mant. I. p. 235. n. 60 b. PIPER *prunifolium* clo *Spreng. S. V. p.* 112. synonymon P. *Radulae* est.

S. V. I. p. 303. n. 63. PIPER *auritum.* Addatur: *Sieb. Herb. Mart.* No. 7. — β foliis dimidiato-cordatis. *E. Meyer* in *Nov. Act. Ac. Nat. Cur.* T. XII. p. 774.

β recedit a planta Humb.: foliis rhomboideo-ellipticis, supra glabriusculis, basi dimidiato-cordatis i. e. altero latere cordatis, altero rotundatis cuneatisve. Minime vero differt a planta martinicensi, quae foliis paulo minoribus, magis pubescentibus, inaequaliter cordatis transire videtur in plantam Humboldti, quamvis etiam in planta Sieberiana folia magis rhomboideo-elliptica, quam ovata dici opporteat. *E. Meyer.*

S. V. I. p. 304. *n.* 68. PIPER *obliquum* a clo *Sprengel l. c. p.* 111. ad P. *macrophyllum* ducitur.

Mant. I. p. 237. n. 85 a. PIPER *spurium* a clo *Spreng. l. c. p.* 114. jungitur cum P. *fallace.* Synonymis addatur: P. *glyphicum C. a Hoffmsgg. Verzeichn. p.* 184.

S. V. I. *p.* 308. *n.* 90. PIPER *discolor.* Addatur synonymon: *Loddig. Bot. Cab.* 610.

S. V. I. p. 310. *n.* 96. PIPER *anisatum* a clo *Spreng. l. c. p.* 114. synonymon P. *catalpaefolii* dicitur.

Mant. I. *p.* 241. *n.* 107 b. PIPER *Lonchitis.* Addatur synonymon:

P. *moluccanum Spreng. l. c. p.* 114.

Mant. I. *p.* 241. *n.* 116 a. PIPER *sarmentosum.* Addatur synonymon:

PIPER *latifolium Hunt.* fid. *Spreng. l. c. p.* 117.

Mant. I. *p.* 243. *n.* 121 a. PIPER *amplexifolium* clo *Spreng. l. c. p.* 115. synonymon P. *amplexicaulis* est.

Mant. I. *p.* 244. *n.* 124 a. PIPER *subrotundum* ad P. *obtusifolium* ducitur a *Spreng. S. V.* p. 118.

S. V. I. *p.* 320. *Mant.* I. p. 244. n. 141. PIPER *maculosum.* Addatur synonymon:

PEPEROMIA *maculosa Hook. Exot. Fl.* N°. 92.

S. V. I. *p.* 322. *n.* 149 a. PIPER *concinnum Haw.*; nudum, laeve; foliis alternis, patulo-pendulis, cordatis, obtusis, 5-nervibus, lucidis; petiolis decurrentibus, internodio 2-plo, laminis 3-plo brevioribus; ramulis gracilibus, flexuosis. *Haw. Pl. succ. revis.* p. 198.

P. *pellucido* simile, at non annuum, foliis teneris, caule subrecto, sed fruticulus 6 unc.. ramulis (in petiolorum lapsorum locis) noduloso-cicatrisatis; fol. crassis, uncialibus. *Haw. In Jamaica.* ♄.

S. V. I. p. 322. *n.* 153. PIPER *repens* est P. *scandens*, fid. *Spreng. l. c. p.* 118.

S. V. I. p. 324. n. 160. PIPER *tristachyum* clo *Spreng.* l. c. p. 117 mera P. *polybotryi* varietas videtur.

S. V. I. p. 329. n. 186. PIPER *pereskiaefolium.* Addatur synonymon:

PEPEROMIA *pereskiaefolia Hook. Exot. Fl.* t. 67.

Mant. I. *p.* 246. *n.* 186 a. PIPER *rubricaule* clo *Spreng. S. V.* I. p. 119. synonymon P. *stellati* est.

S. V. I. p. 330. n. 188 a. PIPER *rubellum Haw.;* totum villosum; foliis quaternis, subrotundo-obovatis, subtus convexulis, rufis, lenticuliformibus. *Haw. Pl. succ. Revis. p.* 3. *Loddig. Bot. Cab.* 574. An PEPEROMIA *rubella Hook. Exot. Fl.* t. 58.?

Differt a P. *verticillato* colore rubro etc.; a P. *pallente* foliis 4 nec 3; simulat quoque P. *pulchellum* habitu et magnitudine; sed discrepat foliorum forma et villositate majore. Folia, praecipue subtus, ad lucem trinervia. *Haw.*

S. V. I. p. 330. n. 189. PIPER *rhombeum* a clo *Spreng. l. c. p.* 121. synonymon P. *reflexi* dicitur.

S. V. I. *p.* 332. *Mant.* I. *p.* 247. *n.* 197. PIPER *inaequalifolium.* Addatur synonymon:

Bertol. Virid. bonon. veg. 1824. et hoc teste: P. *menthaeodorum Hort. Ital.,* P. *verticillatum Bert. Elench. p.* 7., P. *tricarinatum Haw.,* et, cum?, P. *stellatum Jacq.*

Mant. I. p. 248. n. 226. PIPER *Langsdorfi Schrank;* pubescens; foliis oppositis, ovatis, trinerviis, obtusiusculis, impunctatis; spicis terminalibus, ternis solitariisque. *Schrank* in *Bot. Zeit.* 1824. *Beylag. p.* 10.

Quid PIPER *candidum*, *laevifolium*, *umbrosum* } *Blume* in *Verhandl. van. het. Batav. Genotsch v. Kunst. en Wetensch.* 1823.? *transparens Fisch.*

ADDITAMENTUM II.

AD

MANTISSAM III. *CLASSIS.*

CLASSIS III.

T R I A N D R I A.

ORDO I.

M O N O G Y N I A.

GENERA.

S. V. I. 145. p. 344. post. n. 140. Xiphidium addatur:

n. 140 a. Gilliesia. *Perianth.* duplex: exterius e bracteis 5 petaloideis, patentibus; internum carnosum, labelliforme. *Stam.* 3 perfecta, basi in urceolum connata: 3 sterilia dentiformia, postica. *Stigma* capitatum, triangulare (interdum abortiens), 3-fidum. *Caps.* 3-locularis, 3-valvis, valvis medio septiferis. *Famil.?* (Ex *Spreng. cur. post.* p. 22.)

S. V. I. p. 348. n. 166 a. HYDRANTHELIUM.

Calyx profunde 4-partitus, ebracteatus, persistens; foliolis per paria oppositis, 2 oblongis obtusis trinervibus, 2 lanceolatis acutiusculis uninervibus. *Cor.* hypogyna infundibuliformis, limbo 3-fido, lobo tertio duplo latiore emarginato. *Stamina* 3 fauci corollae inserta, cum lobis alternantia, iisque breviora. *Antherae* biloculares, oblongae. *Ovarium* superum. *Stylus* 1. *Stigma* bilobum. *Capsula* ovato-subrotunda, mucronata, calyce cincta, tenuissime membranacea, bilocularis?, polysperma; dissepimento utrinque pla-

centifero, tardius libero. *Semina* cylindracea, subarcuata, exalbuminosa, striata, pendula. *Embryo* cylindraceus, bilobus. Radicula hilum spectans, supera. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. et spec. red. Kunth* T. VII. p. 202. WILLICHIA *Spreng.*

Fam. *Scrophularinarum Juss.* Affinis GRATIOLAE, LINDERNIAE et? LIMOSELLAE, sed differt calycis et corollae structurâ et staminum numero. An VANDELLIAE congener, cui tamen stamina 4. *Kunth.*

Obs. Ad TRIANDRIAM MONOGYNIAM a clo *Spreng.* in *S. Veg.* refertur MURICIA *Lour.*, UDORA *Nutt.*, ANTHOBOLUS *R. BR.*, OSYRIS L., POSIDONIA *König* s. KERNERA *Willd.*

S P E C I E S.

---

n. 119. V A L E R I A N A.

S. V. I. p. 349. *Mant.* I. p. 254. *Addit.* I. p. 356. n. 2. VALERIANA *dioica.* Addatur synonymon:

Dict. sc. natur. 19 *Cah.* *β.* V. *d. simplicifolia Reichenb. pl. rar.* t. 59., quo teste: V. palustris fol. subrotundis *Lös. Pruss.* p. 279. V. *saxatilis Botan. Siles.* — *γ.* V. *d. subdentata Opiz* in *Mert.* et *Koch Deutsch. Fl.* p. 394., fol. caulinis inferioribus sinuato-dentatis.

Obs. Vix specie differe videntur: V. *affinis;* caule erecto, basi stolonifero: stolonibus adscendentibus; fol. petiolatis, cordato-ovatis; fol. radicalibus et caulinis inferioribus cordato-ovatis, repando-crenatis, superioribus caulinis decursive pinnatifidis: laciniis lineari-oblongis, integerrimis, extimâ maximâ, ovatâ, repandâ vel dentatâ; floribus paniculatis. *Opiz. Verzeichn.* p. 243. et V. *compacta;* caule erecto, basi stolonifero: stolonibus adscendentibus; fol. petiolatis, oblongis, integris; fol. radicalibus ovato-oblongis, indivisis: caulinis decursive pinnatifidis: laciniis lineari-oblongis, integerrimis: extimâ maximâ; floribus capitato-compactis. *Opiz.* l. c., qui ambas in Bohemia legit. VALERIANA *sylvatica Banks;* floribus triandris hermaphroditis; foliis caulinis pinnatis, acutis, radicalibus oblongis integerrimis. *Herb. Banks Ms.* in *Richards. App. Frankl. Journ.* p. 2. ex hac definitione vix a V. *sylvatica Schmidt* distinguenda. *In New-Foundland, Banks;* ad Clear-Water River *Richards.*

S. V. I. p. 349. *Mant.* I. p. 254. *n.* 3. VALERIANA *Phu.* Addatur synonymon:

V. *hortensis Lam. Fl. fr.*

S. V. I. *p.* 351. *Mant.* I. *p.* 257. *Additam.* I. p. 356. *n.* 12. VALERIANA *officinalis.* Addatur synonymon:

τῳ α, V. *exaltata Mik. Pohl Fl. boh.* 1. p. 41, quae etiam nomine V. *sambucifoliae* in Herbar. provenit.

n. 12 a. VALERIANA *elata Don;* caule ramoso, tereti, laevi; foliolis lanceolatis, integerrimis, pubescentibus; flo-

ribus corymboso-paniculatis; fructibus sulcatis, villosis. *Don. Fl. nepal.* *Spreng. Cur. post. p.* 23.

In Nepal.

S. V. I. *p.* 351. *Mant.* I. p. 257. n. 13. VALERIANA *sambucifolia.* Addatur synonymon:

V. *altissima Horn.* fid. *Spreng. S. V.* I. p. 142.

S. V. I. *p.* 354. *Mant.* I. *p.* 258. *n.* 23. VALERIANA *montana.* Addatur synonymon:

Loddig. Bot. Cab. 317.

Obs. A *Mert.* et *Koch* in *Röhl. Deutschl. Fl. p.* 391. sequentes V. *montanae* varietates enumerantur: *α. minor*, fol. rotundis; *β.* fol. fere omnibus integerrimis; *γ.* fol. utrinque pubescentibus; *δ.* fol caulinis profunde inaequaliter dentatis. Praeterea in V. *montanae* et *tripteridis* speciminibus flore albo stylum brevem et stamina exserta, in speciminibus flore rubro vero stylum exsertum et stamina inclusa observaverunt *de Vest* et *Hoppe.*

S. V. I. *p.* 355. *n.* 27. VALERIANA *pyrenaica.* Addatur synonymon:

Smith Engl. Fl. I. *p.* 44. *In sylvis prope Edinburgh* et *Glasgow.*

S. V. I. *p.* 357. *n.* 37. VALERIANA *saxatilis.* Addatur synonymon:

VALERIANA *trinervis Vivian. Fl. cors.* (fide *Sprengel cur. post.* 22.)

n. 120. FEDIA.

2181

S. V. I. *p.* 360. *n.* 2. FEDIA *scorpioides* clo *Spreng. S. V.* I. *p.* 145. ad F. *Cornucopiae* spectare videtur.

S. V. I. *p.* 361. *Mant.* I. *p.* 265. *n.* 3. FEDIA *echinata.* Addatur synonymon:

F. capsulâ oblongâ, subtrigonâ, trisulcâ; dentibus tribus subulatis, recurvis. *Reichb. Ic. pl. rar. C.* I. *p.* 55. *t.* 68.

S. V. I. p. 361. *Mant.* I. p. 266. n. 4. FEDIA *olitoria.* Addatur synonymon:

FEDIA *Locusta;* capsulâ globoso-compressâ, obliquâ, obsolete tridentatâ, dorso inani, loculo sterili, solitario. *Reichenb. ic. pl. rar. t.* 60. (qui excludit in *Sturm Fig.* F. *Gaertner* (quae ad FED. *Auriculam* spectat) et *Marsch. Bieb.*, et cui) *α. leiocarpa*, *β. lasiocarpa.*

S. V. I. *p.* 361. *Mant.* I. *p.* 266. *n.* 5. FEDIA *carinata.* Addatur synonymon:

F. capsulâ oblongâ, cymbiformi, ecoronatâ. *Reichenb. Ic. Pl. rar. C.* I. *p.* 51. *t.* 61.

Variat etiam foliis integerrimis et pinnatifidis. *Reich.* *Ad Rhenum prope Ungstein* et *in Thuringia.*

Obs. Cls. *Sprengel cur. poster. p.* 23. excludit in nostra *F. carinata carinatam Lois.*.

S. V. I. p. 361. *Mant.* I. p. 267. n. 6. FEDIA *dentata*. Addatur:

Obs. FEDIA *dentata*; capsulâ ovoideâ, antice 4-cristatâ, coronâ oblique truncatâ, fundum capsulae dimidium latâ, postice triangulatâ, antice acute tridentatâ; *Reichb. Ic. pl. rar.* C. I. p. 51. t. 62. sequentibus varietatibus et synon. l. c. stipatur: — *α. leiocarpa integrifolia, pinnatifida* et *ternifolia*, et *β dasycarpa integrifolia*, ad quam tulit: F. *dentatam Engl. Bot.* t. 1370., F. *dasycarpam MB.* et *Stev.* (*S. V. ed. n.* T. I. p. 365. et *Mant.* I. p. 268), F. *Morisonii Spr.*, et F. *dentatam β eriospermam Wallr. Sched. p.* 23. Cli *Mert.* et *Koch* in *Deutsch. Fl.* p. 397. ad F. *d. β. dasycarpam* trahunt: VALERIANELLAM *pubescentem Merat.*, VALERIANELL. *Merati Loisel. ined.*, VALERIANAM *Morisoni Spreng.* et *Wallr.* (excl. syn. VAL. *eriocarpae* et *mixtae Vahl*), F. *dasycarpam MB.* et *Stev.*, V. *dentatam M. Bieb.*, et VALERIANELL. *mixtam Dec.* (excl. syn. VAL. *microcarpae Lois.*). VALERIANELLA *campanulata Biv. Bern.* clo *Presl* species propria est.

S. V. I. *p.* 362. *Mant.* I. *p.* 267. *n.* 7. FEDIA *discoidea*. Addatur synonymon:

F. coronâ rotatâ, 12-dentatâ, dentibus membranam subaequantibus, uncinulatis. *Reichenb. Ic. pl. rar. C.* II. *p.* 7. *t.* 116. Huic subjungatur:

n. 7 a. FEDIA *rotata Reichenb.*; capsulâ ovoideâ, antice exaratâ: coronâ capsulâ latiore, subrotatâ, subsexdentatâ: dentibus membranâ brevioribus, planis, apice uncinatis. *Reichenb. Ic. pl. rar. C.* I. *p.* 54. *t.* 67.

Semina tulit ex *horto gottingensi* nomine F. *discoideae*.

S. V. p. I. 362. *n.* 8. FEDIA *vesicaria*. Addatur synonymon: F. capsulâ oblongâ, coronâ inflato-subglobosâ: dentibus concentricis. *Reichb. Ic. pl. rar. C.* I. *p.* 55. *t.* 70.

S. V. I. *p.* 362. *Mant.* I. *p.* 267. *n.* 10. FEDIA *coronata*. Addatur synonymon:

F. capsulâ ovoideâ, antice exaratâ: coronâ capsulâ latiore, cyathiformi, 6-dentatâ: dentibus membranâ longioribus, alatis, apice uncinatis. *Reichenb. Ic. pl. rar. Cent.* I. *p.* 54. *t.* 66. cui: *α. integrifolia.* F. *hamata Bast.* (*S. V. ed. nost.* T. I. p. 362. *Mant.* I. p. 267.). — *β. subdentata.* — *γ. pinnatifida.* F. *coronata Vahl* (*Syst. Veg. ed nost.* T. I. l. c.) *Moris hist.* 3. *sect.* 7. *t.* 16. *f.* 30. *Spreng. S. V.* I. p. 144. hujus synonymon dicit VALERIANELLAM *campanulatam Biv. Bern.*, quamvis eam olim ad F. *dentatam* traxisset.

Etiam prope Budam Hungariae, et prope Gottingam.

S. V. I. *p.* 363. *n.* 11. FEDIA *laxiflora* clo *Spreng. S. V.* p. 143 synonymon F. *tridentatae* est.

S. V. I. *p.* 363. *n.* 13. FEDIA *Auricula*. Addatur synonymon: F. capsulâ inflato-subglobosâ, antice exaratâ: coronae dente

postico elongato, oblique obtusato, anticis tribus obsoletis. *Reichenb. Ic. pl. rar. C. I. p.* 52. *t.* 63. cui: *α. leiocarpa integrifolia.* F. *Auricula* DC. (*S. V. ed nost.* T. I. p. 336). F. *olitoria Gaertn.* II. t. 86. f. 3. *β. leiocarpa pinnatifida Moris. hist.* 3. *sect.* 7. t. 16. f. 32. — *γ. dasycarpa integrifolia.* F. *Auricula Mert.* et *Koch* in *Röhl. Deutsch. Fl.* p. 400, et his testt: FED. *membranacea Koch* et *Zitz Catal.* (non *Loisel.*) et V. *dentata Lois. Fl. Gall.* (fid. specim.)

In agris Bavariae, Saxoniae, Thuringiae etc.

S. V. I. p. 363. n. 14. FEDIA *pumila.* Addatur synonymon: F. capsulâ inflato-compressâ, loculi fertilis dorso lanceolato, elevato-marginato, in lobum truncatum coronae explanato-trilobae excurrente. *Reichenb. Ic. pl. rar. C.* II. *p.* 6. *t.* 113.

Corollae rubellae.

S. V. I. p. 364. n. 15. FEDIA *mixta.* Addatur synonymon: FEDIA *minuta? Vahl* fid. *Spreng. S. V.* I. *p.* 144., qui etiam huc ducit F. *lasiocarpam Stev.*

Obs. Synonymon FEDIAE *Morisoni* hic delendum esse: *Wallroth Sched. crit. p.* 24.

S. V. I. p. 364. *Mant.* I. p. 268. *n.* 16. FEDIA *eriocarpa.* Addatur synonymon:

F. capsulâ ovali, antice 4-cristatâ: coronâ capsulam latâ, cyathiformi, 6-dentatâ: dentibus (planis) rectis, acutis, anticis brevioribus. *Reichb. Ic. pl. rar. C.* I. *p.* 53. *t.* 65. *Mert.* et *Koch Deutschl. Fl.* p. 397. (qui male ad F. *Morisoni* duci a clo *Wallroth* in *Ann. bot.* p. 3.) F. *campanulata Biv. Bern. Presl Fl. sicul.* IV.

Obs. F. *eriocarpam MB. Suppl.* p. 32. seu F. *muricatam* Stev. non esse eandem cum *eriocarpa Lois.* convicit me specimen cultum e sem. gallicis a cl. *Balbisio*, optime congruens in descriptionem cel. *Candollii Suppl. Fl. franc. p.* 493. *n.* 3331, cui urceolus in apice seminis oblique truncatus; nequaquam vero dimidiatus; flores alares nulli; neque videtur huic talis rigiditas ramulorum, uti tauricae. FEDIA *rugulosa Spreng.* recedit a F. *eriocarpa Lois.* solum in eo quod flores adsint in alis bifurcationis, et foliis plus minusve inciso-dentatis. Huc spectat icon *Morisoni* S. VII. t. 16. f. 33. An specie distinguenda? Talis tamen spontanea circa Varsaviam, uti e speciminibus a cl. *Szubert* lectis patet. *Besser in litt.*

n. 16 a. FEDIA *truncata Reichb.*; capsulâ ovoideo-subglobosâ, antice bicristatâ: coronâ oblique truncatâ, integerrimâ, capsulam longâ et latâ. *Reichb. Ic. pl. rar. C.* II. *p.* 7. *t.* 115. F. *dentata Sieb. Herb. Cret.*

Differt a proxima *eriocarpa* coronae dentium defectu, et formâ bractearum. *Reichb.* *Prope Caneam.*

n. 16 b. FEDIA *microcarpa Reichb.*; capsulâ ovoideo-subglobosâ, antice bicristatâ: coronâ oblique truncatâ, inte-

gerrimâ, capsulâ plus duplo breviore angustioreque. *Reich. Ic. pl. rar. C.* II. *p.* 6. *t.* 114. et hoc teste: Valerianella *microcarpa Lois. not. p.* 51., quam *Poiret Enc. Suppl.* V. p. 410. male ad F. *eriocarpam* tulit.

Fructus minimi. *Monspelii. Salzmann.*

S. V. I. *p.* 365. *Mant.* I. *p.* 268. *Addit.* I. *p.* 356. *n.* 20. Fedia *uncinata.* Addatur synonymon:

F. capsulâ ovoideo-oblongâ: coronâ cyathiformi, dentibus subnovenis subulatis recurvis breviore. *Reichenb. Ic. pl. rar. C.* I. *p.* 55. *t.* 69. Nomine F. *coronatae* passim in hortis occurrit.

S. V. I. *p.* 366. *Mant.* I. *p.* 269. *n.* 22. Fedia *exscapa.* Addatur synonymon:

Fed. *acaulis Spreng. S. V.* I. p. 144.

S. V. I. *p.* 366. *Mant.* I. *p.* 269. *n.* 24. Fedia *tridentata.* Addatur synonymon:

F. capsulâ inflato-subglobosâ, antice exaratâ: coronae dente postico dilatato triangulato, anticis binis brevioribus, acutis. *Reichenb. Ic. pl. rar. Cent.* I. *p.* 53. *t.* 64.

Quid Fedia *puberula Bert.?* / *sicula Guss.?*) in *Presl. Fl. sic.* I. p. XXVIII.

n. 123. CROCUS.

S. V. I. p. 367. *Mant.* I. p. 271. n. 1. Crocus *vernus.* Addatur

Obs. Seidl in *Opiz Verzeichn.* p. 123. Cr. *vernum* sic definit: C. stigmate incluso, trifido, staminibus longiore; lobis cuneiformibus, cucullatis, crenulatis: corollae laciniis oblongo-obovatis, obtusis, apice emarginatis; foliis flore brevioribus; spathis laxis, ventricosis; ab hoc distinguit: C. *acutiflorum*, stigmate incluso, trifido, staminibus longiore: lobis cuneiformibus, cucullatis, crenulatis; corollae laciniis ovato-lanceolatis, acutiusculis, apice integerrimis; foliis flore longioribus, planis; spathis cylindraceis.

Mant. I. *p.* 272. n. 1 a. Crocus *pusillus.* Addatur synonymon:

Crocus *nanus Herbich;* bulbo fibris parallelis tunicato; floribus coaetaneis; corollae laciniis aequalibus, obtusiusculis, erectis, lacteis, fundo flavis: exterioribus striis tribus dorsalibus lilacinis; stigmatibus antheris brevioribus, trifidis; laciniis tubulatis, superne dilatatis, ore integro penicillato. *Hoppe* bot. Zeit. 1824. N. 5. p. 77. Crocus *vernus γ pusillus Seb.* et *Maur. Prodr. Fl. rom. p.* 16.

S. V. I. *p.* 367. *Mant.* I. *p.* 273. *n.* 2. Crocus *versicolor* a *Spreng.* in *S. V.* I. p. 145 ad C. *vernum* ducitur.

S. V. I. p. 367. n. 3. Crocus *minimus.* Addatur synonymon:

CR. *striatus Link.* fid. *Spreng.* l. c. p. 146.

Mant. I. *p.* 275. n. 9 a. CROCUS *variegatus* a *Spreng.* l. c. synonymon C. *reticulati* dicitur.

S. V. I. *p.* 369. *n.* 11. *Mant.* I. *p.* 275. CROCUS *autumnalis.* Addatur:

Obs. CROCUS *sativus Allion.* omnino huc, fide Colla, spectat; sed, licet ad CR. *Pallasii* ill. *M. a Bieberstein* laudet *autumnalem S. V. ed nostr.*, tamen cls *Sprengel S. V.* p. 146 distinxit ab *autumnali:* „spathâ monophyllâ, corollae tubo brevissimo fauce nudâ, stigmatibus truncatis corollam aequantibus" tanquam speciem propriam CR. *Pallasii* (qui omnino *autumnalis M. Bieb.*) „foliis laxis, spathâ diphyllâ, corollae tubo intus villoso, longissimo, stigmatibus truncatis stamina subaequantibus." Sed „corollae faux non in hoc solum, sed et in CR. *sativo* circulo villorum munita," monente *M. a Bieb. l. c.*

S. V. I. *p.* 369. *n.* 12. *Mant.* I. *p.* 276. CROCUS *serotinus.* Addatur:

Obs. Sprengel S. V. p. 146. CR. *serotinum Salisb.* nunc jungit cum CR. *nudifloro Smith* (prius ad CR. *odorum Biv.* traxit in *N. Entd.*): at folia in *serotino* cum flore prodeunt, cum in *nudifloro* post anthesim. Rectius hinc nomen *serotini* reliquisset, et cum *odoro*, qui illi species propria, conjunxisset.

n. 124. WITSENIA.

S. V. I. *p.* 370. *n.* 1. WITSENIA *maura.* Addatur synonymon: WITSENIA *tomentosa Salisb. Ms.*

S. V. I. p. 371. *n.* 3. WITSENIA *corymbosa.* Addatur synonymon:

NIVENIA *Vent. nov. gen. p.* 3. NIVENIA *stylosa Salisb. Ms.* *Loddig. Bot. Cab.* 254.

n. 3 a. WITSENIA *filamentosa.*

Obs. NIVENIA *filamentosa Salisb.*. Diagnosis erui hucdum nequit; scimus tantum folia huic esse recta, nec falcata; inflorescentiam *corymbosae:* sed stamina longiora, stylum brevem.

S. V. I. *p.* 371. *n.* 4. WITSENIA *pumila.* Hûc *Spreng. S. V.* I. p. 147. iterum ducit GALAXIAM *obscuram Cav.* tanquam ad specimen mancum expositam.

n. 125. IXIA. *)

S. V. I. *p.* 373. *Mant.* I. *p.* 277. *n.* 2. IXIA *rosea.* Addatur:

Obs. Huc a *Spreng. S. V. p.* 149. ducuntur I. *radians Thunb.* et *pudica Gawl.!*

---

*) Generis hujus character reformatus apud *Her. bot. Reg.* 530. „*Spathae* distinctae, bivalves, uniflorae, corollâ breviores. *Cor.* hypocrateriformis, erecta; tubo angusto, cylindraceo, recto; fauce saepius nullâ; limbo regulari, 6-partito, laciniis oblongis. *Stam.* limbo breviora; filamenta summo tubo inserta, modo monadelpha. *Antherae* erectae, introrsae. *Stylus* erectus, tubum libere trajiciens; *stigm.* 3, exserta, lineari-laminata, complicato-canaliculata, replicata. *Caps.* membranacea, ovato-globosa, 3-locul., 3-valv., loculis polyspermis, valvis medio septigeris. *Sem.* margini septorum utrinque annexa, globosa, testâ siccâ, membranaceâ. *Bulbotuber* carnosum, tunicis aridis, fibrosis." Species illi nunc tantum 16.

S. V. I. *p.* 375. *n.* 3. Ixia *chloroleuca.* Ad hanc a *Spreng.* l. c. trahuntur: I. *crocea Thunb.*, *filifolia Dec.*, *tortuosa Lichtenst.* et *ornithogaloides ejusd.!*

S. V. I. *p.* 373. *Mant.* I. *p.* 277. *Additam.* I. p. 358. n. 4. Ixia *Bulbocodium.* Addatur synonymon:

Trichonema *collinum Salisb. Ms.*

Mant. I. p. 278. n. 4 a. Ixia *Columnae.* Addatur synonymon:

Trichonema *Columnae Presl. Fl. sicul.*

S. V. I. *p.* 375. *n.* 7. Ixia *recurvifolia.* Addatur synonymon:

Trichonema *recurvum Spreng. S. V. p.* 149.

S. V. I. *p.* 375. *n.* 9. Ixia *elongata* a clo *Spreng. S. V.* p. 149. jungitur cum I. *Bulbocodio.*

S. V. I. *p.* 376. *n.* 11. Ixia *cruciata.* Addatur:

Obs. Trichonema *cruciatum Ker* (quod Trichonema *longifolium Salisb. Ms.*) diversum esse ab I. *cruciata*, quacum junxit *Ker*, *Salisbury. Spreng.* in *S. V.* p. 149. vero ad Trich. *cruciatum Ker.* ducit: Ix. *fugacem Hornem.*, *reflexam Thunb.* et *quadrangulam la Roch.!*

S. V. I. *p.* 377. *Addit.* I. p. 359. n. 14. Ixia *fragrans.* Addatur synonymon:

Sparaxis *fragrans Spreng. S. V. p.* 149, cui non differre videtur Ix. *uniflora Jacq.*; sed Ix. *subluteam Lam.* nomine Geissorhizae *subluteae* sejungit.

S. V. I. p. 377. *Mant.* I. p. 280. n. 15. Ixia *humilis.* Addatur synonymon:

Trichonema *hypoxidiflorum Salisb. Ms.*

S. V. I. p. 379. *Mant.* I. p. 281. n. 22. Ixia *La Rochei.* Addatur synonymon τῷ α *Ker*:

Rochea *venusta Salisb. Ms.*

S. V. I. p. 380. *Mant.* I. p. 281. *Addit.* I. *p.* 360. n. 23. Ixia *crispa.* Addatur synonymon:

Dichone *crispa Laws. Cat. p.* 6.

S. V. I. p. 380. *Mant.* I. p. 281. *Additam.* I. p. 360. n. 25. Ixia *corymbosa.* Addatur synonymon:

Ovieda *corymbosa Spreng. S. V.* p. 147.

S. V. I. *p.* 381. *Addit.* I. p. 360. *n.* 26. Ixia *heterophylla.* Addatur synonymon:

Ovieda *fasciculata Spreng.* l. c.

S. V. I. p. 382. *Mant.* I. p. 282. *Addit.* I. *p.* 360. n. 27. Ixia *anemonaeflora.* Addatur synonymon:

Sparaxis *anemonaeflora Ker.*

S. V. I. *p.* 383. *Mant.* I. *p.* 282. *n.* 34. Ixia *phlogiflora.* Addatur synonymon:

IXIA *capillaris* α. *Ker bot. Mag.* 1013. HYALIS *aulica Salisb. Ms.*

S. V. I. p. 384. *Mant.* I. p. 282. *Addit.* I. p. 360. n. 36. IXIA *scillaris.* Addatur:

Obs. Cls. *Spreng.* in *S. Veg.* p. 157. Ix. *polystachyam Jacq.* s. *retusam Salisb.* speciem. ab I. *scillari* diversam esse jubet.

S. V. I. p. 385. *Mant.* I. p. 282. n. 38. IXIA *capillaris.* Addatur τῳ α. synonymon sine dubio:
Ker. bot. Mag. 4-57. IXIA *gracilis Salisb.* HYALIS *gracilis Salisb. Ms.* τῳ β *Ker:* HYALIS *latifolia Salisb. Ms.*

Obs. Quid sit IXIA *laurea Jacq.*, cujus synonymon est HYALIS *marginifolia Salisb. Ms.* nescimus. *Spreng.* in *S. V.* I. p. 156. Ix. *aulicam* speciem a *capillari* distinctam dicit, et cum Ix. *phlogiflora Red.* et *incarnata Jacq.* conjungit.

S. V. I. p. 386. n. 41. IXIA *linearis.* Huc a clo *Spreng. S. V.* p. 156. ducuntur: Ix. *capillaris* γ L. et *gracillima Ker.*

S. V. I. p. 388. *Mant.* I. p. 283. *Addit.* I. p. 361. n. 48. IXIA *maculata.* Addatur synonymon:
Ker Bot. Reg. 530, quo teste huc: I. *viridiflora Red.* lil. 476., I. *spectabilis Salisb. prodr.* 10., I. *amoena id. ibid.* n. 12., I. *capitata* var. *ovata Andr. rep.* 23. var. fl. albo, fundo nigro. *ibid.* 159., I. *spicata*, var. viridi-nigra, ibid. 29., I. *maculata viridis Uster. Annal.* 5. sc., I. *abbreviata Houtt. Pfl. Syst.* XI. 48. t. 78. — τῳ γ. *Ker:* IXIA *pulchra Salisb. Ms.*

S. V. I. p. 389. *Mant.* I. p. 283. n. 49. IXIA *dubia Red.* et *fusco-citrina H. Par.* Ix. *conica Salisb.* dicuntur a *Spreng.* in *S. V.* p. 157.

S. V. I. p. 391. *Additam.* I. p. 361. n. 53. IXIA *coccinea Thunb.* clo *Spreng. S. V. p.* 156. synonymon I. *flexuosae* est.

S. V. I. p. 391. n. 54. IXIA *scariosa Thunb.* clo *Spreng. S. V*, p. 157. ad I. *maculatam* spectare videtur.

S. V. I. p. 391. n. 57. IXIA *speciosa.* Addatur:

Obs. An huc: TRICHONEMA *speciosum Spreng.* l. c. p. 149, qui Ix. *speciosam Andr.* s. *crateroidem Ker* tamen iterum sub IXIIS enumerat.

S. V. I. p. 392. n. 58. IXIA *striata Vahl* a clo *Spreng. S. V.* p. 156. synonymon I. *capillaris* dicitur.

S. V. I. p. 393. *Mant.* I. p. 283. n. 60. IXIA *pendula* a clo *Spreng.* l. c. sub IXIA et sub SPARAXI adducitur.

S. V. p. 393. *Mant.* I. p. 284. n. 64. IXIA *radiata.* Adde synonymon τῳ γ. *Ker.*
HESPERANTHUS *tenuifolius Salisb. Ms.*

S. V. I. p. 394. *Mant.* I. p. 284. n. 66. IXIA *excisa.* Addatur synonymon:

GLADIOLUS *excisus Jacq.* fid. *Spreng. S. V. p.* 148.

S. V. I. p. 396. *Mant.* I. p. 285. n. 70. IXIA *grandiflora.* Addatur synonymon:

SPARAXIS *grandiflora B. Reg.* 258.

S. V. p. 397. *Mant.* I. p. 285. n. 71. IXIA *patens. Spreng.* in *S. V. p.* 157 hujus varietates dicit: Ix. *leucantham Jacq.*, *puniceam Spreng.* (*Sprengelianam Nob. Mant.*) et *candidam Red.*

S. V. I. p. 400. *Mant.* I. p. 286. n. 76. IXIA *crocata.* Addatur:

Obs. Clo *Herbert* IXIA *squalida*, *miniata*, *fenestrata* et *deusta* nonnisi l. (TRITONIAE) *crocatae* varietates sunt. IXIA *ciliaris Salisb.* nunc GEISSORHIZA *ciliaris Salisb.*: sed quid?

n. 126. PATERSONIA.

S. V. I. *p.* 404. *n.* 5. PATERSONIA *glabrata.* Addatur synonymon:

Bot. Reg. 51. *Fortg. Gart. Mag.* 6. 3. t. 9.

n. 128. GLADIOLUS.

S. V. I. *p.* 407. *n.* 3. GLADIOLUS *triticeus.* Addatur synonymon:

WATSONIA *triticea Spreng. S. V. p.* 150.

S. V. I. p. 410. *Mant.* I. p. 290. *Addit.* I. p. 363. n. 14. GLADIOLUS *gracilis.* Addatur synonymon:

Spreng. S. Veg. p. 151., qui hùc trahit: GL. *setifolium* L., *laevem Thunb.*, *liliaceum Houtt*, et, in *curis poster.* p. 23., GL. *debilem Bot. Mag.* 2585.

S. V. I. *p.* 411. *n.* 16. GLADIOLUS *quadrangularis.* Addatur synonymon:

PETAMENES *quadrangularis Salisb. Ms.*

S. V. I. *p.* 411. *Mant.* I. p. 290. *Addit.* I. *p.* 363. *n.* 18. GLADIOLUS *tristis.* Addatur synonymon τῷ β *Ker:*

GLADIOLUS *concolor Salisb. Parad. lond.*

S. V. I. *p.* 412. *n.* 19. GLADIOLUS *versicolor.* Hùc a clo *Spreng. S. V.* I. p. 152. ducuntur: GL. *grandis Thunb.* et *venosus Willd.*.

S. V. I. *p.* 413. *Mant.* I. p. 291. n. 23. GLADIOLUS *hastatus.* Addatur synonymon:

Fortg. Gart. Mag. 2. *t.* 26.

S. V. I. p. 415. *Addit.* I. *p.* 364. *n.* 28. GLADIOLUS *hirsutus.* Addatur:

Spreng. S. V. I. p. 152., cui hujus varietates sunt: G. *brevifolius Jacq.*, *carneus Andr.*, *roseus Red.*, *ambiguus Lam.* et *Merianellus Thunb.*

S. V. I. *p.* 416. *n.* 31. GLADIOLUS *galeatus.* Addatur synonymon:

SPARAXIS *galeata Ker.*

S. V. I. p. 419. *Mant.* I. p. 293. n. 40. GLADIOLUS *iridifolius.* Addatur synonymon:

WATSONIA *fulgida Salisb. Ms.* et, hoc teste: WATSONIA *iridifolia β Ker bot. Mag.* 660.

S. V. I. *p.* 420. *Addit.* I. *p.* 364. *n.* 42. GLADIOLUS *roseo-albus.* Addatur synonymon:

WATSONIA *roseo-alba Fortg. Gart. Mag.* 3. t. 8.

S. V. I. *p.* 421. *Addit.* I. *p.* 365. *n.* 43. GLADIOLUS *Watsonius.* Addatur synonymon:

HOMOGLOSSUM *praecox Salisb. Ms.*

S. V. I. *p.* 421. *Mant.* I. *p.* 293. *Addit.* I. *p.* 365. *n.* 44. GLADIOLUS *laccatus* clo *Spreng.* synonymon Gl. *Meriani* est. Synonymis addatur: WATSONIA *humilis Fortg. Gart. Mag.* 3. *t.* 7.

S. V. I. *p.* 423. *n.* 52. GLADIOLUS *falcatus.* Addatur synonymon: OVIEDA *falcata Spreng.* S. V. p. 147.

Obs. Ad genus OVIEDAM (nomen ob antiquissimam OVIEDAM *Linn.*, quam cum CLERODENDRO junxit, male repetitum) a clo *Spreng. l. c.* adhuc trahuntur nominibus specificis immutatis: GLAD. *silenoides*, *fissifolius*, *bracteatus*, *Fabricii* et *anceps*, vel omnes LAPEYROUSIAE *Gawl.*

S. V. I. *p.* 424. *Mant.* I. *p.* 294. *n.* 55. GLADIOLUS *rubrocyaneus.* Addatur synonymon:

ACASTE *venusta Salisb. Ms.*

S. V. I. *p.* 428. *n.* 68. GLADIOLUS *blandus.* Addatur synonymon:

Spreng. S. V. I. p. 152., qui hûc citat, praeter syn. a nob. indicata: GL. *trimaculatum Lam.*, *inflatum Thunb.*, et *Orobanchen Red.*, *campanulatum Andr.* vero excludi jubet in *cur. post. p.* 23.

S. V. I. *p.* 429. *n.* 70. GLADIOLUS *junceus.* Addatur synonymon fide *Salisbury:*

ANOMAZA *excisa Laws. Cat. p.* 2. ANOMATHECA *Ker Ann. Bot.* 1. *p.* 227. IXIA *excisa Linn. Ms.*

S. V. I. *p.* 434. *n.* 82. GLADIOLUS *refractus.* Addatur synonymon:
TRITONIA *refracta Bot. Reg.* 135.

S. V. I. p. 434. *Mant.* I. p. 297. n. 84. GLADIOLUS *lineatus.* Addatur synonymon:
TRITONIA *catenularis Salisb.*. (GL. *lineatus Salisb. prodr.*, *se ipso teste*, GL. *securiger* est.)

S. V. I. p. 435. *Mant.* I. p. 297. *Addit.* I. p. 366. n. 87. GLADIOLUS *roseus.* Addatur synonymon:
WATSONIA *rosea Ker*, et fid. *Spreng.* GL. *pyramidatus Andr.*

S. V. I. p. 436. *Mant.* I. p. 297. *Addit.* I. p. 366. n. 88. GLADIOLUS *longiflorus.* Addatur synonymon:
HYALIS *longiflora Salisb. Ms.*

Obs. Hujus et *lineati* fors prolem hybridam instar speciei notat cls. *Salisbury*, quae illi: TRITONIA *longiflora.*

S. V. I. p. 439. n. 96. GLADIOLUS *nanus.* Addatur synonymon:
BABIANA *nana Spreng. S. V.* I. p. 156.

S. V. I. p. 440. *Mant.* I. p. 299. *Addit.* I. p. 367. p. 98. GLADIOLUS *villosus.* Hûc cls *Spreng. S. V.* p. 155. praeter synonyma nostra ducit: IX. *purpuream Jacq.* et GL. *reflexum Lichtenst.*.

Obs. Clo *Herbert* GLAD. *rubrocyaneus*, *sulfureus* (*Fortg. Gart. Mag.* 3. t. 17.) *strictus* (*Fortg. Gart. Mag.* 3. t. 17.) nonnisi GL. (BABIANAE) *villosi* varietates sunt.

S. V. I. p. 441. *Mant.* I. p. 299. n. 100. GLADIOLUS *plicatus.* Conf. *C. a Hoffmannsegg 2ter Nachtr.* p. 63.

S. V. I. p. 442. *Mant.* I. p. 299. n. 101. GLADIOLUS *xanthospilus.* Addatur synonymon:
TRITONIA *xanthospila Ker.*

S. V. I. p. 442. *Mant.* I. p. 299. n. 102. GLADIOLUS *fragrans Jacq.* clo *Spreng.* synonymon GL. *distichi* est.

S. V. I. p. 443. n. 107. GLADIOLUS *paleaceus* a *Spreng. S. V.* 155. ad BABIANAM *spathaceam* ducitur, quamvis eundem jam sub GLADIOLO exhibuisset.

S. V. I. p. 443. n. 109. GLADIOLUS *strictus.* Addatur synonymon:
ACASTE *pulchra Salisb. Ms.*

S. V. I. p. 445. n. 111. GLADIOLUS *mollis* clo *Spreng.* in *S. V.* p. 155. synonymon
BABIANAE *strictae* est.

Obs. GLADIOLI *hybridi*: *G. blando-cardinalis, cardinali-blandus, angusto-blandus, tristi-blandus, floribundo-blandus, cardinali-angusto-blandus, tristi-hirsutus, ringenti-tristis, versicolori-hirsutus.*

n. 129. ANTHOLYZA.

S. *V.* I. p. 446. *Mant.* I. p. 299. *Addit.* I. p. 367. n. 1. A. *aethiopica.* Addatur synonymon:
C. a. *Hoffmannsegg Verzeich.* p. 164. (descr. amplissima).
A. *floribunda Salisb. Ms.* quo teste huc: A. *aethiopica Ker Bot. Mag.* 561. *Kenn. Bot. Repos.* 210; et cui species propria: A. *aethiopica β Ker Bot. Mag.* 1772, quae illi: 1 a. A. *vittigera*; A. *ringens Kenn. bot. Repos.* 32.

Mant. I. p. 300. n. 4 a. ANTHOLYZA *coccinea Spreng.* nunc illi ipsi ANTH. *Cunonia* in suo S. *V.* p. 152.

n. 131. MARICA.

S. *V.* I. p. 449. n. 2. MARICA *californica.* Addatur synonymon:
HYDASTYLIS *californicus Salisb. Ms.* SISYRINCHIUM *californicum Spreng. S. V. p.* 166.

S. *V.* I. p. 450. n. 4. MARICA *graminea* clo *Spreng. S. V.* p. 165. varietas M. *paludosae* est.

Quid MARICA *semiaperta Loddig. Bot. Cab.* 685.?

n. 132. MORAEA.

S. *V.* I. p. 450. *Mant.* I. p. 300. *Addit.* I. p. 367. n. 1. MORAEA *Melaleuca.* Addatur synonymon:
CLEANTHE *bicolor Salisb. Ms.*

S. *V.* I. p. 451. n. 3. MORAEA *dichotoma Thunb.* clo *Spreng. S. V. p.* 158. synonymon ARISTEAE *caeruleae* est.

S. *V.* I. p. 451. *Mant.* I. p. 302. *Addit.* I. p. 368. n. 5. MORAEA *Northiana.* Addatur synonymon:
MARICA *pantherina Salisb. Ms.*

Obs. MARICAE *caeruleae* in *Obs.* in *Addit.* l. c. addatur synonymon: *Loddig. Bot. Cab.* 407.

S. *V.* I. p. 451. *Mant.* I. p. 302. n. 6. MORAEA *gladiata.* Addatur synonymon:
SISYRINCHIUM *gladiatum Spreng. S. V.* p. 166.

S. *V.* I. p. 452. n. 7. MORAEA *aphylla.* Addatur synonymon:
SISYRINCHIUM *aphyllum Spreng.* l. c.

S. *V.* I. p. 452. n. 8. MORAEA *filiformis.* Addatur synonymon:
SISYRINCHIUM *filiforme Spreng.* l. c.

S. V. I. p. 453. n. 12. MORAEA *spathacea.* Addatur synonymon:

BOBARTIA *juncea Salisb. Ms.* ARISTEA *spathacea Spreng. S. V.* I. p. 158.

S. V. I. p. 453. *Mant.* I. p. 302. n. 13. MORAEA *flexuosa.* Addatur synonymon:

SISYRINCHIUM *flexuosum Spreng. S. Veg.* p. 167. HEXAGLOTTIS *longifolia Vent. Dec. nov. gen. p.* 6., *Salisb. Ms.*

S. V. I. p. 453. *Addit.* I. p. 368. n. 15. MORAEA *umbellata.* Addatur synonymon:

ARISTEA *umbellata Spreng.* l. c.

S. V. I. p. 454. *Mant.* I. p. 303. n. 19. MORAEA *iridioides.* Addatur synonymon:

DIETES *iridiflora Salisb. Ms.*

Obs. *M. odora Salisb. Par. lond. n.* 10. species propria videtur.

S. V. I. p. 455. n. 22. MORAEA *plicata.* Addatur synonymon: GALATHEA *vespertina Salisb. Ms.* SISYRINCHIUM *plicatum Spreng. S. Veg. p.* 167.

S. V. I. p. 455. n. 23. MORAEA *longiflora.* Addatur synonymon:

HELIXYRA *flava Salisb. Ms.*

n. 27. MORAEA *Herberti Lindl.;* fol. linearibus plicatis, scapo ramoso multifloro brevioribus; spathis inflatis flore multo brevioribus; laciniis corollae exterioribus tortis, apice caudatis; interioribus exiguis, abrupte incurvo-revolutis, purpureo-penicillatis. *Lindl. Bot. Mag. n.* 2599. *Spreng. Cur. post. p.* 24. TIGRIDIA *Herbertiana Herbb.*

In Brasilia, Chili. ♃.

n. 133. IRIS. *)

S. V. I. p. 458. *Mant.* I. p. 304. n. 4. IRIS *pallida.* Addatur synonymon:

IRIS *glauca Salisb. Ms.*

S. V. I. p. 458. *Mant.* I. p. 304. n. 5. IRIS *flavescens* cl. *Spreng.* synonymon est I. *germanicae.*

S. V. I. p. 459. *Mant.* I. p. 304. n. 9. IRIS *squalens.* Huc cl. *Spreng. S. V.* I. p. 162. ducit I. *luridam Ait.*, *sordi-*

*) *Schrank* in *Bot. Zeit.* 1824 *Beylage* p. 15., omnes IRIDES: stigmatibus 3 pendulis, rimâ imberbi, XIPHIA, et quidem XIPHIUM *verum* (I. *Xiphium*), XIPHIUM *Jacquini*, (I. *xiphioidem*) et reliquas Irides hujus sectionis XIPHIUM *gramineum*, X. *Güldenstaedtii*, X. *ochroleucum*, X. *sibiricum*, X. *orientale*, X. *tenuifolium*, dicit.

dam W., et, instar varietatis, I. *sambucinam* L., quae etiam cls *Mert.* et *Koch* in *Deutsch. Fl.* p. 415. varietas I. *squalentis.*

S. V. I. p. 460. *Mant.* I. p. 304. n. 11. Iris *variegata.* Addatur synonymon:

Trattin. Oest. Fl. t. 158. I. *virescens Decand.* clo *Spreng.* l. c. huc pertinere videtur.

S. V. I. p. 461. *Mant.* I. p. 304. *Addit.* I. p. 368. n. 12. Iris *neglecta.* Addatur synonymon:

Bot. Mag. 2435.

Caulis multiflorus, foliis ensiformibus (laete viridibus) altior. Spathae vaginantes, imbricatae, unica ad florem singulum. Tubus corollae germine paulo longior: laciniae reflexae barbatae, margine violaceae, disco albae, violaceo-striatae, obtusissimae, interdum emarginatae, erectae, late ovales, pallide coeruleae, integerrimae, incurvae, in unguem terminatae. Labium superius stigmatis profunde divisum, acutum. *Sims.*

S. V. I. p. 461. *Mant.* I. 305. n. 13. Iris *Swertii.* Addatur synonymon:

Obs. Sub I. *aphylla Vahl* jungitur a *Spreng. S. V.* p. 161. I. *Swertii, plicata* et *nudicaulis Lam.* et *amöna Red.*

n. 19 a. Iris *nepalensis Lindl.*; cristata; scapo bifloro foliis falcatis breviore; spathâ diphyllâ, perianthio violaceo appressâ, unguium sepalorum longitudine. *Bot. Reg.* 818. An I. *nepalensis Wall.*; fol. ensiformi-falcatis; scapo bifloro; tubo corollae elongato; germinibus trigonis. *Spreng. Cur. post.* p. 24.?

Commutari potest cum I. *biflora*, cui scapus foliis altior, germina teretiuscula. *Spreng.* *In Nepalia.*

S. V. I. p. 463. *Mant.* I. p. 306. n. 20. Iris *chinensis.* Addatur synonymon:

Evansia *chinensis Salisb. Ms.*

S. V. I. p. 462. *Mant.* I. p. 305. n. 18. Iris *subbiflora.* Addatur synonymon:

Iris *fragrans Salisb. Ms.*

S. V. I. p. 463. n. 22. Iris *arenaria.* Addatur synonymon:

Bot. Reg. 549.

n. 25 c. Iris *aequiloba Ledeb*; barbata; scapo unifloro; spathâ corollae tubo breviore; laciniis corollae omnibus latitudine aequalibus. *Ledeb. suppl. ind. sem. hort. Dorpat.* p. 1823. *p.* 4. I. *longiflora Ledeb. Ind. sem. hort. Dorpat.* 1822.

Affinis I. *pumilae;* sed diversa scapo longiore, 3-pollicari; tubo corollae longiore, graciliore et praesertim laciniis corollae

omnibus latitudine aequalibus. Praecocius quoque floret. Flores intense violacei. *Ledeb.* *In deserto Tauriae; ad lacum salsum Staroje Osero.* ♃.

S. *V.* I. p. 465. n. 28. Iris *ciliata.* Addatur synonymon τῳ γ: Moraea *barbigera Salisb. Ms.*

S. *V.* I. p. 466. *Mant.* I. p. 307. *Addit.* I. p. 369. n. 32. Iris *bohemica.* Addatur

Obs. Cli *Mert.* et *Koch* in *Deutsch. Fl. p.* 416. I. *bohemicam* cum synon. nostris et cum I. *aphylla Vahl* et *biflora M. Bieb.* ad I. *nudicaulem Lam.* ducunt, quamvis scapus nec cum descriptione *Lamarckii*, nec cum ic. *Matthioli p.* 16. convenit. A clo *Seidl* in *Opiz Verzeich. p.* 129. I. *bohemica* sequentibus definitur: fol. ensiformibus, recurvato-falcatis, caule 2-3-floro brevioribus, glaucescentibus, subplicato-nervosis; spathis herbaceis; floribus concoloribus: laciniis omnibus plicatis, apice integris. *Seidl. Schmidt. Boh. Cent.* 4. *Pohl Tent. Fl. boh.* 1. *p.* 47. *Kostelecky Clav. analyt. p.* 10. (In *Fl. cech. p.* 8. vero planta haec erronee dicitur: fol. ensiformibus, falcato-recurvis, scapo 2-3 floro longioribus. *Opiz Verzeichn.* p. 190.). Ab hac clo *Seidl l. c.* differre videtur: Iris *Fieberi;* foliis ensiformibus, rectiusculis, caule multifloro brevioribus, flavo-viridibus, tenuissime nervosis; spathis herbaceis; floribus concoloribus; laciniis omnibus elongatis, plicatis, apice emarginatis. *In montosis saxosis Bohemiae.*

S. *V.* I. 466. *Mant.* I. p. 307. n. 33. Iris *Pseud-Acorus.* Addatur synonymon:

I. *palustris Mönch.*

S. *V.* I. p. 470. *Mant.* I. p. 309. n. 43. Iris *Güldenstaedtii.* Conf. *C. a Hoffmannsegg 2ter Nachtr.* p. 141.

Obs. I. *heterophylla hort. paris.* fide *Sprengel cur. post. p.* 24. „proxima quidem I. *Güldenstaedtianae Lep.;* differt tamen laciniis internis corollae erectis, emarginatis, styli laminas superantibus germinibusque sexangularibus (nec hexagonis.)"

n. 44 b. Iris *longispatha Sims;* imberbis; foliis lineari-lanceolatis, falcatis; scapo subtereti, tortuoso, subtrifloro; germinibus dodecagonis; spathâ exteriori longissime attenuatâ. *Sims. Bot. Mag.* t. 2528.

In Russia. Fischer.

S. *V.* I. p. 471. *Mant.* I. p. 311. n. 47. Iris *scorpioides.* Addatur synonymon:

Thelysia *grandiflora Salisb. Ms.*

S. *V.* I. p. 472. *Mant.* I. p. 311. n. 51. Iris *Sisyrinchium.* Addatur synonymon:

Moraea *Ker.* Diaphane *edulis. Salisb. Ms.*

S. *V.* I. p. 472. *Mant.* I. p. 312. n. 52. Iris *juncea.* Addatur synonymon:

Diaphane *stylosa Salisb. Ms.*

Obs. I. *juncea Desf.* nomine I. *mauritanicae Clus.* ab I. *juncea Poir.* se jungitur a clo *Spreng. S. V.* p. 159, qui utramque sequentibus definit. I. *mauritanica;* caule subbifloro; fol. subulato-carinatis; spathis acutis; laciniis corollae interioribus spathulatis, erectis; pistillis bifidis, denticulatis; I. *juncea Poir.;* fol. filiformibus; scapo 1-floro; spathis mucronatis.

n. 52 a. IRIS *syrtica Viv.*; foliis filiformibus, junceis, subcanaliculatis; spathis univalvibus, elliptico-lanceolatis; petalis exterioribus imberbibus, margine fimbriatis. *Viviani Flor. lyb. specim.*

In sabulosis magnae Syrteos.

S. V. I. p. 473. *Mant.* I. p. 312. n. 53. IRIS *lusitanica.* Addatur synonymon:

XIPHIDIUM *sordidum Salisb. Ms.* IRIS *juncea Brotero* fid. *Spreng. S. V. p.* 159.

S. V. I. *p.* 473. *Mant.* I. *p.* 312. *n.* 55. IRIS *angusta.* Addatur synonymon:

MORAEA *angusta Fortg. Gart. Mag.* 2. *t.* 16.

S. V. I. *p.* 474. *Mant.* I. *p.* 313. *n.* 58. IRIS *curtopetala.* Addatur synonymon:

MORAEA *Candolleana Spreng. S. V.* I. p. 164.

Mant. I. p. 314. n. 61 a. IRIS *triflora.* Addatur:

Obs. An huc I. *triflora Balb.* et *Red.*; fol. ensiformibus, scapo 3-floro longioribus; limbi laciniis subaequalibus, tubum excedentibus; pistilli laciniis inciso-serratis. *Spreng. S. V.* p. 160.?

Mant. I. p. 314. n. 61 b. IRIS *haematophylla* clo *Spreng. l. c. p.* 161. synonymon I. *biglumis Vahl* est.

S. V. I. p. 475. *Mant.* I. p. 315. n. 63. IRIS *martinicensis.* Addatur synonymon:

TRIMEZA *lurida Salisb. Ms.*

S. V. I. p. 476. *Mant.* I. p. 315. *n.* 64. IRIS *prismatica.* Addatur synonymon:

IRIS *gracilis Bigel.* (*Boltoniana nob. Mant.*) *fid. Spreng. S. V. p.* 160.

S. V. I. *p.* 477. *n.* 71. IRIS *mutila Lichtenst.* clo *Spreng. S. V. p.* 165. synonymon VIEUSSEUXIAE *tripetaloidis* est.

S. V. I. p. 477. n. 72. IRIS *gracilis* clo *Spreng. S. V.* I. *p.* 164. synonymon videtur I. *spathaceae.*

S. V. I. *p.* 479. *n.* 78. IRIS *tristis.* Addatur:

Obs. Clo *Salisbury* MORAEA *tricolor Andr. Repos.* 83. specie diversa est ab IRIDE *tristi L. fil.*, quae *sordescens Jacq.* et MORAEA *tristis Ker Annal. bot.* 241.

S. V. I. p. 480. *Mant.* I. p. 317. n. 81. IRIS *tuberosa.* Addatur synonymon:

HERMODACTYLUS *tuberosus Salisb. Ms.*

S. V. I. *p.* 481. *Mant.* I. *p.* 317. *n.* 90. IRIS *acuta* clis *Mert.* et *Koch Deutschl. Fl. p.* 419. synonymon I. *sibiricae* est.

Quid: IRIS *acris*,
brachycarpa, } *Loddig. Catal.*?
pensylvanica,
canadensis Fisch. in *Weinmann Elench. hort. Pawlowsk*?

n. 134. SOPHRONIA.

S. *V.* I. *p.* 482. *n.* 1. SOPHRONIA *cespitosa*. Addatur synonymon:

WITSENIA *partita Ker. Spreng. S. V.* I. p. 147.

n. 135. DILATRIS.

S. *V.* I. p. 483. *Mant.* I. p. 319. n. 3. DILATRIS *Heritiera*. Addatur synonymon:

PYROTHECA *tinctoria Salisb. Ms.* DILATRIS *tinctoria Pursh. Fl. Am. sept.* I. p. 30.

n. 136. HAEMODORUM.

S. *V.* I. *p.* 484. *n.* 2. HAEMODORUM *coccineum*. Addatur synonymon:

H. *corymbosum Sm.* fid. *Spreng. S. V.* I. p. 158.

Obs. HAGENBACHIA *brasiliensis* clo *Sprengel cur. post.* p. 24. HAEMODORUM *brasiliense*: racemis paniculatis; pedicellis aggregatis, nutantibus; staminibus versus apicem laciniarum insertis.

n. 137. ENDIANDRA.

S. *V.* I. *p.* 484. *n.* 1. ENDIANDRA *glauca*. Addatur:

Obs. Nomine END. *jamaicensis* adducit *Spreng. S. V.* p. 176. LAURUM *triandram Sw.*; fol. ovato-lanceolatis, integerrimis, subtus concoloribus venosis; racemis axillaribus; glandulis faucis distinctis.

n. 138. WACHENDORFIA.

S. *V.* I. *p.* 485. *Mant.* I. p. 320. n. 1. WACHENDORFIA *thyrsiflora*. Addatur synonymon:

C. a Hoffmannsegg 2ter Nachtr. p. 230.

S. *V.* I. *p.* 485. *n.* 3. WACHENDORFIA *hirsuta*. Huc a clo *Spreng.* trahitur W. *brevifolia Ker* et *Soland* (W. *Breyniana Ker.*).

Mant. I. p. 353. *Additam.* I. p. 372. n. 138 a. HAGENBACHIA *brasiliensis* clo *Spreng. cur. post. p.* 24. HAEMODORUM *brasiliense* est.

n. 140. XIPHIDIUM.

S. *V.* I. *p.* 487. *Mant.* I. *p.* 320. *n.* 1. XIPHIDIUM *floribundum*. Addatur:

Obs. XIPHID. *albidum* et *caeruleum* a *Spreng. S. V. p.* 170. diversae species dicuntur; distinguitur X. *albidum*; fol. ensiformibus, glaberrimis, in-

tegerrimis; scapo paniculato; petalis lineari-lanceolatis; X. *caeruleum;* fol. *ensiformibus,* pilosis, serrulatis; scapo paniculato; petalis ovatis.

n. 140 a. GILLIESIA.

G. *graminea Lindl. Bot. Reg.* 992.

Herba viridis e bulbo. Folia radicalia graminea. Scapus teres, umbellifer. *In Chili.*

n. 141. HETERANTHERA.

S. V. I. p. 488. *Mant.* I. p. 321. n. 6. HETERANTHERA *graminea.* Addatur synonymon:

LEPTANTHUS *gramineus Mich. Hook. Exot. Flor.* n. 64.

Obs. Cl. *Hooker* HETERANTHERAM *gramineam* ob capsulam unilocularem genus proprium nomine LEPTANTHI, reliquos vero HETERANTHERAS esse jubet.

n. 142. VIEUSSEUXIA.

S. V. I. p. 489. *Mant.* I. p. 321. n. *2. VIEUSSEUXIA *Pavonia.* Addatur synonymon:

TIGRIDIA *grandiflora Salisb. Ms.*

S. V. I. p. 490. *Mant.* I. p. 322. *Addit.* I. p. 373. n. 5. VIEUSSEUXIA *aristata.* Addatur:

Obs. IRIS *villosa Bot. Mag.* a clo *Spreng.* in *S. V.* p. 166. nomine VIEUSSEUX. *villosae* sequente diagnosi distinguitur: folio radicali lineari scapoque sub 1-floro villosiusculis; laciniis exterioribus corollae orbiculatis, obtusis, maculatis: interioribus 3-dentatis, dente medio elongato pistilli laminas superante.

n. 153. SISYRINCHIUM.

S. V. I. p. 492. *Mant.* I. p. 323. n. 2. SISYRINCHIUM *collinum.* Addatur synonymon:

MORAEA *collina* γ *Ker Bot. Mag.* 1283. HOMERIA *ochroleuca Salisb. Ms.*

Mant. I. p. 323. n. 2 a. SISYRINCHIUM *spicatum.* Addatur synonymon:

MORAEA *spicata Fort g. Gart. Mag.* 2. *t.* 15.

S. V. I. p. 492. *Mant.* I. p. 324. n. 5. SISYRINCHIUM *Bermudiana.* Addatur synonymon:

SYORHYNCHIUM *Bermudiana C. a Hoffmannsegg* 2ter *Nachtr.* p. 216.

S. V. I. p. 493. *Mant.* I. p. 324. n. 9. SISYRINCHIUM *convolutum.* Addatur synonymon:

S. *luteum Fisch.* et S. *tinctorium Humb.* et *Bonpl.* fid.

Spreng. S. V. p. 167. SYORHYNCHIUM *flavum C. a Hoffmannsegg 2ter Nachtr. p.* 216.

Folia semper scapo breviora, ped.; spatha subtriflora. Petala obovata, reflexo-patentia, subconcava, costâ mediâ virente. *C. a Hoffmannsegg.*

S. V. I. p. 493. *Mant.* I. *p.* 324. *n.* 11. SISYRINCHIUM *striatum.* Addatur synonymon:
SISYRINCHIUM *sertiflorum Salisb. Ms.*

S. V. I. p. 495. *Mant.* I. p. 324. *n.* 16. SISYRINCHIUM *iridifolium.* Addatur synonymon:
MARICA *iridifolia Bot. Reg.* 646.

S. V. I. p. 495. *Mant.* I. p. 324. SISYRINCHIIS addantur:

n. 17. SISYRINCHIUM *vaginatum Spreng.;* caule dichotomo, aphyllo; vaginis acutis, scariosis; spathâ uniflorâ. *Spreng. S. Veg.* I. p. 166.

In Monte Video.

n. 18. SISYRINCHIUM *restioides Spreng.;* caule subdichotomo, filiformi; vaginis linearibus, subfoliiferis: superioribus spathâque uniflorâ laceris. *Spreng. l. c.*

In Monte Video. Sprengel has species SISYRINCHIUM *aphyllum* inter et *filiforme* (quae ambo MORAEAE) posuit; anne ergo potius ad MORAEAS referendae?

n. 143 a. RENEALMIA.

Mant. I. p. 325. n. 1 et 2. RENEALMIA *paniculata* et *pulchella R. Br.* a *Spreng.* in *S. V. p.* 168. LIBERTIA *paniculata* et *pulchella* dicuntur.

Obs. RENEALMIAE *grandiflorae Banks* addatur *Sweet Brit. Flow. Gard.* t. 64.

n. 145. FERRARIA.

S. V. I. p. 496. n. 3. FERRARIA *ixioides.* Addatur synonymon:
LIBERTIA *ixioides Spreng. S. Veg. p.* 168.

n. 146. GALAXIA.

S. V. I. p. 496. *Mant.* I. p. 325. *Additam.* I. *p.* 374. n. 1. GALAXIA *ovata Thunb.*. Addatur synonymon:
GALAXIA *obtusa Salisb. Ms.* Varietates GALAXIAE *ovatae Thunb.* et *Jacq.* ab illo species propriae dicuntur:

n. 1 a. GALAXIA *mucronularis.*

n. 1 b. GALAXIA *versicolor.*

Obs. GALAXIA *ovata α Ker Bot. Mag.* 1208 non huc, sed ad GALAXIAM *grandifloram Kenn. Bot. Rep.* 164 spectat, quae olo *Salisbury* species

propria. *Spreng. in S. V. p.* 167. Galaxiam *ciliatam Pers.*, *grandifloram Andr.* et *multifloram Spreng.* varietates G. *ovatae* dicit.

n. 148. FICUS.

S. V. p. I. 498. *Additam.* I. *p.* 375. *n.* 1. Ficus *religiosa.* Huic subjungatur:

n. 1 a. Ficus *superstitiosa;* foliis ovatis, basi angustatis, longe acuminatis. *Link. Enum. H. berol.* 2. p. 449. Clo *Spreng.* in *S. V.* 3. p. 780. synonymon F. *drupaceae* est.

Affinis F. *religiosae;* at folia basi angustata, sensim acuminata. *Link.* *Hab.?* In Caldario.

S. V. I. *p.* 499. *n.* 6. Ficus *crassinervia.* Huic subjungatur:

n. 6 a. Ficus *rubrinervia Link;* foliis ovatis, brevi acuminatis, subtus reticulatis, glaberrimis. *Link Enum. H. berol.* 2. p. 448.

Folia 8 poll., 4 poll. 6 lin. lata, acuta, nervo primario crasso rubente. *Link.* *In Brasilia.* ♄.

S. V. I. *p.* 499. *n.* 8. Ficus *polita.* Addatur synonymon: Ficus *myrtifolia Link* fid. *Spreng. S. V.* 3. p. 778.

Mant. I. p. 327. n. 13 bis. Ficus *coronata.* Addatur synonymon:

Colla Hort. ripul. p. 56. *t.* 8. Fic. *aspera Hortul.*

S. V. I. p. 501. n. 21. Ficus *leucatoma.* Addatur synonymon:

Ficus *leucosticta Spreng. S. Veg.* III. p. 779.

n. 23 a. Ficus *nepalensis Spreng.;* foliis ovatis, coriaceis, trinervibus, glabris; receptaculis geminis, globosis, pedunculatis. *Spreng. S. V.* 3. p. 779. F. *ovata Don Fl. nepal.*

In Nepal.

S. V. I. p. 503. n. 28. Ficus *Ampelos* a clo *Spreng. l. c.* p. 782 synonymon F. *politoriae* dicitur.

Mant. I. p. 328. n. 32 a. Ficus *glabrata* synonymon F. *insipidae Willd.* dicitur a *Spreng. S. V.* 3. p. 781.

n. 33. Ficus *benghalensis.* Addatur synonymon: *Link Enum. H. berol.* 2. *p.* 449.

Folia 6 poll., 4 poll. lata, obtusa, basi non excisa, glaberrima. *Link.*

n. 33 a. Ficus *lasiophylla Link;* foliis ovatis, obtusis, subtus pube tenui mollissimis. *Link Enum.* 2. p. 449. Clo *Spreng. S. V.* 3. p. 780. synonymon F. *pubescentis* est.

* Nomine F. *benghalensis* habuimus, cui simillima; at folia subtus mollia. *Link.* *Hab.?* In Caldario.

S. V. I. p. 504. n. 37. Ficus *americana.* Hic a *Spreng. l. c.* ducuntur F. *arbutifolia* et *ciliolosa Hortor.*

S. V. I. p. 505. n. 42. Ficus *pertusa.* Addatur:

Obs. Link in *Enum.* t. 2. p. 450. F. *arbutifoliam* et *pertusam* specie distinguit, et *arbutifoliam* sic definit: foliis oblongis, acuminatis, obtusis, basi attenuatis, subtus reticulatis; stipulis scariosis glaberrimis. An eadem cum F. *arbutifolia H. Paris?* Si distincta, tunc alio nomine salutanda.

S. V. I. p. 506. *Mant.* 1. p. 328. n. 49. Ficus *nitida.* Addatur synonymon:

Hook. Exot. Fl. n. 111.

n. 49 a. Ficus *ciliolosa Link;* foliis oblongis, acuminato-obtusis, basi attenuatis, subtus reticulatis; stipulis scariosis, minutissime ciliatis. *Link. Enum.* 2. p. 450.

Affinis F. *nitidae;* at differt stipulis. Nomine F. *citrifoliae, americanae* etc. habemus. *Link.* *Hab.?*

S. V. I. p. 508. n. 54. Ficus *mollis.* Addatur:

Obs. A Spreng. in *S. V.* 3. p. 779. Fic. *mollis Vahl* et *tomentosa Roxb.* sic caponuntur: F. *tomentosa Roxb.;* fol. subcordato-ovatis, acuminatis, subtus ferrugineo-tomentosis; receptaculis globosis, sessilibus, subaggregatis; involucro 5-partito, tomentoso. F. *mollis Willd.* et *Vahl;* fol. subcordato-ovatis, acuminatis, supra nitidis, subtus cinereo-tomentosis; receptaculo solitario, sessili, ovato; involucro 5-partito, setoso. F. *mysorensis Roth.*

n. 54 a. Ficus *fulva Spreng.;* foliis cordato-oblongis, obtusis, supra scabris, subtus fulvo-tomentoso-villosis; ramis villosissimis. *Spreng. S. V.* 3. p. 779.

In Brasilia. Sello.

Mant. I. p. 331. n. 61 b. Ficus *arboricida.* Addatur synonymon:

Ficus *dendroctona Spreng. S. V.* 3. p. 780.

n. 62 a. Ficus *oblongata Link;* foliis cordato-oblongis, brevi acuminatis, obtusis, nervis lateralibus parallelis, glaberrimis. *Link Enum. H. berol.* 2. p. 449. *Spreng.* in *S. V.* 3. p. 778. hanc ad F. *cordatam* ducit.

Folia 6 poll., 3 poll. lata, cordata sinu parvo. *Link.* *In Prom. b. spei.* ♄.

n. 70 a. Ficus *brasiliensis Link;* foliis late lanceolatis, brevi acuminatis, basi attenuatis, splendentibus, glaberrimis, subtus reticulatim venosis. *Link Enum.* 2. p. 449.

Folia 9 poll., 3 poll. lata. *Link.* *In Brasilia.* ♄.

n. 70 b. Ficus *cuneata C. a Hoffmsegg.;* foliis petiolatis, subcordatis, lanceolato-cuneiformibus, acutatis, in-

tegerrimis, glabris, lucidis, subcostato-nervosis, reticulato-venosis. *C. a Hofmannsegg 2ter Nachtr. p.* 118.

Folia 9 poll.. Petiolus 6 lin., 2 lin. circiter crassus. Lamina 2 poll., 6 lin. lata, margine acuta, albo-diaphana, nervis albidis, secundariis angulo circiter 60° distantiâ inter se vix 1 poll., emersis, spatio intermedio venis gradatim tenuioribus reticulato, ultimis divisionibus interruptis, strioliformibus. Basis, rarius licet, forma tota exacte lanceolato-cuneiformis, vere anguste subcordata. Stipulae lanceolatae, longe acuminatae, poll., mox scariosae, fuscae. Nondum floruit. *C. a Hoffmsgg. In Brasilia.* ♄.

S. *V.* I. p. 512. n. 76. Ficus *salicifolia.* Addatur synonymon: Ficus *speciosa Hortul.* fid. *Spreng. S. V.* 3. p. 783.

n. 76 a. Ficus *pendula Nestl*; foliis ellipticis, integerrimis, basi cuneatis, ad apicem acuminatis; receptaculis pyriformibus, sessilibus, glabris, solitariis geminatisve; ramis virgatis, pendulis. *Nestl. Suppl.* I. *ad indic. plant. H. Argentorat.* 1819. *p.* 4. F. fol. oblongis, acuminatis, basi attenuatis, ramis pendulis. *Link Enum.* 2. p. 450. F. *pendula Hortul.* clo *Spreng. S. V.* 3. p. 781. synonymon F. *striatae* est.

Arborea ramis angulatis gemmisque glabris; folia petiolata, coriacea, undique glaberrima, margine reflexa, supra nitida. subtus transversim venulosa, 4-pollic., 2 poll. lata, acumine protenso; petiolus folio 4-plo brevior, sulcatus, glaber. Receptacula magnitudine Avellanae ad apicem depressa, glaberrima, in foliorum axillis solitaria vel geminata. Arbor sexpedalis, ramis pendulis ex horto olim ditissimo Malmaison ao 1806 sub *Ficus Nov. spec.* missa. *Nestler.*

n. 84 a. Ficus *obtusata Link*; foliis ovato-oblongis, obtuse serrato-crenatis, utrinque hirtis. *Link Enum.* 2. p. 450. A *Spreng. S. V.* 3. p. 784 cum? ad F. *mauritianam* ducitur.

Nomine F. *mauritianae* accepimus. Folia 4-5 poll., 1-poll. lata, tenuia. *Link. Hab.?* In Caldario.

n. 84 b. Ficus *Muntia Link*; foliis ovalibus, acutis, serratis, supra scabris, subtus molli pilosis. *Link l. c. p.* 450. Clo *Spreng.* l. c. synonymon F. *symphytifoliae* esse videtur.

Hoc nomine, an vero? accepimus. Fol. 3 poll., 2 poll. lata, basi angustata, serraturis apice verruculosis. *Link. In Australia.* ♄.

n. 86 a. Ficus *Lichtensteinii Link*; foliis cordato-lanceolatis, repande crenatis, obtusis, subtus nervis pubescentibus. *Link l. c. p.* 451. Synonymon F. *capensis* dicitur a *Spreng.* in *S. V.* 3. p. 783.

Folia 4 poll. 6 lin., 2 poll. lata, acutata. *Link.* *In Prom. b. sp.* ♄.

n. 86 b. FICUS *oblongifolia Don.;* foliis oblongis, trinervibus, glabris, apice tridentatis; receptaculis solitariis, pedunculatis, subrotundis. *Don. Fl. nep.* *Spreng. S. V.* 3. p. 783.

In Nepal.

S. V. I. p. 515. n. 89. FICUS *exasperata.* Huc a *Spreng.* l. c. ducuntur:
FICUS *glandulosa Hort.* et *coronata Spin.*

S. V. I. p. 515. n. 92. FICUS *hispida.* Addatur synonymon: *Link. l. c. p.* 451. et hoc teste: F. *oppositifolia Roxb. Cor.* 2. *t.* 124. *Spreng. l. c.* ad F. *oppositifoliam Roxb.* ducit: F. *hispidam Thunb., scabram Jacq., Daemonum Roth,* (non *Vahl.*)

S. V. I. p. 517. n. 102. FICUS *difformis* clo *Spreng.* l. c. p. 785. synonymon F. *truncatae* est.

S. V. I. p. 519. n. 109. FICUS *heterophylla.* Addatur synonymon:
Link l. c. p. 451, qui eam nomine F. *aquaticae* accepit.

S. V. I. p. 520. n. 115. FICUS *Carica.* Addatur synonymon: *Dict. sc. natur.* 16 *Cah.*

Mant. I. p. 324. Observationi ad finem generis FICUS addatur:
Cls. Spreng. in *S. V.* 3. 781. F. *elasticae* auctorem *Roxburghium* dicit, eamque sic definit: fol. ellipticis, acutiusculis, coriaceis, splendidis, margine cartilagineis, crassinerviis, parallele venosis. Patria dicitur: Ind. or.

Quid FICUS *affinis Blume?* (Affinis F. *populifoliae*), *biglandulosa Blume?*
acuminata
caudata
coccolobifolia
dumosa } *Loddig. Catal.?*
lanceolata
longifolia
viscifolia

n. 150. BOLDOA.

S. V. I. p. 522. n. 4. BOLDOA *repens Spreng.;* caule herbaceo, pubescente, radicante; foliis cordato-ovatis, obtusis, glabris; pedunculis axillaribus, unifloris. *Spreng. S. V.* I. *p.* 179.

In Brasilia.

n. 151. ORTEGIA.

S. V. I. p. 522. n. 2. ORTEGIA *dichotoma*. Addatur synonymon:

O. *hispanica* Cav. *ic.* I. *t.* 47., (non *Linn.*) fid. *Decand. Prodr.* 1. *p.* 388.

n. 152. POLYCNEMUM.

S. V. I. p. 523. *Mant.* I. p. 334. n. 1. POLYCNEMUM *arvense*. Addatur synonymon:

τῳ α: POLYC. *pumilum Hoppe.* fid. *Mert.* et *Koch* in *Deutsch. Fl.* 1. p. 404. P. *arvense simplex*; diandrum; caule erecto subsimplici; fol. carinatis, basi ovatis, subulatis, arcte appressis; bracteis calycem capsulamque superantibus. *Wallroth Sched. crit. p.* 25. τῳ β: P. *arvense multicaule*; diandrum; caule ramosissimo, diffuso, procumbente; fol. subulatis, patentibus, remotis; bracteis calycibusque capsulas aequantibus. *Wallr. l. c.*

n. 1. c. POLYCNEMUM *verrucosum Lang*; foliis subulato-triquetris, alternis, remotis, adpressis; caule ramosissimo, flexuoso, angulato, verrucoso, scabriusculo. *Lang in litt.*

Radix annua, tenuis, filiformis, ramosa, tortuosa. Caulis herbaceus, a basi ramosissimus; ramis sparsis, a pede ad cubitum elongatis, procumbentibus, apicem versus adscendentibus, filiformibus, nonnunquam rubentibus, verrucoso-scabriusculis. Folia alterna, sessilia, subcarnosa, verrucoso-scabriuscula, 2-4 lin.. Flores axillares, solitarii, sessiles. Corolla petalis 5, subaequalibus, ovato-lanceolatis, uninervibus, membranaceis, pellucidis, germini arcte appressis, persistentibus, capsulà vix brevioribus. Bracteae 2 ad basin corollae ovato-acuminatae, patentes, albae, pellucidae, corollâ breviores. Stamina 3-5, corollâ breviora. Germen subrotundum, compressiusculum. Stylus brevis. Stigma subrotundum. Utriculus tenuissimus, membranaceus, pellucidus. Semen reniforme, nigrum, punctatum. Differt a P. *arvensi* et *inundato Hopp.* praecipue caule ramosissimo, ramis omnibus procumbenti-adscendentibus, angulato-flexuosis, verrucoso-scabriusculis; foliis multo brevioribus, cauli appressis, nec patentibus, carnosis; bracteis corollà brevioribus. *Lang in litt.* *In plagis arenosis aridis Com. Pesthiensis Paszygiae. Lang.*

S. V. I. p. 525. n. 7. POLYCNEMUM *oppositifolium Pall.* et *M. Bieb.* clo *Spreng. S. V.* I. p. 181. ad P. *crassifolium* pertinere videtur.

n. 155. CALLISIA.

S. V. I. p. 527. *Mant.* I. p. 335. n. 1. CALLISIA *repens*. Addatur:

Obs. Spreng. in *S. V.* I. p. 170. CALL. *umbellatam (umbellulatam) Lam.* et *ciliatam Humb.* a CALL. *repenti* non differre dicit.

n. 156. COMMELINA.

S. V. I. p. 530. n. 10. COMMELINA *fasciculata R.* et *Pav.* clo *Spreng. S. V. p.* 172. *C. tuberosa* est.

S. V. I. p. 531. n. 18. COMMELINA *diffusa.* Addatur synonymon:

Spreng. S. V. p. 172., qui huc trahit *C. divaricatam Vahl.*

S. V. I. p. 532. n. 23. COMMELINA *tuberosa.* Addatur synonymon:

Loddig. Bot. Cab. 193.

S. V. I. p. 533. *Mant.* I. p. 338. n. 26. COMMELINA *pallida* clo *Spreng. S. V. p.* 173. *C. elegans H.* et *Bonpl.* est.

S. V. I. *p.* 534. *n.* 28 a. COMMELINA *persicarifolia Dec.*; caule simplici; foliis oblongis, utrinque acuminatis, nervosis, glabris; vaginis strictis, ciliatis; involucris cordatis, pedicellos superantibus. *Spreng. S. V.* I. p. 172.

Hab. ?

S. V. I. p. 534. n. 30 a. COMMELINA *deficiens Herb.*; fol. oblongo-lanceolatis, acutis, basi ciliatis; vaginis striatis; involucro cordato, cucullato; corollâ dipetalâ; antherâ tertiâ maximâ. *Bot. Mag.* 2644. *Spreng. cur. post.* p. 25.

In Brasilia.

S. V. I. *p.* 534. *n.* 31. COMMELINA *mollis.* Addatur synonymon:

Spreng. S. V. I. p. 172., qui huc *C. turbinatam Vahl* et *canescentem Vahl* trahit.

S. V. I. *p.* 535. *n.* 32. COMMELINA *barbata.* Addatur:

Obs. Spreng. in *S. V. p.* 171. huc trahit: *C. cayennensem Rich.*, *pilosulam Vahl*, *glabram Meyer* et *prostratam Humb.* et *Bonpl.*!

S. V. I. p. 535. *Mant.* I. p. 339. post. n. 39. COMMELINAM *nudifloram* addatur:

n. 39 bis. COMMELINA *longifolia Spreng.*; fol. lineari-lanceolatis, glabris, striatis, basi ciliatis; paniculâ terminali nudâ. *Spreng. cur. post p.* 25. ANEILEMA *Hook. exot. Fl. t.* 201.

In ora Africae orientalis.

n. 39 ter. COMMELINA *hispida Hamilt.*; caule radicante, adscendente; fol. lanceolatis, acuminatis, asperis; orâ va-

ginarum ciliatâ; racemis paniculatis, hirsutissimis. *Spreng.* *l. c.* ANEILEMA *Don. Fl. nepal.*

In Nepal.

n. 39 quater. COMMELINA *radicans Spreng.*; caule radicante; foliis linearibus; vaginis villosis; pedunculis 5-floris. *Spreng. l. c.* ANEILEMA *Don* l. c.

In Nepal.

Mant. I. *p.* 339. *n.* 39 a. COMMELINA *cespitosa Roxb.* clo *Spreng. S. V.* I. p. 172. C. *polygama* est.

S. V. I. *p.* 536. *Mant.* I. p. 340. n. 40. COMMELINA *spirata.* Addatur synonymon:

APHYLAX *spiralis Salisb.*

S. V. I. *p.* 538. *n.* 49. COMMELINA *paniculata Vahl* clo *Spreng.* *l. c. p.* 174. C. *elata Vahl* est!

S. V. I. *p.* 539. *n.* 52. COMMELINA *graminifolia Humb.* et *Bonpl.* clo *Spreng. S. V.* I. *p.* 171. synonymon C. *angustifoliae* est.

S. V. I. p. 540. n. 58. COMMELINA *floribunda* fid. *Sprengel* *l. c. p.* 174., C. *serrulata* est.

Quid COMMELINA *scabra Blume?*

n. 158. MACROLOBIUM.

Mant. I. p. 344. n. 3. MACROLOBIUM *bijugum.* Addatur:

Truncus arborescens, erectus. Cortex griseus, glaber. Rami patentes, dichotomi, extremitatem versus cernui. Folia alterna, pinnata, bijuga. Foliola oblique elliptica, falcata, undulata, laevigata, 4-5 poll., 2-2 $^1/_2$ poll. lata. Petioli basi tumidi, supra canaliculati. Stipulae nullae. Corymbi terminales, compositi: rami primarii dichotomi. Pedicelli articulati, superne gibbosi, fistulosi. Flores albi, inodori. Bracteae nullae. Perianthium 4-phyllum: foliola subrotunda, concava, tomentosa. Corolla irregularis. Petalum unicum, vexilliforme, subrotundo-cordatum, undulatum: ungue lineari, utrinque villoso. Alae et carina nullae. Filamenta 9: 3 antherifera, filiformia, corollà triplo longiora, incurva; 6 sterilia, vix quartam partem fertilium aequantia; omnia imâ basi connexa, superne libera, obscure castanea, versus extremitatem inferiorem pilis albis tenuiter dispersis obsita: apices filamentorum sterilium uncinati, albi. Antherae lineares, incumbentes. Germen lineari-oblongum, compressum, villosum, ovula pauca (8 circiter) globosa continens. Stylus longitudine et situ staminum, filiformis. Stigma capitatum, bilobum. Legumen late falcatum, compressum, paucispermum, Semen nigrum, farinae lateritiae immersum, inaequaliter reniforme vel potius triangulare, compressum. *Colebr.* in *Linn. Trans.* *In horto botanico Calcuttae unica arbor 8 pedalis obvia.* ♄.

Obs. Si VOUAPAE a *Simirá* separandae, haec planta illi esset adnumeranda et genus proprium inde constituendum charactere sequente: „Calyx 4 phyllus „vel 4 partitus. Petalum unicum unguiculatum. Stamina 3 fertilia petalo „opposita. Legumen compressum, oligospermum." *Colebrooke* l. c.

n. 160. HIPPOCRATEA.

S. V. I. p. 543. *Additam.* I. p. 376. n. 1. HIPPOCRATEA *obcordata.* Addatur synonymon:

H. *scandens Dict. sc. nat.* 24 *Cah.*

Addit. I. p. 377. n. 1 b. HIPPOCRATEA *acapulcensis Humb.* et *Bonpl.* synon. H. *verrucosae* dicitur a *Spreng. S. V.* p. 178.

Addit. I. p. 378. n. 1 d. HIPPOCRATEA *elliptica H.* et *Bonpl.* clo *Spreng.* l. c. H. *volubilis* est.

S. V. I. p. 543. *n.* 2. HIPPOCRATEA *volubilis.* Addatur synonymon:

HIPPOCRATEA *paniculata Bertero. S. V. nostr. Mant.* I. p. 346. — *β oblongifolia;* foliis magis oblongis. *Decand. Prodr.* 1. *p.* 568. *β in Porto-Ricco.*

Mant. I. p. 344. n. 3 a. HIPPOCRATEA *discolor Meyer* clo *Spreng. S. V.* p. 179. H. *laevigata* est.

Mant. I. p. 345. n 5 a. HIPPOCRATEA *indica.* Addatur

Obs. Decand. in *Prodr.* 1. p. 568. HIPPOCR. *indicam* sic exponit: H. carpellis oblongis, dispermis; paniculis corymbosis, dichotomis, folii fere longitudine; fol. ovalibus, acutis, serratis, nitidis. *Roxb. Cor.* 2. t. 130. et *Willd. Sp.* — *β. disperma;* carpellis lanceolatis, utrinque obtusis, paniculis folio brevioribus; fol. ellipticis, acuminatis, serrulatis. *H. disperma Vahl.* — *γ. evonymoides.* Cls. *Spreng.* in *S. V.* p. 178. H. *dispermam Vahl* vero synonymon H. *arboreae Roxb.* dicit.

n. 12. HIPPOCRATEA *uniflora Moç.* et *Sessé;* carpellis obcordatis; pedunculis unifloris; foliis oblongis, basi cordatis, integris. *Fl. mex. ic. ined. Decand. Prodr.* 1. *p.* 567.

Petala ovata, obtusa. *In Mexico.* ♄.

n. 13. HIPPOCRATEA *acutiflora Moç.* et *Sessé;* carpellis obovatis; corymbis dichotomis, folio brevioribus; petalis acutis; foliis oblongo-ovalibus, dentatis. *Fl. mex. ic. ined. Decand. Prodr.* 1. p. 567.

Petala virescentia, acuta, apice quasi bifoveolata. Antherae 4-lobae. Stigma simplex. *Decand.* *In Mexico.* ♄.

n. 14. H.? *cassinoides Decand.;* carpellis?, corymbis axillaribus, dichotomis, folio duplo brevioribus; foliis ellipticis basi et apice acuminatis, subserrulatis, submembranaceis; ramulis apice compressis. *Decand. l. c. p.* 569.

In insula Timor. ♄.

n. 15. H.? *pauciflora Decand.;* carpellis?; corymbis axillaribus, dichotomis, 5-7-floris, vix petiolo longioribus;

foliis elliptico-oblongis, obtusissime subcrenulatis. *Decand.* l. c. p. 569.

Flores 4 lin. diametr. Antherae sub 4-lobae. *In insula Timor.* ♄.

n. 161. T O N S E L L A. *)

Mant. I. p. 347. n. 1 b. Tonsella *Radula Spreng.*; foliis ellipticis, coriaceis, glaberrimis, integerrimis; cymis axillaribus; ramis punctato-asperis. *Spreng. S. V.* I. p. 177.

In Brasilia. ♄.

n. 161 a. A N T H O D O N.

Mant. I. *p.* 348. *n.* 3. Anthodon *undulatus.* Addatur synonymon:

Tonsella *undulata Spreng. S. V.* p. 177., qui huc trahit Raddisiam *arboream Leand.*.

n. 10. Anthodon *Selloanus*; foliis ovatis, acutis, integerrimis, supra lucidis, subtus albo-tomentosis; cymis axillaribus; petalis intus villosis, fimbriatis. Tonsella *brasiliensis Spreng. l. c. p.* 177.

In Brasilia. Sello. ♄.

n. 11. Anthodon *trinervis*; foliis oblongis, acuminatis, integerrimis, triplinervibus, utrinque glabris; paniculis terminalibus floribusque intus villosis. Tonsella *trinervia Spreng.* l. c.

In Brasilia. Sello. ♄.

n. 162. O L A X. **)

Mant. II. *p.* 349. *n.* 2 b. Olax *obtusa Blume*; foliis bifariis, ovato-aut ovali-oblongis, obtusissimis, subtus ra-

*) *Decand.* in *Prodr.* 1. p. 570. Tonsellas omnes Salacias dicit, nominibus specificis iisdem servatis. Calypso *salacioides Aub. d. Pet. Thouars* illi Salacia *Calypso* est sequente definitione: „pedunculis subternis e tuberculo axillari ortis, 1-floris; foliis ovali-oblongis, obtuse subdentatis, venosis; petalis ovatis. Bacca globosa mucronata. Semina albuminosa.“ Huc ducit etiam Sal. *cochinchinensem Lour.* et *chinensem Linn.*, quae forte eadem ac *cochinchinensis* ex adnot. in *Herb.* Banks. *Spreng.* vero in *S. V.* p. 177. omnes species generis Anthodon, nominibus specificis conservatis, Tonsellas dicit; Calypso illi est Tonsella *Calypso*; Salacia *chinensis* L. et *cochinchinensis Lour.* vero junguntur ab illo nomine Tonsellae *chinensis.*

**) *Decand.* in *Prodr.* I. p. 531. genus Olacis in tria genera divisit sequentibus charactt: Olax: *Cal.* parvus integer, post anthesin ampliatus, baccatus. *Petala* 6, per paria ad medium juncta, seu 3 semibifida. *Appendices* filiformes 6 bifidae, 1 nempe disco medio cujuslibet petali insertae. *Stam.* 3, filamenta petalis inter se coalitis adnata, et ideo antheram ovatam subsessilem infra fissuram gerentia. *Drupa* exsucca, 1-sperma, calyce cincta. — Flores parvi, racemosi. Folia ovato-oblonga, 1-nervia, integra. Spec.: O. *zeyla-*

mulisque teretibus pubescentibus; spicis axillaribus, brevissimis, ante anthesin bifariam imbricatis; drupis globosis. *Blume Byd. Flor. v. Nederl. Ind.* 3. *St. p.* 151.

O. *imbricatae* affinis, cujus varietas videtur clo *Sprengel cur. post. p.* 25. *In sylvis paludum prope Bataviam* et *circa Tjikao Provinciae Tjanjor Javae. Blume.*

S. V. I. p. 584. *n.* 5. OLAX *stricta.* Addatur synonymon: SPERMAXYRUM *strictum Decand. Prodr.* 1. p. 532.

Frutex erectus; ramis strictis, alternis, subdistichis, inermibus, teretibus, glabris, cortice granulato-nitente, nitore fere metallico, crassitie pennae corvi. Folia numerosa, alterna, subdisticha, erecta, ramis paulum adpressa, sessilia, lineari-et lanceolato-oblonga, enervia, subcoriacea, glaberrima, subtus et ad margines plerumque, praesertim sub lente, nitore granuloso, metallico, flavido: apice mucronulo parvo, quidquam retuso, 3-6 lin., 2-3 lin. lata. Pedunculi axillares, uniflori, teretes, glaberrimi, apice incrassati, foliis multo breviores, 1-1 $^1/_2$ lin. Cal. parvus, subinteger, vel lobis obsoletissimis, undulatus, post anthesin non ampliatus, glaberrimus, persistens. Ovarium ovatum, glabrum, stylo brevi coronatum. Flores fructusque desunt in specim. nostr. *e nova Hollandia.*

S. V. I. *p.* 584. *n.* 6 a. OLAX *aphylla.* Addatur synonymon: SPERMAXYRUM *aphyllum Dec. Prodr. l. c.*

n. 163. COMOCLADIA.

S. V. I. p. 548. *Mant.* I. p. 350. n. 2. COMOCLADIA *dentata.* Addatur synonymon:

Humb. et *Bonpl, nov. gen.* et *spec. red. Kunth.* T. VII. p. 16.

Flores minutissimi, atropurpurei, monoici, vel dioici (teste *Bonpl.*). Cal. 4-partitus (5-partitus *Bonpl.*), glaber; laciniis subrotundo-ovatis, acutis, concavis, aequalibus. Petala 4, (5 *Bonpl.*), sub disco inserta, calycem vix duplo superantia, sessilia, ovata, obtusa, glabra, aequalia, ante apertionem floris marginibus sibi mutuo imbricatim incumbentia. Stamina 4 (3-4 *Bonpl.*), ibidem inserta, cum petalis alternantia, lacinias calycinas vix aequantia. Filamenta brevissima, libera,

---

nica L., *imbricata Roxb.* SPERMAXYRUM *Labill.*: *Cal.* parvus, integer, post anthesin non ampliatus. *Petala* 5, nempe 4 per paria filamentis staminum mediantibus connexa, et ideo semibifida, quinto libero integro. *Appendices* filiformes simplices. *Stam* 3, 2 petalis coalitis adnata, tertio libero. *Ovarium* 1-loc., 3-ovulatum, ovulis ad apicem columnae centralis, filiformis, pendulis. *Drupa* exsucca, monosperma. — Fol. disticha, et secus ramos fere ut foliola foliorum pinnatorum disposita, rarius nulla. Flores abortu polygami. Spec.: SP. *Phyllanthi Lab.*, *strictum* et *aphyllum* De. FISSILIA: *Cal.* integer, post anthesin ampliatus. *Pet.* 5, nempe 4 per paria mediantibus staminum filamentis juncta et ideo semibifida, quinto libero. *Appendices* filiformes, simplices. *Stam.* 3, 2 petalis coalitis longe adnatis, tertio libero, filam. complanatis, antheris ellipsoideis oscillatoriis. *Ovarium* triloculare, 3-spermum. *Drupa* sicca, calyce cupulaeformi cincta, 1-sperma. *Spec.*: FISSILIA *Psittacorum Lam.* OLAX *Pseudoleia* et *Pseudoleioides Aub. d. Pet. Thouars* in *Mant. nostr.* I. p. 349 a clo *Dec* l. c. nomine PSEUDALEIAE *madagascariensis* et PSEUDALEIOIDIS *Thouarsii* ad HEXANDRIAM spectare dicuntur.

glabra. Antherae subellipticae, biloculares, dorso affixae, glabrae, interne dehiscentes. Discus suburceolatus, sinuato-4-lobus, glaber; lobi petalis oppositi. Ovarium sessile, ovatum, glabrum, sterile? Stigma sessile, trilobum (?). Nil nisi fragmenta exstant. *Kunth.* *In insula Cubae, prope Havanam.*

n. 2 a. COMOCLADIA *propinqua Humb.* et *Bonpl.*; foliolis lanceolato-oblongis, acutis, subintegerrimis, supra glabriusculis, subtus hirto-tomentosis et ferrugineis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen.* et *spec. red. Kunth.* T. VII. p. 16. *Guao* incolarum. *Uraye* vel *Mancinella* Caracasanorum.

Arbor 12-ped., graveolens, lactescens; lac glutinosum, album, contactu aëris nigrescens, venenatum. Folia imparipinnata; foliola sub 8-juga, opposita, petiolata, basi saepius inaequilatera, integerrima vel hinc inde denticulo notata; venis primariis transversis, subparallelis nervoque medio subtus valde prominentibus, coriacea, supra pilis minutissimis conspersa, 3-3 1/4 poll., poll. lata; inferiora 2-3 plo breviora, subovata. Petioli proprii 1-1 1/2 lin., hirtelli. Rhachis teretiuscula, hirtella, adjecto petiolo subpedalis. Paniculae simplices, rami teretiusculi, subverticillati, glabri, patentissimi. Flores minutissimi, in ramulis brevissimis conglomerati, brevissime pedicellati; glomeruli remoti, magnitudine Pisi minoris. Calyx 4-partitus, glaber; laciniis subrotundis, 2 oppositis minoribus. Petala 4, sub disco inserta, calycem triplo superantia, ovata, obtusa, aequalia, atropurpurea, glabra, patentissima. Stamina 4, ibidem inserta, cum petalis alternantia, iisque dimidio breviora, aequalia. Filamenta subulata, glabra, libera. Antherae subrotundae, basi emarginatae, dorso affixae, biloculares, glabrae, flavidae. Discus urceolatus, sinuato-4-lobus, glaber. Pistillum: rudimentum subglobosum, glabrum. C. *dentatae* simillima, nonnisi distincta foliis integerrimis: an solum varietas? A C. *integrifolia* longe diversa. *Kunth.* *In littore australi insulae Cubae prope portum La Trinidad.* ♄.

n. 2 b. COMOCLADIA *mollissima Humb.* et *Bonpl.*; foliolis parvis, oblongis, acutis, basi rotundatis, dentatis, supra tomentoso-pubescentibus, subtus sericeo-tomentosis, mollissimis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen.* et *spec. red. Kunth.* T. VII. p. 17.

Arbor biorgyalis, ramosissima; ramis glabris, nudis, apice foliosis, lactescentibus; lac contactu aëris coagulans et nigrescens. Folia conferta, petiolata, imparipinnata. Foliola opposita, 4-8 juga, subsessilia, subaequilatera, reticulato-venosa, venis primariis approximatis, subparallelis, nervoque medio subtus prominentibus, membranacea, utrinque, praesertim subtus, mollissima et fuscescentia, 10-12 lin., 5-6 lin. lata; superiora et inferiora gradatim et multo minora; infima subrotunda, 5-6 lin., juniora ferruginea. Rhachis communis teretiuscula, fuscescenti-tomentosa, superne ferruginea, adjecto petiolo communi (16-18 lin. longo) 4-6 poll.. Stipulae nullae. Paniculae axillares, longe pedunculatae, simplices,

bracteatae, adjecto petiolo 9-11-poll., erectae; ramis patentissimis, sparsis, infimis suboppositis, rhachi pedunculoque densissime hirtellis. Pedunculus subsexpollicaris, teres, striatus. Flores in ramis fasciculato-spicati, minuti, subsessiles. Calyx 4-partitus, externe hirto-tomentosus; laciniis ovato-orbiculatis, subaequalibus. Petala 4, sessilia, ovato-elliptica, obtusa, glabra, calyce 2-3 plo longiora, aequalia, longe persistentia. Stamina 4, inter lobos disci inserta, cum petalis alternantia, iisque multo breviora, effeta persistentia. Filamenta linearia, glabra, libera. Antherae ovatae, cordatae, obtusae, steriles?, glabrae. Discus in fundo calycis 4-lobus, glaber; laciniis rotundatis, petalis oppositis. Ovarium gravidum superum, sessile, ovatum, glabrum, 1-loculare, ovulum 1. Stylus o. Stigma sessile, trigonum, angulis subcapitellatis. Fructus exsuccus (bacca exsucca *Bonpl.*), ellipticus, calyce persistente suffultus, laevis, glaber, monospermus, niger, non dehiscens. Semen oblongum, compressiusculum, ab uno latere pericarpio secundum longitudinem adhaerens. *Kanth.* An hic COMOCLADIA *tomentosa Humb. Willd. Herb.*? *Rarissime inter Acapulco et Venta del Exido.*

n. 2 c. COMOCLADIA *acuminata Fl. mexic. ined.*; foliis sessilibus, lanceolatis, acuminatis, basi subcordatis, glabris; dentibus utrinque 6-7 spinosis. *Fl. mexic. ic. ined. Dec. Prodr.* 2. p. 65.

Media *ilicifoliam* inter et *dentatam*. Petala atrorubra; stamina iis opposita ex icone; an recte? *Decand.* *In Mexico.* ♄.

S. V. I. *p.* 348. *n.* 3. COMOCLADIA *ilicifolia*. Addatur

Obs. Huc instar β trahitur in *Decand. Prodr.* II. p. 65. *C. dentata* β *glabra* in *Mant.* I. p. 350. et *C. glabra Spreng. S. V.* I. p. 176.; foliolis oblongis, membranaceis, subpetiolatis, basi cuneatis, margine spinulosis, **subtus nitidis petiolisque glaberrimis.**

n. 5. COMOCLADIA? *Tapaculo Humb.* et *Bonpl.*; foliolis oblongis, acuminatis, basi acutiusculis, integerrimis, glabris. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen.* et *spec. red. Kunth.* T. VII. p. 18. *Tapaculo* incolarum.

Arbor 40-50-ped., ramis teretibus, erectis. Folia alterna, petiolata, imparipinnata. Foliola opposita, petiolata, 4-juga (6-9 juga *Bonpl.*), acumine obtuso, subaequilatera, reticulato-venosa, nervo medio subtus prominente, membranacea, subtus pallidiora, epunctata; terminale 4 $3/4$ poll., 25-26 lin. latum; lateralia paulo minora; infima 3-poll.; petioli proprii glabri, cum rhachi haud articulati, laterales 2 lin., terminalis $1/2$ poll.. Rhachis teretiuscula, striata, pilis minutissimis, adjecto petiolo communi (1 $1/2$ poll., tereti, basi incrassato) 1 poll.. Paniculae fructiferae pedunculatae, ramosae, bracteatae; bracteis parvis, adjecto pedunculo 5-poll. et longiores; rami alterni, patentissimi, rhachisque pilis minutissimis adpressis. Fructus pedicellati, sparsi, elliptici, nudi, lenticulari-compressi?, obliqui, rudimento styli vix umbilicati, glabri, rubri, 4-lin., adstringentes; pedicellis (ramulis?) 3 lin.. Semen oblique-oblongum, utrinque rotundatum, tere-

tiusculum, glabrum, fuscum, secundum longitudinem leviter sulcato-costatum, magnitudine grani Tritici. *Kunth.* *Prope Maypures* et *Carichana ad ripam Orinoci.* ♄.

n. 6. COMOCLADIA? *loxensis Humb.* et *Bonpl.*; foliolis oblongis, subacuminatis, basi acutis, integerrimis, supra glabris, nitidis, subtus tomentoso-pubescentibus; nervo medio, rhachi ramulisque fuscescenti-tomentosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen.* et *spec. red. Kunth.* T. VII. p. 18.

Arbor 4-6-orgyalis, ramulis reflexis, (*Bonpl.*), teretibus, fuscescenti-tomentosis. Folia alterna, imparipinnata. Foliola 9-13, alterna, petiolata, reticulato-venosa, membranacea, subtus nervo medio prominente; lateralia parum inaequilateralia, 2 $^1/_2$-2 $^3/_4$ poll., 9-11 lin. lata; inferiora minora; infima 13-14 lin.. Petioli proprii teretiusculi, tomentosi, basi articulati, 2 lin.. Rhachis communis teretiuscula, fuscescenti-tomentosa, adjecto petiolo communi (basi incrassato) 6 $^1/_2$-9-poll. Stipulae nullae. Paniculae terminales, solitariae, simplices, pedunculatae, 10-11-poll.; ramis paucis, sparsis, patentibus, rhachique teretiusculis, fuscescenti-tomentosis. Fructus racemosi, pedicellati (pedicellis 3-4-lin., tomentosis, basi articulatis, et bracteatis?), penduli (*Bonpl.*), oblique-oblongi, stylis 2 persistentibus, subulatis cornuti, calyce persistente (trilobo?) suffulti, compressi (?), glabriusculi (?), rubri, 1-2-loculares, loculis monospermis, non dehiscentes, parce carnosi. Semina (immatura) oblonga, compressa (?), pendula, extremitate inferiore acuta. *Kunth.* *In sylvis prope Loxam Novo-Granatensium.* Alt. 1060 hex.

n. 165 a. LASIOSTEMUM.

Addit. I. p. 381. n. 1. LASIOSTEMUM *sylvestre.* Addatur synonymon:

GALIPEA *sylvestris Aug. St. Hilair. Mem. Mus.* V. ann. *fasc.* 11. p. 394. (qui G. *febrifugam* inter et *heterophyllam* prope *pentagynam* ponendam esse).

n. 166 a. HYDRANTHELIUM.

S. V. I. p. 530. *n.* 1. HYDRANTHELIUM *callitrichoides. Humb.* et *Bonpl. nov. gen.* et *spec. red. Kunth.* T. VII. p. 203. t. 646.) WILLICHIA *callitrichioides Spreng. cur. post.* p. 26.

Radices fibrosae. Caules simplices vel ramo instructi, filiformes, natantes, ad ramificationes radiculam capillarem simplicem (?) emittentes, 3-4 poll., glabri. Fol. opposita, inferiora valde remota, sessilia, elliptica, obtusa, integerrima, 7-nervia, tenuia (recentia succulenta?), laete viridia, glabra, 3-3 $^1/_2$ lin., 1 $^1/_2$ lin. lata. Flores axillares solitarii, alterni, longe pedunculati, minuti; pedunculis capillaceis 3-4 lin., ebracteatis, glabris. Cal. glaber viridis. Cor. monopetala, calyce duplo longior, glabra, tenuissima, multinervis, alba: lobis 2 ovatis obtusis (?). Filamenta subulata, glabra. Antherae obtusae, basi bifidae, dorso affixae, erectae, glabrae, inter-

ne longitudinaliter dehiscentes. Pollen caeruleum (*Bonpl.*). Ovarium minutum, ovatum, glabrum, apice in stylum desinens. Stylus erectus, capillaceus, glaber, longitudine staminum. Stigma lobis 2 patenti-recurvatis. Capsula stylo persistente coronata, diaphana, glabra, magnitudine grani Sinapis; placenta centralis, (dissepimentum?) lineari-lanceolata, membranacea, persistens. Semina 24-28 minutissima, placentae centrali affixa, utrinque obtusa, longitudinaliter striata, ad apicem podospermio brevi diaphano instructa, fusca, glabra. Integumentum crassiusculum. Endospermium nullum, nisi tenuissimum et integumento interne arcte adhaerens (?). Embryo subrectus, albidus, utrinque obtusus. Cotyledones convexo-planae. Radicula cotyledonibus longior. Habitu Elatini *hexandrae* simillima. *Kunth.* *In cataractis Aturensium, Salto de Javariveni, Missiones del Orinoco.* ☉.

n. 167. XYRIS.

Mant. I. p. 351. n. 1 b. Xyris *torta Smith;* foliis linearibus, nervosis, margine scabris, spiraliter tortis; scapo folia superante, subancipite; capitulo subgloboso; valvis orbicularibus. *Smith* in *Rees Cycl.* *Spreng. S. V.* 1. *p.* 183., et hoc teste cum? Xyr. *indica Pursh fl. am. sept.* 1. *p.* 33.

In Amer. bor.

S. V. I. p. 551. n. 2. Xyris *macrocephala.* Addatur:

Obs. An huc X. *macrocephala Vahl E. Meyer* in *Nov. Act. Nat. Cur.* T. XII. p. 773, qui X. *ancipitem β Lam.* cum! hic adducit? Folia enim longitudine et latitudine valde inaequalia, ¼ ped. et 2 lin. latav. 1½ ped. et 5 lin. lata; scapi foliis duplo fere longiores; capitula fructifera nuce avellanâ haud majora (duplo majora *Vahl*); bracteae suborbiculatae dorso lineâ longitudinali exaratae; capsula pyramidata perfecte unilocularis. A X. *indica* differt scapo ancipite, interdum basi torto, saepius autem recto.

S. V. I. *p.* 551. *n.* 3. Xyris *platycaulis Poir.* clo *Spreng. S. V.* p. 183. synonymon X. *complanatae* videtur.

Mant. I. *p.* 351. *n.* 17. Xyris *Baldwiniana* (X. *juncea Baldw.*) clo *Spreng. S. V.* 1. p. 182. synonymon X. *junceae Brown* est, quod certe non.

S. V. I. *p.* 586. *n.* 25. Xyris *lacera R. Br.* clo *Spreng.* l. c. synonymon X. *teretifoliae* est.

Xyridibus addatur:

n. 31. Xyris *vaginata Spreng.;* foliis lineari-ensiformibus, rigidis, subulatis; scapo compresso, torto, glabro; vaginis basilaribus et floralibus laxis, margine glaberrimis, scariosis; capitulo ovato; valvis denticulatis, mucronatis. *Spreng. S. V.* I. p. 183.

In Brasilia.

Obs. Loco N. 14, 16, 17, 18 in *Mant.* I. p. 351. ponantur 27, 28, 29, 30.

ADDITAMENTUM I.

AD

MANTISSAM III. *CLASSIS.*

CLASSIS III.

T R I A N D R I A.

ORDO I.

MONOGYNIA.

Quatenus in Tomo II. *S. Veg. ed. nost.* continetur.

GENERA.

S. V. II. *p.* 9. *n.* 200. POMEREULLA. Addatur:

Obs. Character gen. a *Trin.* in *Spreng. n. Entd.* II. p. 39. emendatus: *Spica* 1-lateralis. *Involucellum* spicularum bivalve: glumis lanceolatis. *Spicula* pedicellata etc. ut in *Trin. Agrostr.*

S. V. p. 10. n. 204 a. CARYOCHLOA. *Flores* paniculati. *Cal.* bivalvis aristatus. *Cor.* bivalvis, cum semine concrescens. *Caryopsis* grandis, dura, tuberculosa, aristâ laterali, tortâ, elongatâ. *Spreng. cur. post. p.* 22.

Obs. Ad TRIANDRIAM MONOGYNIAM a clo *Spreng.* in *S. V.* adhuc referuntur: RESTIO L., LEPTOCARPUS *R Br.*, THAMNOCHORTUS *R Br.*, WILLDENOWIA *Thunb.*, LYGINIA *R Br.*, HYPOLAENA *R Br*, OLYRA L., ZEA L., COIX L., LUDOLFIA *Willd.*, SPINIFEX L.

D I G Y N I A.

Mant. II. *p.* 7. *n.* 207 c. THALASIUM. *Flores* spicati. *Cal.* bracteatus, bivalvis, lanatus. *Cor.* glaberrima, subcartilaginea, persistens, mutica. *Spreng. cur. poster.* p. 22.

S. V. II. *p.* 15. *n.* 225 a. MEROSTACHYS. *Spica* secunda. *Flores* dioici? *Cal.* bivalvis, inaequalis; valvâ alterâ, subaristatâ. *Cor.* bivalvis; valvâ alterâ villosâ, alteram involvente. *Antherae* elongatae, sessiles. *Rudimentum* alterius flosculi inter antheras submembranaceum. *Spreng. S. Veg.* 1. *p.* 132.

S. V. II. *p.* 16. *Mant.* II. *p.* 10. *n.* 228. GASTRIDIUM. Addatur:

Obs. Cel. *Trinius* in *Spreng. n. Entd.* II. *p.* 36. characterem generis GASTRIDII ob G. *scabrum Presl* s. *muticum Spreng.*, corollâ muticâ, glabrâ, sic emendavit: *Panicula* spicata. *Cal.* herbaceo-membranaceus, chelaeformis, basi ventriculosus, corollâ duplo longior, acutus. *Cor.* callo insidens, oblonga, membranacea, dentata, dorso setigera l. inermis. Per G. *scabrum* PHLEO, per G. *vestitum* (*australe Beauv.*) ARUNDINI affine.

S. V. II. p. 18. *Mant.* II. p. 11. n. 238. TRICHOCHLOA. Addatur:

Obs. PODOSAEMUM *Desv.* non ad ACROXIN spectare, sed genus proprium TRICHOCHLOAM inter et CINNAM, formâ paniculae, callo nudo, substantiâ aequali valvularum corollae, quarum infera triseta, et calyce aristato distinctum formare, monet cls. *Trinius* in *Spreng. n. Entd.* II. *p.* 37.

S. V. II. *p.* 29. *Mant.* II. *p.* 16. *n.* 284. HIEROCHLOA. Addatur:

Obs. Char. gen. a clo *Brown* in *Suppl. Parry's Voy. p.* 192. sic emendatur: *Gluma* subaequivalvis, locustam triflorám aequans. *Perianthia* bivalvia, lateralia mascula, triandra; terminale hermaphroditum, diandrum. Relationem veram ANTHOXANTHI ad HIEROCHLOEN in *prodr. nov. Holl. p.* 209. primum indicatam optime confirmat planta javanica intermediae structurae a Do *Horsfield* detecta; in hac enim perianthium lateralium inferius masculum, bivalve, superius univalve, neutrum: terminale hermaphroditum. Hujus novi generis (ATAXIA) habitus potius est ANTHOXANTHI, quocum etiam glumâ inaequivalvi quadrat. Cum HIEROCHLOAE characteribus nonnullis convenit ARTHROCHLOA *nob.* (HOLCUS *Pal.*, *Trin.* et *Wahlenb.*, non *Linn. gen.* et *Sp. Pl.* ed 1., nec *Schreb.*, nec *Gaertn.*) quae tamen facile distinguitur ab hoc genere, uti et ab AIRA et ARRHENATHERO, glumâ cum apice pedicelli articulatâ et una cum locusta deciduâ. *RBr.*

S. V. II. p. 32. *Mant.* II. p. 16. n. 294. POA. Addatur.

Obs. In pluribus POIS observavi rhachin fragilem esse, cum e contra in MEGASTACHYIS a me visis flosculi decidunt rhachi illaesâ. Hocce charactere MEGASTACHYAE propinquiores ERAGROSTIBUS, in quibus non solum rhachis perstans, sed et corollae gluma superior. Inter POAS mihi notas sequentes distinguo formas: 1. Poae *brizoideae:* paniculâ brevi, triangulâ; spiculis magnis, ovatis, latis: P. *Molineri*, *alpina*, *annua*, *supina*, *laxa*, *minor*, *bulbosa*, *collina*, *Halleridis*. 2. Poae *genuinae*: paniculâ oblongâ: spiculis ovatis vel ovato-lanceolatis: P. *distichophylla*, *tersicolor mihi*, *viridis*, *sudetica Haenke*, *trivialis*, *pratensis*, *caesia Sm.*, *Gaudini*, *nemoralis*, *glauca Sm.*, *coarctata Murr.*, *variegata Host*, *debilis H. Erf.*, *serotina*, *compressa*, *sterilis*. Aliae spiculis linearibus SCHEDONORIS nimis sunt affines, uti P. *festucaeformis* (conf. cum SCHED. *poaeformi*), *maritima*, *dalavarica Mich.*, *distans*. P. vero *aquatica* GLYCERIIS magis est affinis, prouti *peruviana* KÖLERIIS. *Besser in litt.*

S. V. II. *p.* 32. *n.* 295. ERAGROSTIS. Addatur:

Obs. Species hujus generis forsan sequenti modo dividendae: 1. peristachyo s. calyce subaequali: E. *mexicana Lag.*; 2. calyce inaequali: a. spiculis oblongo-linearibus: E. *poaeoides*, *plumosa*, *tenella*, *polymorpha*, *cynosuroides*, *rufescens*; b. spiculis linearibus angustis: E. *aegyptiaca*, *pilosa*, *verticillata*, *punctata*. *Besser in litt.*

S. V. II. *p.* 38. *n.* 322. CALOTHECA.

Obs. Cls *Lejeune* in *Nov. Act. Ac. nat. Cur.* T. XII. p. 756. characterem CALOTHECAE sic emendavit: *Axis* paniculatus. Panicula subsimplex, laxa. *Spiculae* subquadratae, obtusae; flosculis 6-10 arctissime imbricatis. *Calyx* bivalvis, valvulis subaequalibus. *Corollae* valvula inferior lata, apice integro mucronata; valvula superior multo brevior et angustior, apice appendice brevi obtusâ, haud ciliata. *Lodiculae* ovatae, obtusae. *Caryopsis* corticata, ovata.

S. V. II. p. 38. *n.* 322 a. LIBERTIA. *Axis* paniculatus; *panicula* subsimplex, nutans. *Spiculae* ovales, acuminatae; flosculis 8-10 distinctis, laxis. *Calyx* s. *Lepicena* bivalvis; valvulis valde inaequalibus. *Corollae* valvula inferior ovato-lanceolata, apice trisetosa, margine medio utrinque auriculâ membranaceâ. *Valvula* superior ovata, obtusa, pectinatim ciliata. *Lodiculae* spathulato-oblongae. *Caryopsis* oblonga, profunde sulcata. *Lejeune* in *Nov. Act. Ac. Nat. Cur.* T. XII. p. 755.

Differt a CHASCOLYTRO spiculis densis, calyce, corollae valvulâ inferiori apice trisetosâ, nec dentatâ, lodiculis, semine, habitu et patriâ; a TRICHAETA: spiculis 8-10 floris, paniculatis nec spiciformibus, calycis valvulis muticis, corollae valvulâ superiore integrâ nec bifido-dentatâ, inferiore apice, nec sub apice, setoso-aristatâ; a BROMO, cui habitu proxima, ita ut primo aspectu B. *trisetosus* vocari posset: corollae valvulâ inferiori apice trisetosâ nec sub apice aristatâ, margine articulatim lobatâ nec integrâ. Medium itaque genus CALOTHECAM inter et BROMUM, CHASCOLYTRUM et TRICHAETAM. *Lejeune.*

S. V. II. *p.* 38. *Mant.* II. p. 19. n. 325. BROMUS. Addatur:

Obs. Cls. *Panzer* optime distinxit a reliquis *genuinos* BROMOS, quibus addo e mihi notis: BR. *confertum M. Bieb.*, *humilem Cav.*, *macrostachyum Desf.* et *alopecuroidem Poir.*. Genus ejusdem, ZERNA, videtur mihi adhuc heterogeneum. Arista reverâ dorsalis est in Br. *giganteo* L., *aspero* L., *inermi* L., *purgante* L., *longifloro Willd. En.*, *patulo H. Par.*, *laxo Willd.*, *stenophyllo Link*, *erecto Sm.* Hi sunt, ut plurimum, perennes, et antheris longis vel linearibus instructi; paniculâ magnâ, compositâ, excepto ultimo. Si autem consideramus BR. *tectorum* L., *sterilem* L., *maximum Desf.*, *matritensem* L., *rigidum Roth* et *rubentem* L., videmus aristam non esse dorsalem, sed omnes nervos coire ad formandam aristam terminalem, glumae suae aequalem, aut longiorem, atque substantiam solum marginis membranaceam superne separari a nervis extimis, et formare duas lacinulas basi coalitas. Panicula horum plerumque simplex aut parum ramosa; spiculae maturescentes rubent, et flosculi apice divergunt. Antherae, quandoque solum 2, minimae, subglobosae. Duratio annua aut biennis. Hosce, quasi medium inter ZERNAS et MEGALUROS *Link* tenentes, MICRANTHERAS voco. Adhuc a BROMIS sejungo BR. *coarctatum Horn.*, qui quidem spiculae formâ et constructione sat convenit cum BROMIS *genuinis*, at cujus nectarium est germine duplo longius, cuneatum, apice fissum, et culmi paniculato-ramosi, spiculis subracemosis. Genus hocce dixi FALIMIRIAM, in memoriam Botanici polonici XVI. saec. *Falimierz*, cujus unica species F. *bromoides mihi* nota est. *Besser in litt.*

Mant. II. *p.* 19. *n.* 326 a. URALEPIS. Addatur:

Obs. Character generis a clo *Trin.* in *Spreng. n. Entd.* II. *p.* 41. emendatus: *Panicula* simplex, (vaginâ inclusâ). *Spiculae* lineares *Cal* hyalino-chartaceus, 2-4-florus: glumis apice laceris, 1-nervibus, flosculis multo brevior. *Cor.* hyalino-membranacea: *valv.* interior 3-nervis, apice subtruncato lacero biloba, inter lobos setulam emittens, (margine fimbriato-ciliata); superior concava, dorso bialato-barbata *Lod* . . . *Sem.* oblongum, tectum. In clavi generum TRIODIAM inter et SCHISMUM ponenda.

S. V. II. *p.* 39. *Mant.* II. *p.* 19. *n.* 327. TRISETUM. Addatur:

Obs. Cls. *Besser in litt.* TRISETA et AVENAS sequenti modo dividit: TRISETUM: *Spiculae* compressae, latae, 3-5-florae. *Cal.* glumae carinatae: inferior flosculis, superior spiculâ brevior. *Cor.* gluma inferior triaristata: aristâ intermediâ reliquis longiore, rectiusculâ; rudimento penicillato mutico. *Semen* tectum, sulcatum. *Panicula* composita, densa. Duratio ⊙. Huc spectant e mihi notis: Av. *parviflora Desf.*, TRIS. *paniceum Link*, Av. *Alopecuros Roth*, A. *neglecta Sav.*, A. *condensata Presl*, TR. *micranthum R. et Sch.* — ACROSPELION: *Spiculae* compressae, 2-3-florae. *Cal.* glumae carinatae, inaequales, flosculis breviores; inferior 1-, superior 3-nervis. *Cor.* gluma inferior bifida, ex fissura arista plicata, flexuosa. *Rudimentum* penicillatum, aristatum. *Semen* tectum, sulcatum? *Panicula* composita, patula, ♃. Spec.: AIRA *subspicata* L.. Av. *flavescens* L., *rigida M. Bieb*, *argentea Willd.*, *distichophylla Vill.*, *brevifolia Host*, *alpestris Host.* — HELICTOTRICHON (ab aristis tortis): *Spiculae* teretes, 2-7-florae. *Cal.* inaequalis, membranaceus: glumâ inferiore flosculo infimo breviore 1-3-, superiori 3-5 nervi, spiculam subaequante. *Cor.* gluma inferior, subbidentata, dorso aristâ tortili subplicatâ, flexuosâ. *Nectaria* ovata aut lanceolata. *Semen* tectum sulcatum. *Panicula* simplex erecta. ♃. Species: Av. *sempervirens Host*, *versicolor Vill.*, *pratensis* L., *pubescens* L., *planiculmis Schrad.* — HETEROCHAETA (a diversitate aristarum): *Spiculae* teretes, subtriflorae. *Cal.* inaequalis, flosculis brevior, multinervis. *Flosculi inferioris gluma* exterior membranacea, apice aristata, *flosculi superioris* gluma emarginata, multo brevior. *Nectaria* oblonga. Semen sulcatum? corticatum. *Panicula* patens. ⊙. Spec.: AVENA *tenuis Schrad.* — AVENA: *Spiculae* teretes, 2-5-florae, demum divergentes. *Calycis glumae* membranaceo-subinflatae, multinerves, flosculis longiores, parum inaequales. *Cor.* gluma inferior bifida, bidentata aut biseta, dorso aristâ tortili, plicatâ. *Nectaria* lanceolata. *Rudimentum* nudum, muticum. *Semina* corticata, sulcata. *Panicula* patentissima, ramis infimis valde elongatis, spiculis pendulis. ⊙. Hae sunt: a.) axi et callo sub flosculis nudis aut pilis brevissimis: 1. cor. apice bisetâ: Av. *strigosa Schreb.* 2. cor. apice muticâ: Av. *brevis* et *sativa* L., *orientalis Schreb.*, *nuda Schrad.* b.) axi et callo sub flosculis barbatis: 1. cor. apice bifido dentata: A. *fatua* L., *hirsuta Roth*, *sterilis* L.; 2. cor. apice bisetigerâ: Av. *hirsuta Lag.* — Cel. *R. Brown* in *Suppl. Parry's Voy. p.* 192. char. TRISETI sic emendavit: LOCUSTAE 2-5-florae, ancipites. *Gluma* carinata, membranacea, subaequivalvis. *Perianthii* valvula inferior carinata, apice bidentata v. biseta, dorso (supra medium) aristata. *Caryopsis* libera, exsulca, lateraliter compressa. — A DESCHAMPSIA differt: locustis ancipitibus, glumis carinatis, perianthii valvulâ inferiore carinatâ, apice attenuato-bidentato v. biseto, caryopsi lateraliter compressâ. Ab AVENIS plerisque glumis perianthiisque carinatis; ab omnibus caryopsi exclusâ et lateribus compressis. Cls. *Spreng.* in *S. V.* vero nequidem TRISETUM admittit.

S. V. II. *p.* 40. *n.* 330 a. DUPONTIA. *Gluma* subaequivalvis, scariosa, concava, mutica, locustam 3-4 floram subaequans. *Perianthia* mutica, scariosa, (basi barbata), altero pedicellato: valvulis integris; inferiore concavâ. *Lodiculae* 2. *Ovarium* imberbe. *Stigmata* subsessilia. *Caryopsis*? *R. Brown Suppl. Parry's Voy. p.* 190.

Genus DESCHAMPSIAE proximum; distinguitur perianthiis muticis, valvulis integris nec dentatis. Cum CATABROSA, facie diversissima, convenit pluribus notis: differt glumis locustam subaequantibus, perianthiis basi breve barbatis. A POA differt: locustis haud compressis, glumis perianthiisque concavis nec carinatis. *R. Br.*

S. V. II. p. 41. n. 338 a. PLEUROPOGON. *Locustae* multiflorae, cylindraceae. *Gluma* abbreviata, inaequivalvis, mutica. *Perianthii* valvula inferior mutica, obtusa, concava, nervosa, apice scarioso: superior nervo utroque lateraliter biseto. *Lodiculae* distinctae. *Styli* 2. *Stigm.* plumo-

sa. *Caryopsis* libera, lateribus compressis. *R. Brown Suppl. Parry's Voy. p.* 189.

Genus GLYCERIAE proximum, quacum locustis teretibus, perianthiis obtusissimis et vaginis foliorum integris convenit: differt praesertim setis lateralibus nervorum valvulae superioris perianthii, lodiculis distinctis, stigmatibus haud decompositis, caryopsi lateraliter compressâ et inflorescentiâ. *Char.* fere *essent.* in nervis valvulae superioris perianthii latere setigeris; analoga structura enim vix in ullo alio gramine obtinet, nisi in UNIOLA *latifolia Mich.*, ubi equidem nullis aliis differentiis comitata pro *char. specif.* tantum habenda. *R. Br.*

S. V. II. *p.* 44. *n.* 349. AEGILOPS. Addatur:

Obs. Character sic emendatur a *Trin.* in *Spreng. n. Entd.* II. *p.* 38.: *Spica. Rhachis* articulata, continua. *Spiculae* excavationibus rhacheos impressae. *Involucellum* diphyllum, coriaceum: glumis 2-4-rostratis l. subulatis, costatis; 2-4-florum: flosculis superioribus sterilibus, pedicellatis. *Cor.* valv. inferior 2-3-, rarius 1-rostrata aut mucronata, l. mutica; superior complanato-conduplicata, costis superne ciliatis. *Lod.* sqq. collaterales, (emarginatae, plerumque villosae). *Sem.* oblongum, compressum, tectum.

S. V. II. *p.* 47. *n.* 358 a. GOLDBACHIA. *Panicula* composita: ramuli subracemosi. *Cal.* chartaceo-membranaceus, hemiologamus, biflorus, flosculos subaequans. *Fl.* ♄. *cor.* 2. valvis. *Fl.* ☿. *cor.* cylindrico-oblonga, chartacea, basi pilis stipata, bivalvis: valv. inferior apice obtuso-aristata: aristâ tortili recurvâ. *Lod.? Sem.? Trinius* in *Spreng. n. Entd.* II. *p.* 42.

In clavi generum *Trinii* post ARTHRAXON sic ponenda: *Panicula.* Hermaphroditi valvula inferior apice aristata.

S. V. II. *p.* 50. *n.* 371. post AEGOPOGONEM inseratur:

n. 371 a. PLEURAPHIS. *Flores* spicati. *Flosculi* terni, basi involucro villoso, laterales masculi. *Cal.* centralis 1-florus, bivalvis, 5-setus. *Cor.* valvula inferior uniseta. *Calyces* laterales biflori, valvulâ inferiore dorso setigerâ. *Torrey. Spreng. cur. post.* p. 22.

Obs. Ad TRIANDRIAM DIGYNIAM a clo *Spreng. S. V.* trahitur TRIPSACUM L., GYNERIUM *Willd.*, ZEUGITES *Schreb.*

TRIGYNIA.

Obs. Genus OROPHEAF *Blume* in *Bydr. tot. d. Flora v. Nederl. Ind.* 1t St. p. 18. ad HEXANDRIAM amandavimus. Cl. *Spreng.* in *S. V.* ad hunc ordinem trahit: ELEGIAM *Thunb.*, LEPTRODIAM *R. Br.*, ANARTHRIAM *R. Br.*, CAYCRUM L. (GAIURUM *Spreng.*) et TILLAEAM *muscosam* L.; ERIOCAULON vero in MONÖCIAM, et QUERIAM in DECANDRIAM removit.

SPECIES.

n. 169. SCHOENUS.

S. V. II. *p.* 59. *Mant.* II. *p.* 39. *n.* 1. Schönus *ferrugineus.* Addatur synonymon:
Sch. *nigricans* β *Schultz Fl. starg. prodr. p.* 4. fid. *Mert.* et *Koch* in *Deutsch. Fl. p.* 451.

S. V. II. *p.* 59. *Mant.* II. *p.* 39. *n.* 2. Schönus *nigricans.* Addatur:

Obs. Sch. *compressus Presl Cyper.*, quem cls *Moretti* huc duxit, nunc a clo *Presl* nomine Sch. *Bonanni* species distincta dicitur in *Fl. sicul. p.* XLIII. Cl. *Jan* in *Elench. plant.* eundem varietatem siculam Sch. *nigricantis* dicit.

S. V. II. *p.* 60. *n.* 5. Schönus *pusillus.* Addatur synonymon: Hypoëlytrum *Berterii Spreng. N. Entd.* fid. *Spreng. S. V. p.* 190.

S. V. II. *p.* 61. *Mant.* II. *p.* 40. *n.* 7. Schönus *spadiceus.* Addatur:

Obs. Spreng. in *S. V.* l. c. Sch. *spadiceum Humb.* nomine Sch. *paradoxi*, culmo rigido 5-angulari; fol. linearibus, basi ciliatis; spicâ solitariâ, obovatâ, squamis ovato-lanceolatis, cuspidatis a Sch. *spadiceo Vahl*, spicâ ovato-oblongâ, obtusissimâ; involucro 1 phyllo, subulato, brevissimo; squamis obovatis, sejungit.

S. V. II. *p.* 61. *n.* 8. Schönus *lateralis* clo *Spreng. S. V. p.* 189. synonymon Sch. *filiformis.*

S. V. II. *p.* 63. *Mant.* II. p. 40. n. 15. Schönus *mucronatus.* Addatur synonymon:
Mariscus *mucronatus Presl.*

S. V. II. *p.* 64. *Mant.* II. p. 41. n. 18. Schönus *compressus.* Addatur synonymon:
Scirpus *caricinus Smith Engl. Fl. p.* 58.

S. V. II. *p.* 65. *Mant.* II. p. 41. n. 19. Schönus *rufus.* Addatur synonymon:
Scirpus *rufus Smith Engl. Fl. p.* 59. Huc omnino spectare Scirp. *bifolium Bernh.* in *Bot. Zeit.* 1825. *p.* 675.

Stigmata 2. Setae 0. *Smith.* Setae minores, pauciores, quam in Sch. *compresso. de Schlechtd. Fl. berol.*

S. V. II. p. 71. *Mant.* II. p. 42. *n.* 42. Schönus *barbatus* clo *Spreng. S. V.* I. *p.* 205. cum? Dichromena *pilosa Vahl.*

S. V. II. *p.* 72. *n.* 43. Schönus *Burmanni.* Addatur synonymon:
Lepidotosperma *Burmanni;* pedunculis axillaribus, pauci-floris; spicis subbinatis, sessilibus, oblongis; foliis subtriquetris, rigidis. *Spreng. S. V.* p. 194.

S. V. II. p. 73. n. 50. SCHÖNUS *longifolius.* Addatur synonymon:

DICHROMENA *longifolia Spreng. S. V. p.* 203.

S. V. II. *p.* 74. *Mant.* II. *p.* 45. *n.* 53. SCHÖNUS *triceps* clo *Spreng. l. c. p.* 196. synonymon RHYNCHOSPORAE *aureae.*

n. 170. LEPIDOTOSPERMA.

S. V. II. *p.* 79. *n.* 7. LEPIDOTOSPERMA *exaltatum* clo *Spreng.* S. V. p. 193. synonymon L. *gladiati.*

S. V. II. p. 80. n. 19. LEPIDOTOSPERMA *filiforme* addatur L. *tetragonum Nees* in *Sieber Agrost. n.* 49. fide *Spreng. cur. post. p.* 26.

n. 171. CARPHA.

S. V. II. p. 81. n. 1. CARPHA *alpina.* Addatur

Obs. CARPHAE omnes à clo *Spreng. S. V. p.* 194. nominibus specificis retentis RHYNCHOSPORAE dicuntur.

n. 173. RHYNCHOSPORA.

S. V. II. p. 83. n. 1 a. RHYNCHOSPORA *rigida Spreng.;* spicis paniculatis, patentibus, remotiusculis, linearibus; squamis appressis; foliis rigidis, planis, margine asperis, culmum triquetrum superantibus. *Spreng. S. V.* p. 196.

In Jamaica.

S. V. II. p. 85. n. 13. RHYNCHOSPORA *ferruginea* addatur synonymon:

GAHNIA *ferruginea Herb. Willd.*

S. V. II. *p.* 86. *n.* 14 a. RHYNCHOSPORA *tenerrima Nees;* spicis subaggregatis, involucratis; squamis mucronato-aristatis, glabris; caryopse rugosâ, subtridentatâ; culmo foliato foliisque setaceis laevibus. *Nees* in *Sieber Agrost.* n. 116. *Spreng. cur. post. p.* 26.

In Nov. Holland.

Mant. II. p. 47. n. 15 a. RHYNCHOSPORA *cymosa.* Addatur synonymon:

SCIRPUS *cymosus Spreng. S. V. p.* 209.

S. V. II. *p.* 86. n. 16. RHYNCHOSPORA *Brownii* clo *Spreng.* S. V. *p.* 196. synonymon RH. *punctatae Ell.*

S. V. II. *p.* 87. *Mant.* II. p. 48. n. 20. RHYNCHOSPORA *alba.* Addatur synonymon:

RH. capitulis abruptis; staminibus 2; foliis attenuatis; setis numerosis ad basin seminis. *Smith Engl. Fl.* p. 52.

S. *V.* II. p. 88. *Mant.* II. p. 48. n. 21. RHYNCHOSPORA *fusca.* Addatur synonymon:

RH. capitulis ovato-oblongis; staminibus 3; foliis filiformibus; setis 3 ad basin seminis. *Smith Engl. Fl.* p. 52.

S. *V.* II. p. 88. *Mant.* II. p. 48. n. 22. RHYNCHOSPORA *Cephalotes.* Addatur synonymon:

Spreng. S. V. p. 195., et hoc teste: SCIRPUS *Cephalotes Linn. Houtt.*

Mant. II. p. 50. n. 33. RHYNCHOSPORA *comata* clo *Spreng. S. V.* p. 196. synonymon RH. *polyphyllae.*

Mant. II. *p.* 51. n. 37. RHYNCHOSPORA *spicata Spreng.*; spicis sessilibus, solitariis, remotis; squamis subulatis, patentibus; culmo flexuoso; foliis linearibus, flaccidis. *Spreng. S. V. p.* 194.

In Brasilia.

n. 174. DICHROMENA.

Mant. II. p. 51. n. 1 b. DICHROMENA *microcephala Bertero;* involucris concoloribus, angustis foliisque laxis, culmum subaequantibus, glaberrimis; radice fibrosâ. *Spreng. S. V.* p. 202.

In America meridionali.

Mant. II. p. 52. n. 4 a. DICHROMENA *compressa.* Observationi addatur:

Obs. Cls. *Spreng.* in *S. V. p.* 202. ad DICHROMENAM *cespitosam Mühlb.*; (glabriuscula; involucris coloratis polyphyllis, ciliatis; foliis setaceis; vaginâ pilosâ;) ducit SCIRPUM *stenophyllum Ell.*

n. 175. FIMBRISTYLIS.

S. *V.* II. p. 94. n. 12. FIMBRISTYLIS *benghalensis* clo *Spreng. S. V.* p. 202. synonymon F. *miliaceae.*

Mant. II. p. 54. n. 14 a. FIMBRISTYLIS *brevifolia Wall.* dicatur F. *brachyphylla,* cum jam sit F. *brevifolia R. Br.*

S. *V.* II. p. 95. *Mant.* II. p. 55. n. 15. FIMBRISTYLIS *annua.* Addatur

Obs. Etiam cli *Mert.* et *Koch* in *Deutsch. Fl. p.* 443. Sc. *annuum All. dichotomum Linn.* et *bisumbellatum Forsk.*, fid. specim. ex Ind. or. ex herb *Banks* et *Vahl*, et ex herb *Delil.*, in unam eandemque speciem conjungunt. Conf. *Bot. Zeit.* 1825. *p.* 178 et 718. Cls. *Spreng.* in *S. V. p.* 201. vero F. *annuam* et *dichotomam* iterum distinguit, et Sc. *dichotomum* L. et *Lam.* citat ad F. *dichotomam.*

S. V. II. *p.* 97. *n.* 22. FIMBRISTYLIS *pilosa.* Addatur synonymon:

Spreng. S. V. p. 202., et, hoc teste cum?, SCIRPUS *ciliatifolius Ell.*

S. V. II. *p.* 100. *n.* 30. FIMBRISTYLIS *compressa* clo *Spreng. S. V.* 199. synonymon F. *ferrugineae.*

S. V. II. p. 100. *Mant.* II. p. 58. n. 32. FIMBRISTYLIS *castanea.* Addatur.

Obs. Cls. *Spreng. l. c.* ad F. *castaneam;* umbellâ 6-radiatâ; spicis oblongis, obtusis; involucro diphyllo umbellam aequante: culmo angulato, nudo; foliis setaceis, rigidis, citat SCIRP. *castaneum Mich.; Sc. castaneus Mühl.* vero ab eodem trahitur ad Sc. *coarctatum Ell.;* umbellâ compositâ, coarctatâ; spiculis lineari-lanceolatis; squamis subciliatis; involucro setaceo umbellam excedente; culmo foliisque filiformibus.

S. V. II. p. 101. *Mant.* II. *p.* 58. *n.* 34. FIMBRISTYLIS *cylindrica* clo *Spreng.* l. c. synonymon F. *mucronatae.*

S. V. II. p. 104. n. 54. FIMBRISTYLIS *propinqua* clo *Spreng. S. V.* p. 200. synonymon F. *velatae.*

S. V. II. p. 104. n. 55. FIMBRISTYLIS *elata.* Addatur synonymon:

F. *marginata Labillard. nov. Caled. t.* 16. (fid. *Spreng. cur. post. p.* 26.)

S. V. II. p. 104. n. 59. FIMBRISTYLIS *elongata.* Post hanc inseratur:

n. 59 a. FIMBRISTYLIS *striata Labill.;* umbellâ compositâ, involucrum superante; spiculis ovatis, squamis mucronatis, triandris; caryopse cancellatâ; culmo tereti, basi foliato; foliis obtusis, ciliatis, vaginis pubescentibus. *Labill. nov. Caledon.* F. *obtusifolia Nees* in *Sieber Agrost. n.* 117.

In Nov. Holland.

n. 176. I S O L E P I S. *)

Mant. II. p. 62. n. 7 a. ISOLEPIS *uninodis* clo *Spreng. S. V.* p. 207. synonymon SCIRPI *lateralis Forsk.*

S. V. II. p. 108. n. 9. ISOLEPIS *propinqua* clo *Spreng. S. V.* p. 207. solum stylis trifidis ab I. *inundata* differre videtur.

S. V. II. *p.* 108. *Mant.* II. *p.* 63. *n.* 10. ISOLEPIS *setacea.* Addatur synonymon:

Hook. Fl. lond. 97.

---

*) ISOLEPIDES omnes clo *Spreng.* SCIRPI sunt.

n. 10 f. Isolepis *chaetodes*; spicâ subsolitariâ nitidâ; caryopse trigonâ, laevi; culmo triquetro foliisque filiformibus. Scirpus *chaetodes Link. Spreng. S. V.* p. 206., et hoc teste: Sc. *setaceus* L. *Mant.* et *Brot. Fl. Lus. p.* 55.

In Lusitania.

Mant. II. p. 65. n. 21 a. Isolepis *acugnana*; culmis angulato-filiformibus, indivisis, basi foliatis; foliis canaliculatis, angustissimis; capitulo terminali, globoso; spiculis (12-20) ovatis; squamis margine concoloribus; involucro diphyllo: breviore deflexo. Isol. *squarrosa Carmich.* in *Linn. Trans.* XII. 2. p. 503.

In insula Tristan da Cunha. Nomen mutandum, cum ab antiquissima I. *squarrosa* omnino diversa videtur.

S. V. II. p. 112. *Mant.* II. p. 66. n. 22. Isolepis *barbata.* Addatur:

Obs. Huc a clo *Spreng. S. V. p.* 213, praeter Isol. *antarcticam*, ducitur et Is. *filamentosa Vahl.*

n. 22 a. Isolepis *Bergiana*; spicis subquinis, capitatis, involucro diphyllo brevioribus; squamis acutis, margine scariosis; culmo triquetro, filiformi; foliis lineari-filiformibus, culmo brevioribus. Scirpus *Bergianus Sprengel S. V.* p. 212.

In Prom. b. spei.

S. V. II. p. 115. *Mant.* II. p. 67. n. 29. Isolepis *Holoschönus.* Addatur:

Mert. et *Koch Deutschl. Fl. p.* 441, (qui β et γ sub eorum β conjungunt.)

Obs. Cel. *Smith* in *Engl. Flor.* p. 58. ic. malam *Fl. Dan.* 454 huc pertinere jubet, et S. *australem* et *romanum* L. varietates capitulis 1-2, Sc. *globiferum L. fil.* vero varietatem capitulis 60 et pluribus esse adnotat. *Spreng.* in *S. V.* p. 208. ad Is. *Holoschönum* ducit etiam I. *Poireti S. V. ed nostr.* (Sc. *intermedium Poir.*)

S. V. II. p. 116. n. 31 a. Isolepis *bicolor Carmich.*; culmis angulato-filiformibus; foliis canaliculatis, angustissimis; capitulo terminali; spiculis (5-7) ovatis, teretibus; squamis margine coloratis; involucro subdiphyllo: foliolo altero erecto, capitulum superante, altero deflexo, spiculam vix aequante. *Carmich.* in *Linn. Trans.* XII. 2 p. 503.

Caespites format e basi spongiosâ caulem putridum formante. *In humidis regionis depressae et planitiei altae insulae Tristan da Cunha.*

S. V. II. p. 118. n, 36 b. Isolepis *racemosa*; corymbis subcompositis, terminalibus; involucro universali elongato; partialibus sensim minoribus, scariosis; spiculis 1-floris

squamis ovatis, glabris; culmo triquetro; foliis filiformibus. SCIRPUS *racemosus Spreng. S. V.* p. 213.

In Brasilia.

S. V. II. p. 118. *Mant.* II. p. 68. n. 38. ISOLEPIS *capillaris* Addatur:

Obs. SCIRPUS *capillaris L. Mant.* a clo *Spreng.* in *S. V. p.* 209. synonymon Sc. *marginati Thunb.* dicitur; Sc. *capillaris Mühlenb.* vero illi est species propria: SCIRP. *Mühlenbergii;* spicis subternis, lateralibus, subpedunculatis, lanceolatis, compressis; involucro submonophyllo; squamis obtusiusculis, variegatis; stylo trifido; caryopse transversim undulatâ; culmo triquetro. *Spreng. S. V. p.* 207.

n. 38 a. ISOLEPIS *Wallichiana;* culmo basi diphyllo, vaginato, foliisque setaceis striatis; vaginis apice barbatis; spiculis ternis, oblongis; squamis mucronatis, carinâ scabris; nucibus triquetris, laevibus. ISOLEPIS *capillaris Don. Fl. nepal.* p. 39. SCIRPUS *Wallichianus Spreng. cur post.* p. 27.

Rad. fibrosa. Culmi tenuissimi, 2-3 poll., sulcati. *In Nepal.*

S. V. II. p. 119. *Mant.* II. p. 68. n. 42. ISOLEPIS *complanata.* Addatur:

Obs. Huc a clo *Spreng. S. V.* p. 214 ducitur SCIRPUS *anceps Willd.* (ISOL. *Willdenowii S. Veg. ed nostr.* II. *p.* 120.) et Sc. *anceps Roxb.* (*S. Veg. ed. n. Mant.* II. *p.* 82).

Mant. II. p. 69. n. 43 b. ISOLEPIS *pentagona* clo *Spreng. S. V.* p. 211. synonymon SCIRPI *quinquangularis.*

S. V. II. p. 121. *Mant.* II. p. 71. n. 46. ISOLEPIS *junciformis.* Addatur synonymon:

SCIRPUS *Humboldtii Spreng. S. V.* p. 213.

Mant. II. p. 71. n. 47. ISOLEPIS *densa.* Addatur synonymon: ISOLEPIS *tenuissima Don fl. nepal.* p. 40.

n. 177. SCIRPUS.

S. V. II. p. 122. *Mant.* II. *p.* 71. *n.* 3. SCIRPUS *cespitosus.* Addatur synonymon:

Richardson in *App. Franklin's Journ. p.* 2. — *γ. comosus Bönningh. Prod. Fl. monast. p.* 14.

γ. in locis turfosis; spicis maturo semine comâ foliosâ coronatis, quâ simul indicatur, culmos steriles non pro foliis habendos esse. Patriae addatur: *America arctica Richards.*

S. V. II. p. 123. n. 4. SCIRPUS *campestris.* Addatur:

Obs. Semen striatum, setis 5-6 fructu 1/3 brevioribus. Etiam in *Lithuania* et *Podlasia. Besser in litt.*

S. V. II. p. 123. *Mant.* II. p. 71. n. 5. SCIRPUS *Baeothryon.* Addatur synonymon:

ELEOCHARIS *Baeothryon Presl Fl. cech. Mert.* et *Koch Deutch. Fl. p.* 430, quibus Sc. *campestris* etiam mera hujus varietas. Sc. *pauciflorus;* culmo tereti, basi vaginâ coarctatâ, aphyllâ; spicâ terminali, paucíflorâ, glumis exterioribus obtusis apice membranaceis longiore. *Smith. Engl. Fl. p.* 55. qui hic Sc. *Baeothryon Ehrh.* et L. et Sc. *campestrem Roth* conjungit, quos *Spreng. S. V.* p. 205 vero diversas species dicit.

S. V. II. p. 124. *Mant.* II. p. 72. n. 7. SCIRPUS *parvulus.* Addatur:

Obs. Spreng. in *S. V. p.* 205. (sub *Sc. nano*) simillimum e *Prom. b. sp.* habere dicit.

Mant. II. *p.* 72. *n.* 9 a. SCIRPUS *Chaeta* (*trichodes Mühlenb.*) clo *Spreng. l. c.* nunc synonymon Sc. *pusilli Vahl.* est.

S. V. II. p. 125. n. 12. SCIRPUS *retroflexus.* Addatur var. ELEOCHARIS *riparia Nees* in *Sieber Agrost. n.* 24. (fide *Spreng. cur. post. p.* 27.)

S. V. II. p. 125. *Mant.* II. p. 73. n. 13. SCIRPUS *multicaulis* Addatur synonymon:

Smith Eng. Flor. p. 64. (ubi iterum *Flor. Dan. t.* 167. laudatur, et ad adnotationem ad t. 287. ejusdem operis provocatur, et distincta certe species dicitur.)

Obs. E Germania exulem esse hanc speciem (a clo *Boenningh. Fl. monast. p.* 14. cum varietate vivipara adductam) et plerumque cum Sc. *uniglumi* confusam, monent *Mert.* et *Koch Deutsch. Fl. p.* 427.

S. V. II. *p.* 127. *Mant.* II. *p.* 74. *n.* 19. SCIRPUS *coniferus* clo *Spreng. S. V.* p. 204. synonymon Sc. (ELEOCHAR.) *geniculati Rottb.*

S. V. II. *p.* 127. *n.* 20. SCIRPUS *flavescens* clo *Spreng. S. V.* p. 205. synonymon Sc. *cespitosi.*

Mant. II. p. 74. n. 20 c. SCIRPUS *equisetoides* clo *Spreng.* idem cum Sc. (ELEOCHAR.) *obtuso.*

S. V. II. p. 128. *Mant.* II. p. 75. n. 25. SCIRPUS *pungens.* Addatur synonymon:

Sc. *Rothii Mert.* et *Koch Deutsch. Fl. p.* 437, qui cum? Sc. *americanum Pers.* huc trahunt.

Obs. Smith in *Engl. Fl. p.* 60. Sc. *pungentem Vahl* meram Sc. *triquetri* varietatem spiculis omnibus sessilibus esse asserit, et ad hanc *Pluk. Almag.* 200. *Phyt. t.* 40. *f.* 1. *Moris. v.* 3. 232. *sect.* 8. *t.* 10. *f.* 20. *Hel. Rudb.* 22. *f.* 2. 3. citat; Icon. *Pluk.* illi tamen potius ad Sc. *americanum Pursh* spectare videtur; specim. *Commers.* a div. *Vahl* citatum maxime Sc. *mucronatum* refert; sed semina glabra. *Spreng. S. V. p.* 20?. S. *americanum Pers.* synonymon Sc. *pungentis Vahl* dicit.

S. *V.* II. 130. n. 29. SCIRPUS *mucronatus.* Post hunc inseratur:

n. 29 b. SCIRPUS *muticus Don.;* spiculis lateralibus sessilibus, ovalibus, glomeratis: squamis concavis, rotundatis, mucronulatis; stigmatibus 3; culmo triquetro, aphyllo, apice obtuso. *Don. Fl. Nepal.* *Spreng. cur. post. p.* 27.

Culmi 2-ped.. Setae hypogynae 5. *In Nepal.*

n. 29 c. SCIRPUS *globosus Spreng.;* capitulo globoso, dense multifloro; spiculis glabris, subtrifloris; squamis obtusis basi lanatis; culmo tereti aphyllo. *Spreng. cur. post. p.* 27, et, hoc, teste: *Sieber agrost. n.* 29.

In Nova Hollandia.

S. *V.* II. *p.* 134. n. 43. SCIRPUS *biceps* clo *Spreng. S. V. p.* 207. synonymon Sc. *vaginati.*

S. *V.* II. *p.* 134. *n.* 46. SCIRPUS *Thouarsi* clo *Spreng. S. V.* p. 202 synonymon FIMBRISTYLIS *pilosae Vahl.*

S. *V.* II. p. 135. n. 49. SCIRPUS *Luzulae* clo *Spreng. S. V.* p. 226 synon. CYPERI *Luzulae.*

S. *V.* II. p. 135. *Mant.* II. p. 77. n. 50. SCIRPUS *lacustris.* Addatur synonymon:

Sc. culmo tereti, nudo; paniculà cymosà, decompositâ, terminali; spicis ovatis; bracteis paniculà plerumque multo longioribus. *Smith Engl. Fl. p.* 56. *Hook Lond. t.* 91.

Sc. calamo tereti; vaginis intimis foliosis; foliis brevibus; cymà terminali decompositâ; involucro 3-4-phyllo, subaequali; amentis ovato-lanceolatis, glabris, squamis emarginatis, fimbriatis, mucronatis; stylo 3-fido. *Besser in litt.*

Obs. Sc. *lacustris* variat involucri foliolo longiore, cymâ breviore, (*Engl. Bot.* 666), cymam aequante, et cymâ multo longiore. An ad varietates ejusdem reducendus sit SCIRPUS: vaginis interioribus calami foliis elongatis terminatis; foliis cespitum fluitantibus, 2-4 pedalibus; cymâ solum compositâ, et squamis amenti subbifidis, in *Lithuania* a Prof. *Wolfgang* et a me observatus; an propriam speciem statuat, (quam interim Sc. *macrophyllum* nominavi, et sequenti diagnosi distinguo: calamo tereti; vaginis interioribus foliosis; foliis elongatis; cymà terminali compositâ, involucro 2-phyllo multo breviore; amentis ovato-lanceolatis, glabris; squamis subbifidis, fimbriatis, mucronatis; stylo trifido) decidere nondum audeo. Quorsum spectet Sc. *lacustris Sturm fl. germ.* vaginis aphyllis, ignoro. *Besser in litt.*, qui adhuc sequentes Sc. *lacustri* affines species distinguit:

n. 50 b. SCIRPUS *lithuanicus Besser in litt.;* calamo tereti; vaginis aphyllis; cymà terminali compositâ, involucro diphyllo subaequali; amentis subglobosis, glabris; squamis emarginatis, fimbriatis, mucronatis; stylo trifido. *Besser in litt.*

In lacubus Lithuaniae. Wolfgang.

n. 50 c. Scirpus *Wolfgangii Besser;* calamo tereti; vaginis interioribus foliosis; foliis brevibus; cymâ terminali compositâ, involucro diphyllo subaequali; amentis ovatis, glabris; squamis subfimbriatis, mucronatis; stylo bifido. *Besser in litt.*

In lacubus Lithuaniae. Wolfgang.

n. 50 d. Scirpus *Andrzejowscii Besser;* calamo superne ancipite; vaginis intimis foliosis; folio brevi; cymâ terminali, compositâ, involucro subdiphyllo subaequali; amentis ovatis, glabris; squamis emarginatis, fimbriatis, mucronatis; stylo bifido. *Besser in litt.*

Magnitudine Sc. *Tabernaemontani.* *In Podolia australi ad Hypanim. Andrzejowski.*

n. 50 e. Scirpus *Janii Besser;* calamo tereti; vaginis subaphyllis, (folio brevi aut nullo); cymâ terminali glomeratâ s. breviter radiatâ, involucro diphyllo breviore; amentis ovatis, glabris; squamis emarginatis, fimbriatis, mucronatis; stylo bifido. *Besser in litt.*

Hunc primum accepi a clo *Jan* titulo: an Sc. *Rothii Schleich.?* ex *agro parmensi*, demum eundem in *Podol. australi* legit cl. *Andrzejowski* et in *Lithuania* cls. *Wolfgang.* Cymâ terminali, involucro plano, vaginis subaphyllis sat differt a Sc. *pungente Vahl* s. *Rothii Hoppe.* Sc. vero *Tabernaemontani* cymâ minus glomeratâ et involucro pungente, atque Sc. *Duvalii* calamo subtriquetro, vaginis plane aphyllis, calamique apice cymâ breviore sufficienter sunt distincti. *Besser in litt.*

Obs. Cl. *Besser in litt.* Scirpos hos sequenti schemate disposuit:

SCIRPI.
- Stylo trifido; vaginae:
  - foliiferae; amentis ovato-lanceolatis;
    - folio brevi; squamis emarginatis — Sc. *lacustris* L.
    - fol. elongatis; squamis subbifidis — *macrophyllus Bess.*
  - aphyllae;
    - amentis ovato-lanceolatis . . — *lacustris Sturm.*
    - amentis subglobosis . . . . — *lithuanicus Bess.*
- Stylo bifido; vaginae:
  - aphyllae;
    - calamo tereti;
      - involucro pungente (amenta pedunculata) . . — *Tabernaemontani Gmel.*
      - involucro inermi (amenta glomerata) . . . — *Janii Bess.*
    - calamo subtriquetro . . . — *Duvalii Hopp.*
  - foliiferae;
    - calamo ancipiti . . . . . — *Andrzejowscii Bess.*
    - cal. tereti;
      - squamae integrae (amenta pedunculata) — *Wolfgangii Bess.*
      - squamae emarginatae
        - amenta ovata (glomerata) — *Janii Bess.*
        - amenta ovato-lanceolata — *lacustris.*

S. *V.* II. p. 136. *Mant.* II. p. 78. n. 51. Scirpus *Tabernaemontani.* Addatur synonymon:

S. *glaucus;* culmo tereti, nudo; paniculâ cymosâ, bracteam

non excedente; spicis ovatis, conglomeratis; stigmatibus 2. *Smith Engl. Fl. p.* 57. *Engl. Bot. t.* 2321. Sc. *lacustris β Smith. Fl. br.* S. *lacustris medius Rochel pl. exsicc.* fid. *Besser in litt.* Sc. *Tabernaemontani Bönningh. Prodr. Fl. mon. p.* 15, cui: *α salinus*, culmo plerumque minore glauco; *β paludosus*, culmo elatiore viridi.

In *β* culmus plerumque elatior, viridis; paniculae rami inaequales, magis elongati; valvulae punctis crebrioribus scabrae, harum margo latior, crenulatus vel subciliatus; a Sc. *Duvalii* differt caule nequaquam subtriquetro. *Bönningh.*

Obs. Icon *Tabernaemontani* repraesentat calamos aphyllos et tales ibidem describit: involucrum vero paniculâ nec longius descripsit, nec depinxit; hinc Sc. *glaucus Engl. Bot.* 2321 melius quadrat in *Tabern.* plantam quam *Gmelini*, qui involucrum cymâ triplo longius dicit, nec non silet de vaginis aphyllis, et stigmatum numero binario. *Besser in litt.*

S. V. II. p. 136. *Mant.* II. p. 78. n. 52. SCIRPUS *Düvalii.* Addatur synonymon:

Sc. *carinatus*; culmo superne obtuse triangulari, nudo, basi tereti; paniculâ cymosâ, terminali; bracteâ pungente, carinatâ, erectâ; stigmatibus duobus. *Smith Engl. Fl. p.* 60. *Engl. Bot. t.* 1983. *Hook. Lond. t.* 79. S. *lacustris β Huds.* et *Fl. Brit.* *Ray. Syn.* 428.

Rad. repens. Fol. nulla. Culmus angulos inter fere convexus, nec concavus vel planus, ut in S. *triquetro*. Panicula ut in Sc. *lacustri*; sed bracteâ saepius longiore, carinatâ. Spicae ovatae, numerosae, ferrugineae. Stigmata 2. Semen glabrum, setis 6 scabris. *Smith.*

S. V. II. p. 138. post n. 58. SCIRPUM *tetragonum* inseratur:

n. 58 a. SCIRPUS *Donianus Spreng.*; umbellâ compositâ proliferâ; spicis ovatis, paucifloris; squamis mucronulatis; involucro 5-phyllo umbellam superante; culmo tetragono inferne vaginato; foliis carinatis, margine scabris. *Spreng. cur. post. p.* 28. SCIRPUS *quadrangulus Don Fl. nepal.* p. 40.

Culmi 1 ½ ped., Fol. canaliculata. Stigma triplex. *In Nepal.*

S. V. II. *p.* 138. *Mant.* II. *p.* 78. *n.* 59. SCIRPUS *maritimus.* Addatur synonymon:

Dict. Sc. *natur.* 8 *Cah.* *Mert.* et *Koch. Deutsch. Fl. p.* 443, quibus *Sc. robustus Pursh.* et *affinis Roth* mera varietas Sc. *maritimi.*

Obs. Mert. et *Koch* l. c. setas 3-6 sat magnas adnotant contra *Smith*, qui unam tantum observavit.

S. V. II. p. 140. *Mant.* II. p. 79. n. 60. SCIRPUS *affinis* clo *Spreng. S. V. p.* 211. synonymon Sc. *macrostachyi Mühlenb.* s. *robusti Pursh.*

S. V. II. *p.* 145. *Mant.* II. *p.* 81. *n.* 77. SCIRPUS *mucronulatus.*

Mich. clo *Spreng. S. V. p.* 201. FIMBRISTYLIS *autumnalis* est.

S. V. II. *p.* 145. *n.* 78. SCIRPUS *bivalvis.* Post hunc inseratur: n. 78 a. SCIRPUS *elongatus Don;* umbellâ compositâ, proliferâ; spicis oblongis, teretibus; squamis ovato-lanceolatis, mucronatis, glabris; involucro polyphyllo umbellam ter superante; foliis linearibus, carinatis, scabris, culmum superantibus. *Don Fl. nepal.* p. 40.

Culmi spithamaei. Setae hypogynae, numerosae. *In Nepal.*

Mant. II. *p.* 84. *n.* 98. SCIRPUS *sulcatus.* Addatur synonymon:

ISOLEPIS *sulcata;* capitulo laterali, globoso, polystachyo; spiculis ovatis; squamis late ovatis, nervosis, margine scariosis, apice calloso. *Carmich. Fl. Trist. da Cunh.* in *Linn. Trans.* XII. 2. *p.* 503. SCIRPUS *Thuarsii Spreng. cur. post. p.* 27.

Culmus 1-2 ped., nudus, compressus, sulco exaratus. Stamina 3. Stigmata 3. *In caespitibus amplis in planitie insulae.*

Mant. II. *p.* 84. *n.* 99. SCIRPUS *Thouarsianus.* Addatur synonymon:

ISOLEPIS *prolifera;* culmis angulatis, ramosissimis; foliis fasciculatis; capitulis passim proliferis; spiculis oblongis, teretiusculis; involucro diphyllo. *Carmich. l. c.*

Mant. II. *p.* 85. *n.* 102. SCIRPUS *Balduinianus.* Addatur synonymon:

SCIRPUS *Elliottii Spreng. Cur. post. p.* 28.

n. 178. ELEOCHARIS. *)

S. V. II. *p.* 150. *Mant.* II. *p.* 86. n. 3. ELEOCHARIS *elegans* a clo *Spreng. S. V.* p. 204. jungitur cum E. *sphacelata* sub SCIRPO *sphacelato.*

Mant. II. p. 86. n. 4 a. ELEOCHARIS *tumida* clo *Spreng.* in *S. V.* p. 204 synonymon E. *plantagineae.*

Mant. II. p. 87. n. 8 a. ELEOCHARIS *nodulosa* clo *Spreng. l. c.* synonymon E. *geniculatae.*

S. V. II. p. 151. *Mant.* II. p. 88. n. 9. ELEOCHARIS *palustris.* Addatur synonymon:

Smith. Engl. Fl. p. 63, ubi in *Engl. Bot.* 131 perperam stigmata 3, loco 2, picta dicuntur. τῷ γ: Sc. *palustris limburgensis Lejeune Fl. d. Spa.*

---

*) Clo *Spreng.* ELEOCHARIDES omnes SCIRPI sunt.

Mant. II. p. 88. n. 9 b. ELEOCHARIS *uniglumis.* Addatur synonymon:

SCIRP. *uniglumis Mert.* et *Koch Deutsch. Fl.* p. 426, et his testt.: SCIRP. *intermedius Thuill.* (non *Poir.*), Sc. *palustris* γ *Decand. Fl. fr.*, S. *tenuis Schreb.* in *Schweig.* et *Körte fl. erlang*, S. *conicus Presl*, Sc. *multicaulis auct. german.* Sc. *uniglumis*; spicâ ovali, nudâ; glumâ infimâ majore, subamplexicauli; culmis superne compressiusculis; vaginis aphyllis, muticis, lanceolatis, apice ustulatis, sublaceris; stigmatibus 2; radice repente. *Bönninghaus. Prodr. Fl. mon* p. 13. cui: α. *vulgaris*; culm. spitham. s. ped.; β. *pumilus*, culmis 2-4 unc., rigidis; γ. *salinus*, culmis gracilioribus, elongatis; spicâ breviore. Sc. *uniglumis Reichenb. Ic. pl. rar.* C. II. p. 76, t. 182 et hoc teste: Sc. *Linkii Dethard.*

Differt a *palustri* caule graciliore, superne vix compresso, laete viridi, nunquam glaucescente; vaginis apice ustulatis, saepius laceris; spicâ atrofuscâ, minus densâ; glumâ infimâ majore plerumque apice bifidâ, semiamplexicauli, omnibus nervo dorsali pallidiore, nec viridi. *Bönningh.* *In uliginosis turfosis Germaniae.*

Mant. II. p. 88. n. 9 c. ELEOCHARIS *caduca* clo *Spreng.* S. *V.* p. 203. varietas minor EL. *palustris* esse videtur.

S. *V.* II. p. 152. *Mant.* II. p. 88. *n.* 10. ELEOCHARIS *ovata.* Addatur synonymon:

SCIRPUS *capitatus Mühl.* fid. *Spreng.* S. *V.* p. 203.

S. *V.* II. p. 152. n. 12. ELEOCHARIS *gracilis.* Addatur synonymon:

SCIRPUS *tener Spreng.* S. *V.* p. 204.

S. *V.* II. p. 153. n. 13. ELEOCHARIS *pusilla.* Addatur synonymon:

SCIRPUS *Pumilio Spreng.* S. *V.* p. 204.

S. *V.* II. *p.* 153. n. 15. ELEOCHARIS *montana.* Post hanc inseratur:

n. 15 a. ELEOCHARIS *congesta Hamilt.*; spicâ ellipticâ; glumis obtusissimis, scariosis; stigmatibus 3; culmis cespitosis, teretibus, sulcatis. *Don Fl. nepal.* p. 41. SCIRPUS *congestus Spreng. cur. post.* p. 27.

Affinis E. *ovatae.* Culm. 3-5 poll.. Setae 6. *In Nepal.*

S. *V.* II. *p.* 154. n. 16. ELEOCHARIS *setacea.* Addatur synonymon:

SCIRPUS *Brownii* S. *V.* p. 204. ELEOCHARIS *riparia Nees* in *Sieber Agrost.* n. 20. (fide *Spreng. cur. post.* p. 27.)

S. *V.* II. p. 154. n. 17. ELEOCHARIS *chaetaria.* Addatur synonymon:

SCIRPUS *chaetarius* *Spreng.* *S. V.* p. 203.

S. *V.* II. p. 154. *Mant.* II. p. 90. n. 18. ELEOCHARIS *acicularis.* Addatur:

SCIRPUS *acicularis. Svensk Botan.* t. 605. *Mert.* et *Koch. Deutsch. Fl. p.* 429. et his testt.: EL. *costata Presl Fl. cech.* (fid. spec., etiam nostri), ISOLEPIS *acicularis de Schlechtd. Fl. berol.* 1. p. 36.

Mant. II. p. 91. n. 18 a. ELEOCHARIS *intermedia* clo *Spreng. S. V.* p. 204. synonymon E. *acicularis.*

Mant. II. *p.* 91. *n.* 21 b. ELEOCHARIS *media Spreng. S. V.* p. 204. synonymon Sc. *fistulosi.*

n. 179. ELYNA.

S. *V.* II. p. 156. *Mant.* II. *p.* 92. n. 1. ELYNA *spicata.* Addatur:

Obs. Cli. *Mert.* et *Koch* in *Deutsch. Fl. p.* 458. etiam KOBRESIAM *caricinam* nomine ELYNAE *caricinae* ad ELYNAS ducunt.

n. 190. ERIOPHORUM.

S. *V.* II. p. 156. *Mant.* II. p. 92. n. 1. ERIOPHORUM *alpinum.* Addatur:

Obs. In ic. *Engl. Bot.* t. 311. culmus foliis longis ad CARICEM *dioicam*, saepius cum hoc confusam, pertinet fid. G. *Don* in *Smith Engl. Fl. p.* 67.

S. *V.* II. p. 157. *Mant.* II. p. 92. n. 3. ERIOPHORUM *capitatum.* Addatur synonymon:

Smith Engl. Fl. p. 66. *Engl. Bot.* 2387. *R. Brown Suppl. to the App.* of *Parry's Voyage* p. 184.

S. *V.* II. p. 157. *Mant.* II. p. 93. n. 4. ERIOPHORUM *triquetrum.* Addatur synonymon:

E. *polystachyum Thuill.* fid. *Mert. et Koch* in *Deutsch. Fl. p.* 456. E. *gracile*; culmo tereti: angulis 3 obsoletis; fol. triquetris, basi canaliculatis; spicis bracteâ longioribus; pilis spicâ duplo longioribus. *Smith. Engl. Fl.* p. 69. *Engl. Bot.* 2402. *Poit.* et *Turp. Par. t.* 53.

Obs. E. *gracile Engl. Bot.* 2402 ob squamas enerves, nimis acutas, nigricantes, atque amenta nimis sessilia vix huc spectare potest. *Besser* in *litt.*, qui etiam in *Lithuania. Smith* vero plantam suam omnino cum specim. a *Schrader* et *Wahlenb.* missis convenire dicit.

S. *V.* II. p. 158. *Mant.* II. p. 93. n. 5. ERIOPHORUM *angustifolium.* Addatur:

Mert. et *Koch Deutsch. Fl.* p. 455, cui *α congestum*, *β laxum*, *γ elatius.* E. culmo subtereti; fol. linearibus triquetris, basi canaliculatis; pedunculis glabris; lanâ

spicâ quadruplo longiore. *Smith Engl. Fl.* p. 69. et, hoc teste, praeter syn. nostra: E. *Vaillanti Poit* et *Turp. Par.* t. 32. et *Vaill. Par.* 117. t. 16. f. 1. (*Dict. Sc. natur.* 12 Cah.)

In descriptione in *S. V.* l. c. data lege: lanâ 1 $^1/_2$ poll., loco $^1/_2$ ped.

Obs. Varietatem pedunculis longissimis (2-4 poll.), caeterum non distinguendam; legit cls. *Besser* prope Vilnam. Cls. *R. Brown* in *Suppl. to the App.* of *Parry's Voy. p.* 184. duas varietates plantae mediae E. *angustifolium* inter et *polystachyon*, forsan ab utroque distinctae, enumerat, nempe: α pedunculis laevibus; β pedunculis scabris, denticulis crebris, minutis. Ab E *gracili Roth.* et *Wahlenb.* (fid. spec. ab auct.) certe diversa, staturâ humiliori, fol. latioribus, squamis enervibus, omnino nigricantibus, acutioribus et acheniis oblongo-obovatis.

n. 5 b. ERIOPHORUM *pubescens Smith;* culmo superne angulato; foliis planis, lanceolatis, apice trigono; pedunculis pubescentibus; lanâ spicâ duplo longiore. *Smith Engl. Fl.* p. 68. et hoc teste: E. *angustifolium Poit.* et *Turp. Par.* t. 51.

Proximo E. *latifolio* minus; folia angustiora et quidquam breviota. Culmus ad 1-2 folium usque triqueter; basi vero, ut ex specim. siccis videtur, cylindricus. Spicae 2-8-9; pedunculis obsolete angulosis, compressis, striatis, pilis sericeis. Glumae ellipticae, planae, fusco-nigrae, membranaceae, uninerves, externa vero saepius 3-nervis. Stigmata 3 rubella. Semen obovatum, triquetrum, fulvum. Lana dimidio brevior, quam in *polystachyo* (*latifolio*), alba, sericea. *Schrader* hoc cum E. *latifolio* suo confudisse videtur ob pedunculos scabros, quos petit. *Smith.* *In Scotia, Cambridgeshire.*

S. V. II. p. 159. *Mant.* II. p. 93. n. 6. ERIOPHORUM *latifolium.* Addatur synonymon:

E. *polystachyon;* culmo tereti; fol. planis, lanceolatis, apice triquetris; pedunculis glabris; lanâ spicâ triplo longiore. *Smith Engl. Fl.* p. 67. cui: E. *latifolium Poit.* et *Turp. Par. t.* 50., *Vaill. Par.* 117. *t.* 16. *f.* 2., *Moris. V.* 3. 224. *sect.* 8. *t.* 9. *f.* 1.

Mant. II. p. 93. n. 9. ERIOPHORUM *strictum R. Br.;* spicis pedunculatis, involucro brevioribus; squamis acutiusculis, tenuissime ciliatis; foliis strictis, planis, apice triquetro; culmo teretiusculo. *R. Brown Ms.* in *Richardson App. Frankl. Journ.* p. 3.

Dubia species, E. *tenello Nutt.* proxima. *Brown.* *In regione sylvatica Americae arcticae. Richards.*

n. 181. A B I L D G A A R D I A.

S. V. II. p. 160. *Mant.* II. p. 94. n. 2. ABILDGAARDIA *indica* clo *Spreng. S. V.* p. 215 synonymon A. *monostachyae.*

S. V. II. p. 161. n. 6. ABILDGAARDIA *vaginata* clo *Spreng. S. V.* p. 215. synonymon A. *tristachyos.*

n. 183. CYPERUS.

S. V. II. p. 166. n. 19. CYPERUS *textilis.* Post hunc inseratur:

n. 19 a. CYPERUS *setifolius Don;* umbellâ 4-6-radiatâ; involucro sub-5 phyllo, umbellam ter superante; spiculis squarrosis; squamis obtusis infra apicem recurvo-mucronatis; foliis setaceis, apice scabris. *Don Fl. nepal.* p. 38.

Culmi cespitosi, semiteretes, 2-poll.. *In Nepal.*

Mant. II. p. 95. n. 24 b. CYPERUS *trigynus Spreng.;* capitulis umbellatis; spiculis lanceolatis, 10-floris; stylis ternis; involucro paucifloro, rigido, abbreviato; culmo compresso, aphyllo, basi vaginato. *Spreng. S. V.* p. 216.
In Monte Video.

Mant. II. p. 97. n. 25 b. CYPERUS *gymnos* clo *Spreng. S. V.* p. 216. synonymon C. *articulati.*

Mant. II. p. 97. n. 25 c. CYPERUS *seminudus* clo *Spreng. S. V.* p. 216. synon. C. *Königii.*

S. V. II. p. 170. n. 29. CYPERUS *obtusiflorus* clo *Spreng. S. V.* p. 218. synonymon C. *laevigati.*

S. V. II. 170. *Mant.* II. p. 98. n. 32. CYPERUS *globosus.* Addatur synonymon:

C. capitulo globoso; spiculis lineari-lanceolatis; involucro elongato, pendulo. *Reichenb. Ic. pl. rar.* C. III. p. 26. t. 229. *Poll. Fl. veron.* I. p. 57. PYCREUS *polystachyus Pal. Beauv. Fl. Ow. et Ben. t.* 86. *f.* 2.

Germen fusiforme vix triquetrum. Involucrum etiam triphyllum. *Reichenb.*

S. V. II. p. 171. *Mant.* II. p. 98. n. 35. CYPERUS *Ornithopus* etiam clo *Spreng. S. V.* p. 217. synonymon C. *filiformis.*

S. V. II. p. 172. n. 37. CYPERUS *striatulus.* Addatur synonymon: C. *capitatus Poir.* fid. *Spreng. S. V.* p. 218.

S. V. II. p. 175. n. 48. CYPERUS *mollis* clo *Spreng. S. V.* p. 218. synonymon C. *scorpioidis.*

S. V. II. p. 177. *Mant.* II. p. 104. n. 57. CYPERUS *uncinatus Poir.* et n. 58. C. *Purshii* a clo *Spreng. S. V.* p. 219. cum C. *capitato Retz.* conjunguntur.

S. V. II. p. 178. *Mant.* II. p. 104. n. 61. C. *autumnalis.* Addatur synonymon:

C. triqueter, foliosus; anthelâ compositâ, laxâ, involucrum

subaequante; spiculis digitato-capitatis, subternis; glumis obtusis, muticis; germine glabro; stylo trifido, basi attenuato. *E. Meyer* in *Nov. Act. Acad. Nat. Cur.* T. XII. p. 773. cui: C. *autumnalis Vahl Enum.* II. p. 318. (excl. syn. *Willd.* et *Clayt.*) et fide spec. *Willden.*: C. *Haspan Willd. Sp. Pl.* I. p. 278. (excl. syn.)

S. *V.* II. p. 178. n. 62. CYPERUS *amentaceus*. Addatur:

Obs. Clo *E. Meyer* in *Nov. Act. Ac. Nat. Cur.* T. XII. p. 773. PAPYRI aut MARISCI species esse videtur. Culmus foliosus; folia scabra; stylus trifidus, basi incrassatus. Clo *Spreng. S. V. p.* 227. synonymon est C. *autumnalis*.

S. *V.* II. p. 179. *Mant.* II. p. 105. n. 63. CYPERUS *Haspan*. Addatur synonymon:

C. triqueter, aphyllus; anthelâ decompositâ, laxâ, involucrum subaequante; spiculis digitato-capitatis, sub 7-nis; glumis retuso-mucronatis; germine glabro; stylo bifido, basi attenuato. *E. Meyer* in *Nov. Act. Ac. Nat. Cur.* T. XII. p. 771.

Rhizoma repens, crassitie pennae columbinae; radices crebrae, subsimplices, pulchre rubentes, ad modum *Usnearum* articulati. Scapus 2-4 ped., basi vaginatus, inferne subanceps, mollis, striatus, ad angulos laevissimus. Vaginae 3-4, interiores sensim longiores, vix sextam scapi partem vestientes, distichae, compressae, carinatae, apice planae, acutae, basin versus violaceo-rubentes. Anthela ramosissima; ramis ramulisque triquetris, minime hispidis, varie flexis et reflexis. Spatha suberecta, anthelam subaequans, plana, linearis, duo scapi latera amplectens. Bractea involucri universalis proxima spathae subopposita, 3 plo brevior, sed vix angustior; reliquae multo minores. Rhachis communis vix 4 lin., spicularum capitulo terminata; ramis 20 pluribusve inferioribus sensim longioribus, infimo 2-3 poll., omnibus fere apice anthelophoris. Spiculae divaricatae, rarius ternae; intermedia maxima sub 1/2 poll., laterales utrinque 3, quarum intermediae majores; omnes lineares; fructiferae lanceolato-lineares, acutae, sub 20-florae. Spicularum rhachis denticulata. Glumae oblongae, trinerviae, dorso carinatae, inter nervos subcanaliculatae, apice inferiores retusae, supremae obtusae, omnes mucronulatae, virides, marginibus inferne subrubentibus, superne albido-pellucidis, omnes fertiles, arcte imbricatae, post anthesin patentes, demum deciduae. Nec squamae laterales, nec setae hypogynae ullae. Stamina 3 glumâ breviora. Filamenta antheris duplo longiora. Germen obovato-subglobosum, albidum, hyalinum. Stylus glaber, filiformis, deciduus. Nux obovato-trigona. Proximus C. *autumnalis* differt: totius plantae tenuitate, flosculis minus numerosis, glumis brevioribus, foliis glaberrimis, caule folioso, stylo trifido. C. *nudus* differt: spiculis paucifloris styloque trifido. *E. Meyer.*

S. *V.* II. p. 182. *Mant.* II. p. 106. n. 75. CYPERUS *compressus*. Addatur synonymon:

C. *parviflorus Mühlenb.* fid. *Spreng. S. V.* p. 220.

S. *V.* II. p. 186. n. 85. CYPERUS *subbulbosus* clo *Spreng. S. V.* p. 218. synonymon C. *Cephalotis Vahl.*

S. *V.* II. p. 191. *Mant.* II. p. 110. n. 104. CYPERUS *fuscus*. Addatur synonymon:

Hook. Lond. t. 84. *Smith Engl. Fl.* p. 54.

Obs. Cls. *Spreng. S. V. p.* 223. huc trahit instar synonymi C. *protractum Del.* et C. *melanocephalum* tanquam varietatem aegyptiacam: culmo altiori, spiculis magis capitato-glomeratis, squamis obtusiusculis. C. *viridis Sieb.*, quem *Spreng. l. c. p.* 216. sequente phrasi: C. spicis lanceo-

latis, aggregatis; squamis patulis; umbellâ compositâ; involucro triphyllo, lineari, laxo, umbellam superante; culmo teretiusculo, compresso, flaccido, distinguit, nobis e speciminibus nostris, ut jam in *Mant.* II. p. 110. observavimus, nil nisi culmo tenuiore et inde laxiore, foliis quidquam tenuioribus laxioribusque, spicis paulo minoribus et viridibus a *C. fusci β* et *γ* differre videtur.

S. V. II. p. 196. n. 120. CYPERUS *pallescens.* Addatur

Obs. Huc a clo *Spreng. S. V. p.* 221. trahuntur C. *radicosus Sm.* et C. *olivaris Targ. Tozz.*

S. V. II. p. 199. *Mant.* II. p. 114. n. 127. CYPERUS *glaber.* Addatur synonymon:

C. spiculis lineari-lanceolatis, glomeratis; glumis obtusis, disco coloratis; involucris foliisque planis. *Reichenb. Ic. pl. rar.* C. III. p. 3. t. 204. cui etiam: C. *erubescens Link En.* I. p. 44. (quem *Spreng. S. V.* 227. ad C. *conglomeratum* trahit.) C. *brachystachys Presl* fid. *Spreng. S. V.* p. 224.

Obs. In plantis cultis umbellulae laterales pedunculatae et singulae sessiles; spiculae ovato-lanceolatae et elongato-lineares, ut in spontaneis. Glumae a latere visae mucronatae, a dorso obtusissimae, rotundatae, singulae disco spadiceo, fere puniceo, margine viridi. Involucri phylla numero variant pro umbellarum numero; involucellum in umbellulis pedunculatis plerumque triphyllum. *Reichenb.*

S. V. II. p. 201. n. 131. CYPERUS *aureus.* Addatur synonymon: C. *quitensis Spreng. S. V.* p. 224.

Mant. II. p. 117. n. 134. b. CYPERUS *Tenorianus;* spiculis lanceolatis, spicato-racemosis, flavescentibus; squamis acutiusculis, subpatulis; umbellae radiis erecto-patulis, involucrum subaequantibus; culmo triquetro foliis altiori; radice repente, tuberculosâ. C. *aureus Tenor. Spreng. S. V.* 1. p. 229. *Reichenb. Ic. pl. rar.* C. III. p. 10. t. 212. An a C. *esculento* diversus? C. *Tenorii Presl Fl. sicul.* 1. p. XLIII., cui: *α* umbellâ decompositâ. — *β* umbellâ compositâ.

In regno neapolitano, in Sicilia.

Mant. II. p. 118. n. 137 a. CYPERUS *Linkianus* clo *Spreng. S. V.* p. 224. synon. *C. patuli.*

S. V. II. p. 204. *Mant.* II. p. 119. n. 139. CYPERUS *procerus.* Addatur:

Obs. Sub C. *procero* a clo *Spreng. S. V. p.* 229. conjunguntur C. *elongatus Sieb.*, (!) C. *spectabilis Schreb.* s. *Paramatta Mart.* et C. *racemosus Retz.*

Mant. II. p. 120. n. 142 a. CYPERUS *erythrorhizos* clo *Spreng. S. V.* p. 230. synonymon *C. speciosi.*

S. V. II. p. 209. *Mant.* II. p. 121. n. 155. CYPERUS *cruentus.* Post hunc inseratur:

n. 155 c. CYPERUS *Wallichianus Spreng.;* umbellâ 5-radiatâ: spicis linearibus; squamis ovalibus, obtusis, striatis; invo-

lucro sub 5-phyllo umbellam excedente foliisque linearibus, carinatis, margine asperis. *Spreng. cur. post.* p. 28. C. *pulcher Don Fl. nepal.* p. 39.

Culmus triqueter, laevis, spithamaeus. *In Nepal.*

n. 155 d. CYPERUS *trisulcus Don*; umbellâ 5-radiatâ; spicis ovali-oblongis, obtusis; squamis appressis, repando-crispatis; foliis linearibus, scabris, culmo trisulco brevioribus. *Don Fl. nepal.* p. 39. *Spreng. cur. post. p.* 29.

In Nepal.

n. 155 e. CYPERUS *caricinus Don*; racemis lateralibus, simplicibus; spicis tenuifloris, linearibus, remote alternis; bracteis lineari-setaceis, scabris, spicas superantibus; squamis mucronatis; foliis late linearibus, culmo triquetro longioribus. *Don Fl. nepal.* p. 39.

Affinis C. *spathaceo.* Culmi 1-1½ ped.. *In Nepal.*

S. *V.* II. p. 210. *Mant.* II. p. 122. n. 159. CYPERUS *virens.* Addatur synonymon:
C. *glomeratus Walt. Fl. carol.* fide *Spreng. S. V.* p. 227.

S. *V.* II. 211. n. 162. CYPERUS *pilosus.* Addatur synonymon:
C. *paniculatus Don Fl. nepal.* in *Spreng. cur. post.* p. 29.

S. *V.* II. p. 213. *Mant.* II. p. 123. n. 175. CYPERUS *Iria.* Addatur:

Obs. Cls *Spreng. S. V. p.* 230. huc spectare dicit C. *expansum Poir.* et *laxum Vahl.*

S. *V.* II. p. 220. *Mant.* II. p. 126. n. 188. CYPERUS *fastigiatus.* Addatur:

Obs. Species a C. *fastigiato* diversa clo *Spreng. S. V. p.* 230. est C. *auricomus Sieb.*; spicis filiformibus, elongatis, geminis, spicato-racemosis, patentibus, subflexuosis; squamis acutis; involucro latifolio, umbellam superante; culmo superne ancipiti.

S. *V.* II. p. 220. *Mant.* II. p. 127. n. 189. CYPERUS *alopecuroides.* Addatur:

Obs. *Spreng.* in *S. V. p.* 230 et 231. C. *alopecuroidem Rottb.* et *divitem Delil.* species diversas esse jubet: illi C. *alopecuroides*; spicis ovato-lanceolatis, confertissimis, spicato-capitatis; capitulis oblongis, obtusis, digitatis; involucro universali elongato: partialibus setaceis, spicas excedentibus; squamis obtusis, striatis, inflexis; stylo bifido; C. *dives*; spicis lanceolatis, confertis, spicato-racemosis: umbellae radiis supradecompositis, paniculato-digitatis; squamis nitidis, obtusis; stylo trifido; involucro latifolio longissimo; et cum hoc ab illo conjungitur C. *fastigiatus Forsk.*

Mant. II. p. 128. n. 193 a. CYPERUS *pectiniformis.* Addatur synonymon:
C. *coromandelinus Spreng. S. V.* p. 217.

S. *V.* II. p. 223. n. 196. CYPERUS *ligularis.* Addatur.

Obs. Sub C. *ligulari* a clo *Spreng. S. V. p.* 231. junguntur: C. *cinnamomeus Retz.*, *bidentatus Poir.* (*Poireti nob.*) et *involucratus Poir.*

S. V. 225. n. 206. Cyperus *vaginatus* clo *Spreng. S. V.* p. 216. synonymon *C. maritimi Poir.*

S. V. II. p. 227. n. 219. Cyperus *platyculmis.* Addatur synonymon:

C. laticulmis Spreng. S. V. p. 228.

S. V. II. p. 228. n. 227. Cyperus *microcephalus.* Post hunc:

n. 227 a. Cyperus *Sieberianus Spreng.*; spicis ovato-oblongis, compressis, sub-20-floris, fulvis; squamis obtusiusculis appressis; involucro sub-3-phyllo longissimo; culmo triquetro, scaberrimo, folia linearia superante. *Spreng. cur. post.* p. 29. et, hoc teste: *C. microcephalus Nees* in *Sieber Agrost.* n. 103.

In Nova Hollandia.

n. 185. HYPOELYTRUM.

Mant. II. p. 133. n. 4 a. Hypoelytrum *Berterianum Spreng.* nunc, fide auctoris, Schoenus *pusillus* est.

n. 185 a. TUNGA.

Mant. II. p. 133. n. 1. Tunga *triceps* clo *Spreng. S. V.* p. 232 synonymon Hypoelytri *sphacelati.*

Mant. II. p. 134. n. 2. Tunga *laevigata.* Addatur synonymon:

Hypoelytrum *laevigatum Spreng. S. V.* p. 232.

n. 186. FUIRENA.

S. V. II. p. 236. n. 9. Fuirena *rubiginosa.* Addatur synonymon:

Melaenacranis *rubiginosa Spreng. S. V.* p. 236.

Mant. II. p. 136. n. 13. Fuirena *pumila Torrey*; spicis subternis, terminalibus, basi hirsutis; squamarum obtusarum margine scariosarum aristis patentibus; foliis glabris, basi ciliatis. *Spreng. S. V.* p. 237.

In Long-Island, Amer. bor.

n. 188. KYLINGA.

S. V. II. p. 239. *Mant.* II. p. 139. n. 9. Kylinga *filiformis.* Addatur synonymon:

Mariscus *filiformis Spreng S. V.* p. 234.

n. 190. MARISCUS.

S. V. II. p. 243. n. 7. MARISCUS *confertus* clo *Spreng. S. V.* p. 233. synonymon M. *aggregati*.

S. V. II. p. 243. n. 10. MARISCUS *laevigatus*. Addatur:

Obs. MARISCUS *parviflorus Nees* in *Sieb. Agrost.* n. 101. ad exemplar, quod vidi, nondum adultum, *M. laevigati* varietas videtur. *Spreng. cur. post. p.* 29.

S. V. II. p. 244. n. 11 b. MARISCUS *rigidus Spreng.*; spicis numerosis, cylindricis, subpedicellatis; spiculis oblongis, 1-floris, erecto-patulis, striatis, bracteas setaceas superantibus; involucro polyphyllo longissimo; culmo triquetro, glabro. *Spreng. cur. post.* p. 29. CAREX *Sieberi Nees* in *Sieber Agrost. n.* 104.

M. *paniceus* proximus differt: culmo gracili, involucro 4-phyllo, spiculis 3-floris. *Spreng. l. c.* *In nova Hollandia.*

Mant. II. p. 142. n. 18 b. MARISCUS *coriaceus*. Addatur synonymon:

Spreng. S. V. p. 234, qui huc ducit CARICEM *hermaphroditam Jacq.* s. KOBRESIAM *cyperinam Willd.*

Mant. II. p. 143. n. 19 c. MARISCUS *cylindricus*. Addatur synonymon:

KYLINGA *cyperina Retz* cum? fid. *Spreng. S. V.* p. 234.

Mant. II. p. 143. n. 19 d. MARISCUS *conflexus Link* a clo *Spreng. S. V.* p. 234. cum? ad M. *flavum* ducitur.

n. 192. CHRYSITHRIX.

S. V. II. p. 249. *Mant.* II. p. 144. n. 1. CHRYSITHRIX *capensis* a clo *Spreng. S. V.* 2. p. 610 ad POLYANDRIAM DIGYNIAM refertur.

n. 196. LAMPOCARYA.

S. V. II. p. 250. n. 1. LAMPOCARYA *schönoides*. Addatur:

Obs. Cls. *Spreng.* in *S. V.* 2. *p.* 113. LAMPOCARIAS omnes cum GAHNIIS *Forst.* sub HEXANDRIA MONOGYNIA enumerat.

n. 197. CAUSTIS.

S. V. II. p. 251. n. 3. CAUSTIS *pentandra*. Adde diagnosi: „ramulis triquetris; vaginis longe aristatis." *Spreng. cur. post.* p. 26.

n. 4. CAUSTIS *recurvata Spreng.*; spicis solitariis terminalibus subtrifloris; squamis glabris, acutis; ramis hinc canaliculatis; ramulis fasciculatis, falcato-recurvis. *Spreng.*

cur. post. p. 26. RESTIO *uncinatus* *Nees* in *Sieber Agrost.* n. 35.

In nova Hollandia.

n. 201. CENCHRUS.

S. V. II. p. 253. *Mant.* II. p. 145. n. 1. CENCHRUS *tribuloides.* Addatur

Obs. Clo *Spreng. S. V. p.* 301. CENCHRUS *spinifex Cav.*; (involucro spinoso, subindiviso; foliis cordato-lanceolatis; vaginis laxis culmoque villosis) species a C. *tribuloidi* (involucro spinoso, diviso, villosissimo; foliis lanceolatis, glabris; vaginarum oris villosis; culmo glabro, ramoso) diversa est.

S. V. II. p. 253. n. 3. CENCHRUS *pungens* clo *Spreng. S. V.* p. 301. synonymon C. *echinati.*

n. 3 a. CENCHRUS *viridis Spreng.*; involucris sub 5-partitis, spinulosis, basi setosis; foliis lato-lanceolatis vaginisque scabris. *Spreng. S. V.* p. 301.

In Guadeloupe.

S. V. II. p. 254. n. 4. CENCHRUS *rufescens.* Addatur:

Obs. C. *rufescens Desf.*, *parviflorus Poir.*, *myosuroides Humb.* et *Bonpl.* et *calyculatus Cav.* clo *Spreng. S. V. p.* 302. PENNISETA sunt.

S. V. II. p. 254. n. 5. CENCHRUS *ramosissimus* clo *Spreng. S. V.* p. 302. synonymon PENNISETI *dichotomi.*

S. V. II. p. 256. n. 10. CENCHRUS *purpurascens* deleatur hic, et jungatur PENNISETIS, nomine PENNISETI *japonici Trinius.*

S. V. II. p. 257. n. 15. CENCHRUS *australis.* „C. *anomoplexis Labill.* in *Nov. Caledon.* var. foliis latioribus." *Spreng. cur. post.* p. 33.

n. 202. PENNISETUM.

S. V. II. p. 258. *Mant.* II. p. 146. n. 1. PENNISETUM *setosum.* Addatur:

Obs. Sub P. *setoso Rich.* a clo *Spreng. S. V. p.* 303. conjunguntur: PANICUM (PENNISETUM) *violaceum Lam.*, CENCHRUS *setosus Sw.*, PANICUM *Alopecurus Lam.*, PAN. *geniculatum Thunb.* et PENNISETUM *purpurascens Humb.* et *Bonpl.*

n. 1. c. PENNISETUM *nepalense Spreng.*; flosculis undique imbricatis, glabris, nervosis, sterilibus 2 fertili assidentibus; setis involucri scabris, coloratis, flosculos superantibus; spicae elongatae rhachi villosâ; foliis elongatis, scabris; vaginis ore pilosis; culmo glabro. *Spreng. S. V.* p. 303.

In Nepal.

S. V. II. p. 259. *Mant.* II. p. 148. n. 3. PENNISETUM *cenchroides.* Addatur synonymon:
Spreng. S. V. p. 303 et hoc teste: PANICUM *cenchroides Willd. Herb.* et *Ell.?*

Mant. II. p. 149. n. 3 b. PENNISETUM *asperum.* Addatur:

Obs. PENNISETUM *macrochaeton Jacq. fil.*, quod cls *Link* cum? huc duxit, *Spreng. S. V. p.* 305. SETARIAM *macrochaetam* dixit: paniculâ spicatâ, subcylindricâ; rhachi villosâ; setis involucri sursum hispidis, flosculos multo superantibus; corollis nervosis laevibus; foliis vaginisque glabris.

S. V. II. p. 261. n. 8. PENNISETUM *japonicum Trin.*; culmo erecto, pilosiusculo; foliis involuto-compressis, praelongis vaginisque glabris; racemo laxo, nutante: rhachi pilosâ; spiculis pedicellatis 1-2, bifloris; involucri setis scabris, atropurpureis, spiculâ longioribus; glumis calycinis flosculis brevioribus. *Trinius* in *Spreng. n. Entd.* II. p. 76. CENCHRUS *purpurascens Thunb. S. V. ed. nostr.* II. p. 256.

Culmus 2 ped., striatus, superne scabriusculus pilisque albidis. Vaginae striatae. Folia culmum superantia, striata, rigidula. Ligula obsoleta. Racemus spithamaeus, crassitie digiti minimi. Rhachis superne flexuosa. Pedicelli sparsi, pilis brevissimis albidis, longitudine spicularum. Involucrum multisetum; setis nonnullis spiculâ 4-5-plo, reliquis eâdem paulo longioribus. Spicula oblongo-lanceolata. Cal. membranaceo-herbaceus: gluma infer. pusilla, subrotunda, superior flosculis duplo brevior, ovato-lanceolata, 5-nervis, superne purpurascens. Flosc. neuter univalvis, membranaceus, lanceolatus, multistriatus, hermaphrodito vix brevior eumque late obvolvens; ☿ chartaceus, lanceolatus, acutissimus: valv. subaequales, inferior superiorem obvolvens. Lodic. nulla. Semen atrofuscum, ovale, stylo 1 longe coronatum. *Trinius. In Japonia.*

n. 9. PENNISETUM *articulare Trinius*; culmo basi procumbente, ramosissimo, scabriusculo; foliis angusto-linearibus vaginisque scabriusculis; spicâ subnutante: rhachi pubescente; spiculis approximatis, solitariis, sessilibus; setis flexuosis, scabris, spiculâ paulo longioribus. *Trinius* in *Spreng. n. Entd.* II. p. 77.

Culmus cubitalis, striatus, inferne compressus, superne teres, filiformis. Internodia (circiter 12) vix poll., singula ramosa: ramis foliiferis. Vaginae internodio longiores, striatae, pilis tenuissimis albis. Folia longitudine culmi, plurima: fasciculorum ramorumque involuto-filiformia; culmea plana, inferne pilis adspersa. Spica 2 poll., flavescens. Rhachis flexuosa. Involucrum multisetum; setis stramineis. Spiculae solitariae, rarius binae. Cal. biflorus, flosculis duplo brevior; gluma inferior 1-nervis, paulo minor, superior 3-nervis, utraque membranacea acuminata. Flosc. masc. 2-valvis: valv. inferior membranacea, 5-nervis; superior enervis, utraque acuminata. Flosc. ☿ ut ♂, quo vix minor. Lodicula nulla. Stami-

na 3. Ovarium hinc gibbum. Styli basi connati. *Trinius.* *In insula Nucahiwa.*

n. 203. SPARTINA.

S. V. II. p. 261. *Mant.* II. p. 149. n. 2. SPARTINA *stricta.* Addatur synonymon:

TRACHYNOTIA *stricta Decand. Fl. fr.* DACYTLIS *stricta Engl. Bot. t.* 380.

S. V. II. p. 262. *Mant.* II. p. 150. n. 4. SPARTINA *polystachya* a clo *Spreng.* 265 synonymon SP. *cynosuroidis* dicitur.

S. V. II. p. 263. *Mant.* . p. 150. n. 6. SPARTINA *juncea.* Addatur:

Obs. An huc: CYNODON *tenuis Trinius* in *Spreng. n. Entd.* II. *p.* 63., de quo l. c. ait: „an vera TRACHINOTIA *juncea Mich.*,“ et quem *Spreng. S. V. p.* 265. cum SP. *glabra* et *patente Mühlenb.* ad SP. *junceam* ducit? Descriptio a clo *Trinius* data sequens: Culmus repens, basi ramosissimus: ramis confertis (plerumque foliiferis intra squamam membranaceam carinatam procumbentibus); digitalis, fere ad apicem vaginatus, tenuis. Vaginae arctiusculae, striatae, glabrae: ramorum juniorum tumidae, distichae, carinatae, suprema elongata. Ligula pilosula et utrinque piloso-appendiculata. Folia ½-1 poll., linearia, compresso-involuta, rigidiuscula, patentia, glaucescentia, glabra, summum breve. Spicae 3-4, terminales, fasciculatae, erecto-patulae, vix poll. Rhachis partialis linearis, subflexuosa, dorso convexa, glabra. Spiculae unilaterales, imbricatae, alternae, parvae, e fusco et flavido variae. Cal. patens, chartaceus, subcarinatus, glaber, flosculo duplo brevior, subaequalis, acutus: gluma inferior paulo minor. Cor. brevissime pedicellata, oblonga, mutica: valvula inferior coriaceo-chartacea, acuta, compressa, carinata, carinâ asperula; superior tenerior, angustior, aequilonga, acuta. Lodiculae squamae minimae, obtusae. Ovarium oblongum. Antherae 3 lineares. Rudimentum appressum, corollâ dimidio brevius, pedicelliforme, squamulâ terminatum. *In America boreali.*

S. V. II. p. 263. n. 9. SPARTINA *arundinacea Carmich.*; spicâ communi teretiusculâ: partialibus arcte imbricatis; valvulâ minore glumae exteriorem oblique truncatam perianthii superante. *Carmich.* in *Linn. Trans.* XII. 2. 504. PONCELETIA *arundinacea Aub. d. Pet. Thouars Fl. de Tristan d'Acugna* in *Mél. d. Bot. p.* 36.

E cespitibus densis amplis culmi valde intertexti, plurimi, fasciculati, suberecti, solidi, sublignosi, 5-8-ped., valde foliosi. Folia longitudine culmi, linearia, plana, externe nitida, interne glauca, profunde sulcata, margine scabra. Spathae striatae, superne ventricosae. Spica vix emergens, stricta, cylindracea, 6 poll., e spiculis pollic. composita. *Carmich.* *In insula Tristan da Cunha a margine superiore altae planitiei ad oram maris usque ubique.*

S. V. II. p. 264 post NARDUM inseratur

n. 204 a. CARYOCHLOA.

n. 1. CARYOCHLOA *montevidensis Spreng. cur. post.* p. 30. Gramen cubitale, glabrum; foliis filiformibus; paniculâ viridi. *Spreng.* *In Montevideo. Sello.*

D I G Y N I A.

Mant. II. p. 152. addatur post OROPETIUM:

n. 207 c. THALASIUM.

T. *montevidense Spreng. cur. post. p.* 30.

Gramen pedale, erectum, basi radicans, culmo ramoso geniculato, vaginis retrorsum villosis, foliis convoluto-filiformibus. *Spreng.* *In Montevideo. Sello.*

n. 208. ASPRELLA.

S. *V.* II. p. 267. n. 5. ASPRELLA *australis.* Addatur

Obs. ASP. *australis RBr.* et *mexicana Humb.* et *Bonpl.* a clo *Spreng. S. V. p.* 264. ad A. *hexandram Sw.*, A. *ovata Poir.* ad A. *lenticularem* et A. *imbricata Poir.* ad A. *virginicam* ducuntur!

n. 209. ALOPECURUS.

S. *V.* II. p. 268. n. 2. ALOPECURUS *macrostachyus* clo *Spreng. S. V.* p. 240. synonymon A. *bulbosi.*

S. *V.* II. p. 269. *Mant.* II. p. 153. n. 4. ALOPECURUS *pratensis.* Addatur:

Obs. A *Seidl* et *Opiz* in *Opiz Verzeichn. p.* 115 etc. sequentes fors varietates tanquam species ab A. *pratensi* distinguuntur: A. *pratensis* L.; culmo erecto, glabro; spicâ oblongâ; valvulis obtusis, villosis, paleâ muticâ; foliis subtus glabris; (in Europa boreali); A. *trivialis Seidl;* culmo erecto, glabro; spicâ cylindraceâ, obtusâ; valvulis infra medium connatis, acutis, villosis; paleâ longe aristatâ; foliis utrinque scabris; (in Germaniae, Bohemiae pratis frequentissime); A. *scaber Opiz;* culmo erecto, sub panicula scabro; foliis superioribus utrinque scaberrimis; vaginis inflatis, striatis, glaberrimis; paniculâ subcylindraceâ, obtusâ, sublobatâ, defloratâ concolore; glumis calycinis ciliatis, infra medium connatis, acutis, subvillosis; corollâ calycem aequante; aristis corollâ multo longioribus. Differt ab A. *pratensi* L. corollis aristatis; a *pratensi Auct.* culmo sub panicula scabro, foliis inferioribus subtus glaberrimis; ab A. *alpestri Wahlenb.* culmo sub panicula scabro; foliis superioribus utrinque scaberrimis, inferioribus supra scabris; ab A. *nigricante Hornem.* paniculâ obtusâ defloratâ concolore, culmo sub panicula scabro; ab A. *ruthenico Weinm.* culmo superne scabro; foliis inferioribus subtus glaberrimis; aristis corollâ multo longioribus. (In pratis circa Czaslaviam Bohemiae.)

S. *V.* II. p. 270. *Mant.* II. p. 153. n. 5. ALOPECURUS *nigricans.* Addatur:

Obs. AL. *repens M. Bieb. Suppl.* ex autopsia specim. a cel. auct., est omnino idem cum nostro (A. *nigricante*). Praeter variabilitatem aristae variat quoque paniculâ apice attenuatâ, qualem e *H. Hafn.* seminibus educavi, et obtusâ, uti *Willd.* eum descripsit in *Suppl. En.*. Cls. *Trinius* cum *pratensi* conjungit A. *nigricantem. Besser in litt.* *Spreng.* in *S. V. p.* 240. A. *repentem M. Bieb.* s. *ruthenicum Weinm.* ab A. *nigricante Horn.* sejungit.

S. *V.* II. p. 272. n. 9. ALOPECURUS *alpinus.* Addatur synonymon:

Smith. Engl. Fl. p. 80. A. spicâ ovatâ; aristâ perian-

thii glumam sericeam lateribus villosissimis subaequante; vaginâ supremâ ventricosâ, folio suo plano lanceolato triplo longiore. *R. Brown Suppl. Parry's Voy. p.* 184. hoc teste etiam: *Brown* in *Ross. voy.* 2. *p.* 191. *Hook.* in *Scoresb. Greenl.* 410., *Richardson* in *Frank. Journ. p.* 731. *Bot. App. p.* 3., Alopec. *ovatus Knapp. Gram. brit.* 15. *Fl. Dan.* 1565., A. *antarcticus Giesecke greenl. in Brewst. Edin. Cycl.*; ergo A. *Gieseckeanus S. V.* ed. n. *Mant.* II. *p.* 154.

Obs. Variat culmo, qui saepius adscendens, erecto; spicâ oblongo-cylindraceâ; aristâ nunc glumâ duplo longiore, rarius nullâ. A. *antarcticus Vahl* differt ab *alpino* spicâ saepius cylindraceâ, aristâ glumam bis superante, folio supremo lineari apice attenuato vaginam suam superante vel aequante. A *pratensis L.* distinguitur spicâ cylindraceâ, glumis acutis latere tantum villosiusculis, aristâ glumis duplo longiore; vaginâ supremâ laxiuscule cylindraceâ, folium suum lineare multoties superante. *R. Br. In Melville Island; in sterilibus Am. bor. Richardson. Spr. S. V. p.* 240. Al. *ovatum Fl. Dan.* ad A. *antarcticum* ducit.

S. V. II. p. 272. n. 10 a. Alopecurus *creticus Trin.*; paniculâ cylindricâ; glumis ad summum usque connatis, obtusiusculis, apicem versus ciliatulis; corollâ horizontaliter truncatâ; stylis connatis. *Trin. in Spreng. n. Entd.* II. p. 45. Al. *agrestis Sieb. Herb. cret.*

Rad. fibrosa. Culmus decumbens, dein geniculato-adscendens, ped., glaber, teres, sub-4-nodis, ramosus. Vaginae internodium longe superantes, sulcatae, medio tumidae, glabrae. Ligula oblonga. Folia plus minus digitalia, linearia, angusta, plana, erecta, striata, glabra. Panicula arcte spicata, utrinque paullo attenuata, plus minus pollicaris, crassitie A. *geniculati*, facie A. *bulbosi.* Pedicelli brevissimi, persistentes. Locustae imbricatae, lineari-oblongae, infimae amethystinae, reliquae pallidae, apice e viridi et amethystino variae. Calycis glumae membranaceae, superne tricostatae, costis infra apicem obtusiusculum dorso ciliatulum confluentibus. Cor. tenera, calyce paullo brevior, hinc fissa, 5-striata, tenuissime fimbriata, supra basin emittens aristam setaeformem ipsâ plus duplo longiorem, medio geniculatam. *Trin. In Creta.*

S. V. II. *p.* 273. *Mant.* II. *p.* 135. *n.* 12. Alopecurus *geniculatus.* Addatur synonymon:

A. caule basi procumbente, adscendente, laevi; paniculâ spicato-coarctatâ, cylindricâ; spiculis ovato-oblongis; glumis basi tantum connatis, obtusis, ciliatis; corollâ sub medio aristatâ. *Mert.* et *Koch Deutsch. Fl. p.* 480. *Dict. Sc. natur.* 14. *Cah.*

Obs. A *de Schlechtend.* in *Fl. berol.* 1. *p.* 39. sequentes varietates distinguuntur: *α aquaticus*; aquis innatans, aristâ inclusâ; *β terrestris*; terrae incumbens, aristâ exsertâ. Aristam, quae in *α* interdum plane deest, in locis siccioribus longiorem fieri adnotat.

n. 12 a. Alopecurus *paludosus Pal. d. Beauv.*; culmo basi procumbente, adscendente, laevi; paniculâ spicato-coarc-

tatâ, cylindricâ; spiculis ellipticis; glumis calycinis basi tantum connatis, obtusis, ciliatis; corollâ medio aristatâ. *Mert* et *Koch l. c.* et hoc teste: A. *geniculatus Gaud. Agrost.*, *Poll.*, *Pal.*, *Host Gram.* II. t. 32., A. *fulvus Weihe Bot. Zeit.* 1820. *p.* 441., A. *Konradii Opiz ined.*, A. *subaristatus Mich.* sec. descript. *Nutt.*.
ALOP. *paludosus*; panic. cylindraceâ; spiculis ellipticis; glumis calycinis connatis, obtusis, dorso margineque pilosis; corollâ truncatâ, e medio aristatâ: aristâ rectâ inclusâ; stylis liberis. *Dietr. Fl. Berol.* I. *p.* 61. (cui A. *geniculatus* α. *Schlechtd. Fl. Berol.* p. 39.)

A. *geniculato* simillimus; sed eminus dignoscendus colore albide-glauco vaginarum culmique, colore croceo antherarum effoetarum, spicis quidquam crassioribus, utrinque paululum attenuatis; spiculis quidquam brevioribus, glumarum carinâ quidquam magis protensâ, apice magis introrsum versâ; in A. *geniculato* vero medio porrectâ, unde spiculae A. *geniculati* aequilatae oblongae, A. *paludosi* vero ellipticae. Color et hirsuties glumarum eadem; corolla quidquam latior et saepius glumis paulo longior; arista e medio dorsi, rarius magis infra, longitudine spiculae vel hanc 1/2 lin. superans; antherae primum lineares, 1/3 parte breviores quam in A. *paludoso*, ante rupturam ochroleucae, serius ovali-oblongae, croceae. Differt ab A. *fulvo* spicis brevioribus, antheris oblongis nec subrotundis. *Mert.* et *Koch* ad spec. cum *Pal. d. Beauv.* prope *Sceaux* lecta. *In Palatinatu, Bohemia, Saxonia, Borussia.*

S. V. II. p. 274. *Mant.* II. p. 155. n. 13. ALOPECURUS *fulvus.*
Addatur synonymon:
ALOP. *geniculatus Besser Prim. Fl. gal.* 1. *p.* 62. (excl. syn.) et *ejusd. Enum. pl. Volhyn. p.* 5. fid. *Besser in litt.*

Obs. Color antherarum defloratarum est plus minusve communis etiam A. *geniculato;* character essentialis in forma et longitudine antherarum, qui vix 1/3 lineae metiuntur, dum A. *geniculati* 3/4 lineae aequant. Arista quandoque exserta, vix tamen glumâ suâ 1/3 longior, dum A. *geniculati*, serius et in Volhynia et in Lithuania detecti, arista est glumâ suâ duplo longior. *Besser in litt.* Cls. *Spreng. S. V. p.* 240. AL. *fulvum Sm.*, *paludosum Palis.* et *aristulatum Mich.* ad A. *geniculatum* ducit. A. *fulvum Smith* e plurimis Germaniae regionibus haud ab A. *geniculato* L. diversum credit *de Schlechtend. Fl. berol. l. c.*

n. 211. TRICHODIUM.

S. V. II. p. 277. *Mant.* II. p. 156. n. 1. TRICHODIUM *caninum.*
Addatur synonymon:
AGROSTIS *canina Smith Engl. Fl. p.* 90. et hoc teste: AGR. *stricta Sincl.* 151. τῷ ζ: AGR. *mutica Huds.* 30. (excl. syn.), AGR. *tenuifolia Curt. Brit. Gr.* 42., AGR. *fascicularis Sincl.* 155.

Obs. Clis. *Mert.* et *Koch Deutsch. Fl. p.* 513. (qui genus TRICHODII non admittunt, uti etiam *Spreng. S. V.*), β est: aristâ brevi, altius dorso insertâ; γ nostrum: ζ, ad quod A. *vinealem Schleich.*, fid. specim., et *variantem Thuill.* trahunt; (quam prius ad A. *vulgarem* duxerant); δ

nostrum: ε est. A. *alpina Leyss.* et *Roth* illis *canina* in saxosis est, et A. *hybrida Gaud.* (fid. specim.) illis a *canina* nullo modo diversa videtur. A. *alpina Lejeune* nonnisi *caninae* varietas. Cls. *de Schlechtend.* in *Fl. berol.* p. 45. A. *caninae* 2. varietates distinguit: α *sylvaticam*; foliis culmeis planis, fasciculorum setaceis, paniculâ viridescente; β *aridam*; foliis omnibus setaceis, paniculâ purpurascente.

S. V. II. p. 278. *Mant.* II. p. 156. n. 3. TRICHODIUM *alpinum.* Addatur synonymon:

AGROSTIS *rupestris Mert.* et *Koch. Deutsch. Fl. p.* 514. *Conf. Bot. Zeit.* 1824. *S.* 479.

S. V. II. p. 279. *Mant.* II. p. 156. n. 4. TRICHODIUM *rupestre.* Addatur

Obs. Cli *Mert.* et *Koch Deutschl. Fl. p.* 515. sub AGROSTI *alpina* citant A. *alpinam Scop. carn.* p. 60; sed *Host in Synopsi alpinam Scop.* nil nisi *caninam* esse affirmat. Hujus speciei β *Gaud.* vix firmam sistere varietatem, nec hujus loci videri A. *filiformem Vill.*, utpote plantam annuam e planitie. TRICHODIUM *flavescens* illis, cum *Hoppe*, hujus speciei γ est. Clo. *Spreng. S. V. p.* 259. huc spectare videtur: A. *setifolia Brot.* et *glaucina Bast.*

S. V. II. p. 280. *Mant.* II. p. 156. n. 6. TRICHODIUM *flavescens* AGR. *alpinae Mert.* et *Koch Deutschl. Fl.* p. 516. γ. est.

S. V. II. p. 280. *Mant.* II. p. 156. n. 7. TRICHODIUM *setaceum.* Addatur synonymon:

AGROSTIS *setacea Smith Engl. Fl.* p. 91., qui in *synonymis Wither.* et *Huds.* synonyma excludi jubet.

Mant. II. p. 157. n. 7 b. TRICHODIUM *pusillum van Hall*; glumis carinâ scabris; corollâ infra medium aristatâ; aristâ geniculatâ albâ; foliis radicalibus setaceis; ligulâ foliorum inferiorum obtusâ, superiorum multifidâ; radice repente. *van Hall Flor. Belg. sept.* I. *p.* 56. AGROSTIS *pusilla Dumortier Agrost. belg. tent. p.* 129.

Panicula pallide virens. Medium TR. *setaceum* inter et *glaucinum*; a priore radice repente, a posteriore glumis scabris diversum. *van Hall.* *In sabulosis prope Arnhem.*

S. V. p. 281. *Mant.* II. p. 157. n. 9. TRICHODIUM *rubrum.* Addatur:

Obs. Mert. et *Koch Deutschl. Fl. p.* 507. idem dicunt cum AGR. *vulgari*, assentientes clo *Wahlenb. l. c.*; attamen clo *Trinius Icon. gram.* t. 34. AGROSTIS *rubra* iterum species propria est.

S. V. II. p. 282. n. 11. TRICHODIUM *hybridum Gaud.* clis. *Mert.* et *Koch* nonnisi *caninum* est in *Deutschl. Fl. p.* 513.

Mant. II. p. 157. n. 11 a. TRICHODIUM *diffusum Link* clo *Spreng. S. V.* p. 257. ad AGROST. *vulgarem* pertinere videtur.

n. 11 c. TRICHODIUM *effusum Link*; culmo basi radicante, glabro; vaginis laxiusculis, glabris; ligulâ obtusâ; foliis angusto-linearibus, brevibus; paniculâ laxiusculâ, erectâ; pedicellis vix incrassatis; calyce corollâ duplo fere lon-

giore, acutissimo; corollae valvulâ inferiore basi pilosâ, nervosâ, apice bisetosâ: aristâ flexuosâ, calyce sesquilongiore. AGRAULUS *anemagrostoides* *Trin.* in *Spreng. n. Entd.* II. p. 56. et hoc teste: ALOPECURUS *effusus* et AGROSTIS *alopecuroides* *Link.* AGROSTIS *effusa* *Spreng. S. V. p.* 260.

Radix fibrosa. Culmus dodrantalis, $1\,{}^{1}/_{2}$ ped., ad nodos inferiores radicans, ad reliquos 5-7 geniculatus, teres, superne nudus. Vaginae internodio breviores, striatae. Ligula oblonga. Folia plana, erecta, glabra aut scabriuscula. Panicula digitalis et ultra, multiflora; rhachi glabrâ; ramis semiverticillatis, subternis, erecto-patulis, apicem versus ramosis, hispidis. Locustae pallide virides aut fuscescentes. Calycis glumae carinâ hispidulae. Corollae callus antrorsum in rudimentum cylindricum productus, utrinque brevi-piliferus. Valv. infer. tenuissime membranacea, 5-nervis, nervis 2 in setulas productis; arista infra medium aut mediae valvulae affixa, parum tortilis; valvula superior obsoleta. Ovarium oblongum. Antherae lineares, cuspidatae, sub lente barbulatae. *Trin.* *In Lusitania.*

Mant. II. p. 159. n. 13 c. TRICHODIUM *noveboracense;* paniculae laxae ramis alternis, subfasciculatis, capillaribus calycibusque aequalibus glaberrimis; foliis angustis, flaccidis vaginisque glabris; ligulâ elongatâ obtusâ. AGROSTIS *noveboracensis* *Spreng. S. V. p.* 60.

In sylvis noveboracensibus *Torr.*

S. V. II. p. 283. *Mant.* II. *p.* 159. *n.* 14. TRICHODIUM *elegans.* Addatur synonymon:

AIRA *pulchella* *Presl* *Fl. sicul.?* *Spreng. S. V. p.* 257. AGROST. *elegantem* *Thore* synonymon AGR. *capillaris* *Smith* dicit.

S. V. II. p. 283. *Mant.* II. p. 159. *n.* 15. TRICHODIUM *algidum.* Addatur synonymon:

PHIPPSIA *algida* *R. Brown* *Suppl. Parry's Voy. p.* 185. *n.* 55. AGR. *algida* *Soland.* in *Phipps. Voy. p.* 200.

Gramen biunciale, glaberrimum, cespitosum. Culmi ipsâ basi divisi, ibique vaginis scariosis tecti. Folia linearia, obtusiuscula, laevia: ligula brevis, obtusissima, indivisa; vagina laxiuscula, integra, ipso apice tantum fisso. Panicula coarctata, ramis semiverticillatis, paucifloris, laevibus. Locustae uniflorae. Gluma nana, bivalvis, inaequalis; valvulae muticae, obtusiusculae, concavae, haud carinatae, integrae, membranaceae: inferior minor enervis, superior plus duplo major, ipso perianthio triplo circiter brevior, obsolete uninervis; ambae saepissime cum rhachi persistentes, inferiore quandoque decidua. Perianthium intra glumam brevissime pedicellatum: valvula inferior concava, ovato-lanceolata, trinervis, nervorum dimidio inferiore hispidulo; superior ejusdem fere longitudinis et latitudinis, sed diversae figurae, obtusa, 3-4-den-

tata, binervis, nervis hispidulis a basi sursum paulo divergentibus, ipsâ basi subapproximatis. Lodiculae 2, subovatae, membranaceae, indivisae, glabrae. Stamina 1-3. Stigmata 2, sessilia, longa, hyalina, ramulis simplicibus. Caryopsis ovali-oblonga, teres, exsulca, stigmatibus emarcidis diu coronata. Haec e specim. e *Melville Island*; species autem variat perianthii nervis laevibus, staminibus 2, et quandoque 1, nervo alteri valvulae superioris perianthii opposito. *In terra Tschutski* a Dav. *Nelson* lecta fuit varietas (?) insignis duplo major, culmis ramosis, foliis laxioribus aliisque notis diversa, sed vix distincta species. *R. Br.*

Obs. In icone *Wahlenb. Lapp.* t. 1. perianthium pro gluma, omnino praetervisâ, depictum, et lodicula, perperam indivisa et aucta, pro perianthio univalvi. *R. Br. Char. gen.* Phippsiae a clo *R. Brown* datus, sequens: „*Gluma* uniflora, abbreviata, inaequivalvis. *Perianthium* muticum, obtusum, imberbe; valvulâ superiore nervis sursum divergentibus. *Lodiculae* 2. *Stam.* 1-3. *Stigm.* 2 sessilia. *Caryopsis* libera, teres, exsulca. „E graminibus unifloris proxime accedit Vilfae et Colpodio, affinitatem habet etiam cum Schmidtia vel Coleantho, cui certe gluma nulla et perianthium bivalve, probante valvulâ superiore binervi; inter genera locustis bifloris affinis est Catabrosae, conveniens glumis abbreviatis, perianthiis obtusis concavis et foliorum vaginis apice tantum fissis; differt locustis unifloris, caryopse terete, nec lateraliter compressâ. *R. Br.*

n. 15 a. Trichodium *clavatum*; culmo erecto, compressiusculo; foliis linearibus, scabris; ligulâ oblongâ, exsertâ; paniculâ erectâ, laxiusculâ, apice nutante: ramis semiverticillatis; pedicellis clavato-incrassatis; calycis glumis acutis, apice hispidis, subinaequalibus; cor. valvulâ inferiore muticâ, superiore minore, dilatatâ, truncato-emarginatâ. Agrostis *clavata Trin.* in *Spreng. n. Entd.* II. *p.* 57.

Culmus 1 ½ ped., tenuis, striatus, superne nudus. Vaginae internodio plerumque breviores, arctiusculae, striatae, glabrae. Ligula acutiuscula. Folia plana, acuminata. Panicula digitalis, rhachi flexuosâ, scabrâ. Rami 3-4, apicem versus ramosi, hispidi; ramulis parum patulis. Locustae parvae, virides. Calyx longitudine corollae. Cor. membranacea, lanceolato-oblonga, acutiuscula; callus parvus epilis; valv. inferior 3-nervis. Lodicula nulla. Semen oblongum, utrinque attenuatum. *Trin.* *In Kamtschatka.*

n. 213. SACCHARUM *).

S. V. II. p. 286. n. 6. Saccharum *arundinaceum.* Addatur:

Obs. Huc a clo *Spreng. S. V. p.* 281. trahuntur: Sacch. *exaltatum Roxb.*, Andropogon *caricosus L.* et Panicum *holooides Roxb.*, ultimum tamen cum?

S. V. II. p. 288. n. 14. Saccharum *ternatum Spreng.*; spicis subternis, erectis; flosculis longissime lanatis: perfecto aristato: neutro subunivalvi acuto; foliis abbreviatis, glabris; vaginarum ore barbato. *Sprengel S. Veg. p.* 283.

In Monte Video.

*) Cls. *Spreng.* in *S. V. p.* 281 etc. sub Saccharo iterum conjungit Imperatam, Tricholaenam et Erianthum.

n. 213 a. TRICHOLAENA.

S. V. II. p. 285. *Mant.* II. p. 165. *n.* 1. Tricholaena *micrantha.* Addatur synonymon:

Panicum *Teneriffae Spreng. S. Veg.* p. 315., qui etiam huc citat Agrost. *plumosam Tenor.*; et glumas calycinas culturà aequales fieri adnotat.

Mant. II. p. 164. n. 3. Tricholaena *semidecumbens* clo *Spreng. S. V. p.* 281. synonymon Imperatae *spontaneae.*

n. 214. IMPERATA.

S. V. II. p. 288. *Mant.* II. p. 165. n. 1. Imperata *arundinacea.* Addatur:

Obs. Opiz in *Verzeichn. p.* 190. ab hac distinguit Saccharum *cylindricum Sieb. Herb. Cret.* nomine Imperatae *Sieberi;* paniculâ abbreviatâ, coarctatâ; foliis abbreviatis, planis, margine scabris; geniculis glabris; et eam differre dicit ab I. *arundinacea,* foliis abbreviatis planis; ab I. *Thunbergii* et *Königii* vero geniculis glabris. *Opiz.* *In Creta.*

S. V. II. *p.* 289. *Mant.* II. *p.* 165. *n.* 2. Imperata *Thunbergi* clo *Spreng. S. Veg.* p. 281. synonymon Sacchari *proceri Roxb.*

n. 215. ERIOCHRYSIS.

S. V. II. *p.* 290. *Mant.* II. *p.* 166. *n.* 1. Eriochrysis *cayennensis.* Addatur synonymon:

Dict. Sc. n. natur. 12 *Cah.* Panicum *Lagopus Willd. Herb.* fid. *Spreng. S. V. p.* 265.

n. 216. PASPALUS.

S. V. II. p. 293. n. 8 a. Paspalus *montevidensis Spreng.*; rhachi planiusculà, glabrâ; flosculis 3-serialibus, oblongis; valvis externe transverse còstatis; spicis basi barbatis; foliis vaginisque hirsutis. *Spreng. S. V. p.* 246.

In Monte Video. Sello.

S. V. II. *p.* 295. *n.* 13. Paspalus *repens.* Addatur:

Obs. Huc a clo *Spreng. S. V. p.* 248. trahuntur: Ceresia *fluitans Ell.*, P. *mucronatus Mühl.* et P. *gracilis Rudge.*

S. V. II. p. 296. *Mant.* II. p. 167. n. 15. Paspalus *laevis* clo *Spreng. S. V.* p. 245. synonymon P. *laxi.*

n. 15 d. Paspalus *platyphyllus;* spicis paniculatis, approximatis; flosculis glaberrimis, lenticularibus; rhachi glabrà, angustà; foliis lato-lanceolatis, serrulatis; vaginis asperis, pilosis; culmo giganteo. P. *latifolium Spreng. S. V.* p. 248.

Nomen mutandum erat ob antiquiorem P. *latifolium Lecomte.* *In Brasilia.*

n. 15 e. PASPALUS *superbus* *Spreng.*; spicis fasciculatis, numerosissimis; flosculis subbiserialibus; calycibus sub apice setigeris; corollis acutis, barbato-villosis; culmo elato, compresso; foliis ensiformibus. *Spreng. S. V.* p. 248.

In Brasilia.

S. V. II. p. 298. n. 19. PASPALUS *parviflorus.* Addatur synonymon:

Spreng. S. V. p. 245. et hoc teste cum? P. *pilosus Roth.*

n. 19 b. PASPALUS *granularis Trin.*; culmo debili, filiformi, compressiusculo, sulcato; vaginis internodiis brevioribus, glabris; foliis linearibus, glabris; racemis binatis, divergenti-recurvis; rhachi angustissimâ, margine scabrâ; locustis minimis, biserialibus, oblongis, solitariis aut rarius binis. *Trinius* in *Spreng. n. Entd.* II. p. 47. MILIUM *setaceum König in Herb. Jacq.* ex *Herb. Banks.*

Culmus prostratus?, geniculatus, ped., inferne florifero-ramosus, superne nudus. Vaginae laxiusculae, superne paulo tumentes, striatae. Ligula membranacea, oblonga, truncata. Fol. 1 1/2 poll., lin. lata, plana, apice attenuata, nervo medio percursa, erecto-patula; supremum brevissimum et tenuissimum. Racemi 1 1/2 poll., tenues, brevi-pedicellati. Rhachis partialis linearis, plana, nervo percursa, vix flexuosa. Locustae pallidae, glabriusculae, pedicellis ipsarum longitudine. Calyx membranaceus, corollam aequans: glumis obtusiusculis, subaequalibus, inferiore 5-7, superiore 3-5-nervi. Corolla oblonga, nitida, laevis, acutiuscula. *Trin.* qui conferre jubet P. *multicaulem Poir.*, quem *Spreng.* in *S. V. p.* 244. cum? hic trahit. *In India orientali.*

S. V. II. p. 298. *Mant.* II. p. 169. n. 21. PASPALUS *conjugatus.* Addatur synonymon:

Obs. Spreng. S. V. p. 244 a P. *conjugato* distinguit P. *ciliatum Lam.*, spicis binatis, alternis; rhachi planâ, angustâ; flosculis orbiculatis, biserialibus, basi longe villosis: foliis vaginisque ciliatis; et cum hoc conjungit P. *africanum Pali s.*

S. V. II. *p.* 300. *n.* 23 a. PASPALUS *barbatus*; culmo compresso, glabro, nodo unico barbato; vaginis ad culmi basin confertis, distichis, compressis, glabris; foliis oblongo-lanceolatis, supra pilosulis, margine ciliatis; spicis duabus, binatis, linearibus; rhachi compresso-triangulâ, glabriusculâ; locustis oblongis, acutis; calycis glumis dissite pubescentibus, corollâ longioribus; corollae valvulâ inferiore apice barbatâ. HELOPUS *barbatus Trinius* in *Spreng. n. Entd.* II. *p.* 49. *Spreng. S. V.* I. p. 244. cum ad *vaginatum* ducit.

Radix fibrillae breves, ramosae, tortiles, spadiceae. Culmus erectus, ped., strictiusculus, striatus, nodo ramiferus, superne filiformis et nudus. Vaginae ad basin culmi 5-6, sensim

longiores foliisque longioribus terminatae atque hiantes, striatae, faucem versus dorso carinato-connatae: unica ex nodo culmi multo longior. Ligula obsoleta. Folia digitalia et breviora, patentia, plana, apice obtusissima, striata, nervo medio tenui. Spicae erectae, terminales, sessiles, 2-poll., pallidae. Rhachis margine membranaceo (flosculorum latitudine) demum ad locustarum insertionem ita evanescente, ut locustarum altera paginae rhacheos externae, altera (alternans) internae affixa videatur. Locustae secundae, alternae, biseriales, brevissime pedicellatae. Calyx membranaceus; glumae subaequales, binerves, ad nervos subangulatae. Corolla cartilaginea, oblonga, obtusissima, albida, tenuissime punctulata, glaberrima: valvula inferior aristae loco apice fasciculo pilorum coronata. *Trinius.* *In Insula Borbonia.* *Herb. Jacq.*

S. V. II. p. 300. n. 24. PASPALUS *furcatus.* Addatur synonymon:

Spreng. S. V. p. 244. et hoc teste: P. *vaginatus Ell.*

S. V. II. p. 300. *Mant.* II. p. 169. n. 25. PASPALUS *platycaulis.* Addatur synonymon:

P. *laticulmum Spreng.* l. c. p. 245.

S. V. II. p. 303. n. 30 a. PASPALUS *suffultus Mik.*; culmo erecto, glabro, basi compresso; foliis glabris, rigidis; spicis paniculatis, confertis, subfastigiatis; rhachi flosculis angustiore; locustis solitariis biserialibus, dissitiusculis, lineari-oblongis, glabris; corollis tenuissime punctulatis. *Trinius in Spreng. n. Entd.* II. p. 46.

Radix e rhizomate crasso squamato; fibrae validae, flexuosae, simpliciusculae, ferrugineae. Culmus 3 ped., firmus, basi crassitie pennae anserinae, medio florifero-ramosus, superne teres et nudus, ad nodos tumescens et curvulus potius quam geniculatus; ob folia pauca ac brevia culmi scapum refert. Vaginae internodiis paulo breviores, laxae, apice hiantes, subancipite-compressae, striatulae, glabrae, firmae, uti tota planta. Ligula callus brevissimus, semilunaris. Folia radicalia plurima, fasciculata, culmo plus 4-plo breviora, linearia, compressa, expansa, 3 lin. lata, obtusa, incurvo-patula, tenuissime striata; culmea breviora. Panicula e spicis 8-14, spithamaeis. Rhachis communis brevis, sulcato-angulata, glabra. Spicae singulae sessiles, solitariae s. binae, angustissimae; rhachi flexuosâ, glabrâ, dorso planâ, nervo dilatato percursâ, infra subtriangulari floriferâ. Locustae alternae, brevissime pedicellatae et pilo uno alterove ipsas subaequante suffultae. Cal. membranaceus, corollam aequans; glumis acutiusculis, bicostato-angulatis. Corolla obtusiuscula, fulva, nitida. *Trin.* *In Brasilia. Mikan.*

S. V. II. 303. *Mant.* II. p. 169. n. 32. PASPALUS *annulatus.* Deleatur synonymon:

HELOP. *pilosi Trin.* et addatur: HELOPUS *laevis Trinius in Spreng. n. Entd.* II. p. 49.

Mant. II. p. 171. n. 35 b. PASPALUS *nematodes.* Addatur synonymon:

DIGITARIA *Roxburghii Spreng. S. V.* p. 270.

S. V. II. p. 306. n. 36 a. PASPALUS *platensis Spreng.*; rhachi dilatatâ, glabrâ; flosculis sub-4-serialibus, compressis, 3-nerviis, longe pilosis; spicis crassis, remotis; culmo foliisque glabris. *Spreng. S. V.* p. 247.

In Monte Video.

S. V. III. p. 306. *Mant.* II. p. 171. n. 38. PASPALUS *setaceus.* Addatur:

Obs. Etiam *Spreng. S. V.* p. 243. P. *setaceum Mich.* et *ciliatifolium Mich.* diversas species esse jubet, et ad priorem P. *pubescentem Mühlb.* ad alterum vero P. *pubescentem Willd.* citat; P. *pubescentem Mühlb.* tamen iterum cum P. *leptostachyo Decand.* p. 244. ad P. *hirsutum Retz.* trahit.

S. V. III. p. 307. *n.* 39. PASPALUS *infirmus.* Addatur synonymon:

P. *debile Spreng. S. V. p.* 243. et hoc teste: P. *spathaceus Poir.*

S. V. II. *p.* 879. *n.* 45 a. PASPALUS *milioideus.* Addatur synonymon:

PASP. *miliaceum Spreng. S. V.* p. 247.

S. V. II. p. 310. n. 48. PASPALUS *Boscianus.* Addatur synonymon:

PASP. *purpurascens Ell.* fid. *Spreng. S. V. p.* 247.

Mant. II. p. 174. n. 49 b. PASPALUS *eriophorus*; spicis binatis, alternis; rhachi angustâ; flosculis quadriserialibus, ovatis, acutis, uninervibus, lanatis; foliis latiusculis, undulatis, glabris. PASP. *lanatum Spreng. Cur. post. p.* 30.

In Rio-grande. Sello. Nomen mutandum erat ob antiquiorem P. *lanatum Humb.* et *Bonpl.*

Mant. II. p. 174. n. 57 a. PASPALUS *inaequalis.* Addatur synonymon:

DIGITARIA *inaequalis Spreng. S. V.* p. 271.

Mant. II. p. 175. n. 58 a. PASPALUS *longifolius.* Addatur:

Obs. Spreng. S. V. p. 249. P. *longifolium Roxb.* ad P. *quadrifarium Lam.* ducit, quem sequentibus a P. *virgato* distinguit: P. spicis numerosissimis, undique confertis, abbreviatis, flexuosis; rhachi angustâ, longe pilosâ; flosculis 4-serialibus, subrotundis, compressis, glabris; vaginis laxis foliisque laevibus.

Mant. II. p. 176. n. 60 a. PASPALUS *dasyphyllus Ell.* clo *Spreng. S. V.* p. 245. synonymon P. *macrospermi.*

n. 60 b. PASPALUS *lanceolatus Mik.*; culmo simplici, fere ad apicem vaginato, glabro, vaginis compressis, laxiusculis, ad oram villoso-pilosis; foliis lanceolatis margine hi-

spidis; paniculâ e racemis approximatis, basi villis barbatis; rhachi flosculis angustiore; locustis 4-serialibus, binis, oblongis, glabris. *Trinius in Spreng. n. Entd.* II. p. 48., qui eundem nunc in *S. V.* I. *p.* 249. ad P. *densum Poir.* ducit.

P. *laxo Lam.* affinis. Culmus (abscissus) 2-ped., crassitie pennae corvinae, subangulato-teretiusculus, striatus, ad nodos leviter geniculatus. Vaginae inferiores internodio breviores, superiores eodem longiores, carinatae, striatae, ad marginem fissurae superne pubescentes, praesertim ad ligulam brevissimam semilunarem villoso-pilosae. Folia acuta, plana, basi attenuata culmum amplectentia, medio $^1/_2$ poll. latiora, tenuissime striata, nervo albo splendente, firma, vix scabriuscula, inferne margine crenulato-hispida. Panicula fere spithamaca, recta, e racemis 12-15 patulis, saepe curvulis. Rhachis communis sulcato-trigona, apice flexuosa, glabra. Racemi inferiores breviter pedunculati, dissitiusculi, digitales; superiores sessiles, confertiores, 1 $^1/_2$ poll. Rhachis partialis flexuosula, glabra, dorso convexa. Locustae subimbricatae, parvae, e viridi et purpureo variae. Pedicelli fere locustarum longitudine, angulati. Calyx membranaceus, obtusiusculus, corollam aequans: gluma inferior uninervis, superior trinervis. Cor. oblonga, acutiuscula, laevissima, virescens. *Trinius.* *In Brasilia.* *Mikan.*

S. V. II. p. 880. n. 62 a. PASPALUS *melanospermus* clo *Spreng.* *S. V.* p. 247. synonymon P. *lentiferi.*

Quid PASPALUS *angustifolius* (cujus nomen mutandum ob P. *angustifolium Le Comte*), *canescens*, *complanatus*, *erianthus*, *eucomus*, *exasperatus*, *fastigiatus*, *flaccidus*, *hyalinus*, *ovatus*, *pectinatus*, *pellitus*, *polyphyllus*, *pyramidalis*, *ramosissimus*, *riparius*, *scutatus*, *serpens*, *tener* *Nees ab Esenb.* in *Martius Prodr. Fl. brasil. ined.!*

n. 217. AXONOPUS.

S. V. II. p. 317. n. 1. AXONOPUS *digitatus.* Addatur synonymon:
DIGITARIA *jamaicensis Spreng. S. V. p.* 272.

S. V. II. p. 318. *n.* 4. AXONOPUS *aureus.* Addatur synonymon: DIGITARIA *aurea Spreng. S. V. p.* 272. et hoc teste: CABRERA *chrysoblepharis Lag.* et PANICUM *pulchrum Willd. Herb.*

n. 218. MILIUM.

Mant. II. p. 178. n. 3 a. MILIUM *scabrum Merlet;* radice annuâ; culmo vix pedali, scabro; limbo foliorum (excepto superiore brevissimo) vix sesquiunciali, lineam lato; paniculae vix sesquiuncialis ramis erectis confertis rhachique scabris; flosculo calyce breviore. *van Hall Flor. belg. sept.* I. p. 58 et hoc teste: *M. scabrum Merlet de la Boull. herbor. dans le Dép. de Maine et Loire.*

M. *confertum* L.? *Willd.* (certe) M. *vernale van Hall.* *Spec. bot. p.* 32. *S. V. ed nostr. Mant.* II. p. 177. *Obs.*

M. *vernale M. Bieb.* differt a nostro culmo foliisque majoribus, paniculae ramis plurimis, patentibus; glumis magis scabris, totâ scilicet externâ superficie tuberculatâ, apice acutioribus fere acuminatis. *van Hall.* *In Belgii collibus sabulosis ad littora maris prope Overveen, in Gallia.*

S. V. II. p. 250. *Mant.* II. p. 278. n. 6. MILIUM *capillare* a *Spreng. S. V.* p. 250 synonymon M. *tomentosi* dicitur.

S. V. II. p. 320. *Mant.* II. p. 178. n. 7. MILIUM *amphicarpon.* Addatur synonymon:

Trinius in *Spreng. n. Entd.* II. p. 50.

Flores paniculae magnitudine Milii nostratis at paulo longiores, acuti, virides, glaberrimi. Pedicellus subclavatus, dissite hispidus. Cal. herbaceus, corollam aequans, vix eâ longior, clausus: glumis aequalibus, 5-nervibus, ellipticis, acutis, inferiore aliquantulum longiore. Corolla congenerum, inclusa, elliptica, acuta, compressiuscula, coriaceo-chartacea, glaberrima: valvula inferior obsolete trinervis, superior aequilonga. Lodiculae squamae obtusae, emarginatae, ovario subturbinato breviores. Styli 2 elongati. Stigmata exserta, brevia, pectinata, atropurpurea. Filamenta 3. *Flores radicales* magnitudine pisi minoris, orbiculato-oblongi, acuminati, glabri, pallidi, in singulis pedunculis (digitalibus aut brevioribus) solitarii. Calyx membranaceus, corollâ brevior et angustior: glumis multistriatis; inferiore paullo longiore, lineari-oblongâ, obtusiusculâ; superiore lanceolato-oblongâ, acutâ. Cor. brevipedicellata, glabra, coriacea; valvis oblongis, acuminatis, concavis, alterâ alteram obvolvente. Semen oblongum, obtusum, apice stylorum basi coronatum, arctissime inclusum. *Trinius.*

n. 7 a. MILIUM *natans Spreng.*; paniculâ erectâ, patente, vaginatâ; flosculis obtusis, nervosis, dioicis; foliis cuspidatis vaginisque glabris; culmo radicante, natante. *Spreng. S. V.* p. 250.

Rio de la Plata. Sello.

S. V. II. p. 321. n. 12. MILIUM *velutinum* a clo *Spreng. S. V.* p. 272. ad DIGITARIAM *ciliarem* trahitur.

S. V. II. p. 322. n. 14 a. MILIUM *roseum Spreng.*; paniculae pyramidatae ramis capillaribus, glabris; calycibus coloratis, glaberrimis; foliis vaginisque laevibus; culmo erecto. *Spreng. S. V.* p. 251. PANICUM *roseum Herb. Willd.*

In insulis Mascarenis.

n. 220. ECHINOLAENA.

S. V. II. p. 322. *Mant.* II. p. 179. n. 2. ECHINOLAENA *scabra.* Addatur synonymon:

Panicum *Echinolaena Nees ab Esenb. Mart. Prodr. Fl. brasil. ined.*.

n. 221. ERIANTHUS.

Mant. II. p. 180. n. 7. Erianthus *strictus.* Addatur synonymon:

Saccharum *Baldwini Spreng. S. V. p.* 282.

S. *V.* II. p. 324. *Mant.* II. p. 180. n. 9. Erianthus *floridulus Labill.*; paniculae ramis racemoso-spicatis, fastigatis; flosculis geminis, aristatis, inaequaliter pedunculatis; culmo elato; foliis latiusculis serrulatis. Saccharum *floridulum Labillard. Spreng. Cur. post.* p. 33.

In Nov. Caledon.

n. 221 a. CENTROPHORUM.

Mant. II. p. 180. n. 1. Centrophorum *sinense, Trin. Icon. gram. t.* 8 et 9. cui Raphis *trivialis Lour.*. Clo *Sprengel* in *curis posterioribus p.* 22. delendum videtur, utpote idem cum Andropogone *aciculari.*

n. 223. POLYPOGON.

Mant. II. p. 181. n. 1 a. Polypogon *tataricus Fisch.* est P. *maritimus* fid. *Trin. in Spreng. n. Entd.* II. *p.* 46.; P. *monspeliensis* (suadd. *Mert.* et *Koch Deutsch. Fl. p.* 497).

S. *V.* II. p. 326. *Mant.* II. p. 181. n. 3. Polypogon *maritimus.* Addatur synonymon:

Alopecurus *paniceus* L. fid. *Besser in litt.* et *Mert.* et *Koch Deutsch. Fl. p.* 498. et *Spreng. S. V.* p. 242. et hoc teste: Polyp. *pumilus Clark.*

In paludibus maritimis prope Porto Torres Sardiniae; P. *monspeliensis* vero ad *rivulos aquae non salsae. Badaro.*

Obs. Cel. *Smith in Engl. Fl. p.* 85. Alopecurum *paniceum* L. et Cynosurum *paniceum* L. et *Barrel Ic. t.* 115. *f.* 1. levem varietatem β Polyp. *monspeliensis* dicit.

S. *V.* II. p. 327. n. 9. Polypogon *intermedius Carmich.*; paniculâ coarctatâ, lobatâ; glumis subulatis, pubescentibus; setâ perianthii terminali, valvulâ quadridentatâ breviore. *Carmichael Flora of Tristan da Cunha in Linn. Trans.* XII. 2. *p.* 504. Phalaris *mollis Aub. de Pet. Thouars Flore de Tristan d'Acugna in Mélang. de Bot. p.* 37.?

Culmi plurimi, 1-2 pedales, fasciculati, adscendentes. Folia linearia, glabra; vaginis glabris, supremâ ventricosâ. Pani-

cula vix omnino exserta, nutans. Caespites patuli. *In insulae Tristan da Cunha depressis.*

n. 10. Polypogon *subspathaceus Requ.;* paniculâ ovatâ, laxâ, basi inclusâ; glumis apice dilatatis, bifidis, nitentibus, valde ciliatis, longe aristatis. *Requien in Annal. d. Sc. natur.* 1825. *Août.*

In Ins. Laveiro prope Bonifacio Corsicae.

n. 223 a. XYSTIDIUM.

Mant. II. *p.* 183. n. 1. Xystidium *maritimum* a clo *Spreng. S. V.* p. 239 synonymon Perotis *rarae* dicitur.

n. 224. PIPTATHERUM.

S. V. II. p. 329. *Mant.* II. *p.* 184. n. 5. Piptatherum *punctatum.* Addatur synonymon:

Helopus *pilosus Trinius* in *Spreng. n. Entd.* II. p. 49.
An Helopus *punctatus Nees ab Esenb.* in *Martius Prodr. Fl. bras. ined.?*

S. V. II. p. 330. n. 7. Piptatherum *mexicanum;* paniculae erectae ramis flexuosis; valvis calycinis coloratis, scariosis, erosis; aristâ corollae flexuosâ, elongatâ; foliis angustissimis, glabris; ligulâ ovatâ. Milium *mexicanum Spreng. S. V. p.* 251. Avena *stipoides Herb. Willd.*

In Mexico. Humboldt.

n. 225. ERIOCHLOA.

S. V. II. p. 330. n. 1 a. Eriochloa *brasiliensis Spreng.;* spicis conjugatis; rhachi filiformi, flexuosâ; flosculis alternis, remotiusculis, papilloso-pilosis; foliis convoluto-setaceis vaginisque hirsutis. *Spreng. S. V. p.* 249.

In Brasilia.

S. V. II. p. 331. n. 2. Eriochloa *polystachya.* Addatur synonymon:

Milium *polystachyon Spreng. S. V. p.* 251.

Mant. II. p. 185. n. 3. Eriochloa *Kunthii.* Addatur synonymon:

Paspalum *Meyerianum Spreng. S. V. p.* 248.

n. 225 a. MEROSTACHYS.

S. V. II. p. 331. *Mant.* II. p. 185. n. 1. Merostachys *speciosa. Spreng. S. V.* p. 249.

Gramen album, maxime singulare; foliis ovato-lanceolatis, petiolatis; ligulae loco e quovis nodo radiculis numerosis; spicà unilaterali, spithamaeà. *Spreng.* *In Brasilia.*

n. 226. S T I P A.

Mant. II. *p.* 186. n. 5 a. STIPA *melanocarpa.* Addatur synonymon:

ANDROPOGON *melanocarpus Ell. fid. Spreng. S. V.* p. 256, qui tamen *l. c. p.* 289 et ST. *melanocarpam Mühlenb.* et AND. *melanocarpum Ell.* ad suum CYMBOPOGONEM *melanocarpum* ducit.

S. V. II. p. 333. n. 7. STIPA *Lagascae.* Addatur

Obs. Conf. *C. a Hoffmannsegg 2ter Nachtr. p.* 215. A clo *Spreng. S. V. p.* 255. synonymon ST. *junceae* L. dicitur.

S. V. II. p 338. n. 24. STIPA *virescens* clo *Spreng. S. V.* p. 256 synonymon ST. *fimbriatae.*

S. V. II. *p.* 338. *n.* 26 a. STIPA *Redowskii Trin.;* culmo erecto, gracili; foliis linearibus, planis, superne filiformi-involutis; paniculâ subcontractâ, ramis scabris; calycis glumis corollâ longioribus, acutis, hispidiusculis; corollae valvulâ inferiore involutâ, villosâ; aristâ reflexâ, hispidâ, corollam duplo superante. *Trinius* in *Spreng. n. Entd.* II. p. 53.

Culmus 4 ½ ped., stricto-gracilis, teres, laevis, 5-6 nodis, inferne ad nodos purpurascens, superne filiformis. Vaginae internodiis longiores, infimae laxiusculae, superiores arctae, striatae, glabrae, purpurascentes, orâ utrinque barbulatae. Ligula obsoleta. Folia pedalia, erecta, carinata, striata, supra scabriuscula; superiora subappressa, paniculam aequantia. Panicula erecta, palmaris. Rhachis tenuis scabriuscula. Rami semiverticillati, ramulosi, purpurascentes. Locustae e spadiceo, purpureo et albo variae, parvae. Calycis glumae trinerves, inferiore paulo majore. Cor. stipiti brevissimo obconico, superne villis coronato, insidens; valvula inferior chartacea, subcarinata, pilis albis longis a basi ad imum vestita, subcylindrica, apice obtuso aristata; valv. superior paulo minor, angusta, subinvoluta, apice brevissime bidentata, glabra. Lodiculae squamae 3 hyalinae, lanceolatae, ovarium turbinatum aequantes. Antherae lineares, apice stellato-barbatae. *Trin.* *In Sibiria.*

n. 26 b. STIPA *splendens Trin.;* culmo glabro; foliis basi calloso-auriculatis, strictis, glabris; paniculae secundae, subcontractae ramis semiverticillatis, scabriusculis; calycibus splendentibus, variegatis, asperis; corollae valvulâ inferiore villosâ, apice emarginatâ; aristâ flexuosâ, parum tortili, flosculo duplo longiore. *Trin.* in *Spreng. n. Entd.* II. p. 54. AGROSTIS *longiaristata Herb. rossic.* et fid. *Spreng. S. V.* p. 256: STIPA *membranacea Pursh* (ST. *hymenoides S. V. ed nost.*, quam tamen jam sub MILIO *cuspidato* exhibuit.)

MANT. CLASS. IV. 37

MANT. CLASS. III. 40

Culmus 3-ped., teres, tenuissime striatus. Vaginae striatae, laeves, laxiusculae, superiores parum scabrae. Ligula oblonga, exserta, fissa. Folia inferiora plana, supra sulcato-striata et retrorsum scabra, dorso laeviter striato marginibusque glabra. Panicula circiter ped., multiflora. Rhachis striata, nunc glabra, nunc scabriuscula et tenuissime pubescens. Rami inferiores elongati, quaterni, superiores 2-3, parum flexuosi, erecti. Locustae e fusco et argenteo variae, squamarum piscinarum colore splendentes. Cal. membranaceo-chartaceus; gluma inferior minor, subtrinervis, corollâ brevior, superior 5-nervis corollam superans. Cor. brevissime stipitata, chartacea, cylindrica: stipite piloso. Valv. inferior obsolete nervosa, dorsi apice marginibusque villosa; superior angusta, acuta, integra, dorso villosa. Lodiculae squamae 3 lanceolatae, longitudine ovarii oblongi utrinque attenuati, hyalinae. Antherae lineares, apice stellato-barbatae. Variat pubescentiâ rhacheos, glabritie ramorum et glumarum saepius fere enervium. Proxima St. *Calamagrostis Wahlenb.*, a quâ differt situ et colore glumarum calycis. *Trinius.* *In Transbaicalensibus Sibiriae.*

S. *V.* II. p. 338. n. 27. Stipa *canadensis.* Addatur synonymon: *Richardson App. Frankl. Journ.* p. 3, et hoc teste: Oryzopsis *parviflora Nutt.* (fid. auct.)

S. *V.* II. *p.* 339. *Mant.* II. p. 188. n. 29. Stipa *hymenoides.* Addatur synonymon:
Milium *cuspidatum Spreng. S. V.* 251.

S. *V.* II. *p.* 340. post *n.* 33. Stipam *setaceam* inseratur:

n. 33. a. Stipa *verticillata Nees;* paniculae effusae ramis inferioribus verticillato-fasciculatis; calycibus angustissimis, acuminatis; aristâ longissimâ, flexuosâ, basi pubescente; foliis planiusculis; ligulâ nullâ. *Nees* in *Sieb. Agrost. n.* 64. *Spreng. cur. post.* p. 31.

In nov. Hollandia.

n. 33 b. Stipa *rudis Spreng.*; paniculâ contractâ, pauciflorâ; calycibus elongatis, linearibus, acuminatis, glabris. nervosis; aristâ validâ, tortâ, longissimâ; foliis convoluto-filiformibus. *Spreng. cur. post. p.* 31. St. *pubescens Nees* in *Sieb. Agrost. n.* 66.

In nov. Hollandia.

S. *V.* II. p. 340. n. 35. Stipa *ucranica Lam.* clo *Spreng. S. V. p.* 255. synonymon St. *junceae.*

n. 227. STREPTACHNE.

S. *V.* II. p. 341. n. 3. Streptachne *pilosa* clo *Spreng. S. V.* p. 257 synonymon St. *tenuis.*

n. 229. AGROSTIS.

S. V. II. p. 343. *Mant.* II. p. 189. n. 1. AGROSTIS *stolonifera.* Addatur

Obs. AGROSTIS *stolonifera Linn. Sp. Pl.* 93. et *Smith. Fl. brit.* p. 81. (cum tota *l. c.* adjecta synonymia, cui jungit etiam AGR. *albam Leers* 21. *t.* 4. *f.* 3. et POAM n. 1473 *Hall. Hist.* 225) ab ill. *Smith Engl. Fl. p.* 93. instar varietatis *β* nunc cum *alba* conjungitur. Erit ergo hic delenda, et hujus loco, tanquam species, ponenda AGROSTIS *verticillata Vill.*, uti jam in *adnot.* 1. ad AGR. *stoloniferam* proposuimus ad mentem cli *Bertoloni.* Ad hanc *verticillatam Vill.* spectat AGR. *verticillata Trin. Ic. gram. t.* 36, et, monente *Besser in litt.*, AGR. *densa M. a Bieb. Fl. taur. cauc. p.* 56, cui, ad specimina sibi a *Steven* missa, calyx obtusus, gluma inferior emarginata, cum mucrone, corolla vix calyce ⅓ brevior, et forte A. *stolonifera Auctor. Florarum Europae meridionalis. Spreng.* in *S. V. p.* 257 cum *stolonifera* conjunxit A. *verticillatam Vill.*, *densam M. a B.*, *diffusam Bess.* et *decumbentem Mühlenb.*.

n. 1 b. AGROSTIS *stolonizans Besser;* paniculâ coarctatâ; ramis laeviusculis, brevibus; culmis basi repentibus, obliquis; calycibus lanceolatis, aequalibus, carinâ scabris, corollae glumâ superiore duplo fere brevioribus; ligulâ oblongâ. *Besser in litt.* A. *stolonifera Jundzill Fl. lith.* ed II. p. 21. *Cat. H. Cremen.* 1816.

Calycibus nudis differt ab A. *stolonifera Sm.*, et corollae glumâ inferiore calyce vix breviore praeter defectum pubis ab A. *verticillata Vill.* Varietatibus A. *polymorphae Huds.* subjungit *Trinius:* ideo non est eadem cum A. *M. Bieb. Besser in litt.*, qui in *Galiciae, Volhyniae, Podoliae* et *Lithuaniae humidis* eandem invenit.

S. V. II. p. 346. *Mant.* II. p. 190. n. 5. AGROSTIS *capillaris.* Addatur synonymon:

Trinius Icon. gram. t. 25. *Dict. Sc. natur.* 8 Cah.

S. V. II. p. 346. n. 8. AGROSTIS *spuria* a cl. *Mert.* et *Koch Deutsch. Fl.* p. 521 jungitur cum A. *tenella* sub ARUNDINE *tenella.*

S. V. II. p. 346. *Mant.* II. p. 190. n. 9. AGROSTIS *alba.* Addatur:

Obs. Ab ill. *Smith* in *Engl. Flor. p.* 93. sub AGR. *alba:* paniculâ basi condensatâ; culmis asperis; calycis valvulis lanceolatis, carinâ setosis; stipulâ oblongâ costatâ; instar synonymorum adducuntur: A. *alba Linn. Willd.*, *Fl. brit.*, et *Engl. Bot. t.* 1189, *Schrad.* *α* et *β*.; A. *mutabilis Knapp t.* 28.; A. *polymorpha*, *ζ*, *palustris Huds.* 32.; A. *palustris Sincl.* 237.; A. *capillaris Leers*, (cum ?); A. *stolonifera latifolia. Sincl.* 113, etiam *aristata* 233. AGR. *hispida Willd.* vero ab illo ad AGR. *vulgarem* ducitur. Hujus *β* ab illo nunc sistitur: AGR. *stolonifera Linn.*, *Willd.*, *Fl. brit.*, *Engl. Bot. t.* 1532, *Mart. Rust.* 120, *Knapp t.* 27 et *t.* 116. (huc etiam *Svensk. Bot. t.* 581.); A. *polymorpha δ Huds.* 31; A. *alba Leers.* *γ* vero A. *sylvatica Linn.* et *Willd.*, et A. *polymorpha η Huds.* 32. *β*, seu A. *stoloniferam*, differre praecipue culmo magis radicante, subinde fluitante, monet, et potissimum paniculâ magis densâ, lobis paniculae conglomeratis, et calyce setoso, subinde etiam glabro. A. *coarctatam Ehrh.* sibi valde diversam videri, et differre: foliis angustis, involutis, stolonibus radicantibus et paniculâ rarâ gracili, et convenire cum A. *alpina Roth* (non *Willd.*). A. *alba* nunc A. *polymorpha* iterum dicitur a *Trinius ic. gram. t.* 31, 32. A *Mertens* et *Koch Deutsch. Fl. p.* 508. sequentes A. *albae* varietates ponuntur: *α.* A. *alba Linn.*; A. *stolonifera Host.*

α. *A. ambigua S. V. ed. n.* 19. — β *A. alba* β *Schrad.*; *A. decumbens Gaud.* (*fid. spec.*); *A. coarctata Hoffm.*; *A. capillaris Leers*; *A. varia Host.* (fig. sinistr.). — γ. *A. gigantea Gaud.* (nec *Roth*); *A. alba Hoffm.* — δ. *A. alba* γ *Schrad.*; *A. gigantea Roth*; (fid. spec.); *A. compressa Willd.* — ε. nostrum. — δ. nostrum (excl. *Leers.*). — ϑ. *A. pauciflora Schrad.*; *A. patula Gaud.* (utraque fid. spec.). *A. diffusa Host.* iisdem varietas major videtur, et *varians Host.* fig. dextr. *gigantea Host.* A clo *Spreng. S. V. p.* 257. sub *A. alba* junguntur: *A. sylvatica Willd.*, *gigantea Roth*, *compressa Willd.*, *dulcis Sibth.*, *rivularis Brot*, *coarctata Ehrh.* et *stolonifera Smith.*

n. 9 b. AGROSTIS *lithuanica Besser*; paniculae ramis hispidis; ramulis contractis; ligulà brevi. *Besser in litt.*

Differt ab affinibus A. *alba* et *hispida*: paniculà florente magis contractâ; a priori: culmis magis erectis, fol. angustioribus; ab alterà: paniculae ramis minus elongatis et brevibus mixtis, calycisque glumis latioribus, brevioribus, magis cuspidatis; ab A. *sylvatica* vero paniculae ramis elongatis, et vaginis foliorum brevibus, atque locustis semper? muticis. Et haec et *hispida* clo *Trinius* varietates A. *polymorphae Huds.* sunt. *Besser.* *In graminosis circa Vilnam.* Prof. *Wolfgang.*

S. V. II. *p.* 348. *n.* 11. AGROSTIS *tenuifolia.* Addatur synonymon:

Trin. Icon. gram. t. 35.

S. V. II. *p.* 348. *n.* 13. AGROSTIS *involuta* a clo *Spreng. S. V.* p. 257 ad A. *spicatam* trahitur.

S. V. II. p. 350. *Mant.* II. p. 192. n. 18. AGROSTIS *vulgaris.* Addatur synonymon:

Smith Engl. Fl. p. 91 et, hoc teste, τῳ α: A. *hispida Willd.* 1. p. 370, A. *capillaris Abbot* et *Roth Germ.* 2. p. 85, *Ehrh. Cal.* 71. *Mert.* et *Koch* in *Röhl. Deutschl. Fl. p.* 505, (qui, praeter *violaceam Thuill.*, etiam ejusdem *variantem* et *verticillatam* fide specim. huc ducunt.)

Obs. Ab hac omnino differt A. *capillaris L.* et *Smith*, quae ex Lusitania. *Smith.* AGR. *hispidam* aequo jure, ac *diffusam Host*, *giganteam Roth* speciem ab *alba* diversam sistere; differre enim ab *albae* β, quacum a *Willdenow* in *Enum.* et nobis in *S. V.* p. 347 confusa: culmis basi non radicantibus; fol. angustioribus; paniculae ramis omnibus elongatis, minus hispidis; locustis rarioribus; calycis pulchre purpureo-violacei glumâ inferiore apicem versus carinâ hispidulâ; corollae glumâ superiore dimidio inferiore breviore, et definiendam esse: A. paniculae ramis hispidiusculis; ramis patentibus elongatis; ligulâ brevi: *Besser in litt.* qui eandem in *Lithuania* a *Wolfgang*, et circa *Bialystock* a D. *Piper* repertam varietatem calycibus pallidioribus adnotavit. De *Schlechtend.* in *Fl. berol.* 1. *p.* 43. A. *vulgarem* sic exponit: β patula: paniculae diffusae ramis hispidis; foliis planis; ligulâ truncatâ; flosculis bivalvibus: valvulâ inferiore muticâ aut brevius aristatâ; radice stoloniferâ (A. *alba Schrad. Germ.*, *S. V. ed nostr.* (excl. forsan synon. et var.), A. *alba Willd. prodr. Fl. ber*, *Kunth Fl. ber.*, A. *stolonifera Willd Fl. ber.*, *Rebent. ind.* n. 74., A. *capillaris Willd.* l. c., A. *hispida Rebent. ind.* n. 73., A. *rubra Willd.* l. c., *Rebent.* n. 73., A. *compressa Rebent.* n. 70, A. *vinealis Rebent.* n. 71. α. *laxa*; major, ramis paniculae laxis; culmo altiore, tenuiore; tota minus hispida. β *rigida*, minor, ramis paniculae brevioribus rigidioribus, culmo breviore, validiore; tota magis hispida.

S. V. II. p. 352. n. 21. AGROSTIS *Juressi.* Addatur synonymon:

Trin. Icon. gram. t. 29.

S. V. II. *p.* 353. *Mant.* II. p. 194. n. 24. AGROSTIS *racemosa.* In descriptione in *S. V. l. c.* lege: glumae corollinae calycinis breviores, loco: longiores.

S. V. II. p. 353. *Mant.* II. p. 194. n. 26. AGROSTIS *aspera.* Addatur synonymon:

AGR. *cryptandra Torrey.* Confer AGR. *clandestinam.*

S. V. II. p. 354. n. 27. AGROSTIS *capensis* clo *Spreng. S. V.* p. 257 synonymon A. *spicatae.*

S. V. II. p. 355. n. 31. AGROSTIS *tremula.* Addatur

Obs. Cls. *Trinius* in *Spreng. N. Entd.* 2. p. 37. de A. *juncea Mich.* monet: „structura florum VILFAE, panicula verticillata patens COLPODIORUM; saepius in uno eodemque ramulo spiculae uniflorae et biflorae, tuncque polygamae.“ *Spreng.* in *S. V. p.* 257. huc ducit, praeter A. *junceam Lam.*, A. *indicam Mühlenb.*

S. V. II. p. 356. n. 32 a. AGROSTIS *brachystachys;* paniculâ glomerato-spicatâ, subsecundâ; glumis lanceolatis, acutis: inferiore minore; paleis glumisque dorso scabris; caule basi ramosissimo, decumbente; foliis brevibus, planis. VILFA *brachystachys Presl Fl. sicul.* 1. *p.* XLIV. CRYPSIS *alopecuroides Guss.*

In Sicilia.

S. V. II. p. 356. n. 33. AGROSTIS *spicata.* Addatur synonymon:

VILFA *spicata Trin. Icon. gram. t.* 2.

S. V. II. p. 356. *Mant.* II. p. 196. n. 35. AGROSTIS *coromandeliana.* Addatur synonymon:

VILFA *coromandeliana Trin. Icon. gram. t.* 11.

S. V. II. *p.* 357. *n.* 37. AGROSTIS *composita* clo *Spreng. S. V. p.* 258. eadem cum A. *virginica.*

S. V. II. p. 357. *Mant.* II. p. 196. n. 38. AGROSTIS *nutans* a clo *Spreng. S. Veg. p.* 258 cum? ad A. *indicam* ducitur.

S. V. II. p. 358. n. 44. AGROSTIS *lutosa.* Addatur synonymon:

POLYPOGON *littoralis Smith Comp. Fl. brit.* p. 13 et *Engl. Fl.* p. 86. *Mert.* et *Koch Deutsch. Fl. p.* 499

S. V. II. *p.* 361. *n.* 60. AGROSTIS *trichodes.* Addatur synonymon:

AIRA *trichodes Spreng. S. V.* p. 276.

S. V. II. p. 362. n. 61. AGROSTIS *elegans*. Addatur synonymon:

Trinius Icon. gram. t. 26.

S. V. II. p. 362. n. 62 a. AGROSTIS *domingensis;* culmis inferne ramosis, erectis, glabris; vaginis laxis, glabris, inferioribus ad oram pilosis; foliis rigidiusculis, glabris, glaucis; paniculâ contractâ, sublineari; pedicellis apice incrassatis; glumis calycinis inaequalibus: inferiore oblongâ, acutâ, corollâ dimidio breviore; corollinis subaequalibus, inferiore obtusâ emarginatâ. VILFA *domingensis Trinius* in *Spreng. n. Entd.* II. *p.* 59. *Trin. Icon. gram. t.* 24.

Radix fibrae longae, fasciculatae, validae. Culmi subadscendentes, $^1/_2$-1 ped., teretes, ad nodos laevissime geniculati, adultiores sub panicula nudi. Vaginae internodia subaequantes, subcarinatae et compressiusculae. Ligulae loco barba brevissima. Folia linearia, basi planiuscula, dein sensim involuto-attenuata, frontis basi pilo uno alterove e bulbulo oriundo adspersa: inferiora ultra palmaria, superiora poll. et breviora. Panicula digitalis, erecta. Rhachis angulata, glabra. Rami sparsi, erecti, glabri, mox supra basin ramulosi. Pedicelli brevissimi. Locustae deciduae, pallidae. Cal. chartaceus, glaber: gluma inferior dissitiuscula, enervis; superior corollam aequans, 1-nervis, acutiuscula. Cor. callulo suffulta; valv. infer. 1-nervis, acuta: superior latior, paulo brevior. Lodiculae squamae obtusissimae, breves, demum elongatae. Semen compressum, subrotundum, lateritium, lodiculae elongatae ope demum protrusum. *Trinius.* *In S. Domingo.*

S. V. II. p. 362. Sectioni: „b. ACHNATHERA" addatur:

Obs. Sectio satis heterogenea: A. *Calamagrostis* monente *Wahlenb.* potius STIPIS associanda; A. *lanceolata* immerito ab ARUNDINIBUS s. CALAMAGROSTIBUS remota; atque A. *sobolifera Mühlenb.* CINNIS *Pal. A. mexicanae* et *foliosae* nimis affinis, quam ut eam ab illis separare liceat. *Besser in litt.*

S. V. II. p. 362. *Mant.* II. p. 197. n. 63. AGROSTIS *Calamagrostis.* Addatur synonymon:

CALAMAGROSTIS *leucantha Delil.* fid. *Spreng. S. V. p.* 256.

S. V. II. p. 363. *Mant.* II. p. 197. n. 64. AGROSTIS *lanceolata.* Addatur:

Obs. Smith in *Engl. Fl. p.* 170. sub ARUNDINE *Calamagrosti, Linn., Schrad., Fl. Dan.* 280 et *Scheuchz Agr.* 124 laudat; et sub ARUND. *Epigejos* adnotat div. *Linn.* syn. *Scheuchz.* confudisse, quem plures auctores perperam secuti sunt; ad ARUND. *Epigejos* pertinet *Scheuchz Agr.* 122. *t.* 3. *f.* 3. *Prodr.* 21. *t.* 5. *Spreng.* in *S. V. p.* 252 sub CALAMAGROSTI *lanceolata* instar synonymi citat: CALAMAGR. (AGROST.) *ramosam* et AGROST. *villosam Vill.*

S. V. II. p. 364. n. 65. AGROSTIS *ramosa* ad A. *lanceolatam* pertinere videtur pluribus.

S. *V.* II. *p.* 364. *n.* 67. AGROSTIS *conspicua* clo *Spreng.* *S. V.* *p.* 263. synonymon A. *Forsteri.*

S. *V.* II. *p.* 367. *n.* 75 a. AGROSTIS *media Carmich.;* culmis filiformibus, ramosis; foliis setaceis; paniculâ simplici rarâ; glumis acutissimis, pubescentibus: carinâ longitudinaliter denticulatâ; perianthio sessili, imberbi: setâ terminali valvulam subaequante. *Carmich.* in *Linn. Trans.* XII. p. 504.

n. 75. b. AGROSTIS *Carmichaeli;* culmis filiformibus, ramosissimis; foliis setaceis; paniculâ simplicissimâ; glumis acutis, glabris: carinâ supra denticulatâ; perianthio glabro, sessili: setulâ apicis brevissimâ. A. *ramulosa Carmich.* l. c.

Cum praecedente *in editioribus montis insulae Tristan da Cunha*, cujus herbam praecipue sistit utraque.

S. *V.* II. p. 367. *Mant.* I. p. 198. n. 76. AGROSTIS *diandra.* Addatur:

Obs. AGROSTIS *diandra*, paniculâ elongatâ, ramis subalternis, brevissimis: florentibus adpressis, fructiferis patentibus; spiculis secundis, adpressis; foliis planis rhachique glaberrimis *Syllog. plant. nov.* in *bot. Zeit.* 1824 *p.* 193. *Hornem. H. hafn. p.* 73, ipsi auctori videtur diversa a *diandra* Retz. „Culmus 1-2-ped., etiam altior, trinodis, ad nodum primum ramosus, ad secundum subinde subramosus. Folia vix 1/3 longitudinis culmi, anguste lanceolata s. fere ensiformia, plana. Panicula pedalis et ultra: ramis alternis 2-3 poll., sursum sensim abbreviatis, ramulis paucissimis, adpressis. Flosculi adpressi, brevi pedicellati aut sessiles. Stigmata penicillata. Germen viride, apice rubrum. Stam. 2. „Si distincta species, *dianthera* fors dicenda. „*In India.*"

S. *V.* II. p. 368. *n.* 78. AGROSTIS *indica.* Post hanc inseratur:

n. 78 a. AGROSTIS *airoides Torr.;* paniculâ pyramidatâ, glabrâ; calycibus corollâ brevioribus: valvulâ alterâ acutâ, alterâ obtusâ; foliis linearibus, glabris; vaginis ore barbatis. *Spreng. cur. post.* p. 31.

Ad montes scopulosos Amer. bor.

S. *V.* II. *p.* 368. *n.* 79. AGROSTIS *purpurascens.* Addatur synonymon:

Spreng. S. V. p. 258, et hoc teste instar synonymi: A. *Sporobolus Spreng. nov. prov.* (*Mant.* II. *p.* 200.), et instar varietatis: A. *humifusa* (*S. V. ed nostrae p.* 361.)

S. *V.* II. p. 369. *Mant.* II. p. 199. n. 81. AGROSTIS *tenacissima.* Addatur synonymon:

A. *tenuissima Spreng. S. Veg.* p. 258.

n. 81 a. AGROSTIS *pernambucensis Spreng.;* paniculae erectae, fastigiatae, subcontractae ramis flexuosis; calycibus striato-nervosis, obtusiusculis, corollam aequantibus;

vaginis geniculisque villosissimis; foliis hirsutis. *Spreng. S. V. p.* 258.

In Brasilia, Pernambuco.

S. V. II. p. 369. *Mant.* II. p. 200. n. 82. AGROSTIS *clandestina* a clo *Spreng. S. V. p.* 258. cum A. *involuta Mühlenb.* ducitur ad A. *asperam.*

S. V. II. p. 370. n. 84. AGROSTIS *pallida.* Addatur synonymon:

Trin. Ic. gram. t. 30.

S. V. II. p. 371. n. 86. AGROSTIS *purpurea* clis *Mert.* et *Koch* in *Deutsch. Fl. p.* 395. varietas AGR. *Spicae Venti* est.

S. V. II. *p.* 371. *n.* 87. AGROSTIS *pauciflora Schrad.* clo *Spreng. S. V. p.* 259 synonymon TRICHODII *alpini.*

S. V. II. p. 372. *Mant.* I. p. 201. n. 91. AGROSTIS *tenuiflora.* Post hanc inseratur:

n. 91 a. AGROSTIS *caespitosa Torr.*; paniculae contractae pedicellis superne incrassatis; calycibus cuspidatis corollam superantibus, glaberrimis, coloratis; corollae scabrae aristâ elongatâ; culmo caespitoso; foliis distichis, rigidis, convolutis. *Spreng. cur. post. p.* 31.

Ad flumen Missuri.

S. V. II. *p.* 372. *n.* 92. AGROSTIS *oligantha.* Addatur synonymon:

POLYPOGON *pauciflorus Spreng. S. V.* p. 243.

S. V. II. p. 373. *Mant.* II. *p.* 201. *n.* 93. AGROSTIS *mexicana.* Addatur:

Obs. Arista, quam cl. *Martius* se vidisse asserit, est rudimentum flosculi aristaeforme, corollae glumae superioris dorso adjacens, illamque aequans, aut ⅓ minus, nec vero arista dorsalis: superne quidquam est crassius et hispidulum, atque proprio insidens callo. *Besser in litt.*

Mant. II. p. 203. n. 100. AGROSTIS *trichopodes* a clo *Spreng. S. V. p.* 261. synonymon A. *soboliferae* dicitur.

Mant. II. *p.* 203. *n.* 101. AGROSTIS *Torreyana.* Addatur:

Obs. Cls. *Spreng. S. V. p.* 258 hue ducit A. *brevifoliam Nutt.* An hujus loci COLPODIUM *compressum Trinius* in *Spreng. n. Entd.* II. *p.* 58, cui culmus 1½ ped., erectus, gracilis, ad medium usque vaginis tectus, compressus, superne obsolete nodosus. Vaginae distichae, compressae, superne patulae, internodio longiores, tenuissime striatae, margine asperae, cum foliis glaucescentes. Ligula obsoleta. Folia angusto-linearia, compressa, erecta, strictiuscula, firma, obtusiuscula, basi calloso-auriculata, glabriuscula. Panicula ultrapalmaris, erecta, aequalis, patula. Rhachis inprimis inferne flexuosa, sub lente pubescens, compressa. Rami solitarii, sparsi, tenues: inferiores adpressi et flexuosissimi; superiores patuli et patentes, mox supra basin ramosi, ramulis ramulosis, demum capillaribus, glabris. Locustae parvae, ex atropurpureo et spadiceo variae. Pedicellus apice clavatus. Calyx corollâ brevior: glumae oblongae, acutae,

1-nerves, glabrae, inferior paulo brevior. Cor. callulo stipitata: valv. infer. oblonga, obtusa et obtusissima, 1-3-nervis, ut calyx, chartaceo-herbacea; superior paulo longior, obtusa, apice subbiloba. Stigmata simpliciter ramosa. Ramis sparsis, nec verticillatis, VILFAE genuinae maxime affinis, et proxima COLPODIO *Steveni* paniculâ patente, et eâdem ratione calycis ad corollam, cum haec apice tantum hyalina, obtusa, sed minus emarginata. *Trinius* ex *Mus. hist. nat. Vindob.* ubi AGROSTIS.

Quid VILFA *commutata Trin. Ic. gram.* 10.
aenea Trin. l. c. t. 23. (e Brasilia).
AGROSTIS *exarata Trin. l. c. t.* 27.
geminata Trin. l. c. t. 28.?

n. 229 a. TRISTEGIS.

Mant. II. *p.* 203. *n.* 1. TRISTEGIS *glutinosa* est MELINIS *minutiflora Palis.* fid. *Martius Physiog. d. Pflz. Bras. p.* 19.

n. 230. COLOBACHNE.

S. V. II. p. 374. *Mant.* II. p. 204. n. 1. COLOBACHNE *vaginata.* Addatur synonymon:
ALOPECURUS *Pallasii Trin. Icon. gram. t.* 2.

n. 231. CRYPSIS.

S. V. II. p. 375. *Mant.* II. p. 204. n. 3. CRYPSIS *schönoides.* Addatur:

Obs. Cli *Mert.* et *Koch* in *Deutsch. Fl. p.* 475. PHALAR. *vaginifloram Forsk.* (fid. spec. paris.) varietatem PHALAR. *canariensis* dicunt; cls. *Spreng.* vero in *S. V. p.* 264. illam cum CR. *geniculata* et CR. *virginica Nutt.* (excl. syn.) huc trahit. *Opiz* in *Verzeichn. p.* 83. a CR. *schönoide;* culmo ramoso, procumbente; foliis internodiis longioribus, planis, acutissimis, glabris, margine scabris; ligulâ pilosâ; paniculâ spiciformi-ovato-oblongâ, basi vaginâ foliaceâ; floribus triandris; distinguit CR. *vaginifloram;* caule ramosissimo, procumbente; foliis internodiis brevioribus, carinatis, obtusis, laevibus, margine scaberrimis, subtus hirsutis; ligulâ pilosâ; paniculis spiciformibus, capitatis vel ovatis; floribus triandris, quae CR. *schönoides Sieber Herb. Aeg.* et PHALARIS *vaginiflora Forsk.* In hac radix fibrosa, alba; culmi plures, dense cespitosi, pollicares-spithamaei, laeves, virescentes, serius rubescentes, ad internodia ramosi. Rami alterni, profunde striati. Folia glauca, angusta, lanceolata, rigida, striata, subtus pilis brevibus, patentibus, rigidiusculis. Ligula pilis densis longis. Vaginae striatae, laeves, sub spica breves, ovatae, ventricosae; margine albo, diaphano, parum ciliato. Spicae obtusae, subsessiles, copiosae, ad basin culmi praesertim confertae. *Opiz.* *In Aegypto circa Syene.* Speciminibus nostris collatis consentire cum clo *Opiz* non possumus.

S. V. II. *p.* 376. *Mant.* II. *p.* 204. *n.* 5. CRYPSIS *aculeata.* Addatur synonymon:
ANTITRAGUS *aculeatus Gaertn.* sec. *Mert.* et *Koch Deutsch. Fl.* p. 474.

n. 5 a. CRYPSIS *acuminata Spreng.;* culmo geniculato, laevi; foliis lineari-lanceolatis, striatis, scabris, vaginisque pilosis; paniculis spicatis, oblongis, e summa vagina; glumis calycinis inaequalibus, acuminatis, hispidis, corollâ brevioribus; corollinis inaequalibus, superiore minore, truncatâ denticulatâ. *Trin.* in *Spreng. n. Entd.* II. p. 57.

Radix fibrosa. Culmi $^1/_2$-1 poll., laeves, quibus exceptis tota planta villosa. Vaginae culmum totum vestiunt, striatae. Folium supremum spicam aequans. Panicula poll. dimidio brevior. Cal. chartaceus, glumis hispidis et pilosiusculis. Cor. chartacea; valv. infer. a basi supra medium usque laevis, superne hispida et pilosula, falcato-acuminata. Stamina 2 apice bimucronata. Styli 2. Stigmata simpliciter pilosa. Lodiculae squamae ovatae, minimae. *Trinius.* *In insulis fluminis Jaik prope Gurief.*

S. V. II. *p.* 377. *n.* 7. Crypsis *stricta* clo *Spreng. S. V. p.* 265. synonymon C. *phleoidis.*

n. 232 a. LIMNAS.

Mant. II. p. 206. n. 1. Limnas *Stelleri.* Addatur synonymon:

Trinius in *Spreng. n. Entd.* II. p. 57.

Radix fibrosa nigrescens. Culmi dodrantales-1 $^1/_2$ ped., erecti, filiformes, striati, glabri. Vaginae internodio longiores, laxiusculae, carinatae, striatae. Ligula obsoleta. Folia involuto-setacea, retrorsum scabriuscula: fasciculorum longissima culmum breviorem superantia, plerumque marcida; culmea brevia: supremum brevissimum, vix ullum. Panicula poll., erecta, angusta, pauciflora. Locustae oblongae, magnitudine et facie Leersiae *oryzoidis*, pallidae: Pedicelli subclaviformes. Calyx chartaceus, hirsutie scabrosâ obsitus: glumae naviculares, compresso-angulatae, carinâ hispidae, acutiusculae, subinde mucronatae, corollam aequantes aut eâdem paulo minores: inferior parum brevior. Corolla inclusa, absque callo baseos: valv. infer. chartacea, compressa, angulato-nervulosa, acuta, superne scabra, infra medium setam emittens aristaeformem, hispidam, paulo tortilem, primum rectam, dein reflexam, corollâ fere duplo longiorem; valv. super. inclusa, minor, angustior, tenerior. Lodiculae squamae lanceolatae, acutissimae, ovario longiores. Ovarium oblongum, acutum. Styli basi coaliti. Stigmata plumosa. *Trinius.* *In Kamtschatkae montosis sylvaticis uliginosis.*

n. 233. PHLEUM.

S. V. II. *p.* 378. *Mant.* II. p. 206. n. 1. Phleum *pratense.* Addatur synonymon:

Trinius Ic. gram. t. 4. Ph. racemo spicato, cylindraceo; calycibus truncatis, mucronato-aristatis, carinâ ciliatis; aristis scabris, calyce multo brevioribus *Opiz. Verzeichn. p.* 221. τῳ β: *nodosum Trin.* l. c. t. 5. ζ *bracteatum*, spicâ bracteâ suffultâ. *Bönningh. Prodr. Fl. mon. p.* 21.

Obs. Opiz l. c. Ph. *pratense villosum Rochel* nomine Ph. *villosi* sequenti diagnosi distinguit: racemo spicato, cylindraceo; calycibus truncatis, mucronato-aristatis, carinâ ciliatis; aristis extrorsum longe ciliatis, calyce brevioribus.

S. *V.* II. p. 380. *Mant.* II. p. 206. n. 4. PHLEUM *felinum* synonymon PHLEI *echinati* dicitur a clis *Mert.* et *Koch Deutsch. Fl.* p. 491.

S. *V.* II. *p.* 380. *Mant.* II. p. 207. n. 6. PHLEUM *commutatum.* Addatur:

Obs. PHL. *commutatum* a clis *Mert.* et *Koch* in *Deutsch. Fl. p.* 491. PHL. *alpinum* β: aristis scabris, non ciliatis, et a clo *Spreng. S. V. p.* 241 merum synonymon PH. *alpini* dicitur.

S. *V.* II. *p.* 380. *Mant.* II. p. 206. n. 5. PHLEUM *Gerardi.* Addatur synonymon:

ALOPECURUS *Gerardi Trin. Icon. Gram. t.* 1., qui tamen *in litt.* ad *Besser* hanc speciem ad COLOBACHNEN spectare dicit.

S. *V.* II. *p.* 380. *Mant.* II. p. 207. n. 7. PHLEUM *Micheli.* Addatur synonymon:

Engl. Bot. 2265.

S. *V.* II. *p.* 381. *n.* 8. PHLEUM *echinatum.* Addatur synonymon:

Trin. Icon. gram. t. 7.

n. 234. ACHNODONTON.

S. *V.* II. *p.* 381. *Mant.* II. *p.* 207. *n.* 1. ACHNODONTON *Bellardi.* Addatur:

Obs. Clis *Mert.* et *Koch* in *Deutsch. Fl. p.* 488. ACHN. *Bellardi* et *tenue* merae varietates sunt; his adsentit et *Spreng. l. c. p.* 241.

n. 235. TRICHOON.

S. *V.* II. *p.* 382. *Mant.* II. *p.* 207. *n.* 1. TRICHOON *Karka* a *Spreng. S. V.* p. 360. synonymon ARUNDINIS *isiacae Del.* dicitur.

n. 237. CLEOMENA.

S. *V.* II. p. 383. n. 1. CLEOMENA *peruviana.* Addatur synonymon:

AGROSTIS *peruviana Spreng. S. V. p.* 262.

n. 237 a. COLPODIUM. *)

Mant. II. p. 208. n. 3. COLPODIUM *latifolium R. Br.*; paniculâ coarctatâ, lanceolatâ; foliis planis, lato-linearibus. *R. Br. Suppl. Parry's Voy. p.* 186. *n.* 56. AGROSTIS *paradoxa R. Br.* in *Ross. Voy. ed.* 2. *V.* 2. *p.* 192.

---

*) Genus dubium, in duo subgenera dividendum. Ad COLPODIUM *Steveni* accedunt COLPODIUM *compressum Trin.*, et AGROSTIS *juncea Mich.*; ad COLPODIUM *monandrum* vero AGROSTIS *algida Phipps.* Utrique subgeneri structura florum VILFAE: primo vero, (quod nobis COLPODIUM) panicula

Gramen robustum, spithamaeum et pedale, glabrum. Culmus e basi decumbenti vel radicanti adscendens, nunc erectus, teres, laevis, foliatus, basi vaginis scariosis. Folia lineari-lanceolata, acuta, stricta, utrinque marginibusque retrorsum scabra; vaginae scabriusculae, ad basin usque fissae, suprema folio proprio longior; ligula obtusa, imberbis, erosa, denticulata, folio latior. Panicula angusta, lanceolata, fusco-purpurea, peranthodiorum apicibus albis, 1 1/2-2 unc.; ramis brevibus semiverticillatis, appressis, inferioribus demum modice appressis; pedunculis pedicellisque pauci-denticulatis, strictis, apice vix dilatato cum locusta continuo. Gluma uniflora, bivalvis, mutica, herbaceo-membranacea, glabra; valvulis suboppositis, concavis, vix carinatis, obtusiusculis vel acutis, integris, semitrinerviis; inferiore paulo breviore, nervis lateralibus brevissimis; superiore acutiore, nervis lateralibus magis manifestis, sed longe infra apicem evanescentibus. Perianthium intra glumam, quâ haud duplo longius, brevissime pedicellatum, cum pedicello crasso articulatum, basi obliquâ, herbaceo-membranaceum, texturâ fere glumae, muticum, per lentem pube brevissimâ conspersum, intra glumam e majore parte viride, supra eandem fuscum, apice scarioso albicanti. Valvulae concavae, texturâ omnino similes, subaequales; inferior nervo centrali manifesto, saepius apicem muticum attingente, nunc in setulam dorsalem brevissimam altitudinem valvulae subaequantem desinente, lateralibus utrinque 2 obsoletis, infra apicem prorsus evanescentibus; superior obtusior, integerrima, dorso angusto, planiusculo vel leviter convexo, lineari, binervi, nervis parallelis, tenuibus, nudis, lateribus dorso aliquoties latioribus, marginibus nudis. Lodiculae 2 subcollaterales, membranaceae, semibifidae, dentibus acutis, imberbes, longitudine ovarii. Stam. 3, filamentis capillaribus, antheris fusco-stramineis, utrinque bifidis. Ovarium ovatum, acutum, glabrum, exsulcum. Styli brevissimi, approximati, vix manifesti. Stigm. hyalina, dense plumosa, apicibus acutis. *R. Br.* *In Melville Island, et in Americae arcticae littore orientali. Ross.*

Obs. In exempll. plerisque nullum certe rudimentum flosculi secundi, quod tamen in nonnullis a Melville Island et in specim. a Possession Bay adest setuliforme, hispidulum; in specim. unico a Melville Island locustas nonnullas bifloras, flosculo secundo pedicellato perfecto, observavi. In exempll. plerisque ex Am. arctica rudimentum breve setuliforme flosculi secundi adest, nec non valvulae inferioris perianthii setula denticulata dorsalis, 1/5 circiter ab ejusdem apice, nervum centralem terminans, altitudinem valvulae vix aequans. *Brown.*

---

patens; alteri (quod PHIPPSIA nobis) glumae calycinae brevissimae. Antherae utrique 2. *Trinius* in *Spreng. n. Entd. p.* 38. Char. gen. COLPODII a clo *Brown* in *Suppl. Parry's Voy. p.* 146. datus, sequens: *Gluma* uniflora, subaequivalvis, mutica. *Perianthium* glumâ longius, submuticum, obtusum, apice scarioso; valvulis subaequalibus, integerrimis, superiore exsertâ, binervi, lateribus parallelis. *Lodiculae* 2. *Styli* 2. *Stigmata* plumosa. *Caryopsis?* Gramen hocce habitu fere peculiari, primo intuitu POAE propius accedit quam AGROSTI s. VILFAE, relationem quodammodo etiam cum DUPONTIA et DESCHAMPSIA habere videtur. Caryopse ignotâ autem genus haud stabilitum, et de ejusdem affinitate cum COLPODII speciebus *Trinii*, praesertim C. *Steveni* et *compresso*, incertus sum.

n. 238. TRICHOCHLOA.

S. V. II. *p.* 383. *Mant.* II. *p.* 209. *n.* 1. Trichochloa *microsperma.* Addatur:

Obs. Tr. *microsperma, implicata, debilis, setosa, rigida, mucronata, glabrata, quadridentata* et *stipoides* clo *Spreng S. V. p.* 262. Agrostes iisdem nominibus specificis sunt, Tr. *elegans* illi est Agrostis *quitensis* et Trich. *gracilis* et *virescens* nomine Agrost. *nutantis* junguntur.

S. V. II. p. 384. *Mant.* II. p. 209. *n.* 3. Trichochloa *capillaris.* Addatur:

Obs. Spreng. S. V. p. 243. sub Polypogone *sericeo* conjungit Trich. *capillarem* et *polypogonem* cum synon. nostr.

S. V. II. *p.* 385. *n.* 7. Trichochloa *tenella.* Addatur:

Obs. Spreng. S. V. p. 242. T. *tenellam, ciliatam* et *alpestrem* sub Polypogone mominibus specificis servatis adducit.

S. V. II. p. 388. n. 15 a. Trichochloa *spicata;* paniculae ramis flaccidis, spicatis, basi barbatis; calycibus alternis, distichis; aristis inaequalibus, strictis, scabris; culmo adscendente, flaccido, basi folioso. Polypogon *spicatus Spreng. S. V.* p. 243.

In Brasilia.

Mant. II. p. 209. n. 20. Trichochloa *simplex;* racemo stricto; calycibus rigidis, scabris, sub basi barbatis; corollâ breviter aristatâ; foliis convolutis culmoque glabris; ligulâ nullâ. Polypogon *simplex Spreng. cur. post.* p. 30. Podosaemum *n. spec. Nees* in *Sieb. Agrost.* n. 94.

In Nova Hollandia.

n. 239. CHAMAGROSTIS.

S. V. II. p. 389. *Mant.* II. p. 209. n. 1. Chamagrostis *minima.* Addatur synonymon:

Sturmia *verna Pers. Syn.* 1. p. 76.

n. 240. CHAETARIA.

Mant. II. *p.* 211. *n.* 6 b. Chaetaria *squarrosa;* culmo erecto, stricto, medio ramoso, ad ramorum ortum tumido, glabro; foliis involuto-setaceis, dorso scabris, ceterum glabris, glaucescentibus; paniculâ oblonga, strictâ, squarrosissimâ; calycis glumis longe subulato-setigeris; aristâ inferne tortili, medio tripartitâ, laciniâ mediâ longiore, crassiore, refractâ. *Aristida squarrosa Trinius* in *Spreng. n. Entd.* II. p. 62.

Rad. fibrae flexuosae, simplices. Culmus 2 ped., teres, tenuissime striatus, inferne pennae corvinae crassitie, superne nudus. Vaginae internodio duplo breviores, arctae, glaberrimae. Ligula obsoleta, aut pili aliquot. Folia erecta, firma,

dorso angulo compressionis scabra. Panicula spithamaea, multiflora, ob aristas refractas squarrosissima. Rhachis teres, glabra. Rami solitarii, (inferiores dissiti, paniculam interruptam reddentes) adpressi, statim supra basin ramosi: ramulis demum patentibus, brevibus. Locustae ex stramineo et spadiceo variae, ad divisionem aristae poll. longae, angustissimae. Cal. chartaceus: glumae lanceolatae; inferior fere duplo brevior, ad carinam scabra; superior cum seta sua divisionem aristae superans: setae tenuissimae rectae. Cor. cylindrica, coriacea, acuminato-pedicellata, basi nudiuscula, superne in aristam elongata; arista laciniis lateralibus patentibus ultra poll., media longiore (1 ½ poll.), hispidiore, horizontaliter refractâ. *Trinius. Spreng.* in *S. V.* p. 266. hanc et Arist. (Chaetar.) *racemosam Mühlenb.* (quae *affinis nob. Mant.*) ad Ch. *strictam* ducit. *In America boreali.*

S. V. II. *p.* 392. *n.* 9. Chaetaria *pallens.* Post hanc inseratur:

n. 9 a. Chaetaria *megapotamica*; paniculae strictae, elongatae ramis subsecundis; calycibus longissimis, aristatis, glabris; aristâ corollae longissimâ, patulâ, scabrâ. Aristida *megapotamica Spreng. cur. post. p.* 31.

In Rio grande. Sello.

S. V. II. *p.* 393. *n.* 13. Chaetaria *fasciculata*; paniculae elongatae spiciformis ramulis fasciculatis; calycibus corollam subaequantibus; aristis elongatis patulis; fol. lineari-filiformibus glabris; ligulâ barbatâ. Aristida *fasciculata Torr. Spreng. cur. post. p.* 31.

In Canada.

S. V. II. p. 394. *Mant.* II. *p.* 211. *n.* 16. Chaetaria *caerulescens.* Deleatur synonymon: *Sieber Herb. Palaest.*; et addatur Ch. *purpurascens Poir.* fid. *Spreng. l. c. p.* 267.

n. 16 a. Chaetaria *Sieberiana*; culmo erecto, ramoso, geniculato, glabro; foliis involuto-setaceis vaginisque glabris; paniculâ primum contractâ, dein patulâ, subsecundâ, subnutante; calyce corollam superante, inaequali: glumis apice bidentatis, setâ rectâ; aristâ longissimâ, basi contortâ, laciniis subaequalibus, patulis, scabriusculis. Aristida *Sieberiana Trinius* in *Spreng. n. Entd.* II. *p.* 61. Arist. *caerulescens Sieb. Herb. Pal.*

Radix fibrae validae, flexuosae. Culmus 2 ped., plus minus geniculatus, teres, tenuissime striatus, pennae corvinae crassitie, ad articulos 2-3 inferiores nodoso-tumidos ramosus, e glauco et amethystino varius. Vaginae internodio multo breviores, culmum ab ipso earum ortu linquentes ramosque arctiuscule ambeuntes, striatae, glabrae, fauce utrinque brevis-

sime calloso-auriculatae et plerumque barbatae. Ligula brevissima. Folia erecta, subflexuosa, firma, glaucescentia. Panicula spithamaea, basi interrupta, colore culmi; rhachi aequâ, scabriusculâ. Rami solitarii, circiter 5-7, alterni, demum plus minus patentes, statim supra basin ramosi: ramulis brevibus appressis. Locustae computatis aristis palmares. Calyx corollam (demtâ aristâ) superans, chartaceus: glumae lineari-lanceolatae, carinatae, ad carinam scabrae, apice attenuato-bidentatae, setamque brevem rectam emittentes: gluma inferior duplo minor. Cor. acuminato-stipitata, stipite villoso, chartacea, cylindrica, $^1/_2$ poll.; aristâ rectâ, scabriuscula; laciniis setaceo-capillaribus, strictis: valv. superior parva, oblonga, acuta, lodiculae squamis duplo longior. *Trinius.* *In Palaestina.*

S. V. II. p. 394. n. 17. Chaetaria *festucoides* a clo *Spreng.* S. V. synonymon Ch. *stipaeformis* dicitur.

S. V. II. p. 395. n. 19. Chaetaria *Antillarum.* Addatur synonymon:

Atheropogon *Antillarum Spreng. S. V.* p. 294.

S. V. II. p. 395. n. 20. Chaetaria *capensis.* Addatur:

Obs. Huc a clo *Spreng. S. V. p.* 269 ducuntur: Arist. *uniplumis Lichtst.* et *piligera Burch.*

S. V. p. 396. n. 25. Chaetaria *setifolia.* Addatur:

Obs. Huc a clo *Spreng. S. V. p.* 267 instar varietatum ducuntur Ch. *bromoides*, *coarctata* et *recurvata Humb.* et *Bonpl.*

n. 242. ARTHRATERUM.

S. V. II. p. 398. n. 2. A. *stipoides.* Addatur, fide *Sprengel cur. post.* p. 31, synonymon: Aristida *pilosa;* paniculae racemosae strictae ramis erectis; valvis calycinis inaequalibus, aristatis, corollam subaequantibus; aristis corollae inaequalibus; culmo inferne foliisque linearibus, laxis, pilosis. *Labillard.*

In Nov. Caledon.

n. 243. ARISTIDA.

Mant. II. *p.* 213. *n.* 2 b. Aristida *pennata* clo *Sprengel* S. V. p. 268 synonymon Arthrateri *pungentis.*

S. V. II. p. 400. n. 6 a. Aristida *virgata Trin.;* culmo gracili, tereti, glabro; vaginis striatis, glabris; foliis linearibus, planis, firmis, glabris; paniculâ virgatâ, secundâ, angustatâ; calycis flosculo longioris glumis acuminatis; glumâ corollinâ inferiore trisetâ, setâ mediâ refractâ, reliquis crassiore longioreque. *Trinius* in *Spreng. n. Entd.* II. p. 60.

Radix fibrae simplices, tortiles, paucae. Culmus 3-ped., erectus, basi pennae corvinae crassitie, tenuissime striatus, su-

perne nudus. Nodi 3: articulus infimus laevissime geniculatus. Vaginae internodiis dimidio breviores, arctae, ad ramorum ortum hiantes. Ligula obsoleta. Folia $^1/_2$ ped. et longiora, angusta, margine asperula, erecta, fere glaucescentia. Panicula 1 $^1/_2$ ped., subnutans; rhachi sulcatâ, retrorsum scabrâ. Rami solitarii, statim a basi ramosi, dissiti, ita ut paniculam interruptam referant: inferiores digitales erecti, superiores 1 $^1/_2$ poll., patuli, nutantes; ramuli breves, subadpressi, glabri. Locustae ochraceo-virentes, non computatis aristis, 3 lin. longae. Cal. chartaceo-membranaceus: glumae lanceolatae, viridi-carinatae; interior paulo minor, carinâ hispidula. Cor. cylindrico-oblonga, pedicello brevissimo pubescenti insidens: valv. infer. glabra, chartacea, setâ mediâ valvulâ plus triplo longiore, hispidulâ, 2 lateralibus erecto-strictis, tenuioribus, valvulâ plus duplo longioribus; valv. superior 4-5-plo brevior, angustissima, lineari-lanceolata, acutissima. Lodiculae squamae longitudine valvulae superioris, hyalinae, lineares. Videtur differre ab A. *longespicata* culmo tereti, foliis planis, aristis minus inaequalibus. *Trinius.* *In America boreali.*

Obs. *Spreng.* in *S. V. p.* 266. hanc cum A. *longispicata Poir.* et *gracili Ell.* ad A. (CHAETARIAM) *oligantham Mich.* ducit, et sub ARISTIDA iterum CHAETARIAM, CURTOPOGONEM et ARTHRATHERUM conjungit.

S. V. II. p. 400. n. 9. ARISTIDA *arundinacea.* Addatur synonymon:

AVENA *Königii Spreng. S. V.* 336.

n. 246. PHALARIS.

S. V. II. p. 402. *Mant.* II. p. 214. n. 3. PHALARIS *aquatica.* Addatur synonymon:

Mert. et *Koch* in *Röhl. Deutsch. Fl.* 1. p. 485. PHALARIS *brachystachys Link.*

S. V. II. p. 403. n. 5. PHALARIS *intermedia* a *Spreng. S. V.* p. 273 eadem cum PH. *microstachya Dec.* dicitur.

Mant. II. p. 215. n. 7 a. PHALARIS *variegata* est PH. *caerulescens* fid. ips. *Spreng. S. V.* p. 215.

S. V. II. p. 404. n. 10. PHALARIS *tuberosa* clo *Sprengel* S. V. p. 273. synonymon PH. *nodosae.*

Mant. II. p. 216. n. 12 a. PHALARIS *appendiculata* clo *Spreng. S. V.* p. 273. varietas tantum PH. *paradoxae.*

S. V. II. *p.* 405. *Mant.* II. *p.* 217. n. 13. PHALARIS *arundinacea.* Addatur synonymon:

PH. paniculâ patente, glomeratâ; calycibus nervosis; corollâ nitidâ, perfectâ: neutrâ angustissimâ bivalvi villosâ. *Spr. S. V.* p. 273. (excl. syn. *Mühlenb.*) *Engl. Bot. t.* 2160. *f.* 2.

n. 13 a. PHALARIS *americana Ell.*; paniculâ strictâ, spiciformi; calycibus serrulatis; corollâ neutrâ minutâ, bival-

vi, basi glandulosâ; fol. lineari-lanceolatis, glaberrimis. *Spreng. S. V.* p. 273, et, hoc teste: Ph. *arundinacea Mich.* et *Mühlenb.* (Cls. *Sprengel* prius *N. Entd.* I. *p.* 247. Ph. *arundinaceam Mühl.* et *americanam* ad Arundinem *strictam* duxit.)

S. V. II. p. 407. n. 17. Phalaris *hispida.* Addatur synonymon:

Digitaria *hispida Spreng. S. V. p.* 271.

Mant. II. p. 478. n. 24. Phalaris *crypsoides* clo *Spreng. S. V. p.* 264. synonymon Crypsis *alopecuroidis.*

n. 247. CHILOCHLOA.

S. V. II. p. 409. n. 3. Chilochloa *cuspidata.* Addatur synonymon:

Phleum *trigynum Schrad.* in *Mert.* et *Koch Deutschl. Fl. p.* 496.

n. 248. CYNODON.

S. V. II. p. 410. *Mant.* II. p. 218. n. 1. Cynodon *Dactylon.* Addatur:

Obs. Huc a clo *Spreng. S. V. p.* 271. sub Digitaria *stolonifera* ducuntur, cum? licet, Digit. (Cynodon) *praecox* W., et Panicum *nervosum Rottb.* Etiam C. *maritimum, radiatum,* et *linearem* Digitarias dicit, et quidem C. *linearem,* Digitariam *linearem,* quamvis jam *Persoon* Digit. *linearem* habeat.

S. V. II. p. 411. n. 3 a. Cynodon *elongatus Trin.;* culmo filiformi, asperulo; vaginis superne tumescentibus, glabris; foliis angustissimis, retrorsum scabris; spicis quaternis, erectis, patulis; spiculis imbricato-erectis, lanceolatis; glumis calycinis valde inaequalibus, superiore setosâ; corollinâ superiore apice bifidâ, setosâ. *Trinius in Spreng. n. Entd.* II. *p.* 64. Digitaria *elongata Spreng. S. V.* p. 271. Agrostis *filiformis König* in *Herb. Banks.* fid. *Trin.*

Culmus (abscissus) ped., teres, glaucescens, sub spicis flexuosus, longeque nudus. Vaginae arctiusculae, striatae, ad oram utrinque villis aliquot barbulatae. Ligula brevissima. Folium (quod aderat) digitale, lineare, planiusculum. Spicae digitatae, fere ½ palm., graciles, purpurascentes. Rhachis part. subtrigona, tenuis, carinâ scaberrima. Spiculae unilaterales, alternae, brevissime pedicellatae, non computatis setis fere 3 lin.. Calyx membranaceus; gluma inferior triplo minor, lineari-lanceolata, 1-nervis, acutissima, patula; superior corollâ vix brevior, lanceolata, subadpressa, trinervis, nervo medio in setulam excurrente. Cor. lanceolata, brevipedicellata: pedicello obconico, villoso: valv. infer. chartacea, 3-nervis, ad nervos scabra, nervo medio in setam 4-plo longiorem excurrente; superior tenera, bicarinata, paulo

brevior, inclusa, brevissime bidentata, subconduplicata. Lodiculae squamae brevissimae, pedicello ovarii (oblongi, bicornis) appressae. Filamentum 1 vidi. Rudimentum pedicelliforme squamâ setigerâ terminatum, setâ valvulae inferioris setâ triplo brevior. *Trinius.* *In India orientali.* Herb. *Banks.* et *Jacq.*

S. V. II. p. 412. n. 5. Cynodon *stellatus* clo *Spreng. S. V.* p. 271. idem cum Digitaria *glabra* videtur.

S. V. II. p. 412. *Mant.* II. p. 219. n. 7. Cynodon *pilosus* a *Spreng. l. c.* ad Digitariam *sanguinalem* ducitur.

S. V. II. p. 413. n. 9. Cynodon *tenellus* clo *Spreng. S. V.* p. 270 synonymon Digitariae *didactylae* esse videtur.

S. V. II. p. 413. n. 10. Cynodon *polystachyus.* Addatur synonymon:

Digitaria *polystachya Spreng. S. V.* p. 272.

n. 250. BRACHYELYTRUM.

S. V. II. p. 413. *Mant.* II. p. 220. n. 1. Brachyelytrum *aristatum.* Addatur synonymon:

Agrostis *erecta Spreng. S. V. p.* 264.

n. 251. ATHEROPOGON.

S. V. II. p. 414. n. 2. Atheropogon *racemosus* jungitur a *Spreng. S. V.* p. 293. cum A. *apludoide.*

n. 252. ACTINOCHLOA.

S. V. II. p. 417. n. 1. Actinochloa *procumbens.* Addatur:

Obs. A clo *Spreng. S. V. p.* 293., qui Act. *humilem*, *hirsutam* et *gracilem*, *scorpioidem* ad Atheropogones refert, huc (sub Atheropogone *procumbente*) trahuntur: Actinochloa *tenuis* et *prostrata Willd.*

S. V. II. p. 417. n. 2. Actinochloa *humilis.* Addatur synonymon:

Atheropogon *humilis Spreng.*, et hoc teste: Bouteloua (Actinochloa) *simplex Lag.*

n. 253. PENTARRHAPHIS.

S. V. II. p. 420. n. 1. Pentarrhaphis *scabra.* Addatur synonymon:

Atheropogon *Pentarrhaphis Spreng. S. V. p.* 294.

254. TRIAENA.

S. V. II. p. 421. n. 1. Triaena *racemosa.* Addatur synonymon:

Atheropogon *Triaena Spreng. S. V. p.* 293.

n. 255. TRIATHERA.

S. *V.* II. p. 421. *Mant.* II. p. 221. n. 1. TRIATHERA *americana.* Addatur synonymon:

ATHEROPOGON *domingensis Spreng. S. V.* p. 293.

n. 258. ANISOPOGON.

S. *V.* II. p. 422. *Mant.* II. p. 222. n. 1.* ANISOPOGON *avenaceus.* Addatur synonymon:

DEYEUXIA *avenacea Spreng. l. c. p.* 254., qui tamen sub ANISOPOGONE p. 273. hanc speciem iterum proposuit.

n. 259. DEYEUXIA.

S. *V.* II. p. 423. n. 4. DEYEUXIA *junciformis.* Addatur synonymon:

Spreng. S. V. p. 253, qui D. *rigidam* et *rectam Humb.* et *Bonpl.* huc trahit.

Mant. II. p. 224. n. 11. DEYEUXIA *stricta* clo *Spreng. S. V. p.* 254. synonymon D. *effusae.*

n. 13. DEYEUXIA *spicata Spreng.*; spicis vaginatis, flexuosis; calycibus subaristatis; rudimento plumoso, elongato, articulato; foliis linearibus, glabris. *Spreng. S. V. p.* 254.

In Monte Video. Sello.

n. 14. DEYEUXIA *megapotamica Spreng.*; paniculae effusae ramis racemosis; calycibus corollâ brevioribus, longissime lanatis; aristâ elongatâ, geniculatâ; rudimento articulato calycem superante; foliis planis, glabris. *Spreng. cur. post. p.* 30.

Ad Rio grande. Sello.

n. 260. PANICUM.

S. *V.* II. p. 424. *Mant.* II. p. 224. n. 1. PANICUM *colonum.* Addatur:

Obs. Cl. *Presl* in *Flor. sicul.* 1. *p.* XLIII. P. suum *numidianum* a P. *colono* diversum dicit, et nomine P. *haematodis* sic exponit: P. paniculâ simplici; ramis alternis; rhachi angulatâ; locustis racemosis, secundis, binis: alterâ sessili; glumis ovatis paleisque hispidis, trinervibus: glumâ inferiore mucronatâ; culmo compresso; foliis patentibus, maculatis.

S. *V.* II. p. 425. n. 4 a. PANICUM *beckmanniaeforme Mik.*; culmis erectis, nodis vaginisque glabris; foliis lineari-lanceolatis, supra margineque scabris; paniculâ simplicissimâ, superne nutante e spicis sessilibus, alternis, erectis; spiculis biserialibus, pedicellatis, oblongis; calycis glumâ inferiore minore, truncato-obtusâ, flosculo

breviore, glabrâ; flosc. hermaphrodito transversim undulato. *Trinius* in *Spreng. n. Entd.* II. *p.* 83.

Culmus fere 3 ped., compressus, fistulosus, striatus, inferne leviter geniculatus, fere ad apicem usque vaginatus. Vaginae internodio breviores, laxae, subcarinatae, striatae, laeves. Ligulae loco barba pilorum brevissimorum semilunaris. Folia spithamaea et longiora, plana, apice attenuata, striata, subtus nervo medio pallido. Panicula angusta e spicis unilateralibus, solitariis, linearibus, quarum inferiores 1 $^1/_2$ poll. et remotiores, superiores breviores, magis approximatae. Rhachis communis compresso-angulata, striata, glabra, aequa, pro insertione spicarum erecto-adpressarum canaliculata; partialis planiuscula, flexuosa, margine hispida, spiculis angustior. Spiculae alternae, approximatae, solitariae, brevissime pedicellatae, acutae. Cal. membranaceus, biflorus, flosculis brevior: gluma inferior dimidio minor, trinervis; superior rotundata, 5-nervis. Flosc. masculus bivalvis, longitudine hermaphroditi; valv. infer. herbacea, 7-nervis; superior hyalina. Stam. 3. Hermaphroditus cartilagineus, albus, nitidus, brevi-acuminatus. P. *fluitanti Retz* et *mucronato Roth* proximum. *Trinius.* *In Brasilia.*

S. V. II. p. 426. n. 8. Panicum *granulare* a clo *Spreng. S. V. p.* 308. ad P. *flavidum* ducitur.

Mant. II. p. 227. n. 10 a. Panicum *hemitomon.* Addatur:

Obs. Huc spectare videtur P. *carolinianum Spreng.*; spicis alternis, subappressis, secundis: flosculis 3-serialibus, lanceolatis, glabris; foliis glabris. *Spreng. S. V. p.* 320. P. *Walteri Ell.*

Mant. II. *p.* 227. n. 12 a. Panicum *Michauxianum.* Addatur synonymon:

P. *georgicum Spreng. S. V.* II. p. 308.

S. V. II. p. 427. n. 13. Panicum *fasciculatum.* Addatur:

Obs. Huc a *Spreng. S. V. p.* 310 trahuntur instar synon.: P. *fusco-rubens Lam.* et P. *nigricans Herb. Willd.*: instar varietatis: P. *fuscum Sw.*

S. V. II. p. 428. n. 14. Panicum *barbatum* a *Spreng. S. V.* p. 306. synonymon Oplismeni *Burmanni* dicitur.

Mant. II. p. 228. n. 16 b. Panicum *neurodes.* Addatur synonymon:

P. *nepalense Spreng. S. V.* p. 321.

Mant. II. p. 229. n. 17 a. Panicum *Poiretianum* clo *Spreng. S. V. p.* 309. synonymon P. *interrupti W.*

S. V. II. p. 882. n. 17 b. Panicum *brachiatum.* Addatur:

Obs. An huc: P. *brachiatum Bosc.*; paniculae ramosissimae strictae ramis scabris; flosculis ovatis, acutis, nervosis, glabris; foliis elongatis, margine asperis; culmo ramoso. *Spreng. S. V. p.* 311? Si minus, nomen mutandum foret. *In ins. Bermud.*

n. 17 c. Panicum *imbelle Spreng.*; paniculae pyramidalis ramis flexuosis, patentibus; flosculis obliquis, glabris, nervosis; valvis calycinis aequalibus; culmo ramoso, de-

bili, foliisque linearibus glabris; ligulâ elongatâ. *Spreng. S. V.* p. 321. P. *parviflorum Lam. Herb. Willd.*

Patria?

n. 17 d. PANICUM *densiflorum Willd. Herb.*; paniculae contractae ramis angulatis, scabris; flosculis membranaceis, ovatis, fuscis, glabris; culmo ramoso; foliis linearibus, cuspidatis, ciliatis, vaginis nodisque hirsutis. *Spreng. S. V. p.* 320.

Ad Orinocum.

Mant. II. p. 229. n. 18 a. PANICUM *indicum.* Addatur synonymon:

P. *microstachyon Lam.*; fid. *Spreng. S. V.* p. 309.

S. V. II. p. 430. *Mant.* II. p. 229. n. 20. PANICUM *cespitosum.* Addatur synonymon:

Spreng. S. V. p. 310, qui huc citat P. *prostratum Lam.* et *stoloniferum Poir.*

S. V. II. p. 430. *Mant.* II. p. 229. n. 21. PANICUM *hispidulum.* Addatur synonymon:

ORTHOPOGON *Retzii Spreng. S. V. p.* 307.

S. V. II. p. 430. *Mant.* II. p. 230. n. 22. PANICUM *dichotomum.* Addatur:

Obs. Spreng. S. V. p. 313 huc trahit P. *strictum Pursh* (P. *rectum S. V. ed. nostr.*) et P. *tectum Herb. Willd.*; distinguit vero P. *nodiflorum Lam.*: paniculâ patente, pauciflorâ: flosculis obtusiusculis, nervosis, subpubescentibus; foliis lineari-lanceolatis, ciliatis; vaginis pilosis; culmi nodis pilosis; et sub hoc conjungit P. *pauciflorum* (*oligosanthos nostr. Mant.* II.) et *angustifolium Ell.*, *ramulosum Mich.*, *umbrosum Le Comte* et *depauperatum Mühlenb.*

S. V. II. p. 430. n. 23. PANICUM *micranthum.* Addatur synonymon:

P. *gracile Herb. Willd.* fid. *Spreng. S. V. p.* 320.

S. V. II. p. 431. n. 25 a. PANICUM *convolutum Palis*; paniculae erectae ramis flexuosis, ovatis, nervosis, acutis; foliis distichis, convoluto-setaceis, basi vaginisque villosis. *Spreng. S. V. p.* 319. *Herb. Willd.*

In Guinea.

S. V. II. p. 432. *Mant.* II. p. 232. n. 27. PANICUM *repens* L. et *arenarium Brot.* clo *Spreng. S. V. p.* 319. varietates P. *colorati* sunt.

S. V. II. p. 433. n. 30 a. PANICUM *dasytrichum Spreng.*; paniculae effusae ramis patentibus, glabris, unifloris; flosculis acutis, glabris; valvâ exteriore calycis hirsutâ; foliis vaginisque hirtis. *Spreng. S. V.* p. 317. P. *hirsutum Willd. Herb.*

In Brasilia.

S. V. II. p. 434. *Mant.* II. p. 233. n. 34. PANICUM *sumatrense*. Addatur synonymon:

P. *simplex Willd. Herb.* fid. *Spreng. S. V.* p. 317.

Mant. II. p. 234. n. 34 b. PANICUM *tenuissimum*. Addatur:

Obs. Ab hoc videtur differre AIRA *tenuissima;* paniculae pyramidatae, ramosissimae ramis flexuosis, capillaribus; calycibus carinâ scabris, flosculis demum brevioribus; rudimento tertii filiformi; foliis convolutis elongatis vaginisque glabris *Spreng. S. V. p.* 276 et hoc teste: PAN. *tenuissimum Willd. Herb.*, qui ex *Amer. merid.* a clis *Humb.* et *Bonpl.*

Mant. II. p. 234. n. 34 c. PANICUM *Sprengelianum* est P. *pilosum Sw.* fid. *Spreng. S. V.* p. 310.

S. V. II. p. 435. *Mant.* II. p. 234. n. 35 a. PANICUM *gongylodes Jacq.;* paniculae diffusae ramis erectis; flosculis ovatis, nervosis; foliis vaginisque glabris; culmo ramoso, basi bulboso. *Spreng. S. V.* p. 316. *S. Veg. ed. n. Mant.* II. p. 258. P. *altissimum Brouss.*

Patria?

S. V. II. p. 435. n. 38. PANICUM *muricatum*. Addatur synonymon:

Spreng. S. V. p. 322. et hoc teste: P. *echinatum Herb. Willd.*, et cum? P. *uncinulatum R. Br.*

S. V. II. p. 435. *Mant.* II. p. 235. n. 39. PANICUM *capillare*. Addatur synonymon:

Spreng. S. V. p. 320; et hoc teste: P. *strigosum Ell.*, P. *acutifolium Willd. Herb.*, et P. *effusum R. Br.*

n. 39 b. PANICUM *autumnale Bosc;* paniculae effusae ramis asperis, strictis, capillaribus, unifloris; flosculis oblongis, acutis, nervosis, glabris; axillis barbatis; foliis convolutis vaginisque glabris. *Spreng. S. V. p.* 320. *Bosc. Herb. Willd.*

Patria?

S. V. II. 435. n. 40. PANICUM *commelinaefolium*. Addatur synonymon:

P. paniculâ capillari, erectâ; spiculis solitariis, longe pedunculatis; fol. ovato-lanceolatis, acuminatis, pubescentibus, ad oram barbatis; vaginis appressis, sulcatis, ciliatis. *E. Meyer. in Nov. Act. Ac. Nat. Cur. T.* XII. p. 769.

Caulis 3-ped. et altior, ramosus, teres, laevissimus: nodis nigricantibus; internodiis vaginâ saepe duplo lorgioribus. Fol. patentia, 3-4 poll., 9 lin. lata, margine retrorsum hispidula, sub-11-nervia, utrinque pubescentia, pilis basi densioribus, longioribus, praesertim supra ligulam collectis in barbam per vaginae cilias decurrentem. Vagina teres, arcta, 1 ½ poll., striato-sulcata, glabra, margine ciliata. Ligula brevissima, truncata. Panicula ramosissima, pedunculis et pedicellis pa-

tentibus, flexuosis. Spiculae obovatae, obtusae, glabrae, *Sinapis nigrae* semine minores. Glumae omnes naviculares, nec carinatae, rotundatae, exceptâ infimâ involucri universalis, quae acuta, sed tam parva, ut nudo oculo vix appareat. Nec icon nec descr. *Rudgei* optima; internodiorum longitudo valde variat, in specim. *Rudg.* illa vaginis striato-sulcatis breviora erant, et hinc cls auct. caulem striatum dixit. Folia acuminata appellavit cuneata, et in icone foliorum basin latissimam expressit, quum tamen supra basin latissima sunt. *E. Meyer.* *In Surinam.*

Mant. II. p. 236. n. 43 c. PANICUM *frondescens* a clo *Spreng.* *S. V.* p. 310 ad P. *grossarium* ducitur.

S. V. II. p. 437. *Mant.* II. p. 236. n. 45. PANICUM *maximum.* Addatur:

Obs. Cls. *Spreng. l. c.* p. 318. etiam P. *maximum Jacq.* et *jumentorum Pers.* sejungit; ad primum illi pertinet P. *laeve Lam.*, ad alterum P. *polygamum Sw.*

Mant. II. p. 237. n. 45 a. PANICUM *asperrimum* a clo *Spreng.* *S. V.* p. 318 synonymon P. *striati Lam.* dicitur.

S. V. II. p. 884. n. 47 a. PANICUM *gracilentum.* Addatur:

Obs. P. *gracilentum Poir.* a *Spreng. S. V.* p. 317. cum? trahitur ad P. *madagascariense*; paniculae diffusae ramis divaricatis, glabris; flosculis oblongis, acutis, glaberrimis, obsolete nervosis; foliis convolutis vaginisque laevibus; culmo ramoso; quod est P *coloratum Aub. Pet. Thouars* in *Herb. Willd.* *In Madagascar.*

n. 47 b. PANICUM *megapotamicum Spreng.*; paniculae ramis patentibus; flosculis brevissime pedicellatis, glabris, acutis, nervosis; corollis lucidis; culmo angulato foliisque convolutis glabris. *Spreng. cur. post.* p. 34.

In Rio grande. Sello.

Mant. II. p. 238. n. 51 b. PANICUM *Walteri* et n. 51 c. PANICUM *macrocarpum* clo *Spreng. S. V.* p. 313. varietates P. *latifolii* sunt.

n. 51 d. PANICUM *latissimum Mik.*; culmo, vaginis foliisque latissimis, ovato-lanceolatis, glabris; paniculâ oblongo-lanceolatâ, nutante; rhachi glabrâ; spiculis oblongis, acutis; glumâ calycinâ inferiore oblongâ, trinervi, flosculo breviore, pilosulâ, superiore glabrâ; flosc. hermaphrodito acuto, glaberrimo. *Trinius* in *Spreng. N. Entd.* II. p. 87.

Culmus (abscissus, cum panicula, ultra 3 ped.), crassitie pennae anserinae, fistulosus, parum flexuosus, teres, superne compressiusculus, striatus, sub panicula nudus et subangulatus. Vaginae internodia aequantes, compressae, striatae. Ligula subadnata, bifida, truncata, striata, firma. Folia ped. et breviora, plana, palmam lata, apice attenuato-acuminata, nervo medio vix prominulo pallido, subtus striata, undique et ad marginem membranaceum glabra. Panicula ultra ped., acu-

minata; rhachi sulcato-angulatâ, aequâ. Rami sparsi, plurimi, patentes, 1-1 ½ palm., et sensim minores, triangulares, a basi ramulosi: ramulis brevissimis unilateralibus. Spiculae magnitudine *Milii*, pallidae. Cal. gluma inferior obtusiuscula, flosculis tertiam partem brevior, basi sub lente pilosula; superior flosculos aequans, acuta, 5-nervis, glabra. Flosc. ♂ bivalvis: valv. inferior simillima glumae superiori, trinervis, margine sub lente pilosula; superior tenerior aequilonga. Stam. 3. Flosc. ☿ lineari-oblongus, angustior. *Trinius.* *In Brasilia.*

n. 51 e. PANICUM *atrovirens Trinius*; culmo subramoso vaginisque glabro; foliis lanceolatis, atrovirentibus, asperrimis; paniculâ laxulâ, aequali, oblongâ: ramis laevibus; spiculis orbicularibus; glumis calycinis subaequalibus flosculis brevioribus, striatis, ad nervos punctato-asperis; flosc. hermaphrodito pedicellato. *Trinius* in *Spreng. N. Entd.* II. 89. AIRA *ischaemoides König in Herb. Banks.* et *Jacq.* *Spreng. S. V. p.* 318. huc citat: ISACHNEM *miliaceam Roth.*

Atrovirens. Culmus abscissus forte ultra ped., compressiusculus, striatus, ad nodos laeviter geniculatus, ad paniculam usque foliosus. Vaginae internodio breviores, superne subhiantes margineque fissurae pilosulae, striatae, glabrae. Ligula barbata. Folia 2 poll., plana, patula, striata, non nisi basi nervo medio notata: supremum mediam paniculam aequans. Panicula 2 poll., erecta, paulo nutans, multiflora: rhachi sulcato-angulatâ, flexuosâ, glabrâ. Rami solitarii, alterni, mox supra basin ramosi, flexuosi: ramulis ramulosis. Spiculae magnitudine P. *miliacei.* Cal. herbaceus, flosculis paulo brevior: glumae concavae, multistriatae, obtusae, inferior vix brevior. Flosc. ♂ calycem excedens, hermaphrodito major, ellipticus; valv. infer. concava, glabra, obsolete nervosa, prasina; superior plana, chartacea, subaequilonga. Stam. 3. Antherae lineares bifurcatae. Flosc. ☿ brevi-pedicellatus, orbicularis, glaberrimus, pallidus. An proprium genus ob formam glumarum aequilongarum, et flosculo hermaphrodito pedicellato? *Trinius.* *In India orientali.*

S. V. II. p. 441. n. 54 a. PANICUM *auriculatum Willd.*; paniculae ramis strictis; flosculis lanceolatis, acuminatis, glabris, nervosis; foliis cordato-auriculatis, lanceolatis, basi ciliatis. *Spreng. S. V. p.* 322.

In America merid.

n. 66 b. PANICUM *subuniflorum Bosc*; paniculâ pauperrimâ, vaginatâ, erectâ; flosculis obtusis, nervosis, pubescentibus; foliis convoluto-setaceis, rigidis, basi ciliatis; vaginis striatis, glabris; culmo ramoso. *Spreng. S. V.* p. 312.

In Carolina.

S. *V.* II. p. 443. n. 60. PANICUM *avenaceum.* Addatur:

Obs. An huc P. *avenaceum* E. *Meyer* in *Nov. Act. Acad. nat. cur. T.* XII. p. 770, quod sic describit: Caulis basi valde ramosus: ramis appressis subdistichis, unde totus caulis fit compressiusculus, in specim. aliis caulis 3-ped., simplex, teretiusculus; ligulae margo glaber, sed in pagina superiore folii pone ligulam series pilorum longiorum rigidiorum medio erectorum, ad latera sensim horizontaliter patentium; spiculae omnes pedicellatae: pedicellis plurimis vix lin. longis, quibus intermixti sunt pedunculi longiores 2-3-flori, unde tota panicula paulo ramosior; paniculae rami non omnes verticillati, sed plures solitarii, alterni. Reliqua omnia cum descriptione *Humb.* et *Bonpl.* congruunt. *In Surinam.*

S. *V.* II. p. 444. *Mant.* II. p. 241. n. 63. PANICUM *anceps.* Addatur synonymon:

P. *rigidulum* *Bosc Herb. Willd.* fid. *Spreng. S. V.* p. 320.

Mant. II. p. 241. n. 63 a. PANICUM *densum.* Addatur synonymon:

P. *nervosum Ell.* fid. *Spreng. S. V. p.* 315.

S. *V.* II. p. 445. n. 66. PANICUM *polygonoides* clo *Spreng. S. V.* p. 314 synonymon P. *parvifolii.*

S. *V.* II. p. 446. *Mant.* II. p. 242. n. 69. PANICUM *pubescens.* Addatur synonymon:

Spreng. S. V. p. 315, et hoc teste: P. *scoparium Mich.* et P. *pauciflorum Bosc.*

S. *V.* II. p. 446. n. 72. PANICUM *barbulatum.* Addatur:

Obs. Sub hac specie a *Spreng. S. V.* p. 314 conjunguntur: P. *strictum* et *pumilum Bosc.*, P. *deustum Ensl.*, P. *Mühlenbergianum Mant.* II. ed nostr., P. *Boscii Poir.* et P. *sphaerocarpum Ell.*

S. *V.* II. *p.* 447. *Mant.* II. *p.* 243. n. 74. PANICUM *ramulosum.* Addatur:

Obs. PANICUM *verrucosum Mühl.*, quod in *Mant.* cum? huc duximus, clo *Spreng. S. V. p.* 314 cum P. *debili Ell.* et *umbraculo* et *rugoso Bosc. Herb. Willd.* speciem propriam sistere videtur, quam sequentibus definit: P. *verrucosum*; paniculâ patente, flexuosâ; flosculis verrucoso-muricatis, trinerviis; foliis glabris; vaginis ciliatis.

S. *V.* II. *p.* 447. n. 75 a. PANICUM *striolatum*; paniculae contractae ramis erectis, asperis; flosculis oblongis, acuminatis, nervosis; seminibus rugulosis; foliis lanceolatis, striatis, margine scabris vaginisque glabris. P. *Boscianum Spreng. S. V. p.* 317. et hoc teste: P. *striatum Bosc. Herb Willd.*

Patria?

S. *V.* II. p. 886. n. 76 a. PANICUM *aquaticum.* Addatur:

Obs. An huc vel ad P. *hydrophilum*: P. *aquaticum Bosc.*; paniculae contractae ramis flexuosis; flosculis obtusis, striato-costatis; foliis laxis cultroque compresso glabris *Spreng. S. V. p.* 319. *In ins. Bermud.*

S. *V.* II. *p.* 886. *n.* 77 a. PANICUM *patentissimum Poir.* clo *Spreng. S. V.* p. 321 synonymon P. *arundinacei.*

S. *V.* II. p. 887. n. 77 d. PANICUM *melicoides.* Addatur:

Obs. P. *melicoides Poir.* et P. *poaeforme Poir.* a clo *Spreng. S. V.* p. 322 junguntur sub P. *dioeco;* paniculae contractae elongatae ramis subfasciculatis; flosculis ovatis, appressis, dioecis; foliis lanceolatis, glabris.

S. *V.* II. *p.* 888. n. 77 g. PANICUM *erianthon.* Addatur synonymon:

Spreng. S. V. p. 315. et hoc teste: P. *hirticalycinum Bosc. Herb. Willd.*

S. *V.* II. *p.* 448. n. 78. PANICUM *lanatum.* Addatur:

Obs. Huc et ad P. *maximum* ducitur a *Spreng. S. V. p.* 318. PAN. *laeve Lam.*

S. *V.* II. p. 449. *Mant.* II. p. 244. n. 81. PANICUM *brevifolium.* Addatur:

Obs. Utrum „P. *brevifolium* spicis alternis: inferioribus pedunculatis; peristachyis bifloris: masculo et hermaphrodito; seminibus glaberrimis, semiglobosis; ligulâ nullâ; culmis subramosis *Sylloge plant. nov. Bot. Zeit.* 1824 *p.* 193, *Jan* in litt." hujus sit loci, nec ex diagnosi, nec ex sequenti adumbratione affirmari potest: „Culmi spithamar. fere 2, erubescentes, subramosi, trinodes, ramis paucioribus. Folia ½ ped., deorsum nonnihil attenuata, quâ latissima, unguis digiti minimi latitudine, utrinque glaberrima, margine denticulis minimis asperiuscula. Setae ad basin spiculae cujusvis plures." Si fors species propria, *Janiana* dicenda. *Spr.* in *S. V. p.* 320. P. *capillaceum Lam., trichoides Sw.* et *dubium Lam.* non a P. *brevifolio* L. differre dicit.

Mant. II. p. 244. *n.* 81 b. PANICUM *trypheron.* Addatur synonymon:

P. *Roxburghii Spreng. S. V.* p. 320.

S. *V.* II. p. 451. n. 87. PANICUM *ruscifolium* clo *Spreng. S. V.* p. 313. synonymon P. *divaricati* L.

S. *V.* II. p. 452. n. 88. PANICUM *elongatum* clo *Spreng. S. V.* p. 317. synonymon P. *virgati* L.

S. *V.* II. p. 453. *Mant.* II. p. 247. n. 93. PANICUM *acuminatum.* Addatur:

Obs. P. *acuminatum Mühlenb.* clo *Spreng. S. V. p.* 314 diversum videtur a P. *acuminato Sw.;* est illi: P. *Mühlenbergii;* paniculâ pauciflorâ, erectâ, longe pedunculatâ; flosculis ovatis, acutis, glaberrimis, striatis; foliis linearibus, subconvolutis, hirsuto-ciliatis; culmo basi ramoso, glabro.

S. *V.* II. p. 454. *Mant.* II. p. 248. n. 96. PANICUM *glutinosum.* Addatur synonymon:

P. *orinocense Herb. Willd.* fid. *Spreng. S. V. p.* 316.

n. 96 a. PANICUM *viscidum Ell.;* villosum, viscidum; paniculae expansae flosculis obovatis; foliis subcordato-lanceolatis, ciliatis; culmo basi nudo. *Spreng. S. V. p.* 316 et, hoc teste: P. *fimbriatum Willd. Herb.*

In Carolina australi.

S. *V.* II. p. 454. *Mant.* II. p. 249. n. 97. PANICUM *patens.* Addatur:

Obs. Spreng. S. V. p. 322 sub P. *patente* adducit: P. *multinode Lam.*, P. *radicans Retz.* et P. *velutinum Willd. Herb.*

S. *V.* II. p. 455. n. 100. PANICUM *sabulorum* *Lam.* a clo *Spreng. S. V.* p. 321. synonymon P. *dispermi* *Lam.* dicitur, quod illi a P. *arundinaceo* *Sw.* differre videtur.

S. *V.* II. p. 455. . 102. PANICUM *laxiflorum.* Addatur:

Obs. Huc a *Spreng. S. V. p.* 315 ducuntur P. *discolor Spreng.* et *Mühlenb.*, *multiflorum Ell.* (*polyanthes Mant.* II. *ed. nost.*) et P. *heterophyllum Schreb. Herb. Willd.* Confer. *Obs.* ad P. *discolor* in *Mant.* II. *p.* 242.

S. *V.* II. p. 456. *Mant.* II. p. 250. n. 103. PANICUM *agrostoides* clo *Spreng. S. V.* p. 319 synonymon P. *proliferi.*

S. *V.* II. p. 456. *Mant.* II. p. 251. n. 104. PANICUM *Myurus.* Addatur synonymon:

P. *Myosurus Rich.*, P. *interruptum Herb. Willd.* fid. *Spreng. S. V.* p. 309.

S. *V.* II. p. 456. n. 105 a. PANICUM *eriophorum*; paniculae erectae diffusae ramis capillaribus; flosculis ovato-oblongis, nervosis, acutiusculis, glabris; foliis lato-lanceolatis, rigidis, pilosiusculis; vaginis pilosis. P. *lanuginosum Bosc. Spreng S. V.* p. 319.

In Georgia. Nomen mutandum ob P. *lanuginosum Ell.*, quod *Spreng.* ipse sub hoc nomine p. 315 inseruit.

S. *V.* II. p. 457. n. 110. PANICUM *capense.* Addatur:

Obs. An certe huc? P. *capense;* paniculae erectae, pyramidatae ramis flexuosis, glabris; flosculis villosis, cernuis; foliis rigidis vaginisque glaberrimis. *Sprengel S. V. p.* 315 et hoc teste: P. *flexuosum Herb. Willd.*

S. *V.* II. *p.* 458. *Mant.* II. *p.* 252. *n.* 117. PANICUM *Heynii* clo *Spreng. S. V.* p. 204. synonymon P. *tenuis Roxb.*

S. *V.* II. p. 461. n. 132. PANICUM *pygmaeum.* Addatur synonymon:

P. *pauciflorum Willd. Herb.* fid. *Spreng. S. V.* p. 312.

S. *V.* II. p. 462. *Mant.* II. p. 252. n. 140. PANICUM *striatulum.* Addatur synonymon:

P. *australe Spreng. S. V.* p. 309.

S. *V.* II. p. 466. n. 155. PANICUM *olyroides.* Addatur synonymon:

PANICUM *macrospermum Willd. Herb.* fid. *Spreng. S. V.* p. 317.

Mant. II. p. 256. n. 157 d. PANICUM *polygonatum.* Addatur:

Obs. An huc P. *polygonatum Schrad.* in *Spreng. cur. post. p.* 34., quod ex Nov. Holl; paniculae erectae ramis strictis; axillis pilosis; flosculis breviter pedicellatis, lanceolatis, acutis, nervosis, glabris; vaginis pilosis; nodis culmi barbatis.

n. 157 e. PANICUM *subulatum Spreng.;* glaberrimum; paniculae aequalis ramis capillaribus; flosculis ovatis, ob-

tusiusculis, nervosis; foliis subulatis; culmo ramosissimo, gracili. *Spreng. S. V.* p. 319.

In Brasilia.

n. 157 f. Panicum *brasiliense Spreng.*; paniculae ramis divaricatis, flexuosis; axillis pilosis; flosculis ovatis, nervosis, glabris; culmo dichotomo; foliis lanceolatis, glaucis, rigidis, subdeflexis; vaginis hirtis. *Spreng. S. V.* p. 321. P. *adscendens Willd. Herb.*

In Brasilia.

Mant. II. p. 257. n. 166. Panicum *scabriusculum* idem est cum P. *virgato* L. fid. *Spreng. S. V.* p. 317.

Mant. II. p. 257. n. 168. Panicum *ovale.* Addatur synonymon:

P. *heterophyllum Bosc. Herb. Willd.* fid. *Spreng. S. V.* *p.* 315.

Mant. II. p. 257. n. 169. Panicum *lanuginosum.* Addatur synonymon:

P. *velutinum Bosc. Herb. Willd.* fid. *Spreng. S. V.* p. 315.

Mant. II. p. 257. n. 172. Panicum *angustifolium* clo *Spreng. S. V.* p. 315. varietas P. *villosi Lam.* esse videtur, p. 313. vero idem ad P. *nodiflorum Lam.* citat.

Mant. II. p. 257. n. 174. Panicum *Ornithopus Trinius*; culmo prostrato, glabro; vaginis glabris, basi pilosis; racemis terminalibus, ternis, alternis, approximatis; spiculis binis, alterâ longius pedicellatâ, oblongis; flosculis oblongis, villosiusculis. *Trinius* in *Spreng. n. Entd.* II. p. 83.

Radix fibrosa, brevis. Culmi palmares, spithamaei aut paulo longiores, inferne geniculati, tenues, striati. Vaginae hiantes, striatae; inferiores basin versus pilis aliquot e bulbulis. Ligula truncata aut acutiuscula. Racemi poll. patuli. Rhachis part. linearis, plana, flexuosa. Spiculae binae, rarius solitariae, subadpressae. Calycis gluma exterior minima; superior flosculis brevior, nervis margineque villosula. Flosculus neuter univalvis, membranaceus, flexurâ margineque villosulus. Flosc. hermaphroditus cartilagineus, oblongus, acutiusculus, longitudinaliter tenuissime striatus. *Trinius. In insula adscensionis.*

n. 175. Panicum *Helopus Trinius*; culmo ramoso, glabro; foliis undulato crenulatis, supra glanduloso-hispidis; vaginis hirsutis; paniculâ simplicissimâ e racemis alternis; spiculis biserialibus, oblongo-subrotundis; pedicellis subclaviformibus extus pilo longiusculo; calyce hirsuto; flosculo hermaphrodito subrotundo, transversim

ruguloso: valvulâ inferiore mucronatâ. *Trinius* in *Spreng. n. Entd.* II. p. 84. P. *hirsutum König* in *Herb. Banks.* et *Jacq.*

Culmus 1 ½ ped., compressus, inferne geniculatus, striatus, superne nudus; ramis floriferis. Vaginae internodio breviores, laxae, compressae, pilis patentibus rariusculis, striatae. Ligulae loco barba pilorum semilunaris. Folia lineari-lanceolata, acuminata, 2-3 poll., 3 lin. lata, plana, striata, nervo médio tenui, basi subcompressa et amplexicaulia, utrinque glabriuscula, margine undulato-crenulato superne hispida (?), inferne carinâque ciliata, supra pilis raris e glandulis minimis. Panicula subpalmaris, e racemis 8-9, patentibus, sensim confertioribus. Rhachis comm. inferne compressa, hinc sulcata, nuda, superne argute triangularis, pilosa, parum flexuosa; partialis basi villo brevi, triangularis, pilosula, 2 poll. et brevior, fere a basi florifera. Spiculae unilaterales, alternae, approximatae, majusculae. Pedicelli brevissimi, persistentes. Calyx membranaceus, hirsutus: gluma inferior minima, cordata, acuta, trinervis; superior flosculum neutrum aequans, acuminata, 5-nervis. Flosc. neuter bivalvis: valv. infer. glumae calycis superiori simillima, trinervis, hirsuta; superior aequilonga, plana, glabra, hyalina. Flosc. ☿ subrotundus, compressus, albidus; valv. infer. mucrone aristaeformi. *Trinius.* *In India orientali.*

n. 176. Panicum *Monachne Trinius*; culmo ramoso, vaginisque glabro; foliis linearibus, firmis, glabris; paniculâ strictâ, glabrâ, patulâ; ramis flexuosulis, glaberrimis; spiculis oblongis; glumis calycinis inaequalibus, inferiore suppressâ, superiore oblongâ, glaberrimâ, obtusâ. *Trinius* in *Spreng. N. Entd.* II. p. 86.

Culmus abscissus videtur geniculato-adscendens et ultra ped., teres, striatus, farctus, ad nodos geniculatus, ad paniculam usque vaginatus. Vaginae longitudine variâ, arctiusculae, ad ramificationes paulo hiantes, striatae. Ligulae loco barba pilorum brevium sémilunaris. Folia erecto-patula, spithamaea et breviora, nervo medio percursa et subcarinata, inferne plana et semiamplexicaulia, superne compresso-involuta, striata: supremum erecto-strictiusculum, mediam paniculam aequans. Panicula spithamaea, erecta, oblonga; rhachis teres, striata, glaberrima, subaequa. Rami bini, erecto-patuli, glaberrimi, loco insertionis callosi, inferne nudi et stricti, superne ramosi: ramulis ramulosis, demum capillaribus. Spiculae locustis *Milii* minores, clausae, flavido-virides aut e fusco rubentes. Cal. membranaceus, fere paleaceus, biflorus: gluma superior fere longitudine masculi, concava, enervis. Flosc. ♂ bivalvis: valv. inf. formâ et substantiâ glumae calycinae, apicem versus subcarinata: superior subconduplicata, paulo brevior, membranacea, albida. Stam. 3. Antherae lineares. Flosc. ♀ cartilagineo-chartaceus, nitidissimus, oblongus, acutus, angustior, bivalvis; valv. super. subaequilonga. Stigmata exserta, plumosa. *Trinius.* *In insula Borbonia.*

Obs. In flosculo altero plantae hujus, iconi MENERITANAE *Burm.* et *Pluk.* similis, ne vestigium quidem staminum inveni, ita ut mihi ad ISACHNEN *R. Br.* pertinere videatur, quamvis *R. Br.* calycem biglumem et flosculos chartaceos petat. Hoc si ita se haberet, ISACHNEN non liceret a PANICO divellere. *Trinius.*

Quid: PANICUM *longisetum Torr.;* culmo tereti, glabro; foliis lanceolatis, pollicem latis, subglaucis; spicâ compositâ, subpaniculatâ, densâ, subnutante; spiculis alternis oppositisve: calycibus trifloris; valvulâ exteriore minimâ; reliquis inaequalibus, ovato-acuminatis, hispidis, singulis longe aristatis. *Torrey* in *Sillim. Americ. Journ.* II. *p.* 134. *In America boreali. Douglas.* — Nomen, si species genuina, et hujus generis, mutandum, cum jam sit P. *longisetum Poir.*

Quid PANICUM *brachystachyum, campestre, decipiens, eriochrysoides, inconspicuum, junceum, perforatum, semirugosum Nees* in *Martius Prodr. Fl. brasil. ined.?* PANICUM *zonale Gusson?*

n. 264. MONACHNE.

S. V. II. p. 468. *Mant.* II. p. 258. n. 1. MONACHNE *unilateralis.* Addatur:

Obs. Spreng. in *S. V. p.* 311 et 316 hanc speciem in duas disjungit, quarum altera illi PANICUM *leucophaeum Humb.* et *Bonpl.;* spicis numerosissimis, verticillatis, subfastigiatis; flosculis villosis; foliis scabris, subtus glaucescentibus; vaginis laxis, pilosis: MONACHNE *unilateralis Palis.* et cum? MILIUM *villosum Sw.;* altera PANICUM *insulare Meyer,* paniculae subcoarctatae ramis hispidis; flosculis sericeo-lanuginosis; foliis glabris; vaginis striatis; ANDROPOGON *insularis* L.

S. V. II. p. 469. n. 2. MONACHE *racemosa.* Addatur synonymon:

PANICUM *racemosum Spreng. S. V.* p. 313.

n. 265. STREPTOSTACHYS.

S. V. II. p. 469. *Mant.* II. p. 259. n. 1. STREPTOSTACHYS *hirsuta.* Addatur synonymon:

PANICUM *Streptostachys Spreng. S. V.* p. 316.

n. 266. DIGITARIA.

S. V. II. p. 471. *Mant.* II. p. 261. n. 7. DIGITARIA *glabra.* Addatur varietas:

β. lasiocarpa, fruct. dense villosis. *Bönnigh. Fl. monast. Prodr. p.* 18.

β. frequens prope Dorsten Westphaliae.

S. V. II. p. 472. *Mant.* II. p. 261. n. 8. DIGITARIA *pilosa.* Addatur:

Obs. Spreng. S. V. p. 271. D. *serotinam* et *pilosam Mich.* sub D. *villosa Pers.* conjungit, quam vero *p.* 270. jam ad D. *filiformem Mühlenb.* citavit.

S. V. II. p. 472. n. 10. DIGITARIA *foliosa* a clo *Spreng. S. V.* p. 270. synonymon dicitur D. *paspalodis.*

S. V. II. p. 473. n. 13. DIGITARIA *distachya.* Huc pertinere PANICUM *gracile Nees* in *Sieb. Agrost. n.* 72. *Spreng. cur. post. p.* 33.

S. V. II. 473. n. 14. DIGITARIA *barbata.* Addatur synonymon:
PANICUM *appressum Willd.* fid. *Spreng. S. V.* p. 270.

n. 267. NEURACHNE.

S. V. II. p. 475. n. 1. NEURACHNE *alopecuroides.* Addatur synonymon:
PANICUM *alopecuroides Spreng. S. V. p.* 309.

S. V. II. p. 475. n. 6. NEURACHNE *Meneritana.* Addatur synonymon:
PANICUM *Meneritana Spreng. S. V.* 321.

n. 268. ISACHNE.

S. V. II. p. 476. n. 1. ISACHNE *australis.* Addatur synonymon:
PANICUM *antipodum Spreng. S. V. p.* 314.

S. V. II. p. 476. *Mant.* II. p. 265. n. 2. ISACHNE *pulchella.* Addatur synonymon:
PANICUM *pulchellum Spreng. S. V. p.* 322.

n. 269. UROCHLOA.

S. V. II. *p.* 476. *n.* 1. U. *panicoides.* Addatur synonymon:
SETARIA *pilifera*; paniculae laxae ramis subspicatis; setis gracillimis, piliformibus, subbinis; flosculis alternis, subsecundis, ovatis, acutis, nervosis rhachique pubescentibus; foliis lato-lanceolatis, ciliatis; vaginis longe pilosis; culmo flaccido. *Spreng. cur post. p.* 33.

In Insul. Mascaren. et Nov. Holland.

n. 270. ECHINOCHLOA.

S. V. II. p. 477. *Mant.* II. p. 267. n. 2. ECHINOCHLOA *stagnina.* Addatur synonymon:
ORTHOPOGON *stagninus Spreng. S. V.* p. 307., qui ECHINOCHLOAM *commutatam*, OPLISMENUM *Crus pavonis* et *polystachyum Humb. et Bonpl.* et PANICUM *Crus Pici Willd. Herb.* instar synonymorum citat.

Mant. II. p. 267. n. 2 a. ECHINOCHLOA *commutata.* Addatur synonymon:
PANICUM *Hostii M. a Bieb. Taur. Cauc. Suppl. p.* 57.

S. V. II. p. 277. n. 4. ECHINOCHLOA *erythrosperma.* Addatur synonymon:
SETARIA *erythrosperma Spreng. S. V.* p. 304, qui PANICUM (SETARIAM) *laevigatum Mühlenb.* et *Ell.* cum? huc ducit.

S. V. II. p. 477. *Mant.* II. p. 268. n. 5. ECHINOCHLOA *Crus Corvi* L. non differt ab E. *Crus Galli* fide *Smith. Engl. Fl.* p. 99. *Spreng. S. V.* p. 307, sub ORTHOPOGONE *Crus Galli* etiam ECHINOCHLOAM *scabram* adducit.

S. V. II. p. 478. n. 6 a. ECHINOCHLOA *cubensis*; spicis alternis, secundis, multifloris; rhachi hirtâ; flosculis subglutinosis, longissime aristatis; foliis lato-lanceolatis, glabriusculis; vaginarum oris villosis. ORTHOPOGON *cubensis Spreng. S. V.* p. 307.

In Cuba.

S. V. II. 480. *Mant.* II. *p.* 270. *n.* **11.** ECHINOCHLOA *setigera.* Addatur synonymon:

PANICUM *distichum*; spicis inferioribus alternis, remotis, superioribus semiverticillatis setosis; spiculis subsolitariis, secundis, glabris; glumâ infimâ minimâ, remotâ; foliorum vaginis angustis, compressis, ciliatis. *E. Meyer* in *Nov. Act. Ac. Nat. Cur.* T. XII. p. 768., et hujus fide: *Lam. Encycl.* IV. p. 741., et cum? PANICUM *Pennisetum Roth in S. V. ed. nostr.* T. II. p. 494. — *β luxurians*, foliis glabriusculis, spicis subnudis, inferiorum spiculis racemoso-aggregatis. *E. Meyer l. c.*

Caulis 1½ ped. et altior, strictus, tereti-compressus, sulcatus, glaber, nodis nigricantibus, interdum ramosus, ramis debilibus. Folia subdisticha, patentia, ½ ped. et longiora, lineari-lanceolata, acuminata, basi subtruncata, medio 4-5 lin. lata, marginibus retrorsum hispida, dorso glabra, facie pilis raris longis rigidiusculis. Vagina subpalmaris, cauli appressa, dorso carinata, marginibus ciliata, ceterum glabra. Ligula subnulla. Spicae in rhachi communi tereti glabra, 8-10-poll., suberectae, dein patentes, demum divaricatae secundae; inferiores solitariae, pollicares et longiores; rhachi partiali semitereti, ad angulos hispidâ, setis longis raris albis patentibus. Spiculae in pedicellis nudis, brevibus, solitariae, rarius geminae pluresve, magnitudine seminis *Sinapis albae*. Calyx bivalvis; glumâ inferiore minutâ, acutâ, remotiore ab altera superiore ovatâ obtusiusculâ carinatâ. Flos inferior neuter uniglumis, superior hermaphroditus biglumis: glumâ interiore angustiore. Semen inclusum. Var. *β* forte soli fertilioris et humidioris progenies, differt tantummodo: fol. glabriusculis, spicarum praesertim inferiorum setis rarissimis, interdum nullis, harumque spiculis praesertim inferioribus non solitariis, sed numerosis in spicam racemosam laxiorem iterum collectis. *E. Meyer.* *In Surinam. Dr. Hostmann.*

Mant. II. p. 270. n. 13. ECHINOCHLOA *hirta.* Addatur synonymon:

PANICUM *Rothii Spreng. S. V. p.* 310.

Obs. Praeter species jam indicatas a *Spreng. S. V. p.* 306 ad ORTHOPOGONES adhuc ducuntur: ECH. *echinata* et *squarrosa*, nominibus specificis ceterum servatis.

n. 271. OPLISMENUS.

Mant. II. p. 271. n. 1 b. OPLISMENUS *hirsutus.* Addatur synonymon:

PANICUM *Königii Spreng. S. V. p.* 311.

Mant. II. p. 272. n. 1 d. OPLISMENUS *strictus.* Addatur synonymon:

PANICUM *bengalense Spreng. S. V. p.* 311.

S. V. II. p. 482. n. 4. OPLISMENUS *undulatifolius.* Addatur:

Obs. Mert. et *Koch Deutschl. Fl. p.* 463. fide specim. Hostiani monent, P. *hirtellum Host* omnino idem esse cum P. *Burmanni Willd.* (nostro OPLISMENO *Burmanni*), cujus specimina indica a *Hayne* et *Forly Forster* in India lecta possident.

S. V. II. p. 482. *Mant.* II. p. 272. n. 5. OPLISMENUS *Burmanni.* Addatur:

Obs. Differt ab O. *undulatifolio:* spicâ compositâ, spicis alternis longioribus. Spicae inferiores ¾, superiores ¼ poll.; infimae spiculis 25, supremae 8-12, quae spiculae duplo minores quam in *undulatifolio*, in rhachi planiuscula imbricatae: altera sessilis, altera pedicellata: utraque supra et margine pilis mollibus, ut tomentosae videantur. Aristae albae, deorsum scabrae, acutae. *Mert.* et *Koch l. c. p.* 463. *Sprengel S. V. p.* 306 sub ORTHOPOGONE *Burmanni* huc ducit PANIC. *barbatum Lam.* et PAN. *lappaceum Herb. Willd.*

S. V. p. 483 n. 6. OPLISMENUS *bromoides* et n. 7. OPLISMENUS *loliaceus* a *Spreng. S. V.* p. 306 nomine ORTHOPOGONIS *loliacei* junguntur.

S. V. II. p. 483. n. 7 a. OPLISMENUS *pratensis*; spicis secundis, multifloris; rhachi applanatâ, pilosâ; flosculis remotiusculis, solitariis, pilosiusculis, longissime aristatis; foliis linearibus, glabris; vaginis pubescentibus. ORTHOPOGON *pratensis Spreng. S. V.* p. 306.

In insula Franciae.

S. V. II. p. 484. n. 9. OPLISMENUS *africanus* clo *Spreng. S. V.* synonymon ORTHOPOGONIS (OPLISMENI) *compositi.*

Obs. Praeter species hic indicatas a *Sprengel S. V.* l. c., servatis ceterum nominibus specificis, ad ORTHOPOGONES ducuntur: OPLISMENUS *setarius, velutinus, undulatifolius, hirtellus* et *holciformis.*

n. 272. SETARIA.

S. V. II. p. 488. n. 1. SETARIA *purpurea* clo *Spreng. S. V.* p. 302. synonymon PENNISETI *criniti* (GYMNOTHRICIS *crinitae*).

S. V. II. p. 488. n. 2. SETARIA *sericea* clo *Spreng. S. V.* p. 303. synonymon PENNISETI *uniflori.*

S. V. II. p. 488. n. 3 a. SETARIA *Rottleri Spreng.*; paniculâ spicatâ, cylindricâ, laxiusculâ; setis involucri flosculos superantibus, deorsum hispidis; corollis nervosis; semi-

nibus rugulosis; foliis latiusculis, hirsutis. *Spreng. S. V.* p. 304. PANICUM *verticillatum Rottl.*

In Ind. or. Conf. Obs. nostr. in *Mant.* II. p. 274.

S. V. II. p. 488. *Mant.* II. p. 274. n. 4. SETARIA *viridis*. Addatur:

Obs. Variat glumis longioribus brevioribusque; paniculâ viridi et rubro-fuscâ. *Mert.* et *Koch Deutsch. Fl. p.* 470. PANICUM *purpurascens Opiz* (fid. specim. ab auctore) mera S. *viridis* varietas paniculis rubrofuscis.

Mant. II. p. 274. n. 4 b. SETARIA *macrochaeta* clo *Spreng. S. V.* p. 305 synonymon SET. *macrostachyae* s. *setosae.*

S. V. II. p. 490. *Mant.* II. p. 275. n. 8. SETARIA *glauca*. Addatur synonymon:

Spreng. S. V. p. 304, cui PANIC. (SETARIA) *corrugatum Ell.*, *intermedium Roth.* et *compressum Balb.* (?) hujus varietates.

S. V. p. 493. *Mant.* II. p. 277. n. 15. SETARIA *italica*. Addatur:

Obs. Cli *Mert.* et *Koch* in *Deutsch. Fl. p.* 470. PAN. *germanicum* et *italicum* iterum conjungunt, atque sic exponunt: P. *italicum*; paniculâ spicatâ, decompositâ, lobatâ; involucellis sursum hispidis; glumis flosc. hermaphroditi glabriusculis. α. rhachi pilis densis brevibus, involucris spiculis multo longioribus, paniculâ nunc congestâ, nunc basi interruptâ. PAN. *italicum Willd.*, P. *erythrospermum Hornem. Cat.* — β rhachi ut in α, involucris spiculis brevioribus. P. *sibiricum Hortul.*, P. *maritimum H. Par.* γ. rhachi pilis densis longis; involucris spiculis longioribus; paniculâ nunc congestâ, nunc basi interruptâ. P. *germanicum Willd.* δ. rhachi ut γ, involucris spiculis brevioribus. P. *compactum Kitbl.* Ad P. *italicum* ab illis etiam ducuntur: P. *melfrugum, serotinum, indicum, asiaticum Hortor.*

S. V. II. p. 494. *Mant.* II. p. 278. n. 18. SETARIA *setosa*. Addatur synonymon:

SETARIA *macrostachya Spreng. S. V. p.* 305 et hoc teste: PENNISETUM *Alopecuros Jacq.*

n. 18 c. SETARIA *vaginata Spreng.*; paniculâ spicatâ, elongatâ, vaginatâ; setis subsolitariis, sursum asperis, flexuosis; flosculis acutis, glabris, nervosis; culmo foliisque laevibus. *Spreng. cur. post. p.* 33.

In Rio grande. Sello.

S. V. II. p. 495. n. 21. SETARIA *vulpiseta* clo *Spreng. S. V.* p. 305 synonymon S. *setosae.*

S. V. II. p. 495. n. 22 a. SETARIA *rariflora Mik.*; culmo gracili, pubescente, ramoso; vaginis compressis, pubescentibus; foliis linearibus, scabris, basi pubescentibus; paniculâ racemiformi, interrupto-rarâ; rhachi patenti-hirsutâ; pedicellis setâ unicâ, longâ, flexuosâ, scabrâ; glumâ calycinâ inferiore minore; flosculo hermaphrodito transversim undulato. *Trinius* in *Spreng. n. Entd.* II. p. 78.

Culmus 2 ped., erectus, subfiliformis, ad nodos (4) neutiquám geniculatus, compressiusculus, striatus, imprimis superne pubescens, sub racemo nudus. Vaginae longitudine variae, arctae, superne hiantes, subcarinatae, striatc. Ligula brevissima, barbulata. Folia ped., utrinque attenuata, plana, 2 lin. lata, flaccida, nervo pallidiore, tenuissime striata, imprimis basin versus pube brevissimâ, superiora racemum aequantia. Panicula recta, ultrapalmaris, lineari-angusta; rhachi flexuosulâ, sulcato-angulatâ, e punctis asperis patenti-hirsutâ. Rami breves et brevissimi, a basi floriferi, 2-4-flori, alterni, solitarii l. bini, erecti. Pedicelli 1-2 flori: spiculis arcte cohaerentibus, alterâ subinde imperfectâ. Spiculae circiter Milii magnitudine, virides, oblongae, acutae. Cal. herbaceo-membranaceus; glumis latis, alterâ alteram obvolvente: inferior duplo minor, rotundata, acuta, trinervis; superior flosculos aequans et arcte obvolvens, oblonga, acuta, 5-nervis: nervis apice incrassatulis. Flosc. ♄ bivalvis: valv. infer. longitudine et substantiâ glumae superioris, trinervis; superior rotundata, plana, tenera, acutiuscula. Flosc. ☿ albidus, generis. An PAN. *caudatum Lam.?* *Trinius.* *In Brasilia.*

Obs. *Spreng.* in *S. V.* p. 305 hanc cum P. *caudato Lam.* ad S. *gracilem Humb.* et *Bonpl.* trahit.

S. V. II. p. 495. *Mant.* II. p. 280. n. 23. SETARIA *muricata.* Addatur synonymon:

ORTHOPOGON *hispidus Spreng. S. V.* p. 307., qui etiam PANICUM (ECHINOCHLOAM) *lanceolatum Retz.* huc trahit.

Mant. II. p. 280. n. 24. SETARIA *disticha.* Addatur synonymon:

PANICUM *distans Willd. Herb.* fid. *Spreng. S. V.* p. 305.

n. 27. SETARIA *luxurians Spreng.*; spicis subpaniculatis, confertis, erectis; setis subternis, gracilibus, laevibus; flosculis ovatis, acutis, nervosis, glabris; culmo repente, radicante; foliis cordato-lanceolatis, subtus vaginarumque oris pilosis. *Spreng. S. V.* p. 305. PANICUM *luxurians Willd. Herb.*

In Ind. orientali.

n. 28. SETARIA *ocreata Spreng.*; spicis paniculatis, remotis; setis gracilibus, glomeratis, glabris; flosculis ovatis, nervosis, laevibus, secundis; foliis cordato-lanceolatis, amplexicaulibus basi vaginarumque oris ciliatis; culmo erecto. *Spreng. S. V. p.* 305. PANICUM *ocreatum Willd. Herb.*

In India occidentali.

n. 29. SETARIA *mauritiana Spreng.*; spicis paniculatis, secundis, subfasciculatis; ramis pilosis; setis flexuosis, sursum hispidis; flosculis ovatis, nervosis, acutis, scabrius-

culis; seminibus rugulosis; foliis lato-lanceolatis, pilosiusculis; nodis barbatis. *Spreng. S. V. p.* 305. Panicum *mauritianum Willd. Herb.*

In Insula Mauritii.

n. 30. Setaria *floribunda Spreng.*; spicis paniculatis, confertis, divaricatis; rhachi angulatâ flosculisque ovatis obtusiusculis nervosis glabris; foliis lato-lanceolatis, pilosiusculis; vaginis glabris. *Spreng. S. V.* Panicum *floribundum Willd. Herb.*

In India orientali.

Quid Panicum (Setaria) *tejucense* et *flavum Nees ab Esenb.* in *Martius Prodr. Fl. brasil. ined.?*

n. 273. MELINIS.

S. V. II. p. 495. n. 1. Melinis *minutiflora.* Addatur synonymon:

Tristegis *glutinosa Nees ab Esenb.* (*Mant.* II. p. 203.)

n. 274. DIMERIA.

S. V. II. p. 496. n. 1. Dimeria *acinaciformis.* Addatur synonyomon:

Saccharum *acinaciforme Spreng. S. V. p.* 282.

n. 275. ARRHENATHERUM.

S. V. II. p. 496. *Mant.* II. p. 281. n. 1. Arrhenatherum *avenaceum.* Addatur:

τῳ β; Arrhenatherum *bulbosum Presl Fl. sicul.*, *de Schlechtd. Fl. berol.*, A. *precatorium Dietr. Fl. berol. p.* 88.

n. 276. POGONATHERUM.

S. V. p. 497. *Mant.* II. p. 281. n. 1. Pogonatherum *polystachyum.* Addatur synonymon:

Pollinia *polystachys Spreng. S. V. p.* 288, et hoc teste: Andropogon *crinitus Thunb.*

278. ANTHEPHORA.

Mant. II. p. 282. Anthephora *villosa.* Addatur synonymon: Cenchrus *villosus Spreng. S. V.* p. 301.

n. 280. PENICILLARIA.

S. V. II. 498. n. 1. Penicillaria *cylindrica.* Addatur synonymon:

Pennisetum *alopecuroideum Spreng. S. V. p.* 303. et hoc teste: Holcus *racemosus Forsk.*

Mant. II. p. 283. n. 3. PENICILLARIA *involucrata* clo *Spreng.* S. V. p. 303, synonymon PENNISETI *typhoidei* (PENICILL. *spicatae.*)

n. 281. GYMNOTHRIX.

S. V. II. p. 499. *Mant.* II. *p.* 283. *n.* 1 a. GYMNOTHRIX *cenchroides.* Addatur synonymon:

PENNISETUM *hordeiforme Spreng. S. V.* p. 302. et hoc teste: PANICUM *aristidoides Willd. Herbar.*

Obs. GYMNOTHRICES omnes clo *Spreng.* l. c. PENNISETA sunt.

S. V. II. p. 500. n. 4. GYMNOTHRIX *latifolia;* spicis geminis, longe pedunculatis; flosculis imbricatis, sessilibus, glabris, involucro brevioribus; foliis lato-lanceolatis vaginisque glabris. PENNISETUM *latifolium Spreng. S. V. p.* 302.

In Monte Video. Sello.

n. 283. ARUNDO.

S. V. II. p. 501. *Mant.* II. p. 285. n. 1. ARUNDO *Epigejos.* Addatur synonymon:

ARUNDO *canescens Wigg. Prim.* fid. *Mert. Koch Deutsch. Fl. p.* 250.

Obs. Insertio aristae, ejusdem longitudo et apex glumae inferioris corollae valdopere variant: vix minus latitudo foliorum, hispiditas apicis culmi atque magnitudo locustarum. Corollae valvula inferior est plerumque duobus nervis instructa; arista adnata tertium statuit. Hicce saepius a puncto remotionis aristae dividitur in duos, qui lacinularum margines formant internos. Rarissime adsunt nervi 4 ad basin usque. Apex glumae semper est bifidus: at modo nervi 2 externi elongantur in setas, mox interiores, mox omnes 4. Aristae longitudo aeque variat ac insertio, quae ab ¼ parte pone basin usque ad ¼ partem ab apice usque attollitur; mox glumam corollinam excedit, mox pilos fere adaequat, apice quandoque obliquo. Odessana specimina habent paniculam obtusiorem. *Besser in litt.*

n. 1 a. ARUNDO *maritima Agardh.;* paniculâ contractâ, subsecundâ; glumis subulatis; corollâ pilis duplo longiore, infra apicem aristatâ, aristâ parum excedente. *Agardh* in *Botan. Zeit.* 1824. p. 561.

Radix repens. Culmi 3-ped. et ultra, firmi, crassitie pennae anatinae, stricti, rigidi, striati, etiam superne laevissimi. Folia linearia, rigida, ut et vagina glaberrima laevissimaque. Ligula lanceolata. Panicula stricta, palmaris. Rhachis laevis et glabra, sed rami pilosi, infimi subbracteati squamâ minutissimâ adpressâ. Flores densi, subimbricati, secundi, subfalcati, duplo majores quam in A. *Epigejo.* Calyces 1-flori, superne purpurascentes; glumis aequalibus, subulatis, carinâ et margine, inprimis apicem versus, hispidis; alterâ trinervi, alterâ uninervi. Corollâ calyce tertiâ parte minor, inaequalis, firmior quam in A. *Epigejo;* gluma exterior trinervis, nervis scabra, apice fissa, infra fissuram emittens aristam rectam hispidam glumâ ipsâ paulo longiorem; interior parum minor

et tenuior, apice dentata. Pili corollam cingentes copiosi, corollâ duplo breviores. *Agardh.* *In littore scanico.*

S. V. II. p. 502. *Mant.* II. p. 285. n. 3. Arundo *littorea.* Addatur:

Obs. Cli *Mert.* et *Koch Deutsch. Fl.* p. 519. *A. littoream Schrad.*, *laxam Host* et *annulatam S. Veg. nost.* n. 5. (cum synonymis) unam eandemque sistere speciem affirmant; his adsensit *Spreng.* sub Calamagrosti *littorea* p. 252.

S. V. II. p. 503. *Mant.* II. p. 286. n. 7. Arundo *Pseudophragmites.* Addatur synonymon:

Calamagrostis *Halleriana Dec. Fl. fr.* Calamagrostis *varia Host. Gram.* IV. *t.* 47. fid. *Mert. et Koch Deutsch. Fl. p.* 521.

n. 7 a. Arundo *vilnensis;* paniculâ elongatâ, diffusâ; calycibus acuminatis; aristâ dorsali glumam bifidam subaequante; pilis corollâ paulo longioribus. *Besser in litt.* sub Calamagrosti *vilnensi.*

A C. *lanceolata Roth* differt: 1° insertione aristae, quae, etsi in ipsa fissura glumae corollae, tamen gluma ad lineam usque est fissa; 2° paniculâ lanceolatâ; 3° corollae glumâ superiore fere $^1/_3$ breviore, apice denticulatâ; 4° foliis angustioribus. Maxime affinis videtur C. *Pseudophragmiti*, a qua aristâ infra medium insertâ, glumâ breviore, corollae glumâ superiore majore, habitu et locustis minoribus ac C. *lanceolatae* differt. *Besser in litt.* *In sylvaticis circa Vilnam.* Prof. *Wolfgang.*

n. 7 b. Arundo *lithuanica;* paniculâ diffusâ; calycibus acuminatis; aristâ dorsali glumam corollae truncatam subaequante; pilis calyci subaequalibus. *Besser in litt.* sub Calamagrosti *lithuanica.*

C. *vilnensi*, *lanceolatae* et *Pseudophragmiti* affinis. A C. *lanceolata* differt: corollae glumâ inferiore oblongâ, truncatâ, bifidâ, laciniis bisetulis; aristâ dorsali glumâ breviore aut eandem adaequante; pilis copiosioribus; paniculâ minore angustiore foliisque angustioribus; a C. *vilnensi:* corollae glumâ, quae in altera lanceolata, aristâ semper? supra medium insertâ, pilis calyci subaequalibus, et paniculâ breviore; a C. *Pseudophragmite* denique praeter habitum et magnitudinem locustarum insertione aristae supra medium, glumam non superantis et glumâ superiore vix $^1/_3$ brevioris. Ambas C. *lanceolatae* varietates esse affirmat *Trinius. Besser in litt.* *In fossis prope Vilnam.* Prof. *Wolfgang*, *circa Pruszany in Lithuania. Besser.*

S. V. II. p. 504. *Mant.* II. p. 286. n. 8. Arundo *stricta.* Addatur:

Obs. Haec praebet duas notabiles varietates: calycis glumis equidem plumbeo-spadiceis, quales et in ic. *Engl. Bot.* et *Sturm.* 29 H. At in icone *Sowerb.* cor. gluma superior et arista nimis sunt longae, et insertio aristae est supra medium, aeque ac in icone *Sturmii*, ubi nec apex

glumae inferioris, nec crassities aristae quadrat in nostrates. Altera glumis calycis margine apicis quasi adusto aut late violaceo, ipso margine membranaceo, diaphano; prior aristâ glumâ longiore, altera vere breviore. Utraque in *Lithuaniae* et *Volhyniae* pratis humidis. *Besser in litt.* Etiam cls. *Richardson* in *App. Frankl. Journ.* p. 3. Arund. *canadensem* et *strictam* distinctas species esse jubet. Nihilominus *Spreng. S. V. p.* 253 sub Calamagrosti *stricta* conjungit Arund. *canadensem Mich.*, et *strigosam Wahlenb.* et *purpuream Trin.*

n. 8 a. Arundo *purpurea Trin.;* paniculâ subsecundâ, patulâ; calycis flosculis cum seta pilisque longioris glumis acuminatis, lanceolatis, hispidis; corollae valvulâ inferiore oblongâ, supra medium setâ rectâ valvulâ paulo longiore, calyce breviore; pilis flexuosis, corollam aequantibus; foliis retrorsum scabris. *Trinius* in *Spreng. n. Entd.* II. p. 52. *Spreng. S. V.* p. 253. eam ad Calamagrostem *strictam ducit.*

Ar. *strigosae Wahlenb.* affinis. Culmus 3-ped., teres, fistulosus, nitidus, fere ad apicem usque foliosus, superne compressus, striatus et scabriusculus. Nodi 7-8. Vaginae cylindricae, arctiusculae, vix scabrae: superior compressa. Ligula praelonga, hyalina, fissa. Folia lineari-angusta, erecta; inferiora plana; superiora compressa, paniculam subaequantia. Panicula spithamaea, purpurascens. Rhachis ramique scabri. Locustae exiguae, ex albo purpureoque variae. Cor. hyalina, fasciculis aliquot pilorum tenuium, valvula inferior apice subtruncato setuloso emarginata; superior fere dimidio brevior, apice emarginata. Lodiculae squamae oblongae, acutae. Antherae flavae. *Trin.* *Ad littora Baicalis.* *Herb. Gorenk.*

n. 8 b. Arundo *purpurascens*; paniculâ spicatâ; glumis scabris; perianthii valvulâ inferiore scabrâ: apice 4-dentato, dorso aristatâ; rudimento plumoso villis baseos duplo longiore. Calamagrostis *purpurascens R. Br.* in *Richards. App. Frankl. Jour. p.* 3.

In sterilibus Americae arcticae. Richardson.

n. 8 c. Arundo *Schwabii;* paniculâ strictâ; calycibus subulatis, pilis corollae dentatae brevissimis; aristâ terminali, geniculatâ, calycem superante. Calamagrostis *Schwabii Spreng. S. V. p.* 253.

In Saxonia.

S. V. II. *p.* 505. *Mant.* II. *p.* 286. *n.* 10. Arundo *varia.* Addatur:

Obs. Huc a *Mert.* et *Koch* in *Deutsch. Fl.* p. 513 instar synonymi ducitur: Calamagrostis *montana Host* (Ar. *montana S. V. ed. nostr. p.* 508); instar varietatis vero Calamagrostis *sylvatica Host* (Ar. *Hostii S. V. ed. nost. p.* 508.) Cls. *Spreng. S. V. p.* 255 Calamagr. *montanam Host* synonymon Stipae (Agrostis) *Calamagrostis* dicit; p. 255 vero sub Calamagrosti *montana Host* conjungit: Arundinem *variam* et *acutifloram Schrad.!*

Mant. II. p. 287. n. 12 a. Arundo *Langsdorfi.* Addatur synonymon:

Calamagrostis *Langsdorfi Spreng. S. V. p.* 252.

S. V. II. p. 508. *Mant.* II. p. 287. *n.* 17. ARUNDO *agrostoides*. Addatur:

Obs. Huc a *Spreng. S. V. p.* 252 (sub CALAMAGR. *agrostoidi*) ducitur A. *glauca Mühlenb.*; ARUNDO *cinnoides Mühl.* vero illi est species propria: CALAMAGR. *cinnoides*, ad quam cum? ARUND. (DEYEUXIAM) *airoidem Poir.* citat.

S. V. II. p. 509. n. 19. ARUNDO *tenella* clo *Spreng. S. V. p.* 253. synonymon CALAMAGROSTIS (ARUNDINIS) *tenuifoliae*.

S. V. II. p. 510. n. 21 a. ARUNDO *cuspidata*; paniculâ laxâ, subverticillatâ; calycibus subaristatis, corollam superantibus; pilis brevissimis; valvâ exteriore bifidâ, dorso aristatâ; foliis convoluto-setaceis, glaberrimis. CALAMAGROSTIS *cuspidata Spreng. S. V. p.* 253. AVENA *cuspidata Willd. Herb.*

In Mexico.

n. 21 b. ARUNDO *plumosa*; paniculae laxae ramis flexuosis, capillaribus; calycibus acutissimis, corollâ basi brevissime pilosâ brevioribus; aristâ tortâ, elongatâ, basi plumosâ; culmo filiformi; foliis subulatis, vaginarum ore barbato. CALAMAGROSTIS *plumosa Spreng. S. V. p.* 253.

Prope Monte Video. Sello.

S. V. II. *p.* 510. *Mant.* II. *p.* 289. *n.* 23. ARUNDO *Phragmites*. Addatur synonymon:

PHRAGMITES *communis Bönnigh. Fl. monast. prodr.* p. 23. cui: *α. vulgaris*, spiculis sub 5 floris; *β. uniflora*, spiculis unifloris, et hûc fid. *Mert.* et *Koch Deutsch. Fl.* p. 528: ARUNDO *Pseudophragmites Lejeune* et CALAMAGROSTIS *nigricans Merat* et *Dumortier*.

β ad *ripas Rheni* τῷ *α* vulgatior, forsan specie distinguenda; altitudine haud minore, saepius majore.

Obs. Icon *Engl. Bot.* t. 604 non exprimit pilos ad ramificationem, quos tamen *Schrad.* in *Fl. Germ.* adesse dicit, et quos etiam in specim. nostratibus observo. Ex spicula quoque seorsim picta, quasi aristata, icon dubia. *Besser in litt.*

S. V. II. p. 511. *Mant.* II. p. 289. n. 24. ARUNDO *bifaria*. Addatur synonymon:

DONAX *bifarius Trinius* in *Spreng. n. Entd.* II. p. 73.

Culmus teres, fistulosus, foliosissimus, ad paniculam usque vaginatus. Vagina altera alteram vaginans, ab eodem nodo 2 (et forte plures?) ideoque internodio multo longiores, arctae, teretes, striatae, glabrae. Ligula brevissima semilunaris. Folia plurima, disticha, ped., sensim paulo breviora, lineari-lanceolata, apice extremo attenuato-acutissima, crassiuscula et firma, subtus tenuissime striata et nervo medio angusto, margine membranaceo hispida. Panicula dodrantalis; rhachi angulatâ, striatâ, glabrâ; ramis semiverticillatis, a basi ramosis et mox floriferis. Spiculae magnitudine Phragmitis. Calyx flosculos subaequans, glumae lanceolato-lineares, acu-

minatae, dissitiusculae; inferior paulo longior. Flosculus infimus brevius, superiores longius pedicellati: pedicello nudo. Cor. valv. inferior membranacea lanceolata, acuminata, 3-nervis: nervo medio in acumen longius, lateralibus in breviora excurrentibus, basi dorsi villosa; villis ipsâ tertiam partem brevioribus: valv. superior fere triplo minor, tenuior, bicarinata et bidentata, conduplicata. Lodiculae squamae parvae. Stamina 3. Antherae lineares; ovarium oblongum. *Trinius.*

S. V. II. p. 512. n. 27. ARUNDO *pygmaea Spreng.* nunc ab ips. *Spreng. S. V. p.* 333. synonymon dicitur TRISETI *Löfflingiani.*

Mant. II. p. 290. n. 28 b. ARUNDO *Selloana*; paniculae ramosissimae ramis flexuosis; calycibus sub-6 floris; flosculis remotiusculis, longissime cuspidatis, diaphanis, dioecis; foliis linearibus, elongatis, marginatis, serrulatis. A. *dioeca Spreng. S. V. p.* 361.

In Monte Video. Sello.

n. 284. HIEROCHLOA.

S. V. II. p. 513. *Mant.* II. p. 291. n. 1. HIEROCHLOA *borealis.* Addatur synonymon:

Smith Engl. Fl. p. 110. et hoc teste: HOLCUS *odoratus Linn. Suec.* 363. *Lapp.* 29., ab ips. *Linn.* cum H. *australi* confusus.

S. V. p. 514. *Mant.* II. p. 292. n. 2. HIEROCHLOA *australis.* Addatur:

Obs. Hanc in Lithuania circa *Vilnam* frequentissime occurrere, et hanc auctores florae Lithuanicae in scriptis suis intellexisse, monet cls *Besser in litt.*

Mant. II. p. 292. n. 2 a. HIEROCHLOA *parviflora.* Addatur synonymon:

HOLCUS *tenuis Trinius in Spreng. n. Entd.* II. p. 75.
AIRA *sicula Spreng. S. V.* I. *p.* 277.

Radix fibrae tenues, parvae. Culmus spithamaeus, erectus, articulatus et medio subgeniculatus, tenuis, teres, glaber, fere ad apicem usque foliosus. Nodi incano-barbati. Vaginae internodiis breviores, medio tumidiusculae, striatae, glabrae. Ligula brevis, truncata, denticulato-erosa. Folia 1 ½ poll.-1 poll. et breviora, linearia, acuminata, plana, basi subcordata, striata, margine scabra: summum brevissimum. Panicula vix poll., contractiuscula, subovata; rhachi tenui, superne pilosâ. Rami pauci, bini s. solitarii, inferiores ramulosi, pilis brevibus vestiti, sub calyce in nodulum incrassati. Spiculae majusculae, erectiusculae. Cal. subpaleaceus, biflorus, flosculis longior: gluma inferior paulo minor et angustior, uninervis, carinâ scabra: superior 5-nervis, utraque acuminata. Uterque flosculus completus, chartaceus, carinatus, glaber: inferior pedicello cartilagineo hinc cornuto insidens, oblon-

gus, obtusus, muticus; superior stricte pedicellatus, ejusdem formae; valvula inferior basi albo-barbata, sub apice aristam basi flavam, medio geniculatam, calyce paulo longiorem emittens. Lodiculae squamae oblongae, ovario minores. Antherae breves, oblongae. Semen subrotundo-oblongum. *Trinius.* *In pratis montium nebrodensium Siciliae.*

S. V. II. p. 514. n. 3 a. HIEROCHLOA *glabra Trin.;* radice repente; culmo glabro; vaginis pubescentibus; paniculae patentis ramis glabris; calycibus flosculos glabros aequantibus; corollae masculae valvulâ inferiore subtruncatâ, sub-5 nervi: inferiore bicuspidatâ, longiore, glaberrimâ; hermaphroditae carinatâ acutâ, muticâ. *Trinius in Spreng. n. Entd.* II. p. 66.

Radix pennae corvinae crassitie, atrofusca, stolonibus repens. Culmus spithamaeus, rectus, tenuis, glaber, striatus. Vaginae longae, striatae, tumidae. Ligula obsoleta. Folia radicalia marcida (brevia); caulina 1-2 brevissima, lin. vix longiora, oblonga, acuta. Panicula poll., subpyramidata. Rami geminati, tenues, superiores flexuosi. Spiculae majusculae, compressae. Cal. subhyalinus, triflorus: glumae naviculares, acutae, glabrae, aequales. Flosculi 2 inferiores masculi: cor. bivalvis, valv. inf. spadicea, membranaceo-chartacea, obsolete 5 nervis, glabra, marginibus tenuissime ciliata, superior hyalina, angusta, falcata, conduplicata, bicostata; stam. 3.; antherae lineares, flavae; lodiculae squamae lanceolatae, minimae. Flosculus superior hermaphr. minor, lanceolatus: valv. inf. chartacea, involuta, carina apicem versus pectinato-ciliata, aristâ nullâ; superior ecostata, hyalina, integra, glaberrima; lodicula marium; ovarium hinc gibbum; styli connati; stamina 2. Proxima H. *fragranti*, sed differt: hermaphrodito apice laevi; calyce flores aequante, nec iisdem multo longiore. *Trinius.* *In Davuria.*

S. V. II. p. 515. n. 4. HIEROCHLOA *redolens.* Addatur synonymon:

Spreng. S. V. p. 514. cui huc spectare videtur: HOLCUS *redolens Forst.* (TORRESIA *redolens S. V. ed. n. p.* 516.) et MELICA *magellanica Desrouss.*

S. V. II. p. 515. *Mant.* II. p. 292. n. 5. HIEROCHLOA *alpina.* Addatur synonymon:

R. Brown. Suppl. Parry's Voy. p. 193. *n.* 66.

In Melville Island; in sterilibus Americae arcticae Richardson.

n. 6. HIEROCHLOA *pauciflora R. Br.;* racemo simplici; flosculo masculo superiore brevissime setigero; foliis culmi brevissimis: radicalibus involutis. *R. Brown Suppl. Parry's Voy. p.* 193. *n.* 67.

Radix repens. Culmi erecti, 3-5 unc., infra foliati, supra nudi, striati. Folia radicalia subulata, marginibus involutis,

culmo aliquoties breviora; culmea abbreviata, late subulata, marginibus inflexis, vaginis suis laxiusculis multoties breviora. Racemus erectus, simplex vel subsimplex, pauciflorus, pedicellis laevibus. Locustae ovatae, acutae, triflorae. Glumae bivalves, scariosae, ovatae, concavae, acutiusculae, glaberrimae, locustam subaequantes, valvulâ inferiore manifeste minore. Flosculi laterales masculi, triandri, bivalves, chartacei: valvula inferior ovata, concava, marginibus infra medium nudiusculis, supra omnino nudis; flosculi superioris mox sub apice emarginato setigera, setâ brevissimâ, strictâ, valvulam vix superante; flosculi inferioris mutica vel perobsolete setigera; utriusque valvula superior angustior, linearis, binervis, semibifida. Flosculus terminalis hermaphroditus, diander, muticus; valvula inferior concava, 5-nervis, extra medium dorso lateribusque pilosiusculis, chartacea, fusca, apice scarioso; superior linearis, hyalina, glabra, acuta, indivisa, uninervis. Lodiculae 2 collaterales, lanceolatae, acuminatae, hyalinae, ovario longiores. Ovarium glabrum. Styli 2. Stigmata alba, dense plumosa. *R. Br.* *In Melville Island.*

n. 286. CAMPULOA.

S. *V.* II. p. 516. *Mant.* II. p. 292. n. 1. CAMPULOA *monostachya.* Addatur synonymon:

CTENIUM *americanum Spreng. S. V. p.* 274.

S. *V.* II. p. 517. n. 2. [CAMPULOA *falcata.* Addatur synonymon:

ELEUSINE *falcata. Spreng. S. V.* p. 349.

n. 287. CYNOSURUS.

S. *V.* II. p. 518. n. 2. CYNOSURUS *multibracteatus* clo *Spreng. S. V. p.* 296. synonymon CHRYSURI *elegantis.*

S. *V.* II. p. 518. n. 5. CYNOSURUS *floccifolius.* Addatur synonymon:

ELEUSINE *floccifolia Spreng. S. V.* p. 350.

n. 289. BRIZA.

S. *V.* II. p. 519. *Mant.* II. p. 293. n. 1. BRIZA *minor.* Addatur synonymon:

Smith. Engl. Fl. p. 132. BR. *aspera Knapp.* t. 61.

S. *V.* II. p. 521. *Mant.* II. p. 294. n. 6. BRIZA *maxima.* Addatur synonymon:

BRIZA *major Presl Gram.*, et, sec. *Spreng. S. V. p.* 348., BR. *rubra Lam.*

n. 290. MELICA.

Mant. II. *p.* 294. n. 2 a. MELICA *Mühlenbergiana* clo *Spreng. S. V.* p. 279 synonymon videtur M. *nutantis.*

S. V. II. *p.* 525. *Mant.* II. *p.* 296. *n.* 8. Melica *pyramidalis.* Addatur:

Obs. Spreng. S. V. p. 279. ad M. *pyramidalem Lam.;* paniculâ ramosâ aequali; calycibus erectiusculis flosculos subsuperantibus; foliis planiusculis, rigidiusculis; ligulâ elongatâ, lacerâ; vaginis scabris, striatis, cum? ducit M. *majorem Smith*, et ab hac specie distinguit: M. *ramosam Vill.;* paniculae ramis horizontalibus; calycibus nutantibus flosculos superantibus; foliis convolutis, rigidis vaginisque glabriusculis; ligulâ lacerâ.

n. 8 a. Melica *cyrenaica Viv.;* petalis imberbibus, exteriore tridentato; calyce flosculos superante, subtrifloro; paniculâ patulâ, pyramidali; floribus secundis, cernuis. *Viviani Flor. lyb. specim.*

In montibus Cyrenaicis.

Mant. II. p. 296. n. 26. Melica *digitata.* Addatur synonymon:

Ctenium *digitatum Spreng. S. V. p.* 274.

Mant. II. p. 480. n. 29. Melica *caricina* clo *Spreng. S. V. p.* 279 synonymon Melicae *asperae Desf.* s. *minutae.*

n. 291. ENODIUM.

S. V. II. p. 531. *Mant.* II. p. 297. n. 1. Enodium *caeruleum.* Addatur synonymon:

E. paniculâ subcoarctatâ, aequali; spiculis laevibus, 4-floris; flosculis imperfectis; fol. linearibus, subpubescentibus. *Dietr. Fl. berol. p.* 97.

Obs. Bönningh. in *Prodr. Fl. monast.* sequentes enumerat varietates Moliniae suae *caeruleae:* α. *subspicata;* paniculâ contractâ; cujus in pascuis sterilioribus occurrunt specimina vix digitalia, pauciflora; β *divaricata;* paniculae ramis distinctis, elongatis, divaricatis; γ. *flavescens;* colore omnium partium, imo et antherarum e flavo pallide-virescente; δ. *vivipara;* paniculâ spicaeformi, abbreviatâ; flosculis viviparis.

Mant. II. p. 298. n. 2. Enodium *sylvaticum.* Addatur synonymon:

E. paniculâ subpatente, aequali; spiculis scabris, bifloris, flosculo altero imperfecto; fol. lineari-lanceolatis, glabris. *Dietrich. Fl. berol.* p. 97. *Mert.* et *Koch. Deutsch. Fl. p.* 584, (qui En. *caeruleum* β *S. V. ed. n.* et *auctor.* excludunt, et solum *M. Bieb. Fl. taur. cauc.* p. 59. laudant.)

Differt ab E. *caeruleo:* culmo altiore, sub 4-pedali; foliis 3 lin. latis, glabris; paniculâ longiore, magis patente; rhachi ramulisque scabrioribus; spiculis bifloris, flosculo altero imperfecto; glumis calycinis scabris; colore dilutiore magis virescente, nec atro-violaceo. *Dietr.* *In sylvis umbrosis.* Clo *de Schlechtend.* in *Fl. berol.* p. 77. mera E. *caerulei* varietas esse videtur.

n. 292. CABRERA.

S. V. II. p. 531. n. 1. CABRERA *chrysoblepharis* clo *Spreng.* S. V. p. 272. synonymon DIGITARIAE (AXONOPODIS) *aureae.*

n. 293. CENTOTHECA.

S. V. II. p. 531. *n.* 1. CENTOTHECA *lappacea.* Addatur synonymon:

Trinius in Spreng. n. Entd. II. p. 69. *Sprengel* S. V. I. p. 337, qui hûc trahit POAM *latifoliam Forsk.*, et FESTUCAM *latifoliam Roth* (quae *blepharophora* S. V. *ed. nostr.*)

Culmus circiter 1 1/2 ped., erectus, subangulatus, striatus, glaber, fere ad paniculam usque foliosus, inferne plerumque ramosus, superne compressiusculus. Vaginae internodio longiores, striatae, glabrae, compressae, inferiores laxae, superiores arctae. Ligula brevissima, fimbriata. Folia lanceolato-oblonga, acuminata, basi subcordata, culmum amplectentia, subcompressa, multistriata, loco carinae nervo tenui, 1-1 1/2 poll. lata, 4-5 poll. longa, glabriuscula, margine hispida, patentia. Panicula 1/2 ped. et altior, junior contracta et subfastigiata, adulta divaricatissima. Rhachis angulata, glabra, amethystino-glaucescens. Rami simplicissimi, racemosi, modo solitarii, modo semiverticillati, parum flexuosi, demum horizontales et recurvi. Spiculae POAE *trivialis* paulo majores, glaucae, lanceolatae, compressae, alternae, pedicello pilosulo ipsis plerumque longiori, ad basin ramorum pedicellus unus alterve, ut et terminalis elongatus. Cal. 2-3-florus flosculis dimidio brevior, coriaceo-herbaceus: glumae dissitae, carinatae, compressae, glabrae, apice mucrone hispido; inferior paulo brevior, 7-nervis; superior 3-nervis. Flosculi, infimo excepto, pedicellati (loco supremi rudimentum callosum pedicellatum): infimi valvula inferior lanceolata, herbacea, 3-nervis, carinata, glabra, mucronulata; superiorum a medio ad apicem margine setulis albis, pellucidis, basi subgeniculatis dissite ciliata. Valvula superior subfalcata, bicarinata, conduplicata, apice integra, flexurae angulis superne tenuiter ciliata. Lodiculae squamae minimae, obtusae. Ovarium nudum quod in flosculis omnibus inveni, gibbum. *Linnaeus* flosculum infimum pro tertia calycis glumà habuit. *Trinius.*

n. 294. POA.

S. V. II. p. 532. *Mant.* II. p. 298. n. 1. POA *pratensis.* Addatur:

Obs. Cli *Mert.* et *Koch* in *Deutsch. Fl. p.* 612 P. *pratensem α vulgarem* Gaud. P. *prat. latifoliam* dicunt, et ad hanc ab illis ducuntur: P. *pratensis β minor Wahlenb.*, P. *humilis Ehrh.* et *Smith, Engl. Bot.* 1387, P. *subcaerulea Engl. Bot. t.* 1004, et P. *depressa Presl Fl. cech* (fid. spec.). P. *pratensis strigosa Gaud.* illis *l. c. p.* 613 ad *pratensem angustifoliam* pertinere videtur. P. *malmundariensis et pubescens Lejeune Fl. d. Spa* p. 50, 51 (fid ips. auct. in *Tom.* II.) varietates P. *pratensis* vel *trivialis* sunt. — Instar *γ* ad P. *pratensem* a clo *Smith Engl. Fl. p.* 126. ducitur: P. *humilis Ehrh.* (*S. V. ed. n.* p. 533), adjectis, praeter synon. nostra: P. *caerulea Knapp*

t. 118. *Sincl.* 19 et P. *pratensis β minore Hook. Scot.* 35. Cl. de *Schlechtend. Fl. berol.* p. 74 var *latifoliam*, *angustifoliam* et *convolutifoliam* distinguit. Conf. *Bönningh. Fl. monast. prod.* p. 30.

Mant. I. p. 299. n. 1 a. Poa *viridis.* Addatur synonymon: P. *virens Jacq.* fid. *Spreng. S. V. p.* 340.

Mant. II. p. 299. n. 3 a. Poa *autumnalis.* Addatur:

Obs. *Spreng.* in *S. V.* p. 338. P. *autumnalis Ell.* s. *pungentis Nutt.* nomen in P. *Elliotti* mutavit; p. 339 vero P. *autumnalem Ell.* iterum ad P. *serotinam* citat.

S. V. II. p. 534. *Mant.* II. p. 300. n. 4. Poa *trivialis.* Addatur synonymon:

Smith. Engl. Fl. p. 124.

Obs. Et varietates culmo vaginisque scabris et iisdem laeviusculis, variant locustis 3-4-floris et 2-floris. Ad var. bifloram, culmis vaginisque scabris, in *Lithuania* a clo Prof. *Wolfgang* lectam, spectat Aira *semineutra Hortor.*; an et *Kitaibelii? Besser in litt.*

Mant. II. p. 300. n. 4 a. Poa *stolonifera.* Addatur synonymon:

Poa *distans Willd. Herb.* fid. *Spreng. l. c.* p. 338.

S. V. II. p. 535. *Mant.* II. p. 301. n. 8. Poa *annua.* Addatur synonymon:

Poa *humilis Lejeune* fid. *Mert.* et *Koch*, (quibus Poa *supina Schrad.*, varietas tantum P. *annuae.*)

S. V. II. *p.* 536. *Mant.* II. *p.* 301. n. 11. Poa *bulbosa.* Addatur synonymon:

Smith. Engl. Fl. p. 124. (qui *Barrel. ic. t.* 272. et 703. fig. 1. huc trahit; 703. fig. 2. vero P. *bulbosae β Linn.* forte notare monet, quae ex Oriente asservatur in *Herb. Linn.*, et distincta species videtur foliis longis, angustis).

Obs. P. *crispa Thuill.*, ab auctoribus ad P. *bulbosam β viviparam* tracta, a *Dietrich Fl. berol.* 1. p. 100 species propria dicitur: „paniculâ densâ, aequali, foliaceâ; spiculis lanceolato-ovatis, quadrifloris; flosculis basi villo connexis; vaginis foliorum fasciculorum ampliatis; radice fibrosâ.“ Culmi 1-1½ pedales, erecti, teretes, laeves, glabri et basi foliorum radicalium fasciculatorum vaginis ampliatis vestiti. Haec plerumque exsiccata et convoluta; vaginae breves, albae, ampliatae et quasi explanatae, nunquam bulbiformes. Folia culmea brevissima, linearia, carinata, acuta; vaginis longissimis, laevibus, glabris, angulatis, margine scariosis, interdum rubellis. Ligula brevis, acuta. Panicula ovata, densa, aequalis, parum diffusa. Rhachis scabriuscula; rami breves, plerumque geminati, scabriusculi. Spiculae subcompressae, lanceolato-ovatae, quadriflorae. Glumae calycinae subinaequales, carinatae, scabrae, major tri-, minor uninervis. Corollinae basi villo connexae, in gemmas foliosas excrescentes: exterior carinata, obsolete 4-nervis, glabra, interior angustior nervis scabris. *Hab. ubique in sylvis, collibus graminosis et ad vias.* ⊙. Monuit etiam ill. *Smith Engl. Fl.* p. 124 plura se possidere specimina P. *bulbosae viviparae*, de quibus dubitat, an hujus loci.

S. V. II. p. 537. *Mant.* II. p. 301. n. 12. Poa *laxa.* Addatur synonymon:

P. *laxa Smith. Engl. Fl. p.* 122. *Mert.* et *Koch Deutsch. Fl. p.* 602. et his testt. Poa *frigida Schleich.*

Obs. Ill. *Smith* l. c. nomen P. *flexuosae* suae nunc in *Fl. brit.* p. 101 reformavit in *laxam*, cum perspexisset *flexuosam* suam non esse a *laxa*

Haenke diversam: sed simul laudat P. *laxam Wahlenb. lapp.* 40. quae a *Mert.* et *Koch* ad P. *flexuosam.* Addit ill. *Smith β viviparam*, in Scotia valde frequentem.

S. *V.* II. p. 539. *Mant.* II. p. 301. *n.* 13. POA *distichophylla.* Addatur:

Obs. Mertens et *Koch Deutschl. Fl. p.* 603 sub P. *distichophylla* conjungunt P. *distichophyllam Gaud., cenisiam Allion.* (non *Host*) et *stoloniferam Bellard.*, clm *Decand.* in *Suppl. Fl. fr.* p. 274 secuti. POAM *cenisiam Host* et *Schrad.* (quam diversam dicunt ab illa *Allioni*) sibi ignotam esse, cum e *Hort. gottingens.* et a *Host* nomine *cenisiae flexuosam Wahlenb.* obtinuissent, quam vero serius *Host* ipse *flexuosam* dixit. Illis l. c. p. 604. species propria POA *flexuosa Wahlenb.* „paniculâ aequali, ovatâ, patenti-diffusâ; ramis bifidis, filiformibus, laeviusculis, basi longe nudis; spiculis ovato-oblongis, 3-4-floris; flosculis lanceolatis; ligulâ brevissimâ truncatâ foliorum inferiorum, et oblongâ exsertâ foliorum superiorum; radice stoloniferâ.“ Huc praeter P *flexuosam Wahlenb. carp.* 22 etiam ejusdem *laxam lapp.* 40. et P. *flexuosam Host* IV t. 26. trahunt cum *pallente Schleich.* — Differt P. *distichophylla Gaud.* paniculâ oblongâ, subeffusâ, erecto-patente; ramis a basi floriferis; spiculis 3-5-floris; staturâ minore.

n. 13 a. POA *arctica R. Br.*; paniculâ effusâ: ramis paucifloris, capillaribus, laevibus locustisque coloratis, ovatis, 3-4 floris; glumis subaequalibus; perianthii valvulâ inferiore basi lanatâ, carinâ lineâque marginali sericeis: interstitiis pubescentibus; foliis linearibus; ligulâ subquadratâ, erosâ. *R. Brown Suppl. Parry's Voy. p.* 188. *n.* 59. P. *laxa R. Br. in Ross. Voy. ed.* 2. *v.* 2. *p.* 192. *Hook. in Scoresby's greenl. p.* 410.

Culmi erecti vel adscendentes, basi quandoque divisi, graciles, laeves, foliati, 5-8 poll.. Fol. radicalia angusto-linearia, canaliculata, culmo aliquoties breviora; culmea paulo latiora, plana, marginibus laevibus, denticulis obsoletissimis: vaginae strictae, laeves, striatae, ipsâ basi integrâ; ligula nunc paulo longior quam lata, apice eroso-inciso. Panicula saepius effusa, rarissime subcoarctata; rhachi ramisque fuscis, ramis 3-4, semiverticillatis, 1-2 floris. Locustae ovatae s. oblongo-ovatae, fusco-purpureae, apicibus valvularum stramineo-fuscis, margine albo, 3-4-florae cum rudimento minuto scarioso, longius pedicellato; rhachi articulatim solubili, sub lente scabriusculâ. Glumae carinatae, acutae, fusco-purpureae, glaberrimae, carinâ extra medium obsoletissime denticulatâ: inferiore angustiore, nervis lateralibus obsoletioribus, altero obsoletissimo; superiore vix longiore, nervis lateralibus manifestioribus. Perianthii valvula inferior oblonga, subcarinata, basi vel potius ex apice articuli rhacheos lanâ longâ contortuplicatâ flosculos subnectenti, carinâ a basi ad $^2/_3$ sericeâ, villis brevibus, supra obsoletissime denticulata, lateralibus a basi ad eandem circiter altitudinem ac portio sericea carinae pubescentibus, lineâ intramarginali sericeâ; valvula superior inferiore paulo brevior, binervis: nervis viridibus, pectinato-ciliatis pilis brevibus, lateribus implicatis axin fere attingentibus. Lodiculae 2 cuneiformes, semibifidae dentibus acutis, hyalinae, imberbes, ovario breviores. Stam. 3, antheris stramineis. Ovarium oblongum imberbe. Styli 2 brevissimi. Stigm. hyalina, laxe plumosa, ramis denticulatis. Variat staturâ majore, locustis acutioribus, glumis acuminatis perian-

thia inferiora subaequantibus; fol. latioribus. P. *laxa Haenke* e Silesia differt: staturâ minore; paniculâ coarctatâ; rhachi ramisque paniculae et glumis infra medium viridibus; perianthiis acutioribus; lanâ baseos parciore, locustae rhachi laevi. P. *flexuosa Host* similis P. *arcticae* paniculâ effusâ, locustae colore, figurâ et pubescentiâ; sed differt paniculae rhachi ramisque viridibus magis divisis, scabris, glumarum carinis longitudinaliter scabris. *R. Br.* *In Melville Island.*

13 b. Poa *angustata R. Br.*; paniculâ simplici, coarctatâ, lineari-lanceolatâ; locustis 4-5-floris; glumâ inferiore dimidio breviore; perianthiis apice erosis: valvulâ inferiore basi elanatâ (glabrâ?), lateribus glabriusculis; foliis angusto-linearibus. *R. Brown Suppl. Parry's Voy. p.* 187. *n.* 57.

Gramen 4-unciale, glabrum, erectum; radice fibrosâ. Culmi foliati, basi quandoque divisi, laeves. Folia plana, acuta, glabra, laevia; vaginae subcylindricae, laeves, suprema folio proprio longior, omnes ipsâ basi integra; ligula subquadrata, apice dentato, dente medio paulo longiore. Panicula erecta, angustata; ramis paucifloris, pedicellis denticulatis, strictis, viridibus, apice paulo dilatato, cum locusta haud omnino continuo. Locustae oblongae, coloratae, saepius 4-florae. Glumae hyalinae, glaberrimae, uninerves, cum pedicellis persistentes; valvulâ superiore duplo latiore et fere duplo longiore, obtusiore, perianthio dimidio circiter breviore, nervis lateralibus obsoletis. Perianthia separatim decidentia, rhachi locustae glabrâ: valv. infer. oblonga, concava, acutiuscula, apice scarioso eroso-denticulato, 5-nervis, lateribus infra medium pube rarâ, in nervis extimis crebriore, ipsâ basi absque lanâ; superior paulo brevior, binervis, nervis viridibus, denticulatis, lateribus complicatis. Lodiculae 2 hyalinae, imberbes, semibifidae. Stamina 3. *R. Br.* *In Melville Island.*

Obs. Hujus ni fallor varietas nana (2-3 unc.), perianthiis glaberrimis, locustis viridibus, apicibus purpureis valvulae inferioris perianthiorum solum exceptis, ex *Am. arcticae littore orientali. Ross. Brown l. c. p.* 309.

n. 13 c. Poa *abbreviata R. Br.*; paniculâ simplicissimâ, coarctatâ, subovatâ; locustis 4-5-floris; glumae valvulis subaequalibus, acutissimis, perianthia basi lanata lateribus pubescentia aequantibus; foliis involuto-setaceis. *R. Brown l. c. n.* 58.

Culmi foliati, basi saepe divisi, laeves, 3-4 unc. Folia retrorsum scabra; vaginae fere ad basin usque fissae, cylindricae. Panicula vix $^{1}/_{2}$ unc.; ramis alternis, subbifloris, strictis, laevibus, vix denticulatis. Locustae oblongae, coloratae. Glumae acutissimae: valvulis carinatis, glaberrimis, inferiore manifeste angustiore, paululum breviore, uninervi; superiore basi trinervi. Perianthia glumas paulo superantia; valvula inferior ipsa basi lanâ implexâ parcâ, carinâ a basi ad $^{2}/_{3}$ longitudinis sericeâ, lineâ pariter sericeâ utrique margini approximatâ, a basi ad eandem fere longitudinem attingenti interstitiis pubescentibus subsericeis; superior binervis, ner-

vis pectinatim denticulatis, lateribus induplicatis latiusculis. Lodiculae 2. Stam. 3, antheris stramineis. Ovarium imberbe. Stigm. 2, subsessilia, plumosa, hyalina. *R. Br.* *In Melville Island et in littore orientali Amer. arcticae. Ross.*

S. V. II. p. 539. *Mant.* II. p. 301. n. 15. Poa *minor.* Addatur synonymon:

Poa *supina Panz.* in *Sturm Deutsch. Fl. fasc.* 34.

Obs. P. *laxa Herb. Host* olis *Mert.* et *Koch l. c. p.* 603. fid. spec. ad P. *minorem;* P. *laxa Host Gram. Austr.* vero ad veram *laxam* spectare videtur.

S. V. II. p. 540. *Mant.* II. p. 302. n. 19. Poa *alpina.* Addatur:

Obs. A *Mert.* et *Koch Deutsch. Fl. p.* 607 huc instar varietatis δ ducitur P. *collina Host* (*S. V. ed nostr. n.* 20.) cum tota synonymia nostra et cum P. *triviali Poll.* et *Koel.;* P. *Koeleri Decand.* et P. *Molineri Balb.* (*S. V. ed. nostr.* 22. excl. syn. P. *alpinae Koel.*). A olo *Spr. S. V. p.* 341 sub P. *alpina* conjunguntur: P. *brevifolia Cand., collina Host, Molineri Balb., badensis Willd., cinerea Vill., variegata Lam., cenisia All.!*

S. V. II. p. 543. *Mant.* II. p. 302. n. 23. Poa *supina.* Addatur synonymon:

P. *duriuscula Willd. Herb.* fid. *Spreng. S. V.* p. 389.

S. V. II. p. 544. n. 25. Poa *biflora.* Addatur:

Obs. „Spiculae omnino 6-florae, biflorae videntur ob casum flosculorum." *Spreng. S. V. p.* 341.

S. V. II. p. 544. *Mant.* II. p. 302. n. 27. Poa *distans.* Addatur synonymon:

Glyceria *distans. Smith Engl. Fl. p.* 118. Festuca *capillaris Liljeb.* fid. *Spreng. l. c. p.* 339.

Mant. II. p. 303. n. 27 a. Poa *Nuttalliana* s. *airoides Nutt.* fide *Spreng. S. V.* p. 339. P. *distans* est.

S. V. II. 545. *Mant.* II. p. 303. n. 28. Poa *nemoralis.* Addatur synonymon:

P. *nemoralis;* paniculâ patente, capillari; calycis glumis lanceolatis, acuminatis, utrâque trinervi; spiculis lanceolatis, subtrifloris; glumis corollinis 5-nervibus, acutis, carinâ nervisque lateralibus sericeis, basi pilosis; stipulâ brevissimâ, emarginatâ. *Smith Engl. Flor. p.* 129 (cum tota synonymia nostra, quae *l. c.* apud nos sub *α*, additis: *Knapp* t. 58, *Host* II. *t.* 71., *Fl. Dan. t.* 749. Illi prioris *β.* Poa *angustifolia α. Huds.* 40 et P. *pratensis*, var. 2. *With.* 142. uti apud nos.) — τῷ *α: ad.* P. *nem. vulgaris uniflora*; spiculis unifloris, flosculo altero incompleto. *Mert.* et *Koch Deutsch. Fl.* p. 617. P. *nemoralis δ. glauca* et *ε. caesia* deleantur hic, et restituantur in speciem sequentem *n.* 28. *bis.*

Mant. Class. IV.	40
Mant. Class. III.	43

Obs. P. *caesiam Sm.* esse distinctam speciem vix non omnes concedunt. Attamen P. *glaucam Sm.*, quam nomine P. *glaucanthos* ex *H. Erf.* colimus, P. *coarctatam*, quam spontaneam ex Helvetia et e Volhynia, cultam vero e variis hortis possidemus, P. *variegatam Host*, et *debilem Hort. Erf.* et *Monac.* (an et *Thuill.*?) aegre considerarem ut varietates P. *nemoralis. Besser in litt.* *Mert.* et *Koch* l. c. ad *nemoralem* ζ *coarctatam* ducunt: P. *trivialem Leers.* et *nemoralem* β *Smith;* P. *caesia Smith* etiam his fid. specim. e Scotia species a P. *nemorali caesia* diversa, sed eadem cum P. *aspera Gaud.* est, cujus culmi superne tantum quidquam magis scabri. POA *rhenana Lejeune Fl. d. Spa* ips. auct. varietas P. *nemoralis* videtur.

n. 28 bis. POA *glauca Smith;* paniculâ patente; spiculis ovatis, 2-5-floris; glumis corollinis obtusis, obsolete 5-nervibus; carinâ nervisque lateralibus sericeis, basi pilosis; stipulis foliorum inferiorum brevissimis, obtusis. *Smith Engl. Fl. p.* 128 (qui huc *Fl. Dan. Engl. Bot.* (uti nos), *Wahlenb. Lapp.* 41.; POAM *caesiam Knapp t.* 56; POAM *Hall. n.* 1468, P. *montanam Allion* sine ?, et P. *nemoralem* β *Hook. Scot.* 35.) Hujus illi: β. P. *caesia Engl. Bot. t.* 1719. (quae nostra *nemoralis* ε.)

In β folia latiora et flosculos 4-5 notat cls *Smith*, in culta flosculos 6, pedunculis sub spiculis pilosis.

Mant. II. p. 304. n. 28 b. POA *campyle nob.* s. P. *flexuosa Mühlenb.* clo *Spreng. S. V.* p. 337 synonymon P. *laxae Haenke!*

S. V. II. p. 549. n. 33. POA *muldlensis* clo *Spreng. S. V. p.* 337 synonymon P. *trivialis.*

Mant. II. p. 305. n. 35 a. POA *micrantha.* Addatur synonymon:

P. *parviflora Pursh. Spreng. S. V.* p. 338, qui huc citat P. *striatam Lam.*

S. V. II. p. 551. *Mant.* II. p. 306. n. 42. POA *mexicana* vera est ERAGROSTIS.

S. V. II. p. 552. *Mant.* II. p. 306. n. 44. POA *capillaris.* Addatur synonymon:

Spreng. S. V. p. 340. et hoc teste: P. *indica Willd.* et P. *rubra Willd. Herb.*

S. V. II. p. 552. *Mant.* II. p. 307. n. 46. POA *plumosa* est vera *Eragrostis*: *Besser in litt.*, qui eam ex ins. Luzon ab *Eschscholtz* habet. *Spreng. S. V. p.* 341. eandem synonymon ERAGROST. *tenellae* dicit.

S. V. II. p. 553. *Mant.* II. p. 307. n. 50. POA *serotina.* Addatur:

Obs. A cls *Mert.* et *Koch* in *Deutsch. Fl. p.* 614 sub P. *fertili;* paniculâ aequali, diffusâ: ramis scabris plerumque quinis; spiculis ovato-lanceolatis, 2-5-floris; flosculis obsolete nervosis, basi pilosiusculis; culmis vaginisque glabris: ligûlâ elongatâ, acutâ; radice fibrosâ; adducuntur: P. *fertilis Host,* P. *palustris Roth Germ., Köl. Gram., Vill.,* P. *serotina Gaud.,* et cum? P. *effusa Kitbl.* et P. *angustifolia Wah-*

lenb.; excluduntur vero P. *serotina Schrad., palustris Hoffm. germ.* et *Dec. Fl. fr., polymorpha Wib.*. et *pratensis Leers*, quas *l. c. p.* 617. nomine Poae *nemoralis rigidulae* sic exponunt: viridis vel glaucescens; culmo rigidulo; paniculâ multiflorâ, diffusâ, patente, rigidâ, erectâ; spiculis 3-5-floris; flosculis villo connexis, vaginis culmique superiore parte plerumque scabriusculis. Dubitant de P. *serotina Ehrh.*, utrum ad P. *serotinam Gaud.* vel ad *serotinam Schrad.* spectet; P. *angustifoliam Wahlenb.* ad P. *fertilem Host* pertinere putant, quia exemplar P. *serotinae* a clo *Wickström* lectum omnino cum hac convenit. P. *angustifolia* L., a *Wahlenb. Fl. ups.* ad *angustifoliam* suam citata, non huc spectare videtur clis *Mert.* et *Koch*, qui P. *palustrem* L., quoad synonymon *Scheuchzeri*, ad P. *fertilem* ducunt. *Spreng.* in *S. V. p.* 337. P. *serotinam Gaud.* cum *fertili Host* et *palustri Roth* varietatem P. *trivialis:* culmo vaginisque glabris, dicit; ad P. *serotinam Ehrh.* vero P. *palustrem Mühlenb., crocatam Mich.* et *autumnalem Ell.* refert. Cls. *Moretti* in *Bibl. ital.* 1818. P. *serotinam Schrad.* non distinguit a P. *fertili Host*, a quâ Catabrosam *helodem* (fid. specim. *Host* et *Brign.*) non differre dicit.

S. V. II. *p.* 555. *n.* 55. Poa *filiformis Thunb.* clo *Spreng. S. V. p.* 388. synonymon P. *contractae Retz.*

S. V. II. p. 557. *Mant.* II. p. 309. n. 60. Poa *chinensis.* Addatur:

Obs. Spreng. in *S. V. p.* 388. P. *paniceam, chinensem* et *malabaricam Retz.* tanquam species restituit, et sequentibus definit: P. *panicea;* paniculae tenuissimae ramis subbinatis, remotiusculis; spiculis subsecundis, subulatis; vaginis calloso-pilosis; P. *chinensis;* paniculae virgatae ramis fasciculatis strictis; spiculis ovato-lanceolatis; culmo adscendente; foliis subtus vaginisque pilosis; P. *malabarica;* paniculae virgatae ramis fasciculatis, simplicissimis; spiculis oblongis, subappressis; calycibus elongatis, patentibus; foliis canaliculatis; ligulâ ciliatâ, et huc, fid. *Spreng.*, P. *chinensis König* et *Roth.*

S. V. II. p. 559. *Mant.* II. p. 310. *n.* 65. Poa *aquatica.* Addatur synonymon:

Glyceria *spectabilis Mert* et *Koch Deutsch. Fl.* p. 586. Glyceria *aquatica Smith Engl. Fl. p.* 116.

S. V. II. p. 559. *Mant.* II. p. 310. n. 66. Poa *arundinacea* clo *Spreng. S. V.* p. 341. synonymon P. *aquaticae.*

S. V. II. p. 560. *Mant.* II. p. 311. n. 67. Poa *maritima.* Addatur synonymon:

Glyceria *maritima Mert.* et *Koch. D. Fl. p.* 588. *Smith Engl. Fl. p.* 118. P. *maritima Spreng. S. V. p.* 339 et, hoc teste: P. *convoluta Hornem.* P. *spicata Rainville* apud *Gorter Fl. belg.* 90 fid. *van Hall Fl. belg. sept.* 1. *p.* 88.

S. V. II. p. 562. *Mant.* II. p. 311. n. 75. Poa *pectinacea* clo *Spreng. S. V.* p. 341. varietas P. (Eragrost.) *pilosae.*

S. V. II. p. 562. n. 76. Poa *pallida Lag.* est omnino Eragrostis *aegyptiaca*, fid. spec., quae am. *Besser* e seminibus *hort. madrit.* educavit.

S. V. II. p. 563. n. 79. Poa *subsecunda* fide *Spreng. S. V. p.* 342. Megastachya *reptans.*

S. V. II. p. 564. n. 82. Poa *bromoides.* Addatur synonymon: Poa *thalassica Humb.* in *Herb. Willd.* fide *Spreng. S. V. p.* 347.

S. V. II. p. 566. n. 91. Poa *squamata.* Addatur:

Obs. Spreng. S. V. p. 345. P. *squamatam Lam.* a P. *prolifera Sw.* distinguit; illi: P. *prolifera;* paniculae patentis ramis strictis; spiculis lanceolatis, glabris; flosculis acuminatis; culmo elato, erecto, ramosissimo; geniculis proliferis; P. *squamata;* paniculis plurimis axillaribus, effusis; spiculis lineari-lanceolatis; valvis corollinis interioribus caducis; culmo rigido, annulato; foliis pungentibus.

n. 91 a. Poa *articulata;* foliis vaginisque hirsutis; paniculâ patente: pedicellis sub spiculâ articulatis; spiculis sub-9-floris. *Syllog. plant. nov.* in *Bot. Zeit.* 1824 *p.* 194.

„Culmi plures ex eâdem radice, foliosi, ramosi, ½ ped. et spithamaei, uti panicula, glaberrimi. Folia circa basin paginae inferioris glabra. Rami paniculae et pedicelli capillares; nodulus flavescens ad omnes paniculae divisiones, similis exiguo infra spiculam intervallo. Spicula oblonga, compressa, sub-9-flora, flavescens. Flosculorum valvulae exteriores trinerves, late ovatae, concavae, argute acutae.“ *In Brasilia.* ♃.

Mant. II. p. 314. n. 95 b. Poa *multiflora* clo *Spreng. S. V.* p. 346. synonymon P. *tremulae.*

S. V. II. p. 567. *Mant.* II. p. 314. n. 96. Poa *unioloides.* Addatur synonymon:

Uniola *indica Spreng. S. V.* p. 349.

Mant. II. p. 314. n. 96 a. Poa *Roxburghiana.* Addatur synonymon:

Poa *tortuosa Spreng. S. V.* p. 345.

Mant. II. p. 315. n. 96 c. Poa *gangetica.* Addatur synonymon:

Poa *floribunda Willd. Herb.* fide *Spreng. S. V.* p. 345.

Mant. II. p. 315. n. 100 a. Poa *diandra* dicatur P. *diarrhena,* cum jam sit P. *diandra Brown.*

S. V. II. p. 569. n. 102. Poa *lanuginosa* clo *Spreng. S. V. p.* 346. synonymon Megastachyae *ciliaris* videtur.

S. V. II. p. 570. n. 108. Poa *remota.* Addatur synonymon: P. *uliginosa Willd. Herb.* fid. *Spreng. S. V.* p. 342.

S. V. II. p. 571. n. 110. Poa *parvula Poir.* clo *Spreng. S. V.* p. 339 varietas Poae (Sclerochloae) *divaricatae* esse videtur.

S. V. II. p. 572. n. 114. Poa *plebeja* a clo *Spreng. S. V.* p. 340 ducitur ad P. *ancipitem Forst.* s. *australem R. Br.*

S. V. II. p. 572. n. 115. Poa *affinis* fid. *Spreng. S. V.* p. 340. P. *imbecilla* est.

n. 115 a. Poa *Sieberiana Spreng.*; paniculae nutantis ramis flexuosis, scabris; spiculis coloratis; flosculis liberis, remotiusculis, trinervibus, acutiusculis, carinâ scabris; foliis filiformibus, angulatis; ligulâ nullâ. *Spreng. cur. post. p.* 35. et, hoc teste: P. *australis Nees in Sieber. Agrost. n.* 77.

In Nov. Hollandia.

S. V. II. p. 573. n. 120. Poa *parviflora.* Addatur synonymon:

P. *micrantha Spreng. S. V. p.* 344.

S. V. II. p. 574. n. 126. Poa *asthenes* clo *Spreng. S. V. p.* 338 varietas P. *decipientis.*

S. V. II. p. 574. n. 128. Poa *digitata.* Addatur synonymon: Eleusine *digitata*; spicis digitatis; spiculis imbricatis, sub-7-floris, glabris, muticis; culmo tereti; foliis vaginisque glabris. *Spreng. cur. post. p.* 36.

n. 395. ERAGROSTIS.*)

S. V. II. p. 575. n. 2. Eragrostis *polymorpha.* Addatur:

Obs. Hujus specimina ex *ins. Luzon* omnino quadrant cum Megastachya *polymorpha* ♂ *R. Br. Bess.*

S. V. II. p. 575. *Mant.* II. p. 317. n. 4. Eragrostis *verticillata.* Addatur:

Obs. Colo hanc plantam e *semin. madritens*; sed axillae ramificationum paniculae aeque in hac, ac in E. *pilosa* et E. *punctata* sunt pilosae: ideo utramque E. *pilosae* varietates esse puto; differunt solum magnitudine et colore spicularum: maxima est P. *verticillata,* minima P. *punctata.* Purpureae sunt spiculae *verticillatae* et *punctatae*, minus elegantes P. *pilosae*: caeterum nullam differentiam video. E. *verticillatam* et nomine P. *divaricatae* teneo ex *horto madrit. Besser in litt.* Cli *Mert.* et *Koch in Deutsch. Fl. p.* 595. P. *verticillatam* vero diversam speciem, et P. *pilosam* nomine P. *amabilis* in hortis provenire dicunt.

Mant. II. p. 317. n. 4 c. Eragrostis *purpurascens.* Addatur:

Obs. Ad Megastachyas spectat; colitur in hortis etiam nomine Erag. *chinensis. Besser in litt.*

n. 4 d. Eragrostis *megapotamica Spreng.*; paniculae ramosissimae, laxae ramulis capillaribus, elongatis, unifloris, spiculisque linearibus glabris, coloratis; flosculis acutis, trinervibus; culmo elato; foliis convolutis. *Spreng. cur. post. p.* 35.

Ad Rio grande. Sello.

---

*) Cls. *Sprengel* in *S. V.* nec Eragrostes nec Megastachyas admittit, sed cum Pois conjungit.

Mant. II. p. 318. n. 4 d. ERAGROSTIS *despiciens* clo *Spreng.* *S. V.* p. 341 synonymon ER. *tenellae.*

S. V. II. 576. *Mant.* II. p. 318. n. 5. ERAGROSTIS *tenella.* Addatur:

Obs. Cl. *Trinius* in *Spreng. N. Entd.* II. p. 68. et *Spreng.* in *S. V.* p. 342. P. *japonicam* speciem a P. *tenella* distinctam esse jubent. Definit *Sprengel* P. *japonicam* paniculae elongatae ramis subverticillatis, erectis; spiculis minimis oblongis; flosculis liberis hispidiusculis; foliis convolutis culmoque ramoso glabris; ligulâ brevissimâ. Ex descriptione a *Trinius* data: Culmus forte 2 ped., inferne compressiusculus et ramosus, tenuis, striatulus, glaber, ad paniculam usque vaginatus. Vaginae longitudine internodiorum, arctiusculae, striatae, glabrae. Ligula brevissima. Folia (culmea) compresso-involuta, striata, angusta, erecta, summo scabriusculo excepto, glabra. Panicula fere ped., recta, aequalis, subcylindrica, patula. Rhachis subaequa, glabra, subangulata. Rami inferiores subverticillati, superiores alterni, a basi ad imum ramosi et ramulosi, erecti, apice paulo flexuosi: ramuli breves, patentes, scabri. Spiculae minimae, compresso-convexae, oblongae, 6-7-florae. Cal. flosculis multo brevior; glumae carinatae, concavae, obtusae, plerumque emarginatae, supra medium carinae hispidiusculae; inferior paulo minor. Flosculi oblongi, basi liberi, subdistiche imbricati: valv. infer. tricostata, obtusa, supra medium carinae hispida; superior minor, subconduplicata, obtusa, subbifida, bicostata: costis supra medium hispidis. Semen subrotundo-oblongum. *Trinius*, qui eam veram POAM dicit.

S. V. II. p. 576. n. 6. ERAGROSTIS *ferruginea* clo *Spreng.* *S. V.* p. 341 *varietas* E. *pilosae.*

S. V. II. *p.* 577. *Mant.* II. p. 319 n. 7. ERAGROSTIS *cynosuroides.* Addatur:

Obs. Spiculae integrae a rhachi communi facile solvuntur. Vera est ERAGROSTIS nec MEGASTACHYA. *Besser in litt.*

S. V. II. p. 577. *Mant.* II. p. 320. n. 9. ERAGROSTIS *mucronata.* Addatur synonymon:

CALOTHECA *mucronata Spreng. S. V. p.* 348.

S. V. II. p. 577. n. 10. ERAGROSTIS *interrupta.* Addatur synonymon:

POA *intercepta Spreng. S. V. p.* 347.

n. 296. AIROPSIS.

S. V. II. p. 578. *Mant.* II. p. 320. n. 3. AIROPSIS *obtusata.* Addatur:

Obs. Sprengel in *S. V. p.* 275. AIROPSES iterum cum AIRIS conjungit, et ad A. *obtusatam* refert ERIACHNEN *obtusam R. Br.* et HOLCUM *striatum* L.

S. V. II. p. 579. n. 6. AIROPSIS *agrostidea.* Addatur synonymon:

CATABROSIA *agrostidea Presl Fl. Sicul.* MILIUM *gallecicum S. V. ed. n.* p. 320 *sec. Spreng. S. V. p.* 276.

n. 297. LEPTOCHLOA.

S. V. II. p. 579. *Mant.* II. p. 321. n. 1. LEPTOCHLOA *cynosuroides.* Addatur synonymon:

POLLINIA *filiformis Spreng. S. V. p.* 288.

S. *V.* II. p. 580. *Mant.* II. p. 321. n. 2. LEPTOCHLOA *filiformis.* Addatur:

Obs. Huc a clo *Sprengel*, qui in *S. V. p.* 350. LEPTOCHLOAS iterum cum ELEUSINIBUS conjungit, ducitur OXYDENIA *attenuata Nutt.*, de qua conf. *Mant.* II. *p.* 323.

S. *V.* II. p. 581. n. 5. LEPTOCHLOA *monostachya.* Addatur synonymon:

ELEUSINE *monostachys Spreng. S. V. p.* 349.

n. 299. ELEUSINE.

S. *V.* II. p. 582. *Mant.* II. p. 323. n. 2. ELEUSINE *indica.* Addatur:

Obs. Huc a clo *Spreng. S. V. p.* 350. ducuntur CYNOSURUS *pectinatus Lam.*, POA *digitata R. Br* (quam iterum excludit in *cur. post. n.* 36, et speciem propriam ELEUS. *digitatam* esse jubet) et ELEUSINE *stricta Roxb.*

S. *V.* II. p. 582. *Mant.* II. p. 323 post n. 3. ELEUSINEM *mucronatam* inseratur:

n. 3 a. ELEUSINE *rigida Spreng.;* spicis digitatis, subquaternis, stellato-patentibus; rhachi glabrâ spiculisque 8-floris, muticis; culmo adscendente, oris vaginarum pilosis. *Spreng. cur. post. p.* 86. et, hoc teste, CYNOSURUS *rigidus H. Berol.*.

Patria?

n. 301. MEGASTACHYA.

S. *V.* II. p. 584. *Mant.* II. p. 325. n. 1. MEGASTACHYA *Eragrostis.* Addatur synonymon:

POA *canariensis Willd. Herb.* fid. *Spreng. S. V. p.* 345.

Mant. II. p. 326. n. 1 a. MEGASTACHYA *purpurascens.* Addatur synonymon:

CALOTHECA *purpurascens Spreng. l. c. p.* 348.

Mant. II. p. 326. n. 1 b. MEGASTACHYA *obtusa.* Addatur:

Obs. Spreng. S. V. p. 344 POAM *obtusam Nutt.* P. *Nuttallii* dicit, et a P. *obtusa Mühlenb.* (paniculae contractae ramis confertis, flexuosis; spiculis ovatis; flosculis obtusis, 5-nervibus; valvis margine subcartilagineis; foliis vaginisque striatis; ligulâ bifidâ;) distinguit.

S. *V.* II. p. 585. n. 5. MEGASTACHYA *nigricans.* Addatur synonymon:

POA *atrovirens Willd. Herb.* fid. *Spreng. S. V. p.* 340.

S. *V.* II. p. 587. n. 9. MEGASTACHYA *tenax* clo *Sprengel S. V. p.* 346 varietas esse videtur M. *pastoënsis* vaginis glabris.

S. *V.* II. p. 588. n. 11. MEGASTACHYA *acutiflora.* Addatur synonymon:

POA *stricta Willd. Herb.* fid. *Spreng. S. V. p.* 343.

n. 11 a. Megastachya *brasiliensis;* paniculae ramosissimae, strictae ramis glabris; spiculis lanceolatis, compressis; flosculis pellucidis, acutiusculis; foliis convolutis vaginisque glabris; ligulâ nullâ. Poa *brasiliensis Sprengel S. V.* p. 342 et, hoc teste: P. *elegans Willd. Herb.*

In Brasilia.

S. *V.* II. p. 588. n. 13. Megastachya *amabilis.* Addatur synonymon:

Poa *speciosa* et P. *unioloides Willd. Herb.* fid. *Spreng. S. V.* p. 344.

S. *V.* II. p. 589. n. 15. Megastachya *hypnoides.* Addatur synonymon:

Poa *reptans Humb.* et *Bonpl.* et *Ell.* fid. *Sprengel S. V.* 345.

S. *V.* II. p. 590. n. 17. Megastachya *prostrata.* Addatur synonymon:

Poa *arenaria Willd. in Spreng. S. V. p.* 342.

S. *V.* II. p. 591. *Mant.* II. p. 327. n. 19. Megastachya *rigida.* Addatur synonymon:

Glyceria *rigida Smith Engl. Fl. p.* 119. *β major.*
Sclerochloa *patens Presl. Gram.* (fid. auct.)

S. *V.* II. p. 591. n. 20. Megastachya *pulchella* varietas M. *rigidae* est, fid. *Besser in litt. et Spreng. S. V. p.* 341.

Mant. II. p. 328. n. 23 b. Megastachya *ciliata* clo *Spreng. S. V. p.* 341 synonymon Eragrost. *tenellae;* p. 346. vero Meg. *ciliaris.*

Mant. II. p. 329. n. 23 c. Megastachya *cuspidata.* Addatur synonymon:

Calotheca *cuspidata Spreng. S. V. p.* 348.

n. 302. UNIOLA.

S. *V.* II. p. 595. *Mant.* II. 332 n. 5. Uniola *gracilis.* Addatur synonymon:

Trinius in *Spreng. n. Entd.* II. p. 67.

Culmus 4-5 ped., erectus, rigidus, attamen tenuis, inferne crassitie pennae corvinae, compressiusculus, parum foliosus, glaber, nodis pube brevissimâ tectis. Vaginae internodio breviores, compressae, superne carinatae et hiantes, laxiusculae, striatae, glabrae. Ligulae loco intus extusque annulus pilorum. Folia 1 1/2 ped., linearia, angusta, compressa, carinata, firma, glabra, erecta. Panicula racemiformis, simplex, rara, stricta, pedalis et altior. Rami solitarii, poll., dissitissime alterni, patentes, mox supra basin floriferi. Spiculae simillimae Diarrhenae *americanae*, at paulo minores,

brevissime pedicellatae, solitariae l. binae, sparsae, obconicae, compressae, fuscescentes. Squamae calycem communem mentientes 3, alternae, distichae, coriaceae, obtusae, subcarinatae, imbricatae, deorsum minores. Flosculi completi 3, 4, superiores majores, bivalves: valvula inferior ovata, acuta, coriacea, carinata, striatula; superior brevior, concavo-navicularis, bicostata, acuta. Lodiculae squamae minimae, oblongae. Semen oblongum, compressum, pedicellatum, apice cuspidatum. *Trinius.*

Mant. II. p. 332. n. 8. UNIOLA *nitida Baldw.* eadem est ac U. *sessiliflora Poir.* fid. *Spreng. S. V. p.* 349.

n. 303. CERATOCHLOA.

S. V. II. p. 596. *Mant.* II. p. 332. CERATOCHLOA *unioloides.* Huc forte spectare UNIOLAM *strictam Torr. Annals Lyc. of N. York.* I. *p.* 155. *Spreng.* in *cur. post.* p. 36.

n. 304. GRAPHEPHORUM.

S. V. II. p. 597. *Mant.* II. p. 332. n. 1. GRAPHEPHORUM *melicoides.* Addatur synonymon:

TRIODIA *melicoides Spreng. S. V. p.* 331., qui nunc AIRAM *trifloram Ell.* nomine TRIODIAE *Greenii* specie distinguit.

n. 305. TRIODIA.

S. V. II. p. 598. n. 2. TRIODIA *pungens.* Addatur synonymon:

CALOTHECA *arabica. Spreng. S. V. p.* 348.

S. V. II. p. 598. n. 3. TRIODIA *pulchella.* Addatur synonymon:

KÖLERA *pulchella Spreng. S. V. p.* 322.

S. V. II. p. 598. n. 4. TRIODIA *avenacea.* Addatur synonymon.

KÖLERA *avenacea Spreng. S. V.* 332.

n. 307. TRIPOGON.

S. V. II. p. 600. *Mant.* II. p. 334. n. 1. TRIPOGON *bromoides.* Addatur synonymon:

AVENA *mysorensis Spreng. S. V. p.* 337.

n. 308. DONAX.

S. V. II. p. 600. *Mant.* II. *p.* 334. *n.* 1. DONAX *arundinaceus.* Addatur synonymon:

SCOLOCHLOA *arundinacea Mert.* et *Koch Deutsch. Fl. p.* 529. DONAX *sativa Presl.* D. *australis Palis.?*

Obs. Charact. gen. Scolochloae a *Mert.* et *Koch* l. c.: *Cal.* biglumis, longitudine flosculorum, hos amplectens, magnus, 3-5-florus: floribus omnibus ☿: *glumis* convexo-compressis, lanceolatis, acutis, elongatione axis quidquam remotis. *Flosculus infimus* brevissime pedicellatus. *Cor.* biglumis, basi pilis elongatis: gluma inferior lanceolata, evoluta, apice trifido-mucronata, mucrone medio, saepius longiore, in aristam rectam gracilem excurrente; gluma superior bicarinata. *Lodiculae* 2. *Germen* glabrum. *Stylus* longissimus; *stigmata* aspergilliformia. Spiculae in paniculis diffusis. Cls. *Spreng.* in *S. V.* Donaces Arundines esse jubet, plerasque vero Arundines ad genus Calamagrostis retulit.

S. V. II. p. 601. *Mant.* II. p. 335. n. 4. Donax *mauritanicus.* Addatur synonymon:

Calamagrostis *mauritanica Spreng. S. V. p.* 252.

S. V. II. p. 602. *Mant.* II. p. 335. n. *7. Donax *festucaceus.* Addatur synonymon:

Festuca *borealis Mert.* et *Koch. Deutsch. Fl. p.* 664.

n. 309. SESLERIA.

S. V. II. *p.* 602. *Mant.* II. p. 335. n. 1. Sesleria *elongata.* Addatur synonymon:

Aira *alba Wulf.* testt. *Mert. et Koch Deutsch. Fl.* p. 624, qui fid. specim. *Wulf.*

S. V. II. p. 603. *Mant.* II. p. 335. *n.* 2. Sesleria *cylindrica* clo *Spreng. S. V. p.* 329. S. *caeruleae* varietas foliis acutis est.

S. V. II. p. 603. *Mant.* II. p. 335. n. 3. Sesleria *tenuifolia.* Addatur synonymon:

Aira *juncifolia Wulf.* et Cynosurus *juncifolius Wulf.* fid. *Mert. et Koch. l. c. p.* 625.

S. V. II. *p.* 604. *n.* 4 a. Sesleria *mutica Badarò;* paniculà pauciflorâ; perigoniorum aristis brevissimis, interni glumà exteriore glabrâ, lucidâ, vix apice ciliatâ. *Badarò in Giorn. d. Fis. etc.* 1824. T. VII. 5°. *Bim. p.* 363.

Radix descendens, valida, articulata, ex nodis fibrosa, tunicata. Culmi sesquipedales pedales, superne nudi, glabri laevesque. Folia radicalia senescentia culmum superantia; culmea inferiora longiuscula, 1-1 ½ poll., superiora brevissima, omnia plana, lin. lata, margine scabriuscula, apice ciliata, supremum medium culmi attingens. Vaginae longae, teretes, laeves. Ligula culmum amplectens, brevis, truncata. Panicula spicata, oblonga, densiuscula, interdum rara, caerulescens. Bracteae ad basin spicularum inferiorum parvae, subtruncatae, interdum nullae. Rhachis flexuosa, plerumque conspicua. Spiculae supra quemque rhacheos nodum plerumque binae, altera sessilis, altera breviter pedunculata, parce ovato-lanceolatae, 2-3-florae. Perigonii externi valvulae interno breviores, ovatae, in mucronem brevissimum productae, scariosae, obsolete dentatae, nervo dorsali apice vix scabriusculo. Perigonii interni gluma exterior subscariosa, colorata, ovata, 3-5-nervis, nervis in tot mucronulos abeun-

tibus, ciliata, glaberrima; interior bifida, ad nervos et apice ciliata, laciniis obtusis. Styli et stamina exserta. Differt a proxima S. *caerulea:* radice simplici non cespitosâ; folio supremo medium culmi attingente, non ad tertium inferius positum; paniculâ paucíflorâ; spiculis rarioribus, majoribus, spiculas Danthoniae *procumbentis* subaequantibus; aristis brevissimis; perigonii externi valvulis angustioribus; perigonii interni glumis vix apice ciliatis, nervis et dorso glabris non pubescentibus; laciniis glumae interioris obtusis non acutis. *Badaro. In subalpinis montis S. Calloceri vallis Albingaunensis.*

S. V. II. *p.* 605. *Mant.* II. *p.* 337. *n.* 11. Sesleria *disticha.* Addatur:

Obs. S. *disticha* potius associanda Dactylidi *repenti, littorali* et *pungenti,* quae inter Dactylides veras et Poas militant. Glumis mucronatis differunt ab his, et spiculis non carinatis ab illis. *Besser in litt.*

n. 310. CHLORIS.

Mant. II. p. 339. n. 7 d. Chloris *caribaea Spreng.;* spicis fasciculatis plurimis; calycibus cuspidatis; corollâ perfectâ basi dorso margineque ciliato-villosâ; valvis interioribus truncatis; aristis brevissimis, rectis. *Spreng. S. V. p.* 295.

In insulis Caribaeis.

S. V. II. p. 608. *Mant.* II. p. 339. n. 8. Chloris *polydactyla.* Addatur:

Obs. Spreng. S. V. p. 294 huc trahit Ch. *elegantem Humb.* et *Bonpl.* et *pubescentem Lag.*

S. V. II. *p.* 609. *Mant.* II. *p.* 339. n. 10. Chloris *compressa* clo *Spreng. S. V.* synonymon Chl. (Rhabdochloae) *virgatae Sw.*

S. V. II. *p.* 610. *n.* 16. Chloris *penicillata.* Addatur synonymon:

Eleusine *penicillata Spreng. S. V.* p. 350.

S. V. II. p. 610. n. 17. Chloris *prostrata.* Addatur synonymon:

Eleusine *prostrata Spreng. S. V. p.* 350.

S. V. II. p. 612. n. 21 a. Chloris *confertifolia Trinius;* culmo erecto, basi radicante; foliis confertissimis, distichis, obtusis, glabris; spicis subsenis, erecto-patulis; spiculis bifloris; calyce flosculis duplo breviore; glumâ superiore bifidâ, mucronatâ; corollae valvulis aequilongis, inferiore acutiusculâ, margine albo-villosâ, dorso glabrâ. *Trinius in Sprengel n. Entd.* II. *p.* 74. *Spreng. S. V.* p. 296. hanc cum? ad Ch. *distichophyllam* ducit!

Culmus 1 1/2 ped., compressus, striatus, glaber, articulis infimis radicantibus, radiculis longissimis; medio ramosus et foliosus, superne nudus. Vaginae compressae, striatae, glabrae. Folia digito longiora, linearia, compressa, carinata, striata, articulorum priorum decidua. Spicae palmares; rhachi angulato-filiformi, striatâ, glabrâ. Spiculae biseriales, imbricatae, unilaterales. Cal. paleaceus, persistens; gluma infer. paulo minor, carinata, acuta, superior oblonga, carinâ in mucronem excurrente. Flosculus completus sessilis, bivalvis: valvula inferior ephippiformis, expansa, subrotunda, acutiuscula, coriacea; superior aequilonga, inclusa, lanceolato-falcata, bicostata, flexurae angulis tenuissime ciliata. Lodiculae squamae minimae, oblongae. Flosculus imperfectus pedicellatus, univalvis, coriaceus, oblongus, truncatus, compressus, nudus. *Trinius.* *In insula Sanctae Catharinae.*

S. V. II. p. 612. *Mant.* II. p. 340. n. 23. CHLORIS *dolichostachya.* Addatur:

Obs. CHL. *dolichostachya Lag.*, quam *Spreng.* olim. ad *truncatam* duxit, nunc ab eodem in *S. V. p.* 296 diversa dicitur.

S. V. II. p. 612. *Mant.* II. p. 341. n. 26. CHLORIS *gracilis* et n. 27. CHLORIS *digitaria* a clo *Spreng. S. V.* p. 350. sub ELEUSINI *gracili* conjunguntur.

Mant. II. *p.* 341. *n.* 29. CHLORIS *tenella.* Addatur synonymon:

CTENIUM *indicum Spreng. S. V.* p. 274.

n. 313. DIPLACHNE.

n. 3. DIPLACHNE *tolucensis Spreng.*; paniculae ramis flexuosis, laxis, patentissimis; spiculis subquinquefloris, coloratis; flosculis remotiusculis, quinquenervibus; foliis convoluto-setaceis. *Spreng. S. V.* p. 351 et hoc teste: FESTUCA *flexuosa Willd. Herb.*

In Mexico.

n. 315. ENNEAPOGON.

S. V. II. *p.* 616. *n.* 5. ENNEAPOGON *phleoides.* Addatur synonymon:

PAPPOPHORUM *phleoides Trinius* in *Spreng. n. Entd.* II. p. 73.

In specim. spont. glumae calycinae minus subaequales, et carinâ pilis brevibus, apice glanduliferis. *Trinius* qui ex *rupestribus siccis ad Dshiddam Arabiae felicis.*

n. 316. PAPPOPHORUM.

Mant. II. p. 343. n. 5. PAPPOPHORUM *elongatum Spreng.*; paniculâ cylindricâ, elongatâ, lobatâ; calycibus glabris;

aristis subvicenis; foliis convolutis, longissimis. *Spreng. cur. post. p.* 34.

In Monte Video. Sello.

n. 6. PAPPOPHORUM *megapotamicum Spreng.*; racemo spicato, paucifloro; pedunculis abbreviatis, villosis; calycibus subternis, glabris, nervosis; aristis subduodenis, longissimis, patentibus; culmo simplici; foliis ciliatis. *Spreng. cur. post. p.* 34.

In Rio grande. Sello.

n. 318. TRIRAPHIS.

S. V. II. p. 617. n. 1. TRIRAPHIS *pungens* et n. 2. TRIRAPHIS *mollis* a clo *Spreng. S. V.* p. 329. SESSLERIA *pungens et mollis* dicuntur, uti sequens.

n. 3. TRIRAPHIS *pnmilio*; paniculâ coarctatâ, abbreviatâ; calyce trifloro; flosculo infimo perfecto: reliquis neutris, 1-valvibus. *R. Brown* app. ad *Denham* et *Clapperton p.* 245. SESSLERIA *pumilio Spreng. cur. post. p.* 34.

In Africa media.

n. 319. RHABDOCHLOA.

S. V. II. p. 617. n. 1. RHABDOCHLOA *cruciata.* Addatur:

Obs. Sub ELEUSINI *mucronata Mühlenb.* a clo *Spreng. S. V. p.* 350. conjunguntur: RHABDOCH. *cruciata* et *mucronata Palis.*, DACTYLOCTENIUM *aegyptiacum* et *mucronatum Willd.* et SESLERIA *dactyloides Nutt.!*

S. V. II. p. 619. *Mant.* II. p. 343. n. 4. RHABDOCHLOA *domingensis* clo *Spreng. S. Veg. p.* 350 synonymon LEPTOCHLOAE *virgatae.*

320. KOELERIA.

S. V. II. p. 619. *Mant.* II. p. 343. n. 1. KÖLERIA *cristata.* Addatur:

Obs. Variat quoque foliis vaginisque villosis et spiculis pubescentibus. Clis *Mert.* et *Koch* in *Deutsch. Fl. p.* 581. K. *glauca* etiam varietas K. *cristatae* est. Ad K. *cristatae* varietates pertinere videtur: K. *mollis Mann*; paniculâ spicatâ, basi interruptâ: flosculis 3-4-floris; culmo sub panicula pubescente; foliis ciliato-villosis. *Opiz Verzeichn. p.* 63. In sylvis Bohemiae.

S. V. II. *p.* 620. *Mant.* II. *p.* 345. *n.* 2. KÖLERIA *lobata.* Addatur synonymon:

AIRA *cristata b. dactyloides Rochel Pflz. Umr.* t. 1. f. 2.
A. *glauca Rochel pl. banat.* n. 2. fid. *Rochel herb.*

Obs. Etiamsi cls *Marsch. Bieb.* K. *lobatam* pro K. *glauca* declaret, imo ex autopsia, attamen consentire non possum. Cls. *Schrad.* in *Fl. germ.* dixit in defin. AIRAZ *glaucae* „glumis obtusiusculis" et inferius: „glumis omnibus obtusiusculis, nec acuminatis"; spiculas quoque obtusiusculas dicit cel. *Decand.* in *Cat. H. monsp.* Tales sunt in specimine borussico

a clo *Treverano*, quocum conveniunt numerosa lithuanica. Flosculi utplurimum non excedunt calycis glumam superiorem. Folia semper glabra et glauca. Ergo nec glumae aristatae uti in *Fl. Taur. Cauc.* T. I. p. 67, nec acutae, uti in *Suppl.* p. 76 K. *lobatae* conveniunt, et talem a cel. auctore possideo e Bessarabia. *Besser in litt.*

S. V. II. p. 621. *Mant.* II. *p.* 346. *n.* 4. KÖLERIA *pensylvanica Spreng.* est AIRA *nitida Spreng.* s. *mollis Mühlenb.* fid. ips. *Spreng. S. S. p.* 275.

S. V. II. p. 622. *Mant.* II. p. 346. n. 7. KÖLERIA *setacea.* Addatur:

Obs. Haec clis *Mert.* et *Koch Deutsch. Fl. p.* 581 certe varietas K. *vallesiacae:* culmo superne velutino, glumis dorso ciliatis, videtur; adsentit *Spreng. S. V. p.* 275.

S. V. II. p. 622. n. 8. KÖLERIA *hirsuta.* Addatur synonymon: AIRA *vallesiaca Sieber Herb. Austr.* N°. 26. fid. *Mert. et Koch. l. c. p.* 582.

S. V. II. *p.* 623. *Mant.* II. p. 347. n. 10. KÖLERIA *phleoides.* Addatur synonymon:

DACTYLIS *spicata Brot.* fid. *Spreng. S. V.* p. 332.

S. V. II. p. 625. *Mant.* II. p. 348. n. 12. KÖLERIA *brachystachya.* Addatur:

Obs. Huc a clo *Spreng. l. c.* ducuntur FESTUCA *phalaroides Lam.*, AVENA *panicea Link* et DACTYLIS *caudata Brot.*

n. 321. DACTYLIS.

S. V. II. *p.* 625. *Mant.* II. p. 348. n. 1. DACTYLIS *glomerata.* Addatur:

Obs. DACTYLIS *glauca Roth*, *glaucescens Willd.* et *hispanica Roth* clo *Sprengel S. V. p.* 354 (qui genus DACTYLIDIS supprimit) varietates FESTUCAE *glomeratae* sunt. A D. *glomerata* vix differt: DACTYLIS *scabra Mann;* paniculâ secundâ, glomeratâ; flosculis 4-floris; culmo sub panicula vaginisque scabris; foliis carinatis. *Mann* in *Opiz Verzeich.* N°. 7. p. 58. In pratis, pascuis Bohemiae.

n. 1 a. DACTYLIS *capitata;* spicâ solitariâ, ovatâ, compressâ, sub-4-florâ, glabrâ; calycibus acutissimis; flosculis subcoloratis, muticis; culmo tenero, simplici; fol. abbreviatis, linearibus, patulis, glabris; ligulâ elongatâ, vaginante. FESTUCA *capitata Balb. in Spreng. cur. post.* p. 36.

In Sardinia.

n 1 b. DACTYLIS *altaica Besser;* paniculâ secundâ, glomeratâ; spiculis 6-floris; calycibus carinâ pedicellisque ciliatis, scabris; stylis anticis; germine clavato; nectariis connatis, bilobis, sinu antice producto carinato, lobis acutis postice inaequaliter in dentes setaceos fissis; foliis planis. *Besser in litt.*

Folia margine scabra, juniora complicata; culmi proceri, 4-ped.; panicula major; glomeruli majores quam in D. *glome-*

rata. *Besser in litt.*, qui semina a clo *Fischer* inter *Altaica* accepit.

S. *V.* II. p. 627. *Mant.* II. p. 349. n. 5. DACTYLIS *maritima*. Addatur:

Obs. Cli *Mert.* et *Koch Deutschl. Fl. p.* 594 sub POA *littorali* jungunt DACTYLIDEM *maritimam* cum omnibus synonymis et *littoralem*, hisque addunt D. *repentem Desf.* s. POAM *tunetanam Spreng. pug.*, cum? licet, et FESTUCAM *prostratam Gmel.* ex Arragonia, D. *repentem* inter et *maritimam* intermediam. *Sprengel S. V. p.* 347 sub CALOTHECA *littorali* etiam D. *maritimam* et *littoralem*, cum synonymis nostris, conjungit. Amicissimus *Besser in litt.* nos monet iconem D. *littoralis* in *Lam. ill.* exprimere D. *repentem Sieb.* e Giropetro Cretae, et speciem quasi intermediam sistere *maritimam* inter et *repentem*. Haec D. *repens Sieb.* e Creta a speciminibus D. *maritimae* a D. *Andrzejowski* ad Borysthenem lectis, et a div. *Bieberstein* pro iisdem cum sua *pungente* declaratis, vix differt nisi staturâ minore, aridiore; pilis copiosioribus; spicâ breviore, magis compactâ, ut fere ovato-oblonga sit; glumis magis obtusis.

S. *V.* II. p. 628. *Mant.* II. p. 350. n. 7. DACTYLIS *repens*. Addatur:

Obs. *Besser* nos monet in *litt.*, licet div. *M. a Bieberstein* D. *repentem Desf.* in *Fl. taur. cauc. Suppl.* 69 „africana specimina a caucasicis nullo modo diversa" dicat; tamen, si iconi a *Desfontaines* datae fidendum, neque specimina D. *repentis M. Bieb.* e planitie caspica ad ostia Cyri lecta, neque specimina POAE *pungentis M. B.* e Tauria, neque denique specimina D. *maritimae Sieb. Herb.* in Caorle, et hujus D. *repentis* e Giropetro et Damiette convenire cum D. *repente Desf.*. D. *repens Sieb.* e Damiette certe, ut nunc collatis speciminibus melius conservatis videmus, differt ab ejusdem *repente* e Creta; illam quoque *Sprengel* in *S. V.* p. 348 distinxit tanquam speciem nomine CALOTHECAE *niliacae*: spicis capitatis ovatis; spiculis undique imbricatis striatis villosis trifloris; culmo repente radicante; foliis abbreviatis convolutis; vaginis basi geniculisque villosis, a CALOTHECA *repente*: spicis strictis compositis secundis; spiculis imbricatis ovatis striatis villosis appressis; culmo repente radicante; foliis planis glaucis vaginisque villosis: quae levis sane differentia; nam in speciminibus *niliacae* Sieberianis folia etiam glauca et plana plura; spicae strictae et secundae, et spiculae saepius 5-florae. Calyx longior quam in *repente* e Creta, ut nobis videatur potius D. *repens Desfont.*, quam nova species.

S. *V.* II. p. 629. n. 8. DACTYLIS *laevis*. Addatur:

Obs. DACTYLIS *laevis*, *villosa* et *serrata Thunb.* a clo *Sprengel S. V. p.* 355. FESTUCA *laevis*, *villosa* et *serrata* dicuntur.

S. *V.* II. p. 629. n. 9. DACTYLIS *ciliaris*. Addatur synonymon:
FESTUCA *capensis Spreng. S. V.* 352.

S. *V.* II. p. 629. n. 12. DACTYLIS *hispida*. Addatur synonymon:
FESTUCA *melangaea Spreng. S. V. p.* 352.

S. *V.* II. p. 630. *Mant.* II. p. 351. n. 14. DACTYLIS *lagopodioides*. Addatur synonymon:
KÖLERA *lagopodioides Spreng. S. V. p.* 332.

S. *V.* II. p. 630. *Mant.* II. p. 351. n. 15. DACTYLIS *brevifolia*. Addatur synonymon:
KÖLERA *brevifolia Spreng. S. V.* p. 332.

S. *V.* II. p. 631. n. 16. DACTYLIS *pungens*. Addatur synonymon:
CALOTHECA *pungens Spreng. S. V.* p. 348.

S. *V.* II. *p.* 631. *Mant.* II. *p.* 352. *n.* 18. DACTYLIS *cynosuroides.* Addatur synonymon:

TRIODIA *cynosuroides Spreng. S. V.* p. 331.

n. 322. CALOTHECA.

S. *V.* II. p. 632. *n.* 1. CALOTHECA *brizoidea.* Addatur synonymon:

Trinius in *Spreng. n. Entd.* II. *p.* 71.

Radix fibrosa. Culmus dodrantalis, erectus, gracilis, striatulus, scabriusculus, superne nudus. Vaginae tumidiusculae, scabriusculae, sulcato-striatae, subcarinatae. Ligula biaurita. Folia fasciculorum culmeaque 1-2 poll., sulcata et subcarinata, involuto-setacea, rigida, vix scabriuscula. Panicula simplex pauciflora, erecta, oblonga, patula. Spiculae magnae (fere BRIZAE *maximae)*, oblongae. Pedicelli hispidi. Cal. 6-9-florus, flosculis triplo brevior: glumae medio coriaceae et carinatae, margine late chartaceae, glabrae: inferior paulo minor, oblongo-lanceolata, acuta, 1-nervis; superior oblonga, obtusiuscula, 3-nervis. Flosculi arcte imbricati, distichi: spiculae rhachi solubili in pedicellos brevissimos claviformes. Cor. basi pilis brevibus appressis stipata: valv. infer. coriaceo-herbacea, viridis, aspera, 7-nervis, nervo dorsali carinam formante atque in setam excurrente rectam, hispidam, valvulâ breviorem; margo valvulae utrinque auriculato-dilatatus, membranaceus: membrana plicata, utrinque ad setam apicis in dentem producta. Valvula superior minima, oblonga, coriacea, dorso complanata et pilosiuscula, marginem versus utrinque carinata et superne dense longeque ciliata; fronte subconduplicata: duplicatura fere hyalina, apice in appendicem truncatam elongata. Lodiculae squamae emarginato-obtusae. Semen subrotundo-oblongum, hinc planum, inde convexiusculum et carinatum. *Trinius. In Montevideo.*

Obs. BROMUS *brizoides Lam.* a clo *Spreng. S. V. p.* 348 species distincta dicitur: CALOTHECA *poaeformis;* paniculae subracemosae ramis erectis; glabris; spiculis ovatis sexfloris; flosculis glabris, margine membranaceis, summis sub apice mucronatis; foliis convolutis glabris.

n. 322 a. LIBERTIA.

S. *V.* II. p. 633. n. 1. LIBERTIA *arduennensis Lejeune*; paniculâ subsimplici, nutante; spiculis compressis, glabris; culmo erecto, glabro; foliis lanceolatis, facie margineque villosis, dorso glabris laevibus. *Lejeune* in *Nov. Act. Acad. Nat. Cur. T.* XII. *p.* 757. *t.* 45. et in *Agrostol. belgique Cent.* I. N°. 51. CALOTHECA *bromoidea Lejeune Messag. des sciences etc.* 1823 *Sept.*

Radix fibrosa, biennis. Caulis simplex, 2-4 ped., pennae anserinae crassitie, laevis, teres, striatus, infra paniculam nudus, nodis 5-7 villosulis inferne flavescentibus. Vaginae laeves, striatae, glabrae, lâminâ breviores. Folia 8-10 poll., 3-4 lin. lata, nervosa, inferne glabra, laevia, superne et ad

margines scabra, hirsuta. Panicula subsecunda, cernua, 1/2 ped.; pedunculis scabris, apice dilatatis, ibique carinatis, superioribus spiculâ subbrevioribus. Spiculae pollicares, ovatae, virides, scabrae, 8-10-florae; flosculis hermaphroditis distinctis. Calyx flosculis brevior; valvulis valde inaequalibus; exterior lineari-lanceolata, acuta, trinervis, interior duplo major, concava, 9-nervis, margine scariosa, apice tridentata. Corollae valvula exterior ovato-lanceolata, coriacea, medio utrinque membranaceo-auriculata, dorso valde compressa, multinervis, apice trisetosa; setâ mediâ lateralibus duplo longiori, glumam subaequante, aristaeformi, scabrâ; interior ovato-oblonga, obtusa, integra, sine appendice, pellucida, margine viridi pectinatim ciliata. Lodiculae 2 germine breviores, collaterales, oblongo-spathulatae, obtusiusculae, integerrimae, membranaceae, tenerae. Stamina 3, antheris rubro-flavescentibus. Stigmata 2. Caryopsis oblonga, profunde sulcata. *Lejeune.* *Inter segetes circa Acivaille in provincia Leodiensi.* ♂.

n. 323. CHASCOLYTRUM.

S. V. II. p. 633. n. 1. CHASCOLYTRUM *erectum.* Addatur synonymon:

FESTUCA *erecta. Spreng. S. V.* 353.

S. V. II. *p.* 633. *Mant.* II. *p.* 353. *n.* 2. CHASCOLYTRUM *subaristatum.* Addatur synonymon:

FESTUCA *Commersonii Spreng. l. c.*

n. 325. BROMUS.

S. V. II. p. 634. *Mant.* II. p. 353. n. 3. BROMUS *commutatus.* Excludatur BROMUS *multiflorus Roth,* qui testt. *Mert. et Koch Deutschl. Fl. p.* 684 (fid. spec. *Rothiani*) BROMUS *racemosus*, aeque ac *multiflorus Schleich.*

Obs. Mert. et *Koch l. c.* BROMUM *multiflorum Host.*, quem *Schrader Fl. germ. p.* 353. tamen tanquam typum speciei proposuit, excludunt in *commutato*, et speciem propriam esse jubent, quae illis BROMUS *patulus Mert.* et *Koch*; paniculâ patente, post anthesin nutante; spiculis lanceolatis; flosculis elliptico-lanceolatis, margine divaricatis, imbricatis; aristis patentibus glumis longioribus; foliis vaginisque pilosis. *Mert.* et *Koch Deutsch. Fl. p.* 685. B. *multiflorus Decand. Fl. fr. Host. Gram. Austr.* 1. *t.* 11. BR. *commutatus Koch* et *Ziz Catal. pl. palat.* β. spiculis villosis. *Mert.* et *Koch l. c.* BROMO *arvensi* et *squarroso* similis; culmi, folia vaginaeque ut in his: panicula plerumque magis multiflora quam in BR. *squarroso*, et minor quam in *arvensi*. Paniculae rami rhachisque tenues, graciles et inde spiculae mox unilateraliter nutantes. Spiculae ovato-lanceolatae, primum teretes et BR. *arvensi* simillimae, serius disticho-compressae. Flosculi multo angustiores, glabri, superne scabri, margine divaricati ut in BR. *arvensi*, minus tamen quam in *squarroso*: gluma superior inferiore multo brevior. Aristae validae, longitudine flosculi, primum erectae, dein extrorsum patentes, minus tamen quam in BR. *squarroso*. Variat paniculâ viridi- et albo- vel sordide violaceo- et albo-variegatâ. BR. *arvensi* multo praecocior. Saepius cum BR. *squarroso* et *arvensi* commutatur. BR. *arvensis* differt: spiculis semper magis teretibus, angustioribus, erectis; paniculâ latiore, magis cum ramis undique patentibus erectâ et solum in specim. majoribus nutante; flosculis paulo minoribus, aristis minoribus, erectis; glumâ superiore inferiori aequali vel paulum breviore. *Mert.* et *Koch.* Etiam cls. *Spreng* in *S. V. p.* 357. BR. *multiflorum Host* specie distinguit a BR. *commutato*

Schrad., ad quem Br. *multiflorum Roth* et *racemosum Willd.* (nec *Schrad.*) laudat.

S. V. II. p. 634. *Mant.* II. p. 353. n. 4. Bromus *velutinus.* Addatur synonymon:

Smith. Engl. Fl. p. 152. Br. *multiflorus Knapp t.* 80. *Scheuchz. Agr.* 250. t. 5. f. 9.

Obs. Clis *Mert.* et *Koch* in *Deutsch. Fl. p.* 680. (sub Br. *grosso*) var. *α* nostra est *γ*; *β* nostra illis est *α*, cui addunt Br. *multiflorum Lejeune;* sub *β* adducunt varietatem paniculae ramis spiculisque quidquam pubescentibus. *Smith* l. c. adnotat div. *Hall.* hunc et Br. *secalinum* sub N°. 1502 confudisse. Vix huc spectare videtur Br. *nitidus;* paniculâ laxâ, fructiferâ nutante; pedunculis scabris; locustis ovato-lanceolatis, glabris; flosculis imbricatis; aristis rectis *Dumortier Agrost. belg. Tent. p.* 119, ad quem a clo *van Hall Fl. belg. Sept. T.* I. *P.* II. *p.* 716 Br. *multiflorus Sm. Engl. Bot.* citatur. Locustae magnae, pollicares; vaginae glabrae. In Zeelandia.

S. V. II. p. 636. *Mant.* II. *p.* 355. *n.* 9. Bromus *racemosus.* Addatur synonymon:

Br. paniculâ suberectâ, patente, parum ramosâ; spiculis ovato-oblongis, nudis; flosculis imbricatis, depressis, nervosis; aristis glumas aequantibus; foliis subpubescentibus. *Smith Engl. Fl. p.* 154. et hoc teste: *Linn.*, *Willd.*, *Fl. Brit.*, *Engl. Bot.* t. 1079, *Knapp t.* 78., *Schrad.*, Br. *pratensis Ehrh. Calam.* 116., *Engl. Bot. t.* 1984 infra, *Smith Comp.* 19., Br. *arvensis Knapp t.* 82, *Engl. Bot. t.* 920 (excl. syn.), *Raji Syn.* 414., *Moris.* 3. 213. *sect.* 8. *t.* 7. *f.* 19.

Distinctissima species; flosculi 5-10. *Smith.*

S. V. II. p. 637. *Mant.* II. p. 355. n. 10. Bromus *erectus.* Addatur synonymon:

Smith Engl. Flor. p. 157. et hoc teste: *Knapp. t.* 86. *Fl. dan. t.* 1383; B. *agrestis Allion.* et *Host;* B. *perennis Vill.; Hall. n.* 1507.

Obs. Hic excludatur Br. *angustifolius M. Bieb.*, qui aut Br. *laxo Willd.* quâ var. angustifolia subjungatur, aut vice versâ Br. *laxus Willd.* illi quâ var. latifolia; nam in *Podol. australi* et lati- et angustifolius occurrit. Huic valde affinis est Br. *stenophyllus Link*, cujus semina ab ill. *Steven* nomine Br. *angustifolii* accepi. *Besser in litt.* Cls. *Spreng. S. V. p.* 359. B. *angustifolium M. Bieb.* vero synonymon B. *erecti*, et B. *laxum Horn.* et *longiflorum Willd.* varietates culturâ ortas dicit. Cli *Mert.* et *Koch* in *Deutsch. Fl. p.* 673. (sub Festuca *montana Savi*) Br. *arvensem Poll.* hûc, nec vero ad Br. *arvensem* spectare dicunt.

S. V. II. p. 639. n. 15. Bromus *australis* clo *Spreng. S. V. p.* 356 synonymon B. *arenarii.*

S. V. II. p. 639. *Mant.* II. p. 356. n. 16. Bromus *lanceolatus.* Addatur:

Obs. Huc a clo *Sprengel S. V. p.* 358 ducuntur Br. *canariensis Zucc.*, *lanuginosus Poir.*, *divaricatus Lois.* et *turgidus Lam.*

S. V. II. p. 640. *Mant.* II. p. 356. n. 18. Bromus *squarrosus.* Addatur:

Obs. Huc a *Sprengel S. V. p.* 357 instar varietatum ducuntur: Br. *velutinus Schrad.*, *villosus Gmel.* et *japonicus Thunb.*; Br. *wolgensis Spreng.*, (qui etiam clo *Besser in litt.* mera Br. *squarrosi* varietas videtur) illi *l. c.* est species propria sequente phrasi: Br. paniculâ nutante, laxâ, simpliciusculâ; spiculis oblongis, sub 10-floris, pubescentibus; aristis rectis valvâ longioribus; foliis vaginisque pilosis.

S. V. II. p. 643. *Mant.* II. p. 357. n. 27. Bromus *asper*. Addatur synonymon:

Festuca *aspera Mert. et Koch. Deutsch. Fl. p.* 673., qui Br. *montanum Poll.* et *Fl. Heidelb.* huc spectare, Br. *versicolorem Poll.* vero ad Br. *arvensem* pertinere dicunt. Br. *asper Smith Engl. Fl. p.* 159. et hoc teste: Br. *montanus Poll.* et *Retz Obs. fasc.* 2. 7., *Gmel. Sib. v.* 1. 110. t. 21. (fid. specim.)

S. V. II. p. 644. *Mant.* II. *p.* 358 n. 28. *Bromus pendulinus.* Addatur synonymon:

Festuca *pendulina Spreng. S. V.* p. 356.

S V. II. p. 644. *Mant.* II. p. 358. n. 31. Bromus *giganteus*. Addatur synonymon:

Festuca *gigantea Smith Engl. Fl. p.* 144, et hoc teste: *β* Festuca *triflora Smith Comp.* 18. *Engl. Bot. t.* 1918. Br. *triflorus Linn. Sp. Pl.* 115. *Willd.* 1. *p.* 436. *Fl. Dan.* t. 440. *Scheuchz. Agr.* 511. t. 5. f. 19.

β multo gracilior, 2-ped., pallidior; foliis multo angustioribus; paniculà minori, magis erectâ; calycis valvulà exteriore saepius merâ setâ; ceterum non differt, et ob numerum flosculorum tam variabilem haud distincta species. *Smith.*

S. V. II. p. 646. *Mant.* II. p. 359. n. 37. Bromus *arvensis*. Addatur synonymon:

Br. paniculâ patente, nutante, compositâ, semiverticillatâ; spiculis lanceolatis, acutis; flosculis 8, imbricatis, glabriusculis, utroque margine nervis 2 approximatis; foliis pilosis. *Smith Engl. Fl. p.* 156, et hoc teste: *Linn.*, *Willd.*, *Schrad.*, *Host.*, *Vill.*, *Ehrh.*, *Engl. Bot.* 1984; B. *spiculi-tenuata Knapp t.* 81, Br. *versicolor Poll.* 1. p. 109. (etiam fid. *Mert. et Koch. Deutschl. Fl. p.* 687) Br. *verticillatus Cav. Ic. v.* 6. 66. t. 590., Br. *multiflorus Weig. Obs.* 2. t. 1. *f.* 1. (fid. spec.), *Hall. Hist.* 1509, *Scheuchz. Agr.* 262. t. 5. f. 15.

S. V. II. *p.* 647. *n.* 39. Bromus *pitensis.* Addatur synonymon:

Br. *glaber Willd. Herb.* fid. *Sprengel S. V.* p. 357.

S. V. II. p. 648. *Mant.* II. p. 359. n. 41. Bromus *tectorum.* Addatur:

Obs. Mera B. *tectorum* varietas est: Bromus *scabriflorus Opiz*; paniculâ compositâ, valde nutante; ramis multifidis, hispido-scabris; spiculis linearibus, scabris; vaginis inferioribus pubescentibus, superioribus glabris;

foliis laevibus, utrinque pubescentibus; glumis calycinis glaberrimis; corollinis scabris: glumâ interiore longe ciliatâ; exteriore glabrâ; aristis glumâ multo longioribus. *Opiz. Verzeichn.* N°. 9. *p.* 119. B. *tectorum* valde affinis; sed differt paniculâ viridi valde nutante, spiculis scabris, glumis calycinis glabris. Pragae ad vias; cum Br. *tectorum.*

S. V. II. p. 648. *Mant.* II. *p.* 359. *n.* 42. Bromus *matritensis.* Addatur synonymon:

Br. *diandrus Smith Engl. Fl. p.* 160 (cui diversae forte hic species latitare videntur).

Obs. A clo *Spreng. S. V. p.* 358 sub Br. *matritensi* conjunguntur: Br. *maximus Desf., jubatus Tenor.* et *hordeiformis Lam.*. Cls. *Opiz* monet in *Verzeichn.* N°. 9. p. 119 nos perperam Br. *tectorum β rubescentem Rochel herb.* ad Br. *matritensem* L. traxisse, et inde novam constituit speciem, quae illi: Bromus *Rochelianus Opiz;* paniculâ apice nutante, ramis puberulis; spiculis linearibus glabris; vaginis inferioribus pubescentibus, superioribus glabris; foliis laevibus, inferioribus utrinque pubescentibus; glumis calycinis glaberrimis, corollinis glabris; aristis glumâ brevioribus.

n. 42 a. Bromus *sardous Spreng.;* paniculae racemosae erectae ramulis articulatis, subincrassatis; spiculis lanceolatis, erectis, sub 10-floris, glaberrimis; flosculis distantibus; aristis rectis, valvas subaequantibus: valvulâ interiore corollae subaristatâ; foliis angustis culmoque geniculato laevibus. *Spreng. cur. post. p.* 36.

Ad littora Sardiniae.

n. 42 b. Bromus *megapotamicus Spreng.;* paniculâ erectâ, racemosâ, contractâ; spiculis ovatis, sub-6-floris, hirsutis; calycibus flosculisque nervosis; valvulâ corollinâ exteriore obtusâ, scariosâ; aristis subflexuosis, valvas aequantibus; foliis pubescentibus; vaginis villosis. *Spreng. cur. post. p.* 36.

In Rio grande. Sello.

S. V. II. p. 649. *Mant.* II. p. 359. n. 43. Bromus *ligusticus.* Addatur:

Obs. Ad *Obs.* in *S. V. l. c.*, ubi differentia a Festuca *stipoide* ponitur calycis glumae inferioris magnitudine, monendum, quod in Mygalurus magnitudo calycis glumae inferioris non solum sit valde variabilis, sed quod quandoque in eodem specimine in altera spicula adsit, in altera vix aliquod vestigium oculo armato detegendum. Specimen saltem romanum nullâ notâ a Bromo *stipoide* s. Mygaluro *geniculato* differt. *Besser in litt.* Cls. *Spreng. S. V. p.* 358. Br. *ligusticum All.* et Br. *Micheli Sav.* ad Festucam *rubentem* pertinere dicit.

S. V. II. p. 650. n. 45. Bromus *multispicatus* s. *polystachyus Decand.* ad B. *matritensem* L. pertinet fid. *Mert. et Koch Deutsch. Fl. p.* 690.

S. V. II. *p.* 651. *Mant.* II. 360. *n.* 46. Bromus *rigidus.* Addatur synonymon:

Brom. *madritensis Vahl Symb. et Decand. Fl. fr.* et *Loisel.* fid. *Mert.* et *Koch in Deutsch. Fl. p.* 69. quibus *α.* minor; foliis densius villosis, paniculâ pauciflorâ, contractâ, subsimplici; Br. *rigidus Decand. Fl. fr. Suppl.*

278; et β. spiculis villosis, instar varietatum. Br. *varius Brot.*, quem in *Mant. l. c.* huc duximus, clo. *Spr.* l. c. ad Br. *rigentem* spectare videtur.

S. V. II. p. 654. *Mant.* II. p. 361. n. 59. Bromus *dactyloides*. Addatur synonymon:

Kölera *dactyloides Spreng. S. V.* p. 332.

Mant. II. *p.* 362. *n.* 66. Bromus *pentastachyus*. Addatur synonymon:

Festuca *pentastachya Presl Fl. sicul.*

Mant. II. p. 362. n. 67. Bromus *paradoxus Presl* est Avenae species locustis proliferis. *Presl Fl. Sicul.* 1. p. XLV.

n. 69. Bromus *chrysopogon Viv.*; foliis nodisque culmi longe pilosis; paniculâ contractâ, fasciculatâ; spiculis subsessilibus, lineari-lanceolatis, glabriusculis, sub-8 floris. *Viviani Flor. lyb. specim.*

In pratis Cyrenaicis.

n. 69. Bromus *canescens Viv.*; culmo foliis tecto; paniculâ fasciculatâ, ovatâ, canescente; spiculis 5-floris, lineari-lanceolatis, valvulis, glumis, foliis vaginisque hirsutissimis. *Vivian. Flor. lyb. specim.*

In Pentapoleos maritimis.

n. 70. Bromus *tenuiflorus Viv.*; paniculâ in spicam contractâ; spiculis subsessilibus, linearibus, divergentibus; glumâ exteriore ciliatâ, aristam superante, interiore nudâ; vaginis culmoque hirsutis. *Vivian. Flor. lyb. specim.*

In pascuis Cyrenaicis.

n. 326. HOLCUS.

S. V. II. 655. *Mant.* II. p. 363. n. 2. Holcus *lanatus*. Addatur:

β. calycibus trifloris, flosculo infimo hermaphrodito, 2 superioribus masculis, aristatis. *Mert. et Koch Deutsch. Fl.* p. 551.

n. 326 a. URALEPIS.

Mant. II. p. 364. n. 1. Uralepis *purpurea*. Addatur synonymon:

Diplocea *barbata*; caulibus cespitosis; geniculis barbatis, collo ciliatis; foliis scabris, glaucis; paniculis paucifloris: femineis axillaribus; valvâ majore trinervi aristâque ciliatâ. *Rafinesque in Silliman American Journ. of. Science* p. 252.

Obs. Character genericus DIPLOCEAE apud illum: Flores paniculati monoici vel polygami. Gluma exterior membranacea, bivalvis, 1-3-flora, valvulis subaequalibus, emarginatis, muticis: interior bivalvis, inaequalis: major emarginata, emarginaturâ aristatâ, minor barbata integra. Flores hermaphroditi et masculi simplices; feminei clandestini inferiores. Stam. 3. Styli 2. Semina ovata, oblonga.

n. 327. TRISETUM.

S. V. II. *p.* 658. *Mant* II. *p.* 365. n. 5. TRISETUM *Forskåli.* Addatur:

Obs. Est vera DANTHONIA, quod et cel. *Trinius in litt.* affirmavit. *Besser in litt.* AVENAM *Forskålei* et *arundinaceam Delil.* conjungit cls *R. Brown* in *App.* ad *Denham* et *Clappert. p.* 244.

Mant. II. p. 366. n. 11 a. TRISETUM *condensatum.* Addadatur synonymon:

TRISETUM *neglectum Presl Gram.* AVENA *sicula Spreng. S. V. p.* 335.

S. V. II. *p.* 661. *n.* 15. TRISETUM *Pourreti.* Addatur synonymon:

AGROSTIS *Pourreti. Spreng. S. V.* 260.

S. V. II. p. 662. *Mant.* II. p. 366. n. 17. TRISETUM *pubescens.* Addatur synonymon:

Smith Engl. Fl. p. 164, et hoc teste: AVENA *sesquitertia Linn. Mant.* 1. p. 34. (excl. syn. *Scheuch.*) *et Willd. Sp. Pl.* 1. p. 448., *Hall. Hist. n.* 1498., *Scheuchz. Agr.* 226 *t.* 4. f. 20. AV. *pratensis Gort. Fl. Ing.* (excl. syn. *Linn.*) et *Sobol. Fl. petrop. p.* 29 (excl. syn. *Leers*) fid. *Weinmann Elench. h. Pawl. p.* 51.

Obs. Calycem basi pilosum nullibi vidi. Non intelligo quomodo *Palis.* Av. *pubescentem* et *pratensem* ad genera diversa amandare potuerit, dum arduum saepe sit utramque distinguere, praeprimis var *β* A. *pubescentis,* ubi differentia unice in spicula est quaerenda. *Besser in litt.*

S. V. II. p. 662. *Mant.* II. p. 366. n. 18. TRISETUM *rigidum* clo *Spreng. S. V. p.* 334 T. *brevifolium.*

Mant. II. p. 367. n. 18 a. TRISETUM *Wilhelmsii.* Addatur synonymon:

AVENA *Wilhelmsii Spreng. S. V.* p. 333.

S. V. II. p. 663. n. 19. TRISETUM *alpinum.* Addatur synonymon:

AVENA *alpina Smith Engl. Fl. p.* 165.

Radix e fibris pluribus, pubescentibus, cespitosis nec repentibus. Culmus 2-ped., erectus, teres, striatus, glaber, ad medium usque foliosus. Folia linearia, margine scabra vel tenuissime serrulata, plana, glabra, nervis pluribus scabris; radicalia (sicca) plicata apiceque inflexa, nunquam vero involuta, ut in A. *pratensi.* Vaginae cylindricae, nervosae, scabrae, suprema longissima. Ligula triangularis, acuta, lacera, suprema quidquam elongata. Panicula 3-4 poll., erecta,

pallide argenteo-fusca, paulum variegata; ramis sulcatis vel compressis, lateribus oppositis, scabris, setis minimis erectis, apice tumidis, angulatis: infimo ramoso, reliquis simplicibus erectis, saepius brevissimis, crassis. Spiculae erectae, poll.. Calycis glumae lanceolatae, concavae, nervis 3 scabris, acutae, pellucidae. Flosculi 5-6, distichi, quidquam distantes, basi fasciculo pilorum setaceorum, quidquam decurrente, pedunculo partiali ceterum glabro. Cor. gluma exterior calycinis simillima, quidquam magis scabra, 5-nervis, apice profunde fissa. Arista e medio glumae, fusca, scabra, partim sericea; sicca parte inferiore valde tortâ, superiore varie flexâ. Gluma interior lanceolata, tenuissima, marginibus non involutis tenuiter pubescentibus, enervis, apice acuta, lacera, non fissa. Av. *planiculmis Schrad.* (fid. specim.) differt: radice longe repente, culmo vaginisque compressis; fol. multo latioribus, omnibus planis; paniculâ dodrantali, magis compositâ, purpureo-variegatâ; spiculis tertiâ parte angustioribus; pilis ad pedunculum partialem multo minus fasciculatis. *Smith.*

S. *V.* II. p. 663. *Mant.* II. p. 368. n. 20. Trisetum *carpathicum* clo *Spreng. S. V. p.* 334 varietas Tr. *flavescentis.*

S. *V.* II. *p.* 665. *n.* 24. Trisetum *brevifolium* clis *Mert.* et *Koch in Deutsch. Fl. p.* 564 synonymon Tr. *distichophylli est.*

S. *V.* II. p. 666. *Mant.* II. p. 368. n. 25. Trisetum *argenteum.* Addatur synonymon:

Avena *disticha Lam. fid. Mert. et Koch. l. c. p.* 565.

S. *V.* II. p. 666. *Mant.* II. p. 369. n. 27. Trisetum *airoides.* Addatur synonymon:

Trisetum *subspicatum Pal. Agr. p.* 88. *R. Brown Suppl. Parry's Voy. p.* 192. n. 65., (qui in *S. V. ed. n. l. c.* syn. *Wulf.* et *Host.* excludit.) *Richardson App. Frankl. Journ. p.* 3.

In Sinu S. Laurentii et *Kotzebue-Sound. Eschscholtz. Bess. in litt.; in Melville Island; in America arctica Richardson.*

S. *V.* II. *p.* 667. *Mant.* II. p. 369. *n.* 29. Trisetum *arenarium.* Addatur synonymon:

Avena *arenaria Sprengel S. V.* p. 333, qui huc ducit Trisetariam *linearem Forsk et Delil.*

S. *V.* II. *p.* 667. *Mant.* II. p. 369. n. 30. Trisetum *macrum.* Addatur:

Obs. Hanc plantulam aegre ad Triseta referrem; videtur habitu affinior Gaudiniae, sed nec hujus generis. Glumae corollinae cartilagineae. *Besser in litt.* Clo. *Spreng. S. V. p.* 334 synonymon Avenae *pallentis Link.*

n. 328. AVENA.

S. V. II. p. 667. *Mant.* II. p. 370. n. 1. AVENA *praecox.* Addatur synonymon:

TRISETUM *praecox Dumortier Agrost. belg. Tent.* p. 122. AIRA *subspicata Rainville* apud *Gort. Fl. belg.* n. 74. fid. *van Hall. Fl. belg. sept.* T. 1. P. II. p. 716.

Obs. Semen non est corticatum, nec habitus AVENAE: ideo forsan melius inter AIRAS relinquenda. *Besser in litt.*

S. V. II. p. 668. n. 2. AVENA *brevis.* Addatur synonymon: *Spreng. S. V.* p. 333, qui nunc huc trahit A. *atherantham Presl.*

S. V. II. p. 669. *Mant.* II. p. 370. n. 5. AVENA *orientalis.* Addatur synonymon:

AVENA *heteromalla Mönch* fid. *Mert. et Koch Deutsch. Fl. p.* 557.

S. V. II. p. 669. n. 6. AVENA *nuda.* Addatur:

τῳ β *chinensi;* rhachi valde dilatatâ; flosculis distantibus, e calyce pendentibus. *Besser in litt.*

S. V. II. p. 669. *Mant.* II. p. 370. n. 7. AVENA *fatua.* Addatur synonymon:

Engl. Bot. 2221. *Smith Engl. Fl. p.* 162, (qui nec *Schreb. v.* 1. p. 109. *t.* 15, nec *Scheuchz. Agr.* 239. *t. f.* 1. excludit.)

S. V. II. p. 670. *Mant.* II. p. 371. n. 8. AVENA *hirsuta Roth.* cum A. *barbata Brot.* a clo *Spreng. S. V. p.* 334 synonymon A. *fatuae* dicitur.

S. V. II. p. 671. *Mant.* II. p. 371. n. 11. AVENA *sempervirens.* Addatur:

β. locustis concoloribus, pallidis. *Moretti in Giorn. d. Fis. etc.* 1842. T. VII. p. 95 et hoc teste: AVENA *convoluta Presl Cyp. et Gram. Sicil p.* 31. (quam *Spreng. S. V. p.* 335 nunc ad A. *fallacem Decand.* laudat.)

Obs. Plantae volhynicae et podolicae vaginae culmeae pubescentes, panicula secunda, apice nutans; ligula oblonga bipartita, laciniis distantibus lanceolatis in vaginam decurrentibus. *Besser in litt.* β solum glumis calycinis pallidis concoloribus ab A. *semperviventi* Galliae et Germaniae differt; fid. *Morett.* et *Gusson.*

S. V. II. *p.* 672. *n.* 16. AVENA *amethystina a Spreng. S. V. p.* 335. cum? ad TRISETUM *pubescens* ducitur.

S. V. II. p. 673. n. 18. AVENA *palustris* clo *Spreng. S. V.* p. 278. synonymon AIRAE *pallentis.*

S. V. II. p. 673. *Mant.* II. p. 673. n. 19. AVENA *hispida.* Addatur:

Obs. Cls. *Sprengel* in *S. V. p.* 333. sub A. *capensi*, paniculâ coarctatâ; corollis pubescentibus, calycem subulatum aequantibus; valvâ corollae externâ bifido-setigerâ; foliis nervosis, flexuosis, margine vaginisque calloso-muricatis; collo vaginarum piloso; adducit A. *trisetam Thunb.* (TRISET. *villosum Pers.*) et Av. *muricatam Spreng.*; A. *hispida Thunb.* et *L.* vero illi est DANTHONIA *hispida*; paniculâ simplicissimâ, pauciflorâ; calycibus subtrifloris, punctatis, hispidis; aristâ dorsali elongatâ; foliis vaginisque pilosis.

S. *V.* II. p. 673. *Mant.* II. p. 374. n. 20. AVENA *pratensis*. Addatur synonymon:

Smith Engl. Fl. p. 164. et hoc teste: Av. *bromoides Linn. Sp. Pl.* 1666. *Willd. et Gouan.*

S. *V.* II. p. 676. n. 27. AVENA *quadriseta*. Addatur synonymon:

AGROSTIS *quadriseta Trin. Icon. gram. t.* 33. CALAMAGROSTIS *quadriseta Spreng. S. V.* p. 253.

S. *V.* II. p. 676. n. 29. AVENA *antarctica*. Addatur synonymon:

DANTHONIA *antarctica Spreng. S. V.* p. 331, et hoc teste: Av. *antarctica Thunb. et* A. *coquimbensis S. V. ed. nostr.*

S. *V.* II. *p.* 677. *Mant.* II. *p.* 375. *n.* 31. AVENA *hirtula* clo *Spreng. S. V. p.* 334 synonymon A. *fatuae.*

S. *V.* II. 677. n. 32. AVENA *filifolia* clo *Spreng. S. V.* p. 335 synonymon A. *pallentis Link.*

S. *V.* II. p. 677. n. 33. AVENA *scabriuscula* a *Spreng. S. V. p.* 335. ad A. *setaceam Vill.* trahitur.

Mant. II. p. 376. n. 37. AVENA *tolucensis* clo *Sprengel S. V. p.* 333 varietas est A. *elongatae.*

Quid AVENA *maxima Presl F. sicul.* ad quam, fid. auct., A. *pensylvanica Presl Gram.* (excl. omn. synon.) pertinet.?

n. 329. AIRA.

S. *V.* II. p. 678. *Mant.* II. p. 377. n. 2. AIRA *flexuosa*. Addatur synonymon:

Smith Engl. Fl. p. 104. et, hoc teste, τῷ α: A. *scabro-setacea Knapp t.* 32. AIRA *montana Fl. dan. t.* 1322 (fid. *Wahlenb.*) AVENA *flexuosa Mert. et Koch Deutschl. Fl. p.* 570, et, his testt. AVENA *montana Web. Holsat.*; excludatur δ. A. *discolor Thuill.*, quae DESCHAMPSIA *media*. A. *flexuosa* (β *Smith*) ob magnam gracilitatem, folia scabra, paniculae ramos irregulariter dispositos et magis strictos pro specie diversa habere posset, nisi A. *flexuosa* adeo variabilis foret. *Smith.* A. *montana* L. omnino diversa.

n. 1 a. AIRA *uliginosa Weihe*; paniculâ patente, trichotomâ; pedunculis flexuosis; flosculis calycem vix superan-

tibus; aristâ calycem excedente; foliis planis, angustissimis; culmo subnudo. *Bönninghausen Prodr. Westph. Monaster. p.* 25. A. fol. linearibus angustissimis; ligulâ elongato-acuminatâ; axis spiculae internodiis glumellam exteriorem dimidiam subaequantibus. *Reichenb. Ic. pl. rar. C.* II. p. 41. *t.* 150. *A. paludosa Weihe Deutschl. Graes. Roth? Bot. Zeit.* 1824. *p.* 220. *Spreng. S. V. p.* 277.

Differt ab A. *flexuosâ*, cui valde similis: foliis angustissimis, planis vel complicatis, nec tereti-filiformibus solidis; ligulâ longâ, acuminatâ; paniculâ magis multiflorâ; spiculis duplo minoribus; glumis obtusioribus, fere aequalibus; flosculis multo minoribus, alterâ axi elongato dimidium flosculi inferioris aequanti, nec quartam ejus partem vix attingenti insidente; valvulâ corollae inferiore latiusculâ; porro loco natali temporeque florendi. *In uliginosis turfosis, saepe in ipsa aqua, Westphaliae: Bentheim, Gronau, Rhede, Bocholt;* et *prope Hunteburg Hannov.*

Obs. Cl. *Weihe* eam etiam pro A. *discolore* habuit, quum *Mertens* illam unam eandemque esse cum A. *paludosa Roth* dixisset.

S. *V.* II. p. 681. *Mant.* II. p. 377. n. 7. AIRA *caryophyllea.* Addatur:

Obs. Hûc clis *Mert.* et *Koch* in *Deutsch. Fl. p.* 555 certe spectare videtur: AIRA *canescens Host Gram.* IV. *t.* 36.

n. 7 a. AIRA *multicaulis Dumort.;* dense cespitosa; culmis simplicibus; paniculâ contractâ; flosculis glumâ brevioribus, superiore stipitato. *Dumortier Agrost. belg. tent.* p. 119. t. 7. f. 28. *van. Hall Fl. Belg. sept.* T. I. P. II. p. 717.

Pedalis et ultra. Folia, vaginae culmique scaberrima. *Dumortier. Prope Trajectum ad Rhenum.*

S. *V.* II. p. 682. *Mant.* II. p. 378. n. 8. AIRA *elegans.* Addatur:

Obs. Cl. *Bernhardi* in *Bot. Zeit.* 1825 p. 545 hanc unam candemque speciem cum A. *caryophyllea*, et A. *caryophylleam* glumis obtusiusculis nomine A. *truncatulae*, A. *capillarem* vero glumis iisdem nomine A. *saxatilis* circumferri dicit. Cli *Mert.* et *Koch* in *Deutsch. Fl. p.* 573 sub AVENA *capillari* adnotant specimina a divo *Wulfen* nomine A. *caryophylleae Linn.* insignita et alia italica nomine A. *pulchellae* possidere, quae omnino cum A. *capillari* conveniunt. A *Spreng. S. V. p.* 277, qui A. *capillarem* ab A. *caryophyllea* distinguit, VILFA *pulchella Presl* et AIRA *lendigera Lag.* cum? ad A. *capillarem Host* ducitur.

S. *V.* II. p. 684. *Mant.* II. p. 378. n. 17. AIRA *arundinacea.* Addatur:

Obs. AIRA *arundinacea*, saltem *M. Bieb.*, potius ad DESCHAMPSIAS, quam ad POAS spectare videtur. *Besser in litt.*

S. *V.* II. p. 685. *Mant.* II. p. 379. AIRIS addatur:

n. 27. AIRA *Sabulonum Labill.;* paniculae strictae ramis multifloris apice pubescentibus; calycibus corollisque mucronatis glabris subaequalibus; foliis vaginantibus con-

volutis; culmo basi radicante. *Labill. Nov. Caled. Spreng. Cur. post. p.* 32.

An AIROPSIS? cum *Sprengel* post A. *brevifoliam Pursh?* *In Nova Caledonia.*

n. 330. DESCHAMPSIA. *)

S. V. II. p. 685. *Mant.* II. p. 379. n. 1. DESCHAMPSIA *cespitosa.* Addatur:

Obs. Ab hac distinguo aliam, cujus semina falso nomine e *horto Paris.* accepi, et quam in *Enum. sem. h. b. Cremen.* 1823 DESCH. *grandem* voco. Panicula plus quam pedalis, verticillis remotis, ramis brevibus; folia plana facie sulcata. *Besser in litt.*

S. V. II. p. 686. *Mant.* II. p. 380. n. 3. DESCHAMPSIA *alpina.* Addatur synonymon:

AIRA *alpina Smith Engl. Fl. p.* 103., et hoc teste: AIRA *laevigata Engl. Bot. t.* 2102. DESCHAMPSIA *laevigata S. V. ed. nostr. p.* 687.

S. V. II. p. 687. n. 5. DESCHAMPSIA *juncea.* Addatur:

Obs. Huc a *Sprengel S. V. p.* 277 ducuntur: AIRA *cespitosa Mühlenb.*, *subtriflora Lag.*, *ambigua Mich.* et *refracta Lag.!*

S. V. II. p. 688. n. 8 a. DESCHAMPSIA *brevifolia RBr.*; paniculâ coarctatâ, lanceolatâ; pedicellis laevibus; locustis 2-3 floris; aristâ strictâ, valvulam subaequante; foliis involutis, caulinis abbreviatis. *R. Brown Suppl. Parry's Voy. p.* 191, n. 64. AIRA *arctica Spreng. cur. post. p.* 32. — *β.* mutica. *R. Br. l. c.*

Glabra, 3-4 unc. Culmi simplices, erecti, foliati. Folia inferiora involuto-subulata, stricta, 1-1$^1/_2$ unc.; vaginis strictis, folio brevioribus, ipsâ basi integrâ; ligulâ oblongâ, lacinulatâ; supremum brevissimum, vaginâ elongatâ laxiusculâ, ligulâ breviore. Panicula lanceolata vel oblonga, fusco-purpurascens, scariosa, ramis verticillatis. Locustae biflorae, rarius 3-florae, semper cum rudimento pedicelliformi flosculi alterius. Gluma subaequivalvis, mutica, acuta; valvulis lanceolatis, concavis, acutissimis, scariosis, disco purpurascente, limbo pallido, uninervibus, locustâ paulo brevioribus. Perianthia subuniformia, scarioso-membranacea, separatim solubilia: inferius sessile; valvula inferior basi barbata pilis brevibus strictis albis, ceterum glabra, concava, sub-5-nervis, nervis omnibus laevibus, lateralibus obsoletis, apice eroso-multidentato, dorso saepius infra medium aristata, aristâ setaceâ rectâ denticulatâ valvulam ipsam vix vel paulo superante; superior longitudine inferioris, angustior, binervis, apice bidentato, quandoque semibifido. Lodiculae 2, collaterales, hyalinae, imberbes, acutae, ovario longiores. Stamina 3 antheris purpureis utrinque bifidis. Ovarium glabrum. Stigm. 2, sessilia, hyalina, dense et breve plumosa. Flosculus superior pedicello barbato quocum articulatus insidens, paulo mi-

*) Cl. *Spreng.* in *S. V. p.* 277 DESCHAMPSIAS iterum AIRAS dicit.

nor, arista valvulae inferioris medio vel supra medium dorsi inserta. Rudimentum flosculi tertii setula est extus longitudinaliter barbata, clavulâ scariosâ minutissimâ terminata. β facie paulo diversa, folio supremo longiori. *R. Br.* *In Melville Island.*

n. 330 a. DUPONTIA.

S. V. II. p. 688. n. 1. DUPONTIA *Fischeri R. Brown Suppl. Parry's Voy. p.* 191. n. 63. MELICA *Fischeri;* paniculâ coârctatâ spiciformi; calycibus laevibus, sub-3-floris, flosculos subaequantibus; flosculis basi subsericeis; foliis linearibus; ligulâ truncatâ. *Spreng. cur. post. p.* 32.

Erecta 6-10 unc.. Culmi simplices, foliati, laeves, glaberrimi. Folia radicalia et inferiora culmi canaliculata, angusto-linearia, acuta, laevia, 2-3 unc., vaginis strictis, scariosis, vix ad medium fissis; culmea 1-2, superiora breviora, plana, laevia, vaginis propriis laxiusculis foliaceis ultra medium fissis longiora: ligula mediocris, obtusa, subtruncata, imberbis. Panicula coarctata, spiciformis, basi quandoque interrupta, purpureo-fusca, nitens, 1 1/2-2 unc.; ramis subgeminatis, paucifloris pedicellisque laevibus cum locusta continuis. Locustae ovatae, biflorae, cum rudimento clavato setuliformi tertii flosculi, nunc 3-florae flore tertio completo, nunc biflorae absque tertii rudimento. Gluma bivalvis, subaequalis, mutica, glaberrima, purpurascens, subnitens, margine pallido scarioso, longitudine locustae. Valvulae concavae, nec carinatae, oblongo-lanceolatae; inferior paulo angustior, acuminata vel acutissima, 1-nervis; superior semi-3-nervis, medio paulo infra apicem, lateralibus longe intra marginem evanescentibus. Perianthia subconformia; inferius intra glumam subsessile, a pedicello brevissimo separabile; superius cum apice paulo dilatato pedicelli brevis articulatum, facile solubile; utriusque valvula inferior ovata, mutica, obtusa, vix unquam acuta, integra, concava, ipsâ basi pilis brevibus strictis albis barbata, et a basi fere ad medium pilis brevioribus strictis subadpressis subsericea, trinervis, nervis lateralibus intra marginem evanescentibus, medio paulo infra apicem desinente: superior longitudine inferioris, manifeste angustior, lineari-oblonga, glaberrima, binervis, nervis brevibus, interstitio lineari concaviusculo. Lodiculae 2 distinctae, collaterales, membranaceae, hyalinae, subovatae vel cuneatae, apice eroso-dentato, ovario longiores. Stamina 3, filamentis distinctis, capillaribus; antheris fusco-purpureis, linearibus, utrinque bifidis. Ovarium ovale, glabrum. Stigmata 2, subsessilia, hyalina, dense plumosa, ramis apicem versus brevioribus. *R. Br.* *In Melville Island. Fischer.*

n. 331. CORYNEPHORUS.

S. V. II. p. 688. *Mant.* II. p. 381. n. 1. CORYNEPHORUS *canescens.* Addatur synonymon:

AIRA *canescens Mert.* et *Koch. Deutsch. Fl. n.* 554, (qui-

bus *Host.* IV. *t.* 36 AIRA *caryophyllea* procerior est.) *Spreng. S. V.* p. 279, qui AIRAM *articulatam Desf.* instar synonymi adducit.

S. V. II. 689. n. 3. CORYNEPHORUS *aetnensis Presl;* paniculâ diffusâ, patente; glumis inaequalibus: interiore acuminatâ, longitudine aristae; foliis canaliculatis, angustis. *Presl Fl. Sicul.* 1. p. XLIV.

In Sicilia.

n. 332. DANTHONIA.

Mant. II. p. 382. n. 1 a. DANTHONIA *alpina Vest.* clo *Spreng. S. V.* p. 331 synonymon D. *provincialis.*

Mant. II. p. 382. n. 2 a. DANTHONIA *glumacea Mich.* clo *Spreng. S. V. p.* 331. D. *sericea Nutt..*

S. V. II. p. 691. *Mant.* II. p. 385. n. 6. DANTHONIA *racemosa.* Addatur synonymon:

DANTHONIA *penicillata Spreng. S. V. p.* 331.

S. V. II. p. 692. n. 11. DANTHONIA *paradoxa.* Addatur synonymon:

TRIODIA *littoralis Spreng. S. V.* p. 330.

Obs. Cls. *Sprengel cur. post. p.* 34 hanc speciem nomine DANTHONIAE *paradoxae* iterum adducit, sequente diagnosi, a *Browniana* haud paucis abludente: „D. paniculâ strictâ; calycibus glabris, 4-floris; flosculis breviter villosis; aristâ dorsali basi dilatatâ, tortâ, calycibus breviore; culmo foliisque filiformibus glabris" et „STIPAM *Nees* in *Sieber Agrost. n.* 84., sphalmate scribae forte" hujus loci esse affirmat.

S. V. II. p. 692. n. 12. DANTHONIA *longifolia.* Addatur synonymon:

AVENA *longifolia Spreng. S. V.* p. 336.

S. V. II. p. 692. n. 13. DANTHONIA *pallida.* Addatur synonymon:

AVENA *Brownii Spreng. S. V.* p. 336.

n. 334. ERIACHNE.

S. V. II. p. 693. n. 3. ERIACHNE *glauca.* Addatur synonymon: AIRA *laevis Spreng. S. V.* p. 278.

Obs. Cls. *Sprengel l. c.* ERIACHNES omnes AIRAS dicit et in plerisque nomina specifica retinuit.

S. V. II. p. 694. n. 6. ERIACHNE *pallescens.* Addatur synonymon:

AIRA *effusa Spreng. S. V.* p. 278.

S. V. II. p. 694. n. 8. ERIACHNE *brevifolia* clo *Sprengel S. V. p.* 276. synonymon AIRAE (ERIACHNES) *mucronatae.*

S. V. II. p. 694. n. 9. ERIACHNE *obtusa* a clo *Spreng S. V.* p. 275. ad AIRAM (AIROPSIN) *obtusatam* ducitur.

S. V. II. *p.* 694. n. 10. ERIACHNE *capillaris.* Addatur synonymon:

AIRA *hispida Spreng. S. V.* p. 276.

n. 338. GLYCERIA.

S. V. II. p. 695. *Mant.* II. p. 387. GLYCERIA *fluitans.* Addatur:

Obs. Cls *Smith* in *Engl. Fl. p.* 115. GLYCERIAE sequentem characterem posuit. *Cal.* bivalvis: valvulis inaequalibus, muticis, concavis, spiculam lineari-oblongam e flosculis numerosis, muticis, alternis, distichis, perfectis, includentibus, basi liberis. *Cor.* bivalvis: valvulis inaequalibus; exteriore cylindricâ, costatâ, sulcatâ, vix carinatâ, integrâ, plus vel minus abruptâ, saepius membranaceâ, apice marginibus inflexis; interiore angustiore, obtusâ, vel emarginatâ, planâ, membranaceâ, nervis 2 fere marginalibus. *Nectarium* squama tumida, emarginata vel fissa, ad alterum latus germinis. *Filam.* capillaria, corollâ longiora. *Antherae* pendulae, lineares, utrinque profunde fissae. *Germ.* ovatum. *Styli* distincti, longitudine variâ. *Stigmata* patentia, plumosa, magna, repetito ramosa vel composita. *Sem.* cylindrico-oblongum, altero latere sulcatum, corollâ immutatâ tectum. Ad hoc genus ab illo ducuntur POA *aquatica* L., FESTUCA *fluitans* L., POA *distans* L., P. *maritima Huds.*, POA (SCLEROCHLOA) *procumbens Curt.*, et POA (MEGASTACHYA) *rigida* L.

n. 338 a. PLEUROPOGON.

S. V. II. *p.* 696. n. 1. PLEUROPOGON *Sabinii R. Brown Suppl. Parry's Voy. p.* 189. n. 62. t. D. *f.* 1. 10. — *α.* elatior, subspithamaeus, antheris stramineis. *β.* 3-4 uncialis antheris purpureis. *R. Br.*

Glaber. Culmi erecti, foliati, striati, laeves, simplices. Folia radicalia angustiora, longiora; culmea linearia, plana, laevia, brevia: vaginae paulo compressae, striatae, glabrae, laeves, fere ad apicem integrae, ipso apice fisso; marginibus scariosis: suprema folio proprio longior; ligula brevissima, rotundata, emarginata. Spica racemosa, simplicissima; rhachi striato-angulatà, laevi, viridi; pedunculis lateralibus glumam vix superantibus, recurvis, laevibus, indivisis, alternis, distantibus. Locustae subcylindraceae, cernuae v. pendulae, $^1/_2$ unc., purpureae, nitidae, per lentem tenuissime pubescentes. Gluma bivalvis, nana, inaequalis, membranacea, purpurea, mutica; valvulâ inferiore ovatâ, acutâ; superiore obovatâ, acutissimâ, inferiore duplo latiore, paulo longiore. Perianthia alterna, distincta. Valv. infer. obovato-oblonga, obtusissima, concava, 5-nervis, extus pube brevissimà appressà, apice marginibusque ab apice ad medium albis, scariosis, nervis omnibus infra apicem desinentibus, medio in mucronulum brevissimum, marginem valvulae vix attingentem producto. Valv. super. longitudine fere inferioris, manifeste angustior, elliptico-lanceolata, apice profunde marginato, lateribus induplicatis, binervis, nervis brevissime ciliatis, singulis bisetis, setis lateralibus per paria oppositis, 2 inferiores infra medium valvulae ortae, subulato-filiformes, strictae, modice patentes, denticulatae, longitudine

circiter dimidii totius valvulae; 2 superiores paulum supra medium valvulae ortae, brevissimae, denticulatae, mucroniformes, alterâ quandoque obsoletâ. Lodiculae 2 collaterales, approximatae, brevissimae, truncatae, basi laeviter cohaerentes, sed absque laesione separandae. Stam. 3, filamentis capillaribus, antheris linearibus utrinque semibifidis. Ovarium ovatum imberbe. Styli 2, glabri. Stigm. laxe plumosa, hyalina; ramis denticulatis, superioribus vix brevioribus. Caryopsis libera, lateraliter compressa, ventre angusto-lineari, leviter canaliculato, axi longitudinaliter saturatiore. *R. Br.* *In Melville Island.* Cap. *Edw. Sabine*, *in Americae arcticae littoris orientalis palude.* *Ross.*

n. 339. CATABROSA.

S. *V.* II. p. 696. *Mant.* II. p. 388. n. 1. CATABROSA *aquatica.* Addatur synonymon:

MOLINA *aquatica Svensk Botan.* N°. 587. GLYCERIA *aquatica Presl Fl. czech. Mert. et Koch Deutsch. Fl.* p. 589.

S. *V.* II. p. 696. n. 2. CATABROSA *humilis* clo *Spreng. S. V.* p. 275 synonymon AIRAE *mollis Mühlenb.* s. A. *nitidae Spreng.*

S. *V.* II. p. 696. *Mant.* II. p. 388. n. 3. CATABROSA *helodes* clo *Spreng. S. V. p.* 275 (qui genus *Catabrosae* non admittit) varietas C. *aquaticae* esse videtur; cls *Moretti* vero eam, fid. specim., synonymon POAE *fertilis Host* dicit.

n. 340. SCLEROCHLOA.

S. *V.* II. p. 697. n. 2. SCLEROCHLOA *procumbens.* Addatur synonymon:

GLYCERIA *procumbens Smith Engl. Fl.* 119.

n. 341. SCHEDONORUS *).

S. *V.* II. p. 698. *Mant.* II. p. 388. n. 1. SCHEDONORUS *pratensis.* Addatur synonymon:

BROMUS *pratensis Spreng. S. V.* 359.

S. *V.* II. p. 699. *Mant.* II. p. 389. n. 3. SCHEDONORUS *elatior.* Addatur synonymon:

BROMUS *elatior Spreng. S. V.* 359. SCHEDONORUS *arundinaceus Dumortier Agrost. belg. tent. p.* 106. fid. *van Hall. Fl. belg. sept.* 1. p. 106.

---

*) Genus dubium, cujus species inter FESTUCAS, BROMOS et POAS ambiguunt. Ex. gr. SCH. *elatior*, dum aristatus est, verus BROMUS; alii vix a FESTUCIS distinguendi; aliorum affinitas maxima cum POIS. Clo *Trinius* SCH. *serotinus* cum DIPLACHNE *fusca* soli sunt SCHEDONORI. *Besser in litt.* *Spreng.* in *S. V.* SCHEDONOROS ad BROMOS et FESTUCAS refert.

S. V. II. p. 701. n. 8. SCHEDONORUS *inermis*. Addatur:

Obs. Ad ZERNAS relegandus, dum aristatus nequaquam hujus loci esse potest. *Besser in litt.*

S. V. II. p. 701. *Mant.* II. p. 389. n. 9. SCHEDONORUS *calamarius*. Addatur:

Obs. Ill. *Smith Engl. Fl.* p. 145 ad suam FESTUC. *calamariam* laudat *Fest. sylvaticam Vill., Host* et *Schrad.* (SCHED. *sylvaticum S. V.* ed. *nostr.*) et cum *Hook. Scot.* 40 instar β adducit FEST. *deciduam Bellardi Mss., Sm. Comp.* 18., *Engl. Bot.* 2266, ut solum foliis multo angustioribus, flosculis 2 tantum perfectis: superioribus mox deciduis, diversam. Cli *Mert.* et *Koch Deutsch. Fl. p.* 669 etiam huc spectare jubent FEST. *sylvaticam Vill.;* distinguunt vero F. *sylvaticam Host* et F. *montanam Sternb.* et *Hopp.* nomine FESTUCAE *Drymejae.* A *Spreng. S. V* p. 355 ad FEST. *sylvaticam Vill.* ducitur F. *calamaria Smith,* POA *trinervata Ehrh.,* POA *stricta Don* et FEST. *latifolia Willd. Herb.;* FEST. *montana Sternb.* vero illi est species propria. Radix fibrosa, cespitosa fid. *Smith;* repens fid. *Mert.* et *Koch,* qui TRITICUM *teretiflorum Wib.* tam ad FEST. *calamariam,* quam ad BRACHYPOD. *sylvaticum* ducunt.

S. V. II. p. 702. n. 10 a. SCHEDONORUS *exaltatus;* paniculâ ramosissimâ, diffusâ, nutante: ramis laxis, bracteatis; locustis compressis, muticis, 1-4-floris; glumis trinervibus; foliis lineari-lanceolatis; vaginis scabris; culmo a basi folioso; radice repente. FESTUCA *exaltata Presl Fl. sicul.* 1. p. XLV. et hoc teste: FEST. *sylvatica Presl Gram.* (excl. syn.)

In Sicilia.

S. V. II. p. 702. *Mant.* II. p. 389. n. 11. SCHEDONORUS *serotinus.* Addatur synonymon:

MOLINIA *serotina Mert. et Koch Fl. p.* 585.

S. V. II. p. 703. n. 14. SCHEDONORUS *Scheuchzeri.* Addatur synonymon:

FESTUCA *nutans Host. Gram.* testt. *Mert.* et *Koch Deutsch. Fl.* p. 668, fid. specim. ab ips. *Host* (non vero F. *nutans Wahlenb.,* quae diversa.)

S. V. II. p. 704. *Mant.* II. p. 390. n. 16. SCHEDONORUS *violaceus.* Addatur synonymon:

FESTUCA *laxa Sieber Herb. Austr.* et F. *Halleri Botan.* fid. *Mert.* et *Koch Deutsch. Fl. p.* 646.

S. V. II. p. 705. *Mant.* II. p. 390. n. 18. SCHEDONORUS *nigrescens.* Addatur synonymon:

FESTUCA *versicolor Presl Herb.* fid. *Mert.* et *Koch Deutsch. Fl. p.* 658, quibus SCHED. *nigrescens* varietas F. *duriusculae* esse videtur.

S. V. II. p. 705. *Mant.* II. p. 390. n. 19. SCHEDONORUS *poaeformis.* Addatur:

β. *flavescens;* flosculis viridi-flavis, margine pallido, fasciâ pallide violaceâ. *Mert. et Koch Deutsch. Fl.* p. 662.

Obs. Sprengel S. V. p. 354 excludit iterum FEST. *rhaeticam Cand.* et *violaceam Bell.* tanquam ad FEST. *variam* spectantes.

S. *V.* II. p. 707. n. 23. SCHEDONORUS *littoralis.* Addatur synonymon:

TRIODIA *Billardieri Spreng. S. V.* p. 330.

S. *V.* II. 707. *Mant.* II. *p.* 391. *n.* 24. SCHEDONORUS *spicatus.* Addatur synonymon:

TRITICUM *missuricum Spreng. S. V. p.* 325.

S. *V.* II. p. 708. n. 27. SCHEDONORUS *lanatus.* Addatur synonymon:

BROMUS *canus Willd. Herb.* fid. *Spreng. S V.* p. 357.

S. *V.* II. p. 708. n. 28. SCHEDONORUS *procerus.* Addatur synonymon:

BROMUS *quitensis Willd. Herb.* fid. *Spreng. S. V.* p. 358.

n. 28 a. SCHEDONORUS *trichodes;* paniculae flaccidae ramis subbinis, subdivaricatis; spiculis solitariis, sub 6-floris; calycibus patentibus, aristatis; flosculis deciduis, scabris; foliis angustis, pilosis. BROMUS *pilosus Willd. Herb. Spreng. S. V.* p. 358.

In insulis Mascarenis.

S. *V.* II. p. 708. n. 29. SCHEDONORUS *unioloides.* Addatur synonymon:

FESTUCA *quitensis Spreng. S. V. p.* 356, et hoc teste: BROMUS *mucronatus Willd. Herb.*

S. *V.* II. p. 709. n. 30. SCHEDONORUS *Caldasii.* Addatur synonymon:

BROMUS *scaber Willd. Herb.* fid. *Spreng. S. V.* p. 358.

S. *V.* II. *p.* 710. *n.* 34. SCHEDONORUS *obtusus Spreng.* est FESTUCA *nutans Mühl.*, et *Willd.* fid. *Spreng. S. V.* p. 356 sub FEST. *obtusa.*

n. 342. DINEBA.

S. *V.* II. p. 710. *Mant.* II. p. 391. n. 1. DINEBA *americana* clo *Spreng. S. V.* p. 293. synonymon ATHEROPOGONIS *bromoidis.*

Obs. Etiam *Spreng.* l. c. HETEROSTEGAM *juncifoliam Desv.* nomine ATHEROPOGONIS *juncifolii:* spicis racemosis, secundis, patulis; calycibus hirsutiusculis, corollâ perfectâ masculâque similibus; aristis valvarum exteriorum pilosis, dissitis; neutrius rudimento aristaeformi diviso; culmo erecto; foliis ciliatis; specie distinguit.

n. 343. POLYODON.

S. *V.* II. p. 713. n. 1. POLYODON *distichus.* Addatur synonymon:

ATHEROPOGON *distichus Spreng. S. V.* p. 294.

n. 344. FESTUCA.

S. *V.* II. p. 713. n. 2. Festuca *cynosuroides.* Addatur synonymon:

Triticum *cynosuroides Spreng. S. V.* p. 325.

S. *V.* II. p. 713. *Mant.* II. p. 391. n. 3. Festuca *Fenas.* Addatur:

Obs. Ad Schedonoros spectat aeque ac F. *varia*, *Eskia*, *xanthina* et *flavescens. Besser in litt.*

S. *V.* II. p. 714. n. 4 a. Festuca *lanata Spreng.*; paniculâ coarctatâ, cylindricâ; spiculis subsexfloris, ovatis; corollis basi longissime lanatis, submuticis; culmo adscendente, angulato; foliis glabris; ligulâ foliaceâ, rigidâ. *Spreng. S. V. p.* 353.

In Monte Video. Sello.

n. 4 b. Festuca *livida Willd. Herb.*; paniculâ ramosâ, secundâ; spiculis trifloris; calycibus lanceolatis, flosculos superantibus; aristis scabris; foliis convolutis, rigidis; vaginis laxis, glabris. *Spreng. S. V. p.* 353.

In Mexico.

S. *V.* II. *p.* 714. *Mant.* II. *p.* 392. n. 5. Festuca *ovina.* Addatur synonymon:

F. *ovina η aetnica*; fol. latioribus; locustis glaberrimis. *Presl Fl. sicul.* 1. p. XLV.

Obs. Ab *ill. Smith* in *Engl. Fl. p.* 139. sequentes F. *ovinae* varietates exponuntur: F. *ovina*; paniculâ secundâ coarctatâ; spiculis cylindricis, acuminatis vel aristatis, basi et ad margines valvulae interioris glabris; culmo tetragono; foliis convolutis, setaceis; ligulâ brevi obtusâ. β F. *rubra With.* 153. γ. F. *caesia Engl. Bot. t.* 1917 *Smith Comp.* 17. δ. F. *tenuifolia Sibth. Ox. Schrad. Germ.*, F. *ovina β Leers* 33. *t.* 8. *f.* 4., F. *ovina Ehrh. Calam.* 53., F. *duriuscula Vill. Dauph.* 98. fid. spec., *Moris. v.* 3. 182. *sect.* 8. *t.* 3. *f.* 13., *Scheuchz Agr.* 275. *t.* 6. *f.* 6., *Pluk. Phyt. t.* 34. *f.* 2. γ. differt praecipue colore glauco per plures annos culturâ perstante. A *Mert.* et *Koch* in *Deutsch. Fl. p.* 642 sequentes huc ad F. *ovinam β* nostram, (quae F. *tenuifolia Schrad.*) ducuntur varietates: β. F. *tenuifolia Sibth. Oxon.*; F. *capillata α. Lam. Fl. fr.* et *Merat Paris.* (fid. specc.); F. *ovina β. Leers*; γ. *villosa*; δ. *vivipara.* Confer. F. *intermediam.* Clo *Spreng.* in *S. V. p.* 352 F. *ovinae* varietates sunt: F. *vivipara Smith*, *stricta* et *amethystina Host.*, *capillata Lam.*, *Halleri Vill.*, *alpestris Host*, *alpina Gaud.*, *aurata Gaud.* (Schedonorus *auratus*) et *longifolia Viv.*; F. *tenuifolia Sibth.* vero illi est species propria sequente phrasi: F. paniculâ patente; spiculis oblongis muticis; culmo filiformi; foliis capillaribus, flaccidis.

n. 5 a. Ffstuca *brachyphylla*; racemo subsimplici, erecto; flosculis teretibus, supra scabriusculis, aristâ duplo longioribus; foliis setaceis vaginisque laevibus: culmeo supremo multoties breviore vaginâ suâ laxiusculâ. F. *brevifolia R. Br. Suppl. Parry's Voy. p.* 198. n. 60.

Facies et statura fere F. *ovinae*, quam inter et F. *Halleri* media; priori forsan nimis affinis. *R. Br.* *In Melville Island.*

Obs. In specimen ex Americae arcticae littore orientali a D°. *Ross* nomen vix convenit, quia fol. radicalia dimidium et ultra culmi aequant, et culmea vaginis suis propórtionatim longiora sunt. *R. Br. l. c. p.* 309. Nomen mutandum ob antiquiorem *F. brevifoliam Mühlenb.*.

S. *V.* II. p. 715. *Mant.* II. p. 393. n. 8. FESTUCA *intermedia.* Addatur:

Obs. *Mertens* et *Koch Deutsch. Fl. p.* 647 huc referunt *F. duriusculam Linn. spec.* (quae omnino species genuina) *Poll. Roth* et *Host*, simulque *ovinam Schrad.*, et tamen, cum clm *Schrader duriusculam, ovinam* et *tenuifoliam* rite distinxisse affirmant, *F. ovinam Schrad. duriusculam* dicunt. FESTUCA *duriuscula Host* II. t. 83 illis *F. rubrae* forma quaedam videtur, sed specimen *duriusculae* ab illo obtentum vix a *F. stricta* diversum, quod etiam de ejusdem *F. dura* valere affirmant, et ejusdem *pallente*. Sic etiam *F. Eskiam* et *Ourtanam* et *Lemanii Lejeune* ad *duriusculam* trahunt. *F. duriusculae* varietatem *β. subvillosam, γ. villosam* (ad quam *F. hirsutam* trahunt), *δ. nemoralem, ε. curvulam Gaud.* et *F. caesiam Smith Engl. Bot.* 1917 (fid. spec.) et *F. cinereum Gmel. Fl. bad.* (spic. hirsutis) esse jubent: *F. cinereum Vill.* prorsus delere suadent, et *F. cinereum Decand.* ad *rubram* spectare affirmant. *Spreng. S. V. p.* 352, qui *F. strictam Host* ad *ovinam* trahit, *F. hirsutam Host* speciem propriam dicit, ad quam *F. Halleri All.* et *cinereum Vill.* citat. A clo *van Hall Fl. belg. sept.* 1. p. 110 (fid. herb. *Gay*) ad *F. cinereum Decand.*, paniculâ erectâ patente; locustis 5-7-floris; valvulis (glumisque interdum) tomentosis, aristatis; foliis subglaucis, filiformi-convolutis, extus laevibus, intus pubescentibus, ducuntur, praeter *F. dumetorum β Lam.*, *F. duriuscula dumetorum van Hall. Specim. bot.* 82 *γ.*, *F. dumetorum Gorter* 10., *F. arenaria Askelof.* (*S. V. ed. n. p.* 718)? et *F. oraria Dumortier Agrost. belg. Tent. p.* 105. Differt a *F. dumetorum* paniculâ patente non coarctatâ, valvulis majoribus etc.

S. *V.* II. p. 716. *Mant.* II. p. 393. n. 9. FESTUCA *Halleri.* Addatur:

Obs. *Mert.* et *Koch Deutsch. Fl. p.* 644 monent FESTUCAM *Halleri Gaud.* aliam esse speciem quam *F. Halleri Decand. Fl. fr. n.* 1591, licet specimen Decandollianum, quod possident, omnibus partibus congruat; sed tunc nomen *Gaudini* mutandum fuisset, cum *Villarsî* antiquius, et rev. *Gaudin* ipse de synonymo *Halleri* dubitat. Cli *Mertens* et *Koch* aegre distinguunt *F. Halleri Gaud.* ab *alpina.*

S. *V.* II. p. 717. *Mant.* II. p. 394. n. 11. FESTUCA *curvula.* (Huc videtur spectare FESTUCA *duriuscula Decand. Fl. fr.* vol. 5. clis *Mert.* et *Koch Deutschl. Fl.* p. 649. quibus *duriusculae ε* est.)

S. *V.* II. p. 719. *Mant.* II. p. 394. *n.* 18. FESTUCA *varia.* Addatur:

Obs. Cli *Mert.* et *Koch* in *Deutsch. Fl. p.* 658 hanc speciem sic exponunt: *F.* paniculâ subpatente, oblongâ: ramis solitariis geminisve; spiculis lineari-oblongis, 5-8-floris, breviter aristatis vel muticis; foliis setaceis, rigidis; ligulâ oblongâ, obtusâ; radice fibrosâ. *Host Gram.*, *Jacq. Collect.*, *Schrad. Germ.*, *F. acuminata Gaud.* et *Dec.*, *F. flavescens β Gaud.* *β.* flosculis albide-viridibus vel pallide violaceis. *F. flavescens α Gaud.*, *Wald.* et *Kitbl.*, *Host Gram.*, *xanthina S. V. ed. nostr.* *γ.* foliis setaceis, plus vel minus tenuibus, viridibus vel glaucis; flosculis pallidis, vel saturatioribus, quam in *β*; *F. flavescens Bellardi, Dec.* et *S. V. ed nostr.* *δ.* fol. crassis, rigidis, pungentibus: *F. eskia Ramond, Dec.* et *S. V. ed. nostr.* Cls. *Spr.* vero ad *F. variam Haenke* citat *F. violaceam Bell.* et *Gaud.* (SCHEDON. *violaceum* et *poaeformem*), *F. rhaeticam Dec.* et *Sut.* et *F. pumilam Host* (SCHED. *pumilum.*)

S. *V.* II. p. 720. *Mant.* II. p. 395. n. 20. FESTUCA *glauca.* Addatur:

Obs. Cls *Mertens* et *Koch Deutsch. Fl. p.* 647 *Marsch* a *Bieb. Suppl. p.* 72 *F. glaucam, rubram* et illorum *duriusculam* confundere videtur.

F. *glaucam* Schrad., *pallentem* Host, et F. *duriusculam laevigatam* Gaud. cum *pungente* Kit. sub γ. *glaucae* conjungunt. Etiam clo Spreng. S. V. p. 352 F. *pallens* et *dura* Host, *vallesiaca* et *paludosa* Gaud. F. *glaucae* varietates sunt. An F. *glaucae* varietas: Festuca *strictifolia* Opiz; culmo stricto, angulato, laevi, gracili; foliis strictissimis, angustissimis, carinatis, glabris, margine scabriusculis. acutissimis; vaginis striatis, laevissimis; ligulà biauritâ; paniculà subsecundà, pauciflorâ; spiculis sub-5-floris, laevissimis; glumis corollinis breve aristatis. Opiz Verzeichn. N°. 9. p. 126. Proxima F. *pallenti* et *glaucae*. In rupibus calcareis ad Slichow prope Pragam.

S. V. II. p. 721. *Mant.* II. p. 396. n. 23. Festuca *vallesiaca*. Addatur synonymon:

F. *pallens* Herb. Panz. fid. Mert. et Koch. Deutsch. Fl. p. 651.

S. V. II. p. 721. *Mant.* II. p. 396 n. 25. Festuca *xanthina* clo Spreng. S. V. p. 352 varietas F. *flavescentis* Bell. Conf. F. *variam*.

S. V. II. p. 723. *Mant.* II. p. 396. n. 29. Festuca *duriuscula*. Addatur:

Obs. Smith Engl. Fl. p. 141, qui F. *heterophyllam* Haenke in Jacq. Coll. et Willd., F. *nemorum* Leyss. Roth et Schrad eandem dicit, de syn. Hall. n. 1437 etiam dubius haeret. F. *duriuscula* clis Mert. et Koch Deutsch. Fl. p. 647 modificatio *rubrae* videtur.

S. V. II. p. 724. *Mant.* II. p. 397. n. 30. Festuca *heterophylla*. Addatur:

Obs. Ill. Smith Engl. Flor. p. 141 Festucam *heterophyllam* Haenke et *nemorum* Leyss. nequidem instar varietatis a *duriuscula* distinguit. Mert. et Koch Deutsch. Fl. p. 655 eandem cum Host etc. distinguunt, et Fest. *duriusculam* Schrad. fid. specim. huc trahunt.

S. V. II. p. 724. *Mant.* II. p. 398. n. 31. Festuca *rubra*. Addatur synonymon:

Smith Engl. Fl. p. 141. et, hoc teste: F. *repens* Knapp t. 119, *duriuscula* β Hook. scot. 38., ♀ F. *glauca* Winch Guide v. 2. pref. 2. F. *rubra* γ Smith l. c.

Differt pracipue radice longe repente. Smith.

Obs. A Mert. et Koch Deutsch. Fl. p. 654 distinguitur: β. *subvillosa*; γ *villosa* (ad quam trahunt F. *dumetorum* Linn. spec., et *duriusculam* ε *dumetorum* Gaud. cum F. *barbata* Schrank); δ. *vivipara*; ζ *lanuginosa* (huc ducunt F. *cineream* Decand; F. *arenariam* Osbeck in Retz Suppl. scand. 1. S. 4; F. *rubram* β *arenariam* Fries; F *villosam* Baer; F. *ovinam villosam* Schweig (Königsb. Arch.); F *balticam* Homann; F. *dumetorum* Rafn. — F. *duriusculam* Britann. esse F. *rubram*, aeque ac *duriusculae* α et β Gaud. (fid. specim.) iidem.

S. V. II. p. 725. *Mant.* II. p. 399. n. 34. Festuca *bromoides*. Addatur synonymon:

F. paniculà suberectà, racemosà; flosculis attenuatis, aristis brevioribus, apice scabris; foliis attenuatis, vaginis brevioribus; culmo superne nudo. Smith Engl. Fl. p. 142. et hoc teste, fid. specim in herb. Sherard.: Scheuchz. Agr. 290. t. 6. f. 10.

Stamina 3. Smith.

Obs. Clo *Spreng. S. V.* p. 354 F. *Myurus* L. et *Kunth* et F. *Onurus* *Willd. Herb.* non nisi paniculâ basi foliatâ et aristarum colore helvolo vel fulvo differre videtur.

S. V. II. p. 726. *Mant.* II. p. 399. n. 25. FESTUCA *Myurus.* Addatur synonymon:

BROMUS *bohemicus Schmidt* fid. *Mert. et Koch Deutsch. Fl. p.* 638. F. *Myurus;* paniculà nutante, elongatâ, subcontractà; flosculis subulatis, aristis brevioribus, apice scabris; foliis setaceis; culmo ad apicem usque folioso. *Smith Engl. Fl. p.* 143. *Scheuchz. Agr.* 294. *t.* 6. *f.* 12.

S. V. II. *p.* 727. *Mant.* II. p. 400. n. 36. FESTUCA *Alopecurus.* Addatur synonymon:

FEST. *gibraltarica Willd. Herb.* fid. *Spreng. S. V.* p. 345, qui BROMUM *barbatum Savi* ad F. *ciliatam Cand.* citat.

S. V. II. p. 728. *Mant.* II. p. 401. n. 39. FESTUCA *uniglumis.* Addatur:

Obs. *Smith* in *Engl. Fl. p.* 143 STIPAM *membranaceam* L. vix, et solum culmo altiore, pedunculis sulcatis differre dicit; in *Rayi syn. Ed.* 2. synonyma excludenda ad BR. *matritensem* spectantia.

S. V. II. p. 729. post n. 40. FESTUCAM *delicatulam* addatur:

n. 42 a. F. *Hemipoa Delil.;* paniculae erectae ramis alternis, rigidis, coloratis; spiculis subsessilibus, 4-6-floris, glabris, muticis; culmo stricto; foliis angustissimis glabris. *Spreng. cur. post. p.* 36.

In agro monspel. Delil. in litt. ad cl. *Sprengel.*

S. V. II. p. 730. n. 43. FESTUCA *laxa.* Addatur:

Obs. Cli *Mert.* et *Koch* in *Deutsch. Fl. p.* 662 a F. *laxa Host* et *Schrad.;* paniculâ diffusâ, laxâ: ramis solitariis, longâ distantiâ a basi nudis; spiculis lineari-oblongis, 3-5-floris, mucronatis; foliis setaceis; ligulâ truncatâ, brevi; culmo basi vaginis aphyllis; radice fibrosa? longe differre dicunt F. *laxam Gaud.* fid. specim ab ips. auct.. Planta *Gaudini* F. *arundinaceae Schreb.* proxima, a qua differt: culmis 1-1½ tantum ped., crassitie culmi F. *pratensis;* foliis linearibus, angustioribus, 1-1½ lin. latis; paniculâ laxiore sed vix minore; ramis *horizontaliter* patentibus; spiculis opacis nec lucidis; flosculis acutioribus, viridibus cum margine albido, qui vero mox in stramineum abeunt, ita ut *Mert.* et *Koch* nomen F. *decolorantis* pro hac specie proponunt.

S. V. II. p. 732. n. 45 a. FESTUCA *glabra Spreng.;* paniculae patentis ramis secundis; spiculis muticis, sexfloris; foliis rigidiusculis vaginisque glaberrimis. *Spreng. S. V.* p. 353.

In America boreali, Long Island.

S. V. p. 732. n. 46. FESTUCA *mexicana* verum est BRACHYPODIUM *Besser in litt.*

S. V. II. p. 732. n. 49. FESTUCA *indica.* Addatur synonymon: DIPLACHNE *indica Spreng. S. V.* p. 351.

S. *V.* II. p. 732. *Mant.* II. p. 402. n. 50. Festuca *cespitosa* clo *Spreng. S. V. p.* 353 synonymon F. *flabellatae Lam.*.

n. 50 a. Festuca *borbonica Spreng.;* paniculae strictae ramis scabris; pedicellis incrassatis; spiculis sub-6-floris, longe aristatis; foliis setaceo-capillaribus. *Spreng. S. V. p.* 352 et hoc teste: F. *cespitosa Willd Herb.*

In insulis Mascarenis.

S. *V.* II. p. 733. n. 51. Festuca *andicola.* Addatur synonymon:

F. *racemosa Willd. Herb.* fid. *Spreng. S. V. p.* 352.

S. *V.* II. p. 733. n. 52. Festuca *tolucensis.* Addatur:

Obs. An huc F. *tolucensis Willd. Herb.;* paniculâ simplici, aequali; spiculis oblongis, coloratis, subsexfloris; flosculis patentibus, scabris, aristatis; foliis convolutis, glabris, ad quam *Spreng. S. V. p.* 353 cum? F. *tolucensem Humb.* et *Bonpl.* ducit.

S. *V.* II. p. 733. n. 53. Festuca *procera.* Addatur synonymon: Diplachne *procera Spreng. S. V.* p. 351. et hoc teste: Fest. *orgyalis Willd. Herb.*

S. *V.* II. p. 734. n. 54. Festuca *quadridentata.* Addatur synonymon:

Sesleria *quitensis Spreng. S. V. p.* 329.

S. *V.* II. p. 734. n. 55 a. Festuca *obtusiflora Willd. Herb.;* paniculâ erectâ, patulâ; spiculis 8-floris, glabriusculis; flosculis remotis, obtusis; valvâ exteriore emarginatâ; foliis linearibus, glabris. *Spreng. S. V.* p. 356.

In Mexico.

n. 55 b. Festuca *Willdenowiana;* paniculâ nutante, paucillorâ; ramis flexuosis; spiculis trifloris, strigoso-hispidis, aristatis; foliis linearibus, angustissimis. F. *mexicana Willd. Herb. Spreng. S. V. p.* 356.

Nomen mutandum erat ob antiquiorem F. *mexicanam Lag.*
In Mexico.

n. 55 c. Festuca *trichodes;* paniculae racemosae erectae axillis pilosis; spiculis 8-floris, glabris, compressis; flosculis imbricatis, trinerviis, cuspidatis; foliis angustis, pilosiusculis. F. *pilosa Willd. Herb. Spreng. S. V. p.* 356.

In Mexico.

n. 55 d. Festuca *aliena Spreng.;* paniculâ simplicissimâ, nutante, paucillorâ; spiculis sub-5 floris, lanceolatis; flosculis remotiusculis, glabris, margine serrulatis; aristis

rigidis, elongatis; foliis flaccidis, angustissimis. F. *capillata Willd. Herb.* fid. *Spreng. S. V. p.* 356.

Hab.?

n. 345. BRACHYPODIUM.

S. V. II. p. 736. *Mant.* II. p. 403. n. 1. BRACHYPODIUM *pinnatum.* Addatur:

Obs. Cli *Mert.* et *Koch Deutsch. Fl. p.* 692 quatuor hujus varietates distinguunt: *α.* spiculis glabris: BRACHYPODIUM *rupestre*, (*S. V. ed. nostr. n.* 2). *β.* spiculis scabris: *γ.* spiculis villosis: *δ.* foliis rigidioribus: BRACHYPODIUM *cespitosum.* Etiam *Spreng. S. V. p.* 325 BR. *rupestre* et *cespitosum* huc ducit.

S. V. II. p. 737. *Mant.* II. p. 405. n. 4. BRACHYPODIUM *ramosum.* Addatur

Obs. BROMUS *ramosus Smith* a *Presl Fl. sicul.* I. *p.* XLV. BRACHYPOD. *Plukenetii;* BROMUS *Plukenetii All.* vero BRACHYP. *Allioni* dicitur.

S. V. p. 740. *Mant.* II. p. 405. n. 10. BRACHYPODIUM *sylvaticum.* Addatur synonymon:

FESTUCA *sylvatica Smith Engl. Fl. p.* 149.

Obs. BROM. *pinnatus β Linn.* quoad synonymon *Scheuchzeri* hîc ducitur a clis *Mert.* et *Koch* in *Deutsch. Fl. p.* 691.

S. V. p. 741. *Mant.* II. p. 406. n. 11. BRACHYPODIUM *distachyum.* Addatur synonymon:

BR.; spiculis subgeminatis, terminalibus, oblongis, 5-14-floris; flosculis subdiandris, distichis; aristis aequalibus, flosculis longioribus; culmo binodi, glabro; fol. ciliatis. *Besser in litt.*

Obs. Ab hoc amicissimus *Besser in litt.* sequentes 2 species distinguit, quas nomine BRACHYP. *distachyi* et BROMI *Barrelieri* et *Buxbaumi* e variis hortis accepit:

n. 11 a. BRACHYPODIUM *megastachyum Besser;* spiculis subsolitariis, terminalibus, oblongis, 19-21-floris; flosculis distichis; aristâ aequali, flosculum vix aequante; culmo uninodi, glabro; foliis ciliatis. *Besser in litt.*.

Forsan varietas multiflora, culturâ orta BR. *distachyi*, cujusque sub nomine quoque teneo. *Besser.*

n. 11 b. BRACHYPODIUM *macrostachyum Besser;* spiculis 1-5 terminalibus, teretiusculis, 18-20-floris; aristis aequalibus, flosculos vix aequantibus, infimi subnullâ; culmo basi binodi, superne scabriusculo; foliis ciliatis. *Besser in litt.*

S. V. II. p. 742. *Mant.* II. p. 406. n. 14. BRACHYPODIUM *asperum.* Addatur:

BR.; spiculis 1-3, alternis, terminalibus, teretibus, 6-12-floris, diandris; aristis inaequalibus, superioribus flosculis plus duplo longioribus; culmo a basi ad apicem scabro;

fol. subpubescentibus; vaginis margine villosis. *Besser in litt.*

Obs. Clo *Spreng. S. V. p.* 324 varietas est BR. *distachyi.*

S. *V.* II. p. 743. *Mant.* p. 406. n. 17. BRACHYPODIUM *maritimum.* Addatur:

Obs. FESTUCAE (SCHEDONORO) *divaricatae Desf.* nimis affinis, quam ut a genere separandum foret, et forsan, monente *Link*, cum BRACHYP. *loliaceo* melius SCLEROCHLOIS associandum. *Besser in litt.*

S. *V.* II. p. 745. *Mant.* II. p. 407. n. 20. BRACHYPODIUM *tenuiflorum.* Addatur:

Obs. Ad FEST. *tenuifloram Schrad.* in *Mert.* et *Koch Deutsch. Fl. p.* 639 ducuntur: TRIT. *Nardus Dec., Gaud.* et *Lois.*, et TRIT. *tenellum Lam.*

S. *V.* II. p. 745. *Mant.* II. p. 407. n. 21. BRACHYPODIUM *tenellum.* Addatur:

Obs. A *Spreng.* in *S. V. p.* 324 ad TR. *tenellum* L.; spiculis alternis, numerosis, sub 5-floris, opposite compressis; flosculis remotiusculis, muticis, obtusiusculis; culmo ramoso; foliis subsetaceis, ducuntur: TRIT. *Festuca Cand., Halleri Viv., Lachenalii Gmel.* (BRACHYP. *Halleri*) et TRIT. *biunciale Vill.*; ad TRIT. *Nardum Dec.*, spiculis alternis, distichis, opposite compressis, glabris, distantibus, sub-8 floris; flosculis remotiusculis, aristatis; culmo gracili, erecto; foliis angustis, trahuntur: TRIT. *tenellum Lam.* et *Viv.*, *tenuiculum Loisel.* (BRACHYP. *tenuiculum*), *hispanicum Viv.*, *festucoides Viv.*, FESTUCA *tenella Willd.* et *Pursh*, (SCHEDONORUS *tenellus*), *tenuiflora Schrad.* (BRACHYP. *tenuiflorum*), *octoflora Walt.* et *bromoides Mich.* (SCHEDONOR. *tenellus.*)

S. *V.* II. p. 746. *Mant.* II. p. 407. n. 23. BRACHYPODIUM *Poa* clo *Spreng. S. V.* p. 324 synonymon B. *loliacei.*

S. *V.* II. p. 747. n. 26. BRACHYPODIUM *interruptum* clo *Spreng. S. V. p.* 325. synonymon TRITICI *patentis Brot.* (SCHEDONOR. *loliacei*).

Quid BRACHYPODIUM *contractum Presl Fl. sicul.*?

n. 346. LOLIUM.

S. *V.* II. p. 747. *Mant.* II. p. 407. n. 1. LOLIUM *perenne.* Addatur synonymon:

Hook. Lond. 1. *t.* 10. *Dict. Sc. nat.* 17. *Cah.* *Smith Engl. Fl. p.* 173. et hoc teste: *Hall. Hist.* n. 1416.; et τῷ β *tenui*: *Hall. Hist. n.* 1418. *Scheuchz. Agr.* 28. *Spreng. S. V. p.* 327, qui L. *multiflorum Lam.* inter varietates ducit.

S. *V.* II. p. 748. *Mant.* II. p. 408. n. 3. LOLIUM *arvense.* Addatur synonymon:

Svensk Botan. t. 593.

Obs. Sub. L. *arvensi* a clis *Mert.* et *Koch Deutsch. Fl. p.* 716 junguntur: L. *complanatum Schrad.*, L. *maximum Willd.*, L. *asperum Roth*, L. *remotum Hoffm.*, L. *tenue M. Bieb.* et *annuum Bernh.* (non *Lam.*) Ill. *Smith* in *Engl. Fl. p.* 175 LOL. *arvense* verisimiliter L. *temulenti* varietatem esse putat, et in *Engl. Bot. t.* 115 aristas nimis longas depictas esse adnotat. Cls. *Sprengel S. V. p.* 327 ad L. *arvense* cum? L. *canadense Mich.* ducit; et L. *complanatum Schrad.*, *rigidum Gaud.* et *maximum Willd.* varietates L. *temulenti* dicit.

S. V. II. p. 750. *Mant.* II. p. 408. n. 7. LOLIUM *speciosum.* Addatur:

Obs. Cli *Mert.* et *Koch* in *Deutsch. Fl. p.* 716 huc ducunt L. *arvense Lejeune* et *Schleicher.* L. *speciosum Link En.* iisdem a L. *specioso M. Bieb.* differre et varietas mutica L. *temulenti* esse videtur. L. *speciosum Link* gaudet culmo rigido, forti, foliis latis, spiculis magnis L. *temulenti.* Folia supra margineque scabra, culmus sub paniculâ, rhachis et plerumque calyx scaber vel scabriusculus. Cal. longitudine spiculae vel paulo longior. Flosculi latiores, glumâ inferiore ellipticâ, margine membranaceo apicis latiore quam in L. *arvensi*, omnino ut in L. *temulento.* Arista flosculo brevior, mox vix eum excedens, mox longitudine totius glumae, flexuosa, scabra vel hirsuta. LOLIUM *speciosum M. Bieb.* ab hoc differt: foliis angustioribus, culmo, rhachi calyceque glabris; vel rhachi saepius scabriusculâ; calyce spiculâ ¼ longiore.

Quid LOLIUM *strictum Presl Fl. sicul.*

n. 347. AGROPYRUM *).

S. V. II. p. 750. *Mant.* II. p. 409. n. 1. AGROPYRUM *junceum.* Addatur synonymon:

FESTÚCA *juncea Mönch* fid. *Mert.* et *Koch Deutsch. Fl. p.* 701.

Obs. Clo *Sprengel* in *S. V. p.* 325 TRIT. *glaucum Dec.*, *elongatum Host*, *rigidum Schrad.*, *obtusiflorum* et *acutum Dec.*, *littorale Host*, *giganteum Retz*, *littoreum Schum.*, *farctum Viv.*, *pungens* et *genuense Dec.* et *fragile Roth* TR. *juncei* varietates vel foliorum aut rhacheos hirsutie, illorum planitie, vel flosculis aristatis differentes sunt; solum TR. *intermedium Host* illi est species propria.

S. V. II. p. 751. *Mant.* II. p. 409. n. 2. AGROPYRUM *acutum.* Addatur:

Obs. Cli *Mert.* et *Koch* l. c. sequentes A. *acuti* (spicâ distichâ; spiculis 5-8-floris, approximatis; glumis lineari-lanceolatis, 7-nervibus, acutis vel obtusiusculis, spiculis ⅓ brevioribus; flosculis acutis vel obtusiusculis, muticis vel breviter aristatis; rhachi plerumque glabrâ; foliis supra scabris punctulis densis, acutis; radice repente;) varietates distinguunt: *β* rhachi scabrâ; spiculis muticis; *γ.* rhachi scabrâ, spiculis breviter aristatis; TRITIC. *junceum Turner Herb.*; *δ.* rhachi scabrâ, spiculis pubescentibus *Dethard.*, qui pro TRITIC. *littoreo Schumach.*; ELYMO *arenario* simile, spiculae fere poll.; glumis calycinis corollinisque acutissimis. Praeter has varietates adnotant adhuc plantam prope *Warnemünde* et *Ritzebüttel* lectam, A. *acuto* simillimam, quam vero speciem propriam esse putant et sequentibus describunt: habitus et spiculae approximatae ut in *acuto*; flosculi obtusiores; spica e spiculis 21-23; folia plana, supra punctis paucis scabra; rhachis glabra; a TRIT. *junceo* differt: spiculis approximatis; foliis supra non pilosis, nec convolutis. TRITICUM *littorale* illis est species propria, AGR. *repenti* proxima, quam sic definiunt: spicâ distichâ; spiculis plerumque 5-floris; glumis lanceolatis, 5-nervibus, acuminatis; flosculis acuminatis, muticis vel aristatis; rhachi glabrâ; foliis supra scabris; radice repente. Cls. *Spreng. S. V. p.* 325 vero TR. *littorale Host*, cum *Bertolon.*, synonymon A. *repentis* et *acutum Dec.* AGR. *juncei* dicit.

S. V. II. p. 752. *Mant.* II. p. 409. n. 4. AGROPYRUM *rigidum.* Addatur:

---

*) Species hujus generis aut *spiculis approximato-patentibus* singulâ longitudine 3-4 articulorum rhacheos, gaudent, uti TRITICUM *orientale M. B.*, *prostratum* L., (quibus calyx approximatus), TRITICUM *squarrosum Roth*, *cristatum Schreb.*, *imbricatum M. B.*, *muricatum Link*, *pectinatum M. B.*, *densiflorum W.*, *sibiricum W.* (quibus calyx patens); aut *spiculis distantibus*, ut spiculae articulos duos mentiantur, quorsum TRITICUM *variegatum Fisch.*, *repens et caninum Linn*, *dasyanthum Ledeb.*, *intermedium Host*, *rigidum Schrad.*, *obtusiflorum W*, *acutum DC*, *junceum L. Besser in litt.*, Cls. *Sprengel* in *S. V.* nec BRACHYPODIUM nec AGROPYRON admittit.

Obs. Cls. *Besser in litt.* ad A. *rigidum* citat: Tr. *junceum M. Bieb. Fl. taur. cauc.* et *suppl.* (excl. syn.). Tr. *elongatum* (saltem) *Host.*, Tr. *junceum Herb. Sieb.* (fol. supra hispidis), Tr. *giganteum Stev.* e Tauria. Tr. *intermedium Host* vero tamquam speciem culturâ perstantem et foliis planis duplo latioribus, culmo minus stricto; spicâ non interruptâ; spiculis omnibus patulis, quandoque aristatis et colore glauco a Tr. *rigido* distinctam distinguit. Tr. *intermedium* valdopere variat: muticum est glabrum, majus minusve, aut hirsutum et quidem: 1. foliis ac vaginis: 2. foliorum vaginis; 3. fol. solum supra, aut, 4. spiculis solis (Tr. *hirsutum Stev.*). Quandoque totum magis est rigidum, et tunc magis ad *rigidum*, prouti *vulgare* ad *repens* potius, appropinquat. Tr. *intermedium* in Volhynia et Podolia; *rigidum* solum in Podolia australi et circa Odessam. Cli *Mert.* et *Koch* l. c. cum A. *rigido* conjungunt A. *giganteum S. V. ed. nostr.*, excludunt vero ab A. *rigido* Tr. *intermedium Host*, tanquam ad Agr. *glaucum* spectans.

S. V. II. p. 752. *Mant.* II. p. 409. n. 5. Agropyrum *glaucum.* Addatur:

Obs. Huc cli *Mert.* et *Koch l. c.* spectare jubent Tr. *intermedium Host* II. *t.* 22, Tr. *intermedium Gaud.* et *rigidum Schleich.*, sequente phrasi: Tr. spicâ distichâ; spiculis plerumque 5-floris, approximatis, basi quidquam remotis; valvulis oblongis, 5-7-nervibus, obtusissimis vel truncatis, spiculâ duplo brevioribus; flosculis obtusissimis, muticis vel aristatis; rhachi scabrâ; foliis supra scabriusculis; radice repente. *α*. spiculis muticis. Tr. *intermedium α Gaud.*. *β*. spiculis breviter mucronatis. *γ*. spiculis aristatis, aristis flosculis brevioribus; (ad *γ*. et *δ*. pertinent Tr. *intermedium γ. Gaud.* et Tr. *distichum Schleich.*). *δ*. aristis spiculâ brevioribus; *ε*. spiculis plus minus pubescentibus. Cls. *Sprengel S. V. p.* 325 Trit. *glaucum Host* synonymon *repentis*, *glaucum Dec.* vero varietatem *juncei* dicit. A. *glauci* varietates a clo *Kosteletzky* in *Clav. analyt. Fl. boh.* dicuntur Agr. *firmum Seidl* et A. *mucronatum Opiz;* spicâ distichâ, stricta; glumis sub-7-nervibus, mucronulatis; flosculis muticis, inferioribus apice emarginatis; rhachi ad angulos hispidâ; vaginis glabris; foliis scabris, supra glaucis, pubescentibus, subtus laevibus; radice repente. *Opiz. Verzeichn. p.* 42. *Weihe deutsch. Graes.* Intermedium A. *rigidum Presl* inter et *firmum Seidl. In monte Petrin, Pragae.*

Mant. II. p. 480. n. 5 a. Agropyrum *caesium* varietas A. *repentis* esse videtur.

S. V. II. 753. n. 6. Agropyrum *obtusiflorum.* Addatur synonymon:

van Hall Fl. belg. sept. 1. p. 116. et hoc teste: *Dumortier Agrost. belg. tent. p.* 97.

In Zeelandia Dumortier.

S. V. II. p. 754. *Mant.* II. p. 410. n. 10. Agropyrum *repens.* Addatur:

τῷ γ: A. *repens dumetorum:* Agr. *pungens Moricand. Venet.* fid. *Besser in litt.*, qui ad specim. *Moric. in Herb. Stev.* *τῷ ε*: A *repens β Leersianum*: Trit. *repens β Smith Engl. Fl. p.* 183. et hoc teste: F. *repens Mart. Fl. rust.* t. 124. *Vaill. Par.* 81. t. 17. *f.* 2.

Obs. Cli *Mert.* et *Koch l. c. p.* 707 sequentes Tr. *repentis* varietates distinguunt: Tr. *repens;* spicâ distichâ; spiculis plerumque 5-floris; valvulis lanceolatis, 5-nervibus, acuminatis; flosculis acuminatis vel obtusiusculis, muticis vel aristatis; rhachi plerumque scabrâ; foliis supra scabris; radice repente *α*. flosculis muticis, acutis vel acuminatis; *β*. flosculis muticis, mucronatis; *γ*. flosculis acutis, plus minus aristatis: Elymus *caninus Leers Herb. t.* XII. *f.* 11. Agropyr. *caesium Presl Mant.* 1. *ad Fl. cech.;* *δ*. flosculis aristatis, inferioribus binis vel ternis: Elymus *caninus Leers Herb. t.* XII. *f.* 1.; *ε*. flosculis obtusis vel obtusiusculis, aristatis vel muticis, (glaucum, rigidius, Tr. *glauco* simile):

Tr. *firmum Presl Fl. Cech*, Tr. *intermedium β Gaud.*; ζ. flosculis muticis obtusis vel obtusiusculis; foliis convolutis, (humile, pruinâ albido-glaucâ, glaberrimum): Trit. *repens maritimum Koch* et *Ziz* et cum? Tr. *repens maritimum Smith* et *Roth.*; η. idem rhachi laevi: Tr. *repens maritimum* rhachi laevi *Koch* et *Ziz.* Etiam cl. *Smith* in *Engl. Fl.* p. 183. varietatem γ maritimam enumerat, quae saepius cum A. *junceo* confunditur, et ad quam ducuntur: Tr. *junceum Roth* 55, Tr. *repens* var 5 *With.* 173., Elymus *arenarius Huds. ed.* 1. *p.* 44. Ad varietates Agr. *repentis* pertinent adhuc: Agr. *repens sesquitertium*; spicâ gracili; locustis 2-3-floris; flosculis calyce acuto breviter aristato vix longioribus; fol. planis, subtus laevissimis; radice repente. *Seidl* in *Opiz Verzeich. p.* 155 et Agr. *collinum Opiz*; spicâ distichâ, strictâ; locustis 5-floris; glumis calycinis sub 7-nervibus, subulato-aristatis, carinâ scabris; glumis corollinis breve mucronatis, calyce longioribus, rhachi pubescente; vaginis glabris: inferioribus pubescentibus; foliis supra scabris, pubescentibus, subtus laevissimis; radice repente. *Opiz Verzeichn. p.* 248, qui *circa Pragam.*

S. V. II. p. 757. *Mant.* II. p. 411. n. 17. Agropyrum *imbricatum.* Addatur synonymon.

Tr. *cristatum Opiz.* fid. *Mert.* et *Koch Deutsch. Fl. p.* 758.

Etiam circa Pragam. *Opiz.*

Obs. Si specie differt ab A. *cristato*, tunc unice spicâ oblongâ, nec lineari. *Besser in litt.* Etiam ill. *Smith* in *Engl. Fl. p.* 185 in adnot. ad Tritic. *cristatum*, Trit. *imbricatum M. Bieb.* (ex hort. Gotting.) solum habitu multo majori, spicâ eâdem paulo minori a Tr. *cristato Schreb.* etc. et *Engl. Bot. t.* 2267 differre dicit. Trit. *pectinatum M. Bieb.* (Agrop. *pectiniforme S. V. ed. nostr.*) illi solum glabritie, in his speciebus parvi momenti, a Tr. *cristato* differre videtur. *Sprengel* vero in *S. V. p.* 326. Trit. *imbricatum M. Bieb.* seu *caucasicum Spr.*, spiculis subquadrifloris, villosis (nec subsexfloris glabriusculis), spiculâ ovato-oblongâ, a Tr. *cristato Schreb.* differre, Tr. *petinatum M. Bieb.* vero hujus synonymon dicit.

S. V. II. *p.* 759. *Mant.* II. *p.* 411. *n.* 19. Agropyrum *cristatum.* Addatur synonymon:

Triticum *cristatum Smith Engl. Fl. p.* 184. *Engl. Bot.* 2267, et teste *Smith*: *Gmel. Sib.* I. 23. *Buxb. Cent.* I. 22. *t.* 50. *f.* 3.

Obs. Variat colore glauco ad *Borysthenem* (*Andrzejowsky*), calycibus ciliatis in *Podolia australi*, et spiculis hirsutis: Tr. *hirsutum H. Hafn. Besser in litt.*

Mant. II. *p.* 412. n. 19 c. Agropyrum *muricatum.* Addatur:

Obs. Fischer negat hanc speciem ex *hort. gorenk.* provenire. Differt ab A. *imbricato*: spicâ ovatâ, spiculis suboctofloris, horizontaliter patentibus; ab A. *pectiniformi*, pro cujus varietate habuit cel. *Steven*: directione spicularum, hirsutie spicae, aut saltem calycibus ciliatis. In *Podoliae* australis pascuis. *Besser in litt.* Varietas A. *desertorum* dicitur a *Spreng. S. V. p.* 326.

S. V. II. p. 759. n. 22 a. Agropyrum *geminatum*; spicis erectis, geminis; spiculis imbricatis, subsexfloris, muticis, glabris, unilateralibus; foliis basi ciliatis, laxis; culmo compresso, elongato. Triticum *geminatum Spreng. S. V. p.* 326.

In Monte Video. Sello.

Quid Agropyrum *hispanicum* et *scripeum Presl. Fl. sicul.*?

n. 348. TRITICUM.

S. V. II. p. 761. *Mant.* II. p. 412. n. 1. Triticum *aestivum.* Addatur:

Obs. Mert. et *Koch* in *Deutsch. Fl. p.* 696 sub T. *vulgari* conjungunt TR. *aestivum* et *hybernum* L., T. *erinaceum*, *velutinum* et *compactum*. Etiam *Spreng. S. V. p.* 323. TR. *vulgare Vill.*, spicâ parallele compressâ; calycibus coriaceis, truncato-mucronatis, sub 4-floris; flosculis glabriusculis aristatis, restituit, et sequentes varietates exponit: α *aestivum*:, spicis glabris, aristatis, (huc TR. *Cevallos*, *platystachyum*, *Linnaeanum*, *Gaertnerianum Lag.*, *compactum Host*, *pruinosum* et *erinaceum Hornem.*); β *hybernum*, spicis glabris, inferne muticis, (huc TR. *siculum* et *glaucum Horn.*); γ. *turgidum*; spicis villosis aristatis; (huc: TR. *fastuosum*, *cochleare*, *Köleri*, *Hosteanum Clem.*, *sardinicum Köl.*, *compositum* L., *pyramidatum Del.*, *durum Desf.*, *villosum* et *hordeiforme Host*, *siculum R.* et *Sch.*)

S. V. II. p. 763. *Mant.* II. p. 414. n. 3. TRITICUM *compositum*. Addatur:

Obs. Seidl in *Opiz Verzeich. p.* 106 TR. *compositum* delendum, et hujus patrem esse dicit: TR. *clavatum*; spicâ abbreviatâ, obtusâ, tetragonâ; spiculis confertis, glabris, summis breviter aristatis; valvulis truncatis, gibbosis, basi plicato-coarctatis, mucronatis: mucrone brevissimo, obtuso; culmo nodis glabris.

S. V. II. p. 764. *Mant.* II. p. 414. n. 5. TRITICUM *turgidum*. Addatur:

Obs. Mert. et *Koch Deutsch. Fl. p.* 696 inter hujus varietates enumerant: TR. *compositum* L. et T. *pulverulentum H. Hal.*

S. V. II. p. 765. *Mant.* II. *p.* 414. n. 11. TRITICUM *durum*. Addatur synonymon;

TRIT. *algeriense Desf. in litt.* fid. *Mert.* et *Koch Deutsch. Fl. p.* 697, qui T. *hordeiforme Host*, *cochleare*, *brachystachyum*, *platystachyum* et *Bauhini Lag.* hujus varietates dicunt.

Mant. II. p. 416. n. 18 a. TRITICUM *dicoccum*. Addatur:

Obs. T. *atratum Host*, *Gaertnerianum Lag.* s. *andalusaceum H. Erlang.*, et *tricoccum Schübl.* hujus varietates sunt clis *Mert.* et *Koch. Deutsch. Fl. p.* 699.

Mant. II. p. 416. n. 18 b. TRITICUM *atratum*. Addatur:

Obs. Huc a clo *Spreng. S. V. p.* 323 ducuntur TR. *Cienfuegos* et *Bauhini Lag.*

S. V. II. p. 767. *Mant.* II. p. 418. n. 21. TRITICUM *Spelta*. Addatur:

Obs. Clo *Spreng. S. V. p.* 323 hujus synonyma: TR. *Zea Host*, *dicoccum Schübl.*, *Forskålianum* et *Arias Rox. Clem.* *Seidl* in *Opiz Verzeichn.* p. 106 a TR. *Spelta*: spicis trifloris, ventricosis, scabriusculis, distantibus, aristatis muticisque; valvulis truncatis, striatis, mucronatis: mucrone brevissimo, obtuso; paleis indurascentibus; aristis erectis, distinguit T. *speltaeforme*: spiculis 4-floris, ventricosis, glabriusculis, approximatis, aristatis; valvulis obtusis, striatis, aristatis; aristis patentibus; paleis indurascentibus.

n. 21 a. TRITICUM *ichyostachyum Seidl*; spicâ gracili, teretiusculâ; spiculis subimbricatis, glabris, aristatis; valvulis obtusis, aristatis; foliis superne hirtis. *Seidl in Opiz Verzeich.* N°. 9. p. 106.

n. 349. AEGILOPS.

S. V. II. p. 770. *Mant.* II. p. 422. n. 1. AEGILOPS *caudata*. Addatur synonymon.

AEGILOPS *cylindrica Sieber Herb. Cret.* fid. *Besser in litt.* Clo *Spreng. S. V.* p. 327. A. *caudata* L. et *cylindrica Host* una eademque species.

S. V. II. *p.* 771. *Mant.* II. *p.* 422. *n.* 4. AEGILOPS *triaristata.* Addatur synonymon:

Mert. et *Koch Deutsch. Fl.* p. 712, qui A. *triuncialem Host* hic delere jubent, quia fid. specim. ab ips. Auct. omnino A. *triuncialis.* Clo *Spreng. S. V. p.* 327 A. *triaristata* synonymon A. *triuncialis.*

Quid AEGILOPS *echinata Presl Fl. sicul.*?

n. 550. SECALE.

S. V. p. 773. *Mant.* II. p. 423. Addatur:

Quid SECALE *strictum Presl Fl. sicul* s. TRITICUM *strictum Presl Gram.*? SECALE *montanum Guss.*?

n. 551. ELYMUS *).

S. V. II. p. 773. *Mant.* II. p. 424. n. 1. ELYMUS *arenarius.* Addatur:

Variat calycibus ciliatis (prope *Rigam*) et nudis (in *Curlandia*) *Besser in litt.*

S. V. II. p. 774. *Mant.* II. p. 424. n. 2. ELYMUS *geniculatus.* Addatur synonymon:

Smith Engl. Fl. p. 178.

Culturâ perstat; spicae tamen non semper reflexae. *Smith.*

Mant. II. p. 424. n. 2 a. ELYMUS *Delileanus.* Addatur synonymon:

E. *aegyptiacus Spreng. S. V. p.* 328.

S. V. II. *p.* 774. n. 4. ELYMUS *giganteus.* Addatur:

Obs. Spiculae minime 6, nisi casuali oppositione, sed ubique 3, excepto apice. Folia non convoluta, nisi summa, sed subplana, glauca. *C. a. Hoffmanns. 2ter Nachtr. p.* 110.

S. V. II. p. 775. n. 5 a. ELYMUS *mollis Herb. Gorenk.*; culmo superne velutino-pubescente; vaginis sulcatis, glabris; foliis involuto-compressis, glabris; spicâ erectâ, subcylindricâ; spiculis binis, subimbricatis, sub-7-floris, pubescentibus; calyce flosculis breviore, molli; corollâ muticâ, molliter pubescente. *Trinius in Spreng. n. Entd.* II. p. 72.

---

*) Species ELYMI mihi notas sequenti modo divido: 1. fol. convolutis pungentibus: E. *arenarius*, *geniculatus*, *sabulosus* et *giganteus*: 2. fol. planis: a. spiculis multifloris: α spicâ strictâ: E. *virginicus*, *villosus*, *hordeaceus*; β. spicâ apice nutante aut pendulâ: E. *canadensis*, *philadelphicus*, *sibiricus*; b. spiculis subunifloris: E. *europaeus*, *striatus*, *Caput Medusae* et *crinitus*. Sui generis est E. *Hystrix*. *Besser in litt.*

Radix nodosa, fibrosa, repens. Culmus 3 ped., erectus, inferne crassitie digiti, fistulosus, teres, tenuissime striatus. Vaginae tumidiusculae, longae. Ligula brevissima truncata. Folia radicalia ample vaginantia, involuto-compressa, sulcata, glabra; culmea ped., striata, inferne plana, apice involuto-subulata, paginâ inferiore scabriuscula, margine hispida. Spica spithamaea, digiti crassitie. Rhachis subflexuosa, pubescens. Spiculae binae, nonnullae solitariae. Calyx sublateralis: glumae coriaceae, pube molli: inferior lineari-lanceolata, 3-nervis; superior parum longior, apice villosior, latior, lanceolata, 5-nervis; utraque acuta, carinata. Flosculus inferior sessilis, reliqui pedicellati: pedicello pubescente. Cor. valvula infer. coriaceo-herbacea, lanceolata, acutissima, subcarinata, 5-nervis, pube tenuissimâ molli; superior paulo brevior, membranacea, conduplicata, bicarinata, ad flexurae angulum superne tenuissime ciliata. Lodiculae squamae lanceolatae, ovarium pedicellatum villosum aequantes, pilosae. *Trinius.* *In Kamtschatka et in insulis aleuticis.*

Obs. An huc E. *mollis R. Br.*: spicâ erectâ villosâ; locustis geminatis, 4-5-floris, breve setigeris, glumas setaceas superantibus. *R. Brown* in *Richardson App. Frankl. Journ. p.* 3. *In America arctica Richards.* Ad E. *mollem R. Br.* cls *Sprengel* in *cur. post. p.* 34 ducit E. *villosum Mühlenb.*.

S. *V.* II. p. 775. n. 6. ELYMUS *racemosus* clo *Besser in litt.* certe varietas luxurians E. *sibirici* est; nam semina illius repetitâ disseminatione aeque dant E. *sibiricum*, quam hujus illum.

S. *V.* II. p. 775. *Mant.* II. p. 424. n. 8. ELYMUS *philadelphicus* clo *Spreng. S. V.* p. 328 synonymon est E. *canadensis*, uti etiam E. *glaucifolius Mühlenb.*

S. *V.* II. p. 777. *Mant.* II. p. 426. n. 13. ELYMUS *striatus.* Observationi in *Mant.* addatur:

Obs. Legi in montosis sylvaticis Cremeneci, et nullâ notâ ab hortensi differt. Conf. *Enum. pl. Pod. p.* 60. *Besser in litt.*

S. *V.* II. p. 777. *Mant.* II. p. 426. n. 14. ELYMUS *europaeus.* Addatur synonymon:

HORDEUM *elymoides Vest.*

n. 352. ISCHAEMUM *).

S. *V.* II. p. 780. *Mant.* II. p. 428. n. 3. ISCHAEMUM *rugosum.* Addatur synonymon:

Trinius in Spreng. n. Entd. II. p. 78, cui planta in *Gaertn. Carp.* III. t. 181 eadem ac illa *Salisb.* videtur.

Culmus adscendens, ped., 4-5 nodis, ad nodos geniculatus et barbatus, angulatus, glaber, sub spicis sensim incrassatus. Vaginae laxae, striatae, glabrae: inferior internodio longior,

*) Cls. *Spreng.* in *S. V.* sub ISCHAEMO conjungit MEOSCHIUM, COLLADOAM et SEHIMAM.

reliquae breviores, suprema medio tumida. Ligula exserta, oblonga. Folia lineari-lanceolata, inferne carinata, superne plana. Spicae 2 conjugatae, poll. aut paulo longiores. Rhachis articulis bicruribus, longitudinaliter barbatis: crure altero articulum superiorem excipiente, altero florifero; ad latus singuli ex eadem cum articulo basi spicula alia sessilis. Sessilis cal. biglumis, biflorus, flosculis longior: gluma inferior coriaceo-chartacea, pallide virens, apice membranacea, obtusa, tenuiter ciliata, rugis transversalibus arcuatis 5-7: superior chartacea, triangulari-carinata, acuta, aequilonga. Cor. masc. hyalino-chartacea, bivalvis, oblonga, acuta. Stam. 3. Cor. ☿ minor, hyalina, bivalvis: valv. infer. bifida, aristâ tortili, inferne fuscâ, medio geniculatâ, superne albescente; valv. super. acuta. Lodiculae squamae truncatae. Stigmata purpurea, plumosa. Semen oblongum, bicorne. Pedicellata spicula sessili similis, mutica, plerumque tabescens. *Trinius.*

S. V. II. p. 782. n. 9. ISCHAEMUM *hispidum*. Addatur synonymon:

ANDROPOGON *virens Spreng. S. V. p.* 287.

n. 352 a. PLEUROPLITIS.

Mant. II. *p.* 429. n. 1. PLEUROPLITIS *Langsdorffiana*. Addatur synonymon:

Trinius in Spreng. n. Entd. II. p. 80. DEYEUXIA *japonica Spreng. S. V.* p. 254.

Culmus prostratus, multinodis, 2 ped., subangulosus, glaber, ramosissimus, ad geniculos inferiores radicans. Vaginae numerosae, internodio plerumque breviores, 1-1 $^1/_2$ poll., sulcatae, pilis patentibus e bulbulis hirsutae, superiores vero laeviusculae, basi barbatae. Folia brevia, latissima, lanceolata, basi cordato-amplexicaulia, scaberrima, acuminata, striata, absque nervo dorsali. Pedunculi terminales et axillares, elongati, filiformes. Spicae 2-5, subfasciculatae, $^1/_2$ poll. et paulo longiores, confertae; rhachi articulatâ, solubili, teretiusculâ, 3-5 florae: spiculis alternis, adpressis, oblongo-lanceolatis. Cal. subbiflorus, flosculo longior: gluma infer. herbacea, 5-nervis, lanceolata, acuta, ecarinata, ad nervos hispida; superior paulo longior, chartacea, carinata, cuspidata, ad carinam hispida. Flosculi neutrius loco mera arista basi valvulae superioris adstans, tortilis, fusca, calyce duplo longior. Flosc. ☿ bivalvis, inversus; valvulae hyalinae, aequales, acutae, calyce fere duplo breviores. Lodicula squama unica lata. Ovarium oblongum. Styli 2. Stigmata plumosa, fusca. Stamina 2. Antherae oblongae, flavae. Semen cylindricum, tectum. *Trinius.*

Obs. Confer DEYEUXIAM *megapotamicam.*

n. 353. ROTTBOELLIA.

S. V. II. p. 784. n. 6. ROTTBÖLLIA *villosa*. Addatur:

Obs. Cls. *Sprengel S. V. p.* 298. *R. villosam Poir.* cum? trahit ad ISCHAEMUM *hirsutum* suum, spicis axillaribus, rhachi pedicellisque barba-

tis; corollâ masculâ apice, hermaphroditâ dorso aristatâ, hujus aristâ geniculatâ. *In Brasilia.*

S. V. II. p. 785. *n.* 8. Rottböllia *Coelorhachis* clo *Spreng. S. V. p.* 300 synonymon R. *exaltatae.*

S. V. II. p. 785. *Mant.* II. p. 431. *n.* 9. Rottböllia *complanata.* Addatur synonymon:

Stenotaphrum *complanatum*; rhachi complanatâ, flexuosâ; rhachidiis secundis, alternis, 5-floris; culmo folioso; foliis late linearibus. obtusis, vaginas solutas excedentibus. *de Schrank Bot. Zeit.* 1824. *Beyl. p.* 26.

Obs. Aliud adhuc Stenotaphrum l. c. p. 28 attulit rev. de *Schrank* nomine Stenotaphri *Königii:* rhachi complanatâ, flexuosâ; spiculis subtribus, aggregatis: duabus rhachi, unâ duabusve pedunculo communi insidentibus, unâ ad basin pedunculi sessili; foliis linearibus, extrorsum attenuatis, vaginisque solutis longissimis; *de Schrank l. c.* Radix fibrosa, cespitosa. Culmus erectus, foliosus, ramosus. Folia fere spithamaea, 2 lin. lata, vaginis plerumque duplo longiora. Spica apice quidquam flexuosa, utrinque margine sulcata. Spiculae conicae. Gluma calyc. exterior brevissima, rotundata, interior longitudine flosculi. Flosculorum alter ♂, alter ☿. *In India orientali. König. Herb. Schreb.*

S. V. II. p. 786. *Mant.* II. p. 431. n. 10. Rottböllia *dimidiata.* Addatur synonymon:

Stenotaphrum *americanum*; rhachi complanatâ, flexuosâ; spicularum paribus secundis, alternis: alterâ sessili, alterâ brevissimâ, pedicellatâ; foliis lineari-lanceolatis, obtusis, vaginas solutas vix excedentibus. *de Schrank H. Monac.* t. 98. *Bot. Zeit.* 1824. *Beyl. p.* 27.

Culmus rhachin versus incrassatus, eâque tenuior. Folia vaginaeque angustiores, quam in St. *complanato.* *In Brasilia, in Antillis* et *in insulis Bermudianis.*

S. V. II. p. 787. n. 14. Rottböllia *sanguinea.* Addatur synonymon:

Thelepogon *sanguineus Spreng. S. V. p.* 299.

S. V. II. p. 788. n. 15. Rottböllia *digitata.* Addatur synonymon:

Pholiurus *graecus Trinius in Spreng. n. Entd.* II. p. 67.

Articuli rhacheos biflori: spicula altera sessilis, altera lateralis pedicellata: pedicellus formâ articuli rhacheos. Spiculae lineari-lanceolatae, ambae aequales $^1/_2$ poll. Cal. coriaceo-herbaceus, acutus, biglumis, biflorus: gluma inferior anterior paulo longior. Flosculus uterque fertilis, (interior mere femineus?). Corollae calyce paulo breviores, lineari-lanceolatae, acuminatae, membranaceae, bivalves, aequales. Lodiculae squamae acutae. Stam. 3. Antherae lineares. *Trin.*

n. 355. XEROCHLOA.

S. V. II. p. 788. n. 1. Xerochloa *imberbis.* Addatur synonymon:

Rottbölla *Xerochloa Spreng. S. V.* p. 300.

S. V. II. p. 788. n. 2. XEROCHLOA *barbata.* Addatur synonymon:

ROTTBÖLLA *barbata Spreng. S. V. p.* 300.

n. 356. LEPTURUS.

Mant. II. p. 434. n. 2. LEPTURUS *paniculatus.* Addatur synonymon:

ROTTBÖLLA *paniculata Spreng. S. V. p.* 300.

n. 358. ARTHRAXON.

S. V. II. p. 790. n. 1. ARTHRAXON *ciliare.* Addatur:

Obs. Cls. *Spreng.* in *S. V. p.* 288. ARTH. *ciliare Palis.* POLLINIAM *ciliarem* dicit et p. 297. ISCHAEMUM *ciliare Retz;* rhachi ciliatâ; calyce utroque androgyno bifloro, sessili, ventricoso, margine inflexo, pedicellato, carinato, acuto; corollae femineae aristâ geniculatâ, elongatâ; foliis lanceolatis; culmi nodis vaginisque ore barbatis, specie distinguit.

n. 358 a. GOLDBACHIA.

S. V. II. p. 790. n. 1. GOLDBACHIA *Mikani Trinius in Spreng. n. Entd.* II. p. 81. AIRA *brasiliensis;* paniculae ramis verticillatis; calyce nervoso flosculos aequante; corollâ alterâ muticâ, alterâ aristatâ; foliis glanduloso-strigillosis, ciliatis, glaucis. *Spreng. S. V.* I. *p.* 278.

Culmus orgyalis, erectus, fistulosus, inferne (non computatis vaginis) crassitie pennae aquilinae, striatus, glaber, simplex, superne nudus, 5-6 nodis: nodi brevissimi, retusiusculi. Vaginae internodio breviores, tumidiusculae, striatae, inferne glabrae, superne pilis brevissimis hispidae. Ligula nil nisi margo semilunaris. Folia semiamplexicaulia, ultra ped., lineari-lanceolata, plana, 1/2 poll. latiora, apice attenuatissima, striata, ad medium usque nervo medio albicante notata, inter strias glandulis minimis undique obsita et utrinque retrorsum strigosa, margine hispidissima, ut tota planta pallide glauco-viridia. Panicula circiter 1 1/2 ped., erecta, apice paulo nutans, lineari-oblonga, densa, multiflora. Rhachis pennae gallinaceae crassitie, teres, aequa, superne sulcato-angulata et nonnihil flexuosa, scabriuscula. Rami fere filiformes, dodrantales-digitales, a basi ramosi, striati, scabri, semiverticillati, 2-4 et plures; infimus solitarius, verticillis reliquis solitariis intermixtis; inferiores basi adpressi a medio, superiores patuli a basi floriferi. Ramuli subfastigiati, racemosi. Pedicelli cum spicula articulati ibique hinc brevissime barbati, plerumque bini: altero brevissimo, altero spiculae ipsius longitudine. Spiculae pallide virides aut ex viridi et amethystino variae, oblongae, parvae. Cal. chartaceus, herbaceo-striatus, biflorus: glumae dissitiusculae, oblongae, acutae, inaequales: inferior flosculis paulo brevior, trinervis, ad nervos hispidula; superior illis nonnihil longior, 5-nervis. Flosc. neuter bivalvis: valv. inferior substantiâ et formâ glumae calycinae, obtusa, trinervis; superior subhyalina, plus duplo brevior. Flosc. ☿ neutro minor et angustior, cylindrico-ob-

longus, basi pilis corollâ 4-plo brevioribus, chartaceus, albus, bivalvis: valv. inferior apice obtuso aristâ duplo longiore, refractâ, inferne tortâ et fuscâ, superne aequâ et albâ; superior subaequilonga, acutiuscula. Stamina 2?, 3?. Antherae lineari-oblongae. Stigmata plumosa, exserta. *Trinius.* — *In Brasilia Mikan.*

n. 359. COLLADOA.

S. V. II. p. 790. n. 1. COLLADOA *distachya*. Addatur synonymon:

ISCHAEMUM *Colladoa Spreng. S. V.* p. 298.

n. 361. HORDEUM.

S. V. II. p. 791. *Mant.* II. p. 435. n. 1. HORDEUM *vulgare.* Addatur synonymon:

Spreng. S. V. p. 269, qui H. *cöleste Vib.* et *nigrum W.* varietates dicit.

S. V. II. p. 792. *Mant.* II. p. 436. n. 4. HORDEUM *bulbosum.* Addatur:

Obs. HORD. *bulbosum* (saltem e Calabria et Tauria) in eo solum ab H. *stricto* differt, quod flosculi sint ½ lineâ longiores et quod rudimentum flosculi aristaeforme sit album, nec nigrum; caeterum differentia nulla. Synonyma *Barrel.* et *Moris.* a *Linnaeo* ad H. *bulbosum* citata aeque ad H. *strictum* pertinere possunt, dum de spiculis sileant. Idem et de *Scheuchz.* valet. Planta a *Sherardio* Smyrnae lecta, quam *Gramen creticum spicatum* etc. *Tourn.* esse putat, est quoddam SECALE. Ad ZEOCRITA omnino spectat. *Besser in litt.*

S. V. II. p. 792. *Mant.* II. p. 437. n. 6. Loco HORDEI *stricti* inseratur:

n. 6. HORDEUM *Sieberianum Besser*; flore hermaphrodito aristato: aristis rectis; masculis muticis pedicellatis; involucris scabris, interne ciliatis; culmis basi nodosis. *Besser in litt.* HORD. *bulbosum Sieber Herb.*

S. V. II. p. 794. n. 10. HORDEUM *capense* clo *Spreng. S. V. p.* 269 synonymon H. *pratensis.*

S. V. II. p. 794. *Mant.* II. p. 438. n. 11. HORDEUM *pratense.* Addatur synonymon:

Smith Engl. Fl. p. 180, qui nunc etiam *Fl. Dan.* 630 citat.

S. V. II. *p.* 795. *Mant.* II. *p.* 438. *n.* 13. HORDEUM *maritimum.* Addatur synonymon:

HORDEUM *secalinum Trinius Icon gram. t.* 3 et 4.

S. V. II. p. 796. n. 14. HORDEUM *chilense* clo *Spreng. l. c.* synonymon H. *maritimi.*

n. 363. OPHIURUS.

S. V. II. p. 797. *Mant.* II. p. 440. n. 2. OPHIURUS *filiformis.* Addatur:

Obs. OPH. *filiformis* in *Willd. Enum.* et in *S. V. ed nostr.* perennis dicitur, planta vero gallica et hortensis annua est; hanc cls. *Gay* OPH. *gracilem* vocat, supponens priorem esse reverâ perennantem. *Besser in litt.* ROTTBÖLLIA *filiformis Don H. Br.* 178 illo *Smith* in *Engl. Fl. p.* 176. ROTTB. *incurvata* videtur.

n. 365. MANISURIS.

S. V. p. 801 n. 1. MANISURIS *polystachya* clo *Sprengel S. V. p.* 301. synonymon M. *granularis.*

n. 367. THRASYA.

S. V. II. p. 802. n. 1. THRASYA *paspaloides.* Addatur:

Obs. Quid THRASYA *hirsuta Nees ab Esenb.* in *Martius Prodr. Fl. brasil. ined.?*

n. 368. ELIONURUS.

S. V. II. p. 802. n. 1. ELIONURUS *tripsacoides* et n. 2. E. *ciliaris* a clo *Spreng. S. V. p.* 290 junguntur sub ANATHERO *tripsacoide.*

n. 369. SEHIMA.

S. V. II. p. 803. n. 1. SEHIMA *ischaemoides.* Addatur synonymon:
ISCHAEMUM *Sehima Spreng. S. V. p.* 298.

n. 370. LYCURUS.

S. V. II. p. 804. n. 3. LYCURUS *muticus Spreng.*; culmo erecto; foliis convolutis, elongatis: superioribus ciliatis; flosculis lanatis, muticis. *Spreng. Cur. post. p.* 32.

In Monte Video. Sello.

n. 371. AEGOPOGON.

S. V. II. p. 805. n. 5. AEGOPOGON *quinquesetus.* Confer PLEURAPHIN *Jamesii.*

S. V. II. p. 805 n. 6. AEGOPOGON *unisetus* a clo *Sprengel S. V. p.* 269. ad A. *cenchroidem* ducitur.

Obs. AMPHIPOGONES *R. Br.* a clo *Spreng.* restituuntur.

n. 371 a. PLEURAPHIS.

S. V. II. p. 806. n. 1. PLEURAPHIS *Jamesii Torrey Ann. of the Lyc. of New York* I. p. 148. t. 10. *Spreng. cur. post. p.* 32. An HYMENOTHECIUM *quinquesetum Lag.?* (AEGOPOGON *quinquesetus P. d. B.*)

Gramen gracile, glabrum; radice repente; foliis angustissimis, glaucis, scabris; ligulâ fimbriatâ. *Spreng.*

n. 372. CHRYSURUS.

S. V. p. 806. *Mant.* II. p. 442. n. 2. CHRYSURUS *echinatus.* Addatur:

Obs. Etiam div. *Davall Barrel.* t. 423. f. 2. speciem distinctam suspicatus est, sed esse plantam helveticam, C. *eleganti Desf.* propinquam; britannicam gaudere spicâ minore, floribus multo paucioribus. *Smith Engl. Fl.* p. 138.

n. 376. ANATHERUM.

S. V. II. p. 808. *Mant.* II. p. 442. n. 1. ANATHERUM *muricatum.* Addatur:

Obs. Cls. *Spreng.* in *S. V.* p. 306. ANDROP. *squarrosum* L. et PANICUM *abortivum* R. Br. nomine ORTHOPOGONIS *abortivi*: spiculis secundis alternis; rhachi hispidâ, apice aristatâ; calycis valvâ exteriore muticâ; flosculo hermaphrodito brevissime aristato; foliis pilosiusculis; culmo compresso, conjungit; ANDR. *muricatum Retz.*, *squarrosum W.* et PHALAR. *zizanoidem L.* vero ad ANATHERUM *muricatum*: paniculae strictae ramis flexuosis; flosculis hermaphroditis muricato-hispidis, basi barbatis, masculis striatis; rhachi glabrâ; culmo foliisque laevissimis, ducit.

Mant. II. p. 442. n. 1 a. ANATHERUM *Bertierianum.* Addatur synonymon:

AN. *portoricense*; paniculae pyramidato-lanceolatae ramis spicatis, longissime pilosis; flosculis pedicellatis, hirsutis; culmo foliisque glabris. *Spreng. l. c.* p. 290.

S. V. II. p. 809. n. 4. ANATHERUM *muticum* a *Spreng. S. V.* p. 296 ad CHLORIDEM (EUSTACH.) *petraeam* ducitur.

n. 8. ANATHERUM *megapotamicum Spreng.*; spicis solitariis; rhachi articulatâ, pilosâ; flosculis glabriusculis, appressis; foliis longissimis, glabris, serrulatis; culmi nodis longe pilosis. *Spreng. cur. post.* p. 33.

In Rio grande. Sello.

n. 377. CALAMINA.

S. V. II. p. 810. n. 2. CALAMINA *gigantea.* Addatur synonymon:

APLUDA *gigantea Spreng. S. V.* p. 290.

n. 379. ANDROPOGON.

S. V. II. p. 812. n. 4. ANDROPOGON *divaricatus.* Addatur:

Obs. Cls. *Spreng.* in *S. V.* p. 283. A. *divaricatum* L. ad A. *purpurascentem Mühl.* trahit, quem tamen p. 289 instar synonymi ad POLLINIAM *scopariam* posuit.

S. V. II. p. 812. *Mant.* II. p. 446. n. 7. ANDROPOGON *acicularis.*

Obs. Addatur patriae: *China, insulae Oceani pacifici, Nov. Holl.*. *Spr.* qui hujus synonymon dicit: CENTROPHORUM *chinense Trin.* in *Cur. post.* p. 32.

Mant. II. p. 447. n. 7 b. ANDROPOGON *monticola*; erectus, ramosissimus; foliis linearibus, erecto-patulis, glabris; paniculâ erectâ, laxâ; ramis subverticillatis; spiculis ternis, mediâ sessili hermaphroditâ; glumâ calycinâ inferiore rufo-ciliatâ, setâ subreflexâ; aristâ longissimâ, fuscâ, flexuosâ. CHRYSOPOGON *montanus Trinius in Spr. n. Entd.* II. p. 93. ANDROPOGON *montanus König in Herb. Banks.* et *Jacq.*

Rad. fibrae durae, flexuosae, spadiceae. Culm. flaccidus, dodrantalis, 6-8-nodis, teres, superne filiformis et ad paniculam usque vaginatus, inferne et medio ramosissimus: ramis foliiferis. Vaginae culmeae internodio breviores; ramificationum longiores, laxae, striatae, glabrae. Ligula obsoleta. Folia digitalia et breviora, lin. lata et paulo latiora, acuta, juniora et culmea compressa; inferiora planiora, glabra, margine scabriuscula. Panicula 2 poll., rhachi tenui, laevi; ramis simplicibus, adscendenti-erectis, laxis, in verticillis tribus senis ternisve, elongatis, fere capillaribus, glabris, apice floriferis. Spiculae terminales, lanceolatae, pilis rufis involucratae. Hermaphrodita: Cal. lineari-oblongus, coriaceus, obtusus, 1-florus: gluma utraque involuta: inferior latior 3-nervis, nervo medio pilis rufis longiusculis, apiceque in setam ochraceam triplo longiorem excurrens; superior linearis, paullo brevior, apice obtuso utrinque barbatula. Cor. hyalina; valv. infer. brevis, apice obtuso aristâ parum tortili, pilis raris adspersâ; superior longior. Lodiculae squamae collaterales, truncatae. Stam. 3. Antherae lineari-oblongae. Spiculae pedicellatae sessili paulo minores: pedicellus hinc rufopilosus. Cal. biglumis, 1-florus: gluma infer. coriaceo-herbacea, basi apiceque pubescens, 5-nervis: nervo medio in setam duplo longiorem producto; superior angustior, acuta, 1-nervis. Cor. hyalina, mascula: valvulae lineari-lanceolatae, acutissimae, subaequales, pilis adspersae. Stamina 3. *Trinius.* *In India orientali.*

S. V. p. 813. *Mant.* II. p. 447. n. 10. ANDROPOGON *avenaceus* a clo *Spreng. S. V. p.* 287. ad A. *nutantem* L. ducitur, et, *in Cur post. p.* 33. *nutanti* proximus, ni idem, dicitur, A. *glaucus Torr. Annal. Lyc. of N. York* I. p. 153.

S. V. II. p. 814. *Mant.* II. p. 449. n. 14. ANDROPOGON *Nardus*. Addatur synonymon:
Trinius in Spreng. n. Entd. II. p. 90.

Culmus multinodis et polyphyllus, superne compressiusculus, ad paniculam usque foliosus. Internodia poll., inferiora laevissime arcuata, teretia, ramosa. Vaginae ramificationum internodiis longiores, culmeae eadem aequantes, laxiusculae, striatae, glabrae, fauce utrinque brevi-auriculatae: appendicibus erectis ligulam mentientibus. Ligula vera membranacea, exserta, eroso-truncata. Folia lanceolato-linearia, erecto-pa-

tentia, vaginis tortis, unilateralia, spithamaea, 2 1/2 lin. lata, plana, filiformi-attenuata, undique glabra, nervo medio obsoleto, striata: suprema paniculam superantia. Panicula e vagina suprema, 3-4 poll., erecta, subcontracta, foliolosa, e pedunculis 2 primariis formata: altero breviori paucifloro; altero longiore paniculam proprie formante, iterum ferente vaginas (angustiores et breviores foliolo terminatas) e quarum sinu exeunt pedunculi eodem modo proliferi: pedicelli singuli spicis binis, conjugatis, primo erectis, dein divergentibus, linearibus, 1/2 poll., plerumque spicularum paria 4 ferentibus. Spicula altera sessilis, aristata, ☿: cal. biglumis, 1-florus: glumae coriaceo-chartaceae, subaequales, glabrae: inferior lineari-oblonga, subcomplanata, obtusiuscula, ad latera superne carinata, angulis hispidis; superior paulo brevior, lanceolata, acuta, subtriangularis. Cor. inversa, hyalina: valv. infer. angustissima, brevior, bifida, inter lacinias emittens aristam triplo longiorem, tortilem, fuscam, medio geniculatam, apice flaventem; valv. super. longitudine fere calycis, lanceolata, acuta. Ovarium oblongum; stigmata exserta, atropurpurea. Stam. 3. Antherae lineari-oblongae. Lodiculae squamae collaterales, truncatae. Flosc. pedicellati pedicellus articuliformis, candide villosus. Cal. biglumis: gluma infer. lanceolata, herbacea, acuta, superiorem membranaceam paulo breviorem obvolvens. Cor. nulla. Hic, et A. *Schönanthus* etc. transitum in ISCHAEMUM constituunt. *Trinius.*

n. 14 a. ANDROPOGON *latifolius Spreng.*; spiculis plurimis, paniculatis; flosculis hermaphroditis, lanceolatis, acutis, pedicellatis, pedicellis longe barbatis; aristâ flosculum duplo superante; foliis lato-lanceolatis vaginisque glabris; ligulâ barbatâ. *Spreng. S. V.* p. 286.

In Guadalupa, Martinica.

S. V. II. p. 815. *Mant.* II. p. 449. n. 16. ANDROPOGON *strictus.* Addatur synonymon:

SACCHARUM *strictum Spreng. S. V.* p. 282 et hoc teste: SACCH. *appressum Kitbl. in litt.*

S. V. II. p. 815. *Mant.* II. p. 449. n. 17. ANDROPOGON *alopecuroides* clo *Spreng. S. V.* p. 282. synonymon SACCHARI *gigantei Pers.* (ERIANTHI *saccharoidis.*)

S. V. II. p. 817. n. 23. ANDROPOGON *flexilis* clo *Spreng. S. V.* p. 284. synonymon A. *macrouri.*

S. V. II. p. 819. n. 30 a. ANDROPOGON *gracilis Spreng.*; spicae solitariae rhachi pedicellisque plumosis; flosculis dissitis: masculo obsoleto; foliis setaceis, elongatis, rigidis, glabris; culmo ramoso. *Spreng. S. V. p.* 284.

In Hispaniola.

Mant. II. p. 451. *n.* 32 a. ANDROPOGON *conjugatus.* Addatur synonymon:

SACCHARUM *conjugatum Spreng. S. V.* p. 283.

Mant. II. p. 452. n. 32 d. ANDROPOGON *tridentatus.* Addatur synonymon:
SACCHARUM *tridentatum* *Spreng.* *S. V. p.* 283. et hoc teste: ANDROP. *binatus* *Retz.*

S. V. II. p. 821. n. 36. ANDROPOGON *villosus.* Addatur synonymon:
POLLINIA *villosa* *Spreng. S. V. p.* 288.

S. V. II. p. 822. n. 39. ANDROPOGON *incurvatus.* Addatur synonymon:
Trinius in *Spreng. n. Entd.* II. p. 92.

Specimen a *König* in *Herb. Banks.* et *Jacq.* a planta *Retz.* differre videtur, nisi haec male descripta, ut videtur. Culmus abscissus 1 1/2 ped., vix pennae corv. crassitie, farctus, teres, glaberrimus, infra spicarum fasciculum pubescens, trinodis: nodis incano-barbatis: supremo leviter geniculato; inferioribus ramosis, ramis floriferis. Vaginae internodio multo breviores, striatae, glabrae, carinatae, fauce intus pilis adspersae. Ligula brevissima, ciliatula. Folia spithamaea, sensim breviora, erecta, linearia, sensim attenuata, subcompressa et carinata, striata, undique glabra praeter paginae superioris basin pilis longiusculis adspersam. Spicae 3 aut 2, ramificationum inferiorum solitariae, 2 poll., nutantes et curvulae, viridi-flavae, crassitie pennae gallinaceae, brevipedicellatae, alternae; pedunculis pube tectis. Rhachis partialis articulata: interstitiis incurvis, articulis albo-barbatis: infimis 3-4 uni-, reliquis bifloris. Spiculae imbricatae: altera sessilis hermaphrodita, ad latus spicae superius: cal. biglumis, flosculo paulo longior, herbaceo-coriaceus; gluma inferior subrotunda, 10-striata, inferne pubescens, margine superiore ciliato-hispida, lateribus inflexis; superior lanceolata, carinata, 5-nervis, dorso superne ciliato-cristata. Cor. bivalvis hyalina; valv. infer. linearis, angustissima, excurrens in aristam longissimam, tortilem, tenuissime flexuosam, geniculatam, spadiceam; valv. superior oblongo-lanceolata. Lodiculae squamae collaterales, truncatae. Stigmata angusta. Stam. 3. Antherae lineari-oblongae. Spicula altera pedicellata mascula vel neutra, latus spicae inferius tenens. Cal. biglumis: gluma inferior hermaphroditi; superior lineari-oblonga, inclusa. Cor. hyalina, bivalvis, mutica. *Trinius.*

S. V. II. p. 822. *Mant.* II. p. 454. n. 40. ANDROPOGON *angustifolius.* Addatur synonymon:
ANDROP. *Ischaemum* *Bess. Prim. Fl. gal.* I. p. 72. et *Enum. pl. Volh. Pod.* p. 5. fid. *Besser in litt.*

Obs. Cl. *Mert.* et *Koch* in *Deutsch. Fl. p.* 539 cum cel. *M. Bieb.* *A. angustifolium* *Smith* cum *A. Ischaemo* *Linn.* *Spec.* (non *Linn. Herb.*) conjungunt.

Mant. II. p. 455. n. 41 b. ANDROPOGON *orthos* s. *A. strictus* *Roxb.* clo *Spreng. S. V.* p. 286 synonymon *A. pertusi* *Willd.*

S. V. II. p. 826. n. 48. ANDROPOGON *condensatus.* Addatur synonymon:

CYMBOPOGON *condensatus Spreng. S. V. p.* 289.

S. V. II. p. 826. n. 49. ANDROPOGON *monostachyus Spreng.* est A. *foveolatus Del.* fid. *Spreng. S. V.* p. 283.

S. V. II. *p.* 826. *n.* 52. ANDROPOGON *triticeus* clo *Spreng. S. V.* p. 283. synonymon ANDROPOGONIS (HETEROPOGONIS) *Allionii.*

S. V. II. p. 827. n. 61. ANDROPOGON *fragilis.* Addatur synonymon:

POLLINIA *fragilis Spreng. S. V. p.* 289.

Mant. II. p. 456. n. 63. ANDROPOGON *vaginatus Ell.* est A. *glaucescens Humb. et Bonpl.* fid. *Spreng. S. V.* p. 284.

Mant. II. p. 456. n. 64. ANDROPOGON *tetrastachys Ell.* a clo *Spreng. S. V. p.* 285 cum? ad A. *ternarium Mich.* trahitur.

n. 380. POLLINIA.

S. V. II. *p.* 829. *n.* 4. POLLINIA *vaginata Spreng.* est P. *brevifolia* fid. *Spreng. S. V. p.* 288.

S. V. II. *p.* 830. *n.* 6. POLLINIA *monandra Spreng.*; spicis subsolitariis, terminalibus, longe pedunculatis; flosculis monandris; foliis basi pilosiusculis; culmo filiformi, stricto. *Spreng. S. V. p.* 288.

In India orientali.

n. 381. CYMBOPOGON.

S. V. II. p. 833. *Mant.* II. p. 458. *n.* 3. CYMBOPOGON *Schönanthus.* Addatur synonymon:

ANDROPOGON *citratus Hortor.*

n. 382. HETEROPOGON.

S. V. II. p. 836. *Mant.* II. p. 460. post n. 2. HETEROPOGONEM *contortum* inseratur:

n. 2 a. HETEROPOGON *megapotamicus*; spicâ terminali imbricatâ, longissimâ; flosculis sericeo-villosis; aristis longissimis, hirsutis, secundis; foliis convolutis, glabris. ANDROPOGON *megapotamicus Spreng. Cur. post. p.* 33.

Ad Rio grande. Sello.

n. 383. SORGHUM.

S. V. II. p. 836. *Mant.* II. p. 461. n. 1. SORGHUM *vulgare*. Addatur synonymon:

Spreng. S. V. p. 292, qui S. *nigrum S. V. ed. nostr.* et S. *rubens Willd.* varietates dicit, et tamen S. *rubens Willd.* iterum specie distinguit.

S. V. II. p. 837. n. 6 a. SORGHUM *nervosum Besser*; calycibus ovatis, acutiusculis, superne nervosis subpubescentibusque; seminibus aristatis; paniculâ patente; ramis verticillatis, ternis. *Besser in litt.*

Planta in fimetario culta 4 ped., annua; culmus et folia excepto margine scabro glabra. Folia ped., lanceolata, basi rotundata, acutissima, nervosa, costâ supra albâ. Ligula brevissima, truncata. Panicula erecta, vix spithamaea, sat rara, verticillis inferioribus fere pollice distantibus; ramis $1\,^{1}/_{2}$ poll.; locustis secundis. Rhachis et ramuli nudi, ad angulos scabri. Calyces ☿ cartilaginei, nitidi, superne 9-15 nervosi: nervis in junioribus exsiccatis per totam longitudinem conspicuis. Arista locustâ duplo longior, bicolor, geniculata. Masculi oblongo-lanceolati, pedicello saepius lineam longo insidentes. Antherae et stigmata flava. *Besser in litt.*, qui e *semin. chinensibus* ab amiciss. *Weinmann* communicatis.

S. V. II. p. 838. *Mant.* II. p. 462. n. 7. SORGHUM *Caffrorum* clo *Spreng. S. V.* p. 292 synonymon S. *saccharati*.

S. V. II. p. 839. n. 10. SORGHUM *serratum*. Addatur synonymon:

PANICUM *serratum Spreng. S. V.* p. 309.

S. V. II. *p.* 840. *n.* 13. SORGHUM *nitidum*. Addatur synonymon:

ANATHERUM *nitidum Spreng. S. V. p.* 290.

S. V. II. p. 840. n. 15. SORGHUM *setifolium*. Addatur synonymon:

ANATHERUM *setifolium Spreng. S. V. p.* 290.

S. V. II. p. 840. n. 16. SORGHUM *parviflorum*. Addatur synonymon:

ANATHERUM *parviflorum Spreng. S. V. p.* 290.

S. V. II. *p.* 840. *n.* 17. SORGHUM *fulvum*. Addatur synonymon:

ANDROPOGON *tropicus Spreng. S. V. p.* 287.

S. V. II. p. 841. n. 18. SORGHUM *plumosum*. Addatur synonymon:

ANDROPOGON *australis Spreng. S. V.* p. 287.

S. *V.* II. p. 841. n. 19. SORGHUM *elongatum.* Addatur synonymon:
ANDROPOGON *elongatus Spreng. S. V. p.* 287.

n. 384. APLUDA.

S. *V.* II. p. 841. *Mant.* II. p. 462. n. 1. APLUDA *aristata.* Addatur:

Obs. Cls. *Spreng.* in *S. V. p.* 290 ad A. *aristatam* instar synonymi trahit A. *geniculatam Roxb.*; specie vero distinguit APLUD. *glaucam Schreb.* s. ANDROPOGONEM *glaucum Retz.*

n. 385. ANTHISTIRIA.

S. *V.* II. 842. *Mant.* II. p. 463. n. 1. ANTHISTIRIA *ciliata.* Addatur:

Obs. Cls. *Spreng.* in *S. V. p.* 291. A. *ciliatam Retz* huc excludit et ad A. *australem R. Br.* ducit.

S. *V.* II. p. 843. n. 3. ANTHISTIRIA *barbata.* Addatur:

Obs. Cls. *Spreng. S. V. p.* 291. A. *japonicam W.* involucris linearibus, ciliatis, apice serrulatis; calycibus hirtis, striatis; aristâ longissimâ, sericeâ, tortâ, ab A. *barbata Desf.* distinguit.

n. 387. PSAMMA.

S. *V.* II. p. 845. *Mant.* II. p. 464. n. 1. PSAMMA *arenaria.* Addatur synonymon:
PSAMMA *pallida Presl* fid. *auct.* in *Fl. sicul.*

n. 388. ARUNDINARIA.

S. *V.* II. p. 846. *Mant.* II. p. 465. n. 2. ARUNDINARIA *macrosperma.* Addatur synonymon:
MACRONAX *Rafin. Med. Rep. of New. York.*

n. 389. TRIGLOSSUM.

S. *V.* II. *p.* 846. *Mant.* II. *p.* 466. *n.* 1. TRIGLOSSUM *bambusinum* clo *Spreng. S. V.* p. 238. synonymon ARUNDINARIAE *glaucescentis*; clo *Dietr. Nachtr.* 9. p. 270 REMIREAE *maritimae Aubl.*

TRIGYNIA.

---

n. 391. HOLOSTEUM.

S. *V.* II. p. 857. n. 3. HOLOSTEUM *succulentum* clo *Spreng. cur. post.* p. 37. ARENARIA *peploides.*

S. *V.* II. p. 858. *Mant.* II. p. 467 n. 5. HOLOSTEUM *umbellatum.* Addatur:

Obs. HOL. *umbellati* varietas est H. *ciliatum*, caulibus adscendentibus, glanduloso-pubescentibus, basi glabris; foliis oblongis, glabris, margine glanduloso-ciliatis; floribus umbellatis. *Opiz. Verzeichn. p.* 128.

S. *V.* II. p. 858. n. 7. HOLOSTEUM *mucronatum Moc. et Sessé;* pubescens; caulibus procumbentibus; foliis cordatis; stipulis . . ., pedunculis trifloris. *Moc. et Sessé Fl. mex. ined. Decand. Prodr.* 1. *p.* 393.

Stylus 1; stigmata 3 ex icone. An var. H. *cordati?* An DRYMARIA? *Decand.* *In Mexico.*

n. 393. LECHEA.

S. *V.* II. p. 859. *Mant.* II. p. 467. n. 1. LECHEA *minor.* Addatur:

Obs. Cl. *Decand.* in *Prodr.* I. p. 286. sub LECHEA *villosa Ell.;* undique hirsuta; fol. oblongo-lanceolatis, mucronatis; paniculâ foliosâ, pyramidatâ; ramis apice floriferis; floribus fasciculato-racemosis, secundis, brevissime pedicellatis conjungit L. *majorem Pursh* (non *Linn.*) et L. *minorem Linn.* fid. *Smith., Lam. Ill.* t. 52. f. 2. (pessim.); hujus β cum? illi est L. *mucronata*, pilosa; caule recto simplici; racemo composito; floribus bracteolatis *Rafin.* (*S. V. ed. n. Mant.* II. *l. c.*). L. *minor:* glabriuscula; fol. lineari-lanceolatis, acutis; paniculâ foliosâ; ramis elongatis undique floriferis; floribus breviter pedicellatis; caule assurgente, illi est L. *minor Pursh, Lam. Ill. t.* 52. *f.* 2. L. *major Bigel. Fl. bost. p.* 29 ab eodem ad HELIANTHEMUM *rosmarinifolium Pursh* ducitur. Cls. *Spreng. S. V. p.* 363 L. *minorem* L. ad L. *racemulosam Mich.* ducit.

S. *V.* II. p. 859. n. 2. LECHEA *thymifolia.* Addatur synonymon:

L. *minor Walt. Car.* 83. fid. *Ell. Sketch. p.* 158 et *Decand. Prodr. l. c.*

S. *V.* II. p. 861. n. 5. LECHEA *tenuifolia.* Addatur synonymon:

L. *juncifolia Walt. Car. p.* 83. *fid. Ell. et Decand. ll. cc.*

n. 394. ERIOCAULON.

S. *V.* II. p. 863. n. 7. ERIOCAULON *sexangulare.* Addatur:

Obs. Cls. *Spreng. S. V.* III. *p.* 776. ERIOC. *minimum Lam.* s. *sexangulare Burm.* sequente phrasi specie distinguit: E. scapo setaceo, folia linearia, canaliculata, erecta superante; capitulo globoso, glabro.

S. *V.* II. p. 865. n. 12. ERIOCAULON *microcephalum* a clo *Spreng. S. V.* II. p. 775 *ad* E. *triangulare* L. spectare dicitur.

S. *V.* II. p. 867. n. 19. ERIOCAULON *caulescens* clo *Spreng. S. V. p.* 775. idem cum E. *congesto.*

n. 396. MOLLUGO. *)

S. V. II. p. 871. *Mant.* II. p. 471. n. 2. MOLLUGO *stricta.* Addatur synonymon:

M. fol. subquaternis, lanceolatis, radicalibus spathulatis; racemis paniculatis, dichotomis; capsulis calycem aequantibus; caule angulato. *Blume Byd. Flor. Nederl. Ind.* 2. St. *p.* 62.

Obs. Cls. *Spreng. S. V. p.* 949 iterum distinguit M. *triphyllam Lour.*; fol. ternis, lanceolatis, sessilibus, glabris; floribus paniculatis; caule diffuso, ramoso.

Mant. II. p. 471. n. 6 a. MOLLUGO *dichotoma.* Addatur synonymon:

MOLLUGO *Schrankii Seringe in Decand. Prod.* 1. *p.* 391., qui in *Schrank. h. mon.* syn. *Linn.* f. excludi jubet. Clo *Spreng. S. V.* p. 949. synonymon M. *verticillatae* est.

n. 6 b. MOLLUGO *multiflora Ser.*; caulibus diffusis, dichotomis; foliis lanceolatis, inaequalibus; floribus disticho-paniculatis, numerosis. *Seringe* in *Dec. Prodr.* 392. Clo *Spreng. S. V.* p. 949. synonymon M. *strictae.*

In China. Herb. Lambert.

S. V. II. p. 872. n. 7. MOLLUGO *radiata.* Addatur synonymon:

Decand. Prodr. 1. *p.* 392. et hoc teste: *Pluk. Phyt. t.* 118. *f.* 1. *Spreng. S. V.* p. 949 vero eam ad M. *pentaphyllam* L. trahit.

Mant. II. p. 471. n. 7 a. MOLLUGO *trifolia.* Addatur synonymon:

MOLLUGO *Linkii Ser.* in *Decand. Prodr.* 1. *p.* 392.

n. 399. KOENIGIA.

S. V. II. *p.* 873. *n.* 2. KOENIGIA *nepalensis Don*; caule erecto, retrorsum hispido; foliis ovatis, acutis; floribus terminalibus, glomeratis. *Don Fl. nepal. Spreng. cur. post. p.* 37.

In montibus Emodi.

n. 402. ELODEA.

S. V. II. *p.* 874. *Mant.* II. *p.* 473. n. 3. ELODEA *canadensis.* Addatur.

Obs. Cls. *Spreng.* in *S. p.* I. p. 170. TRIANDRIAE MONOGYNIAE inseruit UDORAM *verticillatam*, ad quam ab illo instar synonymorum ducuntur: SERPICULA *verticillata L.*, *Mühl.*, *Roxb.*, *Willd.*, HOTTONIA *serrata Willd.*, ELODEA *canadensis Mich.*, SERPICULA *occidentalis Pursh.* et IXIA *aquatica Mühlenb. in litt.*; in *curis post. p.* 25. UDORAE jungit tanquam 2. speciem: ELODEAM *granatensem*, *Humb.* et instar 3. E. *orinocensem Rich.*. S. *verticillata Rostk. Fl. sedin. p.* 370 illi nunc aut CAULINIA *flexilis*, aut nova CAULINIAE species videtur.

---

*) *Seringe* in *Decand. Prod.* 1. *p.* 391. PHARNACEA omnia MOLLUGINES; cls. *Spreng.* vero in *S. V. p.* 949 MOLLUGINES PHARNACEA dicit.

INDEX

ADDITAMENTORUM AD MANTISSAM

AD VOLUMEN I. et II.

pag.

Abildgaardia.
indica 541
monostachya . . 541
tristachya . . . 542
vaginata . . . 542

Acaena.
adscendens . . . 252
agrimonioides . . 251
argentea . . . 251
sarmentosa . . 251
sericea 252

Acaste.
pulchra . . . 394*
venusta . . . 393*

Achnatherum . . . 570*

Achnodonton.
Bellardi . . . 575
tenue 575

Acroglochin.
chenopodioides . . 261

Acrospelion . . . 526

Acroxis 524

Actinochloa.
gracilis . . . 582
hirsuta 582
humilis 582
procumbens . . . 582
prostrata . . . 582
scorpioides . . . 582
simplex 582
tenuis 582

Aegilops 527
caudata 656

pag.

Aegilops.
cylindrica . . . 657*
echinata . . . 657
triaristata . . . 657
triuncialis . . . 657

Aegopogon.
cenchroides . . . 663
quinquesetus . . . 663
unisetus . . . 663

Agardhia.
cryptantha . . . 109*
grandiflora . . . 109*

Agraulus.
anemagrostoides 555*

Agropyrum.
acutum 653
caesium . . . 654. 654*
collinum . . . 655*
cristatum . . . 655. 655*
desertorum . . . 655
firmum 654*
geminatum . . . 655
giganteum . . . 654*
glaucum . . . 654. 654*
hispanicum . . . 655
imbricatum . . . 655
intermedium . . . 654*
junceum . 653. 653* 655*
mucronatum . . . 654*
muricatum . . . 655
obtusiflorum . . . 654
pectiniforme . . . 655
pungens 654*
repens . . 653* 654 654*
— dumetorum . . 654
— Leersianum . . 654

pag.

AGROPYRUM.
— sesquitertium . 655
rigidum . . 653. 654*
scripeum . . . 655

AGROSTIS.
airoides 571
alba . 567. 567*bis 568* bis
algida . . . 555. 575
alopecuroides . 555*
alpina . . 554*bis 567*
ambigua . . . 568*
aristata . . . 567*
aspera . . . 569. 572
brachystachys . . 569
brevifolia . . . 572
Calamagrostis . 570. 603*
canina . 553* 554* bis
capensis . . . 569
capillaris 555. 567. 567* 568*bis
Carmichaeli . . . 571
cespitosa . . . 572
clandestina . 569. 572
clavata 556
coarctata . . 567* 568*
composita . . . 569
compressa . . 568* bis
conspicua . . . 571
coromandeliana . . 569
cryptandra . . . 569
decumbens . 567* 568*
densa 567*
diandra 571
diffusa . 567* 568* bis
domingensis . . 570
dulcis 568*
effusa . . . 555*
elegans . . . 555* 570
erecta . . . 582*
exarata 573
fascicularis . . 553*
filiformis . 554* 581*
foliosa . . . 570
Forsteri 571
geminata . . . 573
gigantea . . 568* bis
glaucina . . 554*
hispida . 567* 568* bis
humifusa . . . 571
hybrida . . . 554*
indica . . 569. 571
involuta . . . 568. 572
juncea . . 569. 575
Juressi 569
lanceolata . . . 570
lithuanica . . . 568

AGROSTIS.
longearistata . 565*
lutosa 569
media 571
mexicana . . 570. 572
mutabilis . . 567*
mutica . . . 553*
noveboracensis . 555*
nutans . . . 569. 577*
oligantha . . . 572
pallida 572
palustris . . 567*
paradoxa . . . 575*
patula . . . 568*
pauciflora . . 568* 572
pernambucensis . . 571
peruviana . . 575*
plumosa . . 557*
polymorpha 567* ter. 568*
Pourreti . . . 654*
purpurascens . . . 571
purpurea . . . 572
pusilla . . . 554*
quadriseta . . 637*
quitensis . . . 577*
racemosa . . . 569
ramosa 570
ramulosa . . 571*
rivularis . . . 568*
rubra . . 554* 568*
rupestris . . . 554*
setacea . . . 554*
setifolia . . . 554*
sobolifera . . 570. 572
spicata . . . 568. 569
Spica Venti . . 572
Sporobolus . . . 571
spuria 567
stolonifera 567. 567* ter. 568*bis
stolonizans . . . 567
stricta . . . 553*
sylvatica . 567* 568*
tenacissima . . . 571
tenella 567
tenuiflora . . . 572
tenuifolia . . 553* 568
tenuissima . . . 571
Torreyana . . . 572
tremula 569
trichodes . . . 569
trichopodes . . . 572
varia 568*
varians . . 568* bis
verticillata . 567. 568*
villosa 570*
vinealis . . 553* 568*

pag.

AGROSTIS.
violacea . . . 568*
virginica . . . 569
vulgaris . 553* 554* 567* 568

AIRA . . . 524
alba . . . 622*
alpina . . . 639*
ambigua . . . 639*
arctica . . . 639*
articulata . . . 641*
arundinacea . . . 638
brasiliensis . . . 661*
canescens . 638* 640*
capillaris . . . 638*
caryophyllea 638. 638* 640*
cespitosa . . . 639*
discolor . 637* 638*
effusa . . . 641*
elegans . . . 638
flexuosa . . . 637
glauca . . . 625*
hispida . . . 642*
ischaemoides . . . 588*
juncifolia . . . 622*
laevigata . . . 639*
laevis . . . 641*
lendigera . . . 638*
mollis . . 626* 643
montana . . 637. 637*
mucronata . . . 641*
multicaulis . . . 638
nitida . . 626. 643
obtusata . . . 642*
pallens . . . 636
paludosa . . . 638*
pulchella . 555* 638*
refracta . . . 639*
sabulonum . . . 638
saxatilis . . . 638*
scabro-setacea . . . 637*
semineutra . . . 610*
sicula . . . 605*
subspicata . 526* 636*
subtriflora . . . 639
tenuissima . . . 586*
trichodes . . . 569*
triflora . . . 621*
truncatula . . . 638*
uliginosa . . . 637
valesiaca . . . 626*

AIROPSIS.
agrostidea . . . 618
obtusata . . 618. 642

pag.

ALEXIS.
bifurca . . . 86*
grandiflora . . . 86*
ALMEIDA . . . 216*

ALOPECURUS.
agrestis . . . 552*
alpestris . . . 551
alpinus . . . 551
antarcticus . . . 552*
aristulatus . . . 553*
bulbosus . . . 551
creticus . . . 552
effusus . . . 555*
fulvus . . . 553
geniculatus . 552. 553* bis
Gerardi . . . 575*
Gieseckeanus . . . 552*
Konradii . . . 553*
macrostachyus . . . 551
nigricans . . . 551
ovatus . . . 552*
Pallasii . . . 573*
paludosus . . 552. 553*
paniceus . . . 563*
pratensis . . 551. 552*
repens . . . 551*
ruthenicus . . . 551
scaber . . . 551*
subaristatus . . . 553*
trivialis . . . 551*

ALPINIA.
calcarata . . . 85
cernua . . . 85*
erecta . . . 85
exaltata . . . 84*
Galanga . . . 84
media . . . 85*
mutica . . . 85
nutans . . . 84
occidentalis . . . 84
racemosa . . . 84
tubulata . . . 85

AMARANTHUS.
cauliflorus . . . 261*
diandrus . . . 261*

AMETHYSTEA.
caerulea . . . 244

AMOMUM.
Afzelii . . . 86
angustifolium . . . 86
elatum . . . 86*
Grana Paradisi . . . 86
grandiflorum . . . 86

pag.

AMOMUM.
xanthorhiza . . 85*

AMPHILOCHIA 76
cordata 107
dichotoma . . . 106

AMPHIPOGON 663*

ANARTHRIA . . . 527

ANATHERUM.
Berterianum . . 664
megapotamicum . . 664
muricatum . . . 664
muticum . . . 664
nitidum . . . 669*
parviflorum . . 669*
portoricense . . 664*
setifolium . . 669*
tripsacoides . . 663*

ANCISTRUM.
argenteum . . 251*
laevigatum . . 251*
sarmentosum . 251*

ANDROPOGON.
acicularis . . 563. 664
Allioni . . . 668*
alopecuroides . . 666
angustifolius . . 667
australis . . . 669*
avenaceus . . . 665
binatus . . . 667*
caricosus . . . 556
citratus . . . 668*
condensatus . . 668
conjugatus . . . 666
crinitus . . . 600*
divaricatus . . . 664
elongatus . . 670*
flexilis 666
foveolatus . . . 668
fragilis 668
glaucescens . . . 668
glaucus . . 665. 670*
gracilis . . . 666
incurvatus . . . 667
insularis . . 594*
Ischaemum . . 667*
latifolius . . . 666
macrouros . . . 666
megapotamicus . 668*
melanocarpus . 565*
monostachyus . 668*
montanus . . 665*
monticola . . . 665

pag.

ANDROPOGON.
muricatus . . 664*
Nardus 664*
nutans 665
orthos 667
pertusus 667
purpurascens . . 664
Schönanthus . . 666
squarrosus . . . 664*
strictus . . . 666. 667*
ternarius 668
tetrastachys . . . 668
tridentatus . . . 667
triticeus 668
tropicus . . . 669*
vaginatus . . . 668
villosus 667
virens . . . 659*

ANEILEMA.
hispidum . . . 409*
longifolium . . 408*
radicans . . . 409*

ANGOSTURA 215*

ANGURIA 217*

ANISOPOGON.
avenaceus 583

ANOMATHECA 393*

ANOMAZA.
excisa 393*

ANTHEPHORA.
villosa 600

ANTHISTIRIA.
australis 670
barbata 670
ciliata 670
japonica 670

ANTHOBOLUS . . . 384

ANTHODON.
Selloanus 411
trinervis 411
undulatus 411

ANTHOLYZA.
aethiopica 395
coccinea . . . 395*
Cunonia 395
floribunda . . . 395*
ringens 395
vittigera 395

ANTHOXANTHUM . . . 524
amarum 262

pag.

ANTHOXANTHUM.
asperum . . . 262*
gracile . . . 262
odoratum . . . 262
paniculatum . 262*

ANTIRRHINUM.
tenellum . . . 234*

ANTITRAGUS.
aculeatus . . 575*

APHELANDRA.
cristata . . . 236*

APHYLAX.
spiralis . . . 409*

APLUDA.
aristata . . . 670
geniculata . . . 670
gigantea . . . 664*
glauca . . . 670*

ARENARIA.
peploides . . . 670

ARISTEA.
caerulea . . . 395
spathacea . . . 396*
umbellata . . . 396*

ARISTIDA.
arundinacea . . . 580
caerulescens . . 578*
fasciculata . . . 578*
gracilis . . . 580
longispicata . . . 580
megapotamica . . 578*
oligantha . . . 580*
pennata . . . 579
piligera . . . 579
pilosa . . . 579*
racemosa . . . 577*
Sieberiana . . . 578*
squarrosa . . . 577*
uniplumis . . . 579
virgata . . . 579

ARRHENATHERUM . . 524
avenaceum . . . 600
bulbosum . . . 600*
precatorium . . 600*

ARTHRATERUM . . 580
pungens . . . 579
stipoides . . . 579

ARTHRAXON.
ciliare . . . 661

ARTHROCHLOA . . . 524

pag.

ARUBA . . . 215* 216*

ARUNDINARIA.
glaucescens . . . 670
macrosperma . . . 670

ARUNDO . . . 524. 570
acutiflora . . . 603*
agrostoides . . . 604
annulata . . . 602
airoides . . . 604*
bifaria . . . 604
Calamagrostis . . 570*
canadensis . . . 603
canescens . . . 601*
cinnoides . . . 604
cuspidata . . . 604
dioeca . . . 605*
Epigejos . . . 570. 601
glauca . . . 604
Hostii . . . 603*
isiaca . . . 575
Langsdorffii . . . 603
laxa . . . 602
lithuanica . . . 602
littorea . . . 602
maritima . . . 601
montana . . . 603*
Phragmites . . . 604
plumosa . . . 604
Pseudophragmites 602. 602* 604*
purpurascens . . . 603
purpurea . . . 603. 603*
pygmaea . . . 605*
Schwabii . . . 603
Selloana . . . 604
stricta . . 581. 602. 603
strigosa . . . 603*
tenella . . . 567* 604
tenuifolia . . . 604
varia . . . 603. 603*
vilnensis . . . 602

ASCARINA . . . 79*

ASPRELLA.
australis . . . 551
hexandra . . . 551
imbricata . . . 551
lenticularis . . . 551
mexicana . . . 551
ovata . . . 551
virginica . . . 551

ATAXIA . . . 524

ATHEROPOGON.
Antillarum . . . 579*

pag.

ATHEROPOGON
apludoides . . . 582
bromoides . . 645
distichus . . 645*
domingensis . . 583*
humilis . . . 582*
juncifolius . . 645*
Pentarrhaphis . 582*
procumbens . . 582*
racemosus . . . 582
Triaena . . . 582*

AVENA 526
Alopecurus . . 526*
alpestris . . . 526*
alpina . . . 634*
amethystina . . . 636
antarctica . . . 637
arenaria . . . 635*
argentea . . . 526*
arundinacea . . 634*
atherantha . . 636
barbata . . . 636*
brevifolia . . . 526*
brevis . . . 526. 636
bromoides . . 637*
Brownii . . . 641*
capensis . . . 637
capillaris . . . 638*
condensata . . . 526*
convoluta . . 636*
coquimbensis . 637
cuspidata . . 601*
disticha . . 635*
distichophylla . 526*
elongata . . . 637
fallax 636*
fatua . . . 526. 636. 637
filifolia 637
flavescens . . 526*
flexuosa . . . 637*
Forskåli . . . 634*
heteromalla . . 636*
hirsuta . . 526. 636
hirtula 637
hispida . . 636. 637*
Königii . . . 580*
longifolia . . . 641*
maxima . . . 637
montana . . . 637*
muricata . . . 637*
mysorensis . . 621*
neglecta . . . 526*
nuda 526. 636
orientalis . . . 526. 636

pag.

AVENA
pallens . . . 635* 637
palustris 636
panicea 626*
parviflora . . . 526*
pensylvanica . . 637*
planiculmis . . . 526*
praecox 636
pratensis . 526* 634* 637
pubescens . . 526* 634*
quadriseta 637
rigida 526*
sativa 526
scabriuscula . . . 637
sempervirens . . 526* 636
sesquitertia . . . 634*
setacea 637
sicula 634*
sterilis 526
stipoides . . . 564*
strigosa 526
tenuis 526*
tolucensis . . . 637
triseta 637*
versicolor . . . 526*
Wilhelmsii . . . 634*

AXONOPUS
aureus . . . 561. 609
digitatus 561

BABIANA
nana 394*
spathacea . . . 394*
stricta 394*
villosa 394*

BLITANTHUS
nepalensis . . . 261*

BOBARTIA
juncea 396*

BOERHAAVIA
adscendens . . . 217*
africana . . . 217*
decumbens . . . 217
diffusa 217*
discolor 217*
erecta . . . 217. 247*
excelsa 217
hirsuta 217
obtusifolia . . . 217*
paniculata . . . 217*
patula 217
pulverulenta . . . 217*
repanda 217*

	pag.
Boerhaavia	
tuberosa	217*
viscosa	217*
Boldoa	
repens	406
Bonplandia	215* 216*
Candolleana	230*
cuneifolia	235* 252*
Erythrochiton	232*
Fontanesiana	252*
heterophylla	231*
pentagyna	231*
resinosa	252*
Bonnaya	
alata	233*
brachiata	239. 233*
ciliata	233*
cordifolia	233*
grandiflora	233*
marginata	233*
oppositifolia	233*
origanifolia	233*
pulegiifolia	233*
tenuifolia	233*
verbenaefolia	233*
veronicaefolia	233*
Bouteloua	
simplex	582*
Brachyelytrum	
aristatum	582
Brachypodium	
Allioni	651*
asperum	651
cespitosum	651*
contractum	652
distachyum	651. 652*
Halleri	652*
interruptum	652
loliaceum	652
macrostachyum	651
maritimum	652
megastachyum	651
pinnatum	651
Plukeneti	651*
Poa	652
ramosum	651
rupestre	651*
sylvaticum	644. 651
tenellum	652
tenuiculum	652*
tenuiflorum	652. 652*

	pag.
Briza	
aspera	607*
major	607*
maxima	607
minor	607
rubra	607
Bromus	525
agrestis	630*
alopecuroides	525
angustifolius	630*
arenarius	630
arvensis	629* 630* bis 631. 631*
asper	525. 631
australis	630
barbatus	649*
Barrelieri	651*
bohemicus	649*
brizoides	628*
Buxbaumi	651*
canariensis	630
canescens	633
canus	645*
chrysopogon	633
coarctatus	525
commutatus	629
confertus	525
dactyloides	633
diandrus	632*
divaricatus	630
elatior	643*
erectus	525. 630
giganteus	525. 631
glaber	631*
hordeiformis	632
humilis	525
japonicus	631
inermis	525
jubatus	632
lanceolatus	630
lanuginosus	630
laxus	525. 630
ligusticus	632
longiflorus	525. 630
macrostachyus	525
madritensis	525. 632. 632* 649
maximus	525. 632
megapotamicus	632
Micheli	632*
montanus	631*
mucronatus	645*
multiflorus	629* bis 630* bis 631*
multispicatus	632
nitidus	630*

pag.

BROMUS
paradoxus 635
patulus 525. 629
pendulinus 631
pentastachyus 635
perennis 630*
pilosus 645*
pinnatus 651*
pitensis 631
Plukeneti 651*
polystachyus 632*
pratensis 630* 643*
purgans 525
quitensis 645*
racemosus 629.6306.30*
ramosus 651*
rigens 635
rigidus 525. 632
Rochelianus 632*
rubens 525
sardous 632
scaber 645*
scabriflorus 631*
secalinus 630*
spiculi-tenuata 631*
squarrosus 629* 630
stenophyllus 525. 630
sterilis 525
stipoides 632*
tectorum 525. 631. 632*
tenuiflorus 633
triflorus 631*
trisetosus 525
turgidus 630
varius 633
velutinus 630. 631
versicolor 631*
verticillatus 631*
villosus 631
wolgensis 631*

BROSIMUM 79*

BUCHANANIA
angustifolia 108*

CABRERA
chrysoblepharis 561. 609

CALAMAGROSTIS 570*
agrostoides 604*
cinnoides 604*
cuspidata 601*
Halleriana 602*
lanceolata 570* 602*
Langsdorffii 603*

pag.

CALAMAGTOSTIS
leucantha 570*
lithuanica 602*
littorea 602*
mauritanica 622*
montana 603*
nigricans 604*
plumosa 604*
Pseudo-Phragmites 602*
purpurascens 603*
quadriseta 637*
ramosa 570*
Schwabii 603*
stricta 603*
sylvatica 603*
tenuifolia 604*
varia 602*
vilnensis 602*

CALAMINA
gigantea 664

CALCEOLARIA
corymbosa 239
crenata 240
Fothergilli 239
glauca 239*
integrifolia 240
lamiifolia 240
multiflora 239
Neeana 239*
ovata 240
paralensis 239*
Paralia 239
perfoliata 240
rugosa 240
scabiosaefolia 240
terniflora 239
tomentosa 240
trifida 240
virgata 239

CALLISIA
ciliata 408*
repens 407
umbellata 408*
umbellulata 408*

CALLISTHENE 78
fasciculata 106
major 104
minor 105

CALLITRICHE
aquatica 110* 111*
autumnalis 111
verna 110

pag.

CALOTHECA . . . 524
arabica . . . 621*
brizoidea . . . 628
bromoidea . . 628*
cuspidata . . . 620*
littoralis . . 627*
mucronata . . 618*
niliaca . . . 627*
poaeformis . . . 628
pungens . . 627*
purpurascens . . 619*
repens . . . 627*

CALYPSO
salacioides . . 411*

CAMBESSEDEA . . 107*

CAMPULOA
falcata 607
monostachya . . 607

CANNA 77
aurovittata . . 81*
Buekii 81
chinensis . . 81*
edulis . . . 80 80*
gigantea . . . 81
indica . . 80. 80* 81*
Lamberti . . . 80
latifolia . . 80* 81*
limbata . . . 81
lutea 81
maxima . . . 81
neglecta . . . 80*
nudata . . . 81
occidentalis . . 80
pallida . . . 81
patens 81
pedunculata . . 81*
polymorpha . . 81
pruinosa . . . 81
rubra 80
rubricaulis . 80*
sanguinea . . . 81
sylvestris . . . 81
variabilis . . 80*

CARDAMOMUM
officinale . . 85*

CAREX
dioica . . . 540*
hermaphrodita . 547*

CARPHA
alpina 529

CARYOCHLOA . . . 523
montevidensis . . 550

pag.

CATABROSA
agrostidea . . 618*
aquatica 643
helodes . . 615* 645
humilis 643

CATALPA . . . 217*

CATURUS 527

CAULINIA 79* 672
flexilis 672

CAUSTIS
pentandra . . . 547
recurvata . . . 547

CELASTRUS . . . 218*
uncinatus . . . 218*

CENCHRUS
anomoplexis . 548*
australis . . . 548
calyculatus . . 548
echinatus . . . 548
myosuroides . . 548
parviflorus . . . 548
pungens . . . 548
purpurascens . 548. 549*
ramosissimus . . 548
rufescens . . . 548
setosus . . . 548*
Spinifex . . . 548
tribuloides . . 548
villosus . . . 600*
viridis . . . 448

CENTOTHECA
lappacea 609

CENTRANTHUS
angustifolius . 88*
ruber 88

CENTROPHORUM
sinense . . . 563. 664

CERATIOLA . . . 217*

CERATOCARPUS . . 79*

CERATOCHLOA
unioloides . . . 621

CERESIA
fluitans . . . 557*

CHAETARIA . . . 580
affinis 578
Antillarum . . . 579
bromoides . . . 579
caerulescens . . . 578

pag.

CHAETARIA
capensis . . . 579
coarctata . . . 579
fasciculata . . 578
festucoides . . . 579
megapotamica . . 578
oligantha . . . 580
pallens . . . 578
purpurascens . . . 578
racemosa . . . 578*
recurvata . . . 579
setifolia . . . 579
Sieberiana . . . 578
squarrosa . . . 577
stipaeformis . . . 579
stricta . . . 578

CHAETOCHILUS
lateriflorus . . . 232

CHAMAGROSTIS
minima . . . 577

CHASCOLYTRUM . . . 525
erectum . . . 629
subaristatum . . . 629

CHILOCHLOA
cuspidata . . . 581

CHLORIS
caribaea . . . 623
compressa . . . 623
confertifolia . . . 623
digitaria . . . 624
distichophylla . . . 623
dolichostachya . . . 624
elegans . . . 623
gracilis . . . 624
penicillata . . . 623
petraea . . . 664*
polydactyla . . . 623
prostrata . . . 623
pubescens . . . 623
tenella . . . 624
truncata . . . 624
virgata . . . 623*

CHONDRACHNE . . . 79*

CHORIZANDRA . . . 79*

CHRYSITHRIX
capensis . . . 547

CHRYSOPOGON
montanus . . . 665*

CHRYSURUS
echinatus . . . 664

pag.

CHRYSURUS
elegans . . . 607 664

CINNA . . . 79* 524* 570*

CIRCAEA
alpina . . . 253
major . . . 253*
lutetiana . . . 253

CLADIUM
germanicum . . . 261
occidentale . . . 262*

CLEANTHE
bicolor . . . 395*

CLEOMENA
peruviana . . . 575

CLINOGYNE
dichotoma . . . 83*

COIX . . . 523

COLEANTHUS . . . 556

COLLADOA . . . 658
distachya . . . 662

COLLINSIA
verna . . . 234*

COLLINSONIA
praecox . . . 250
scabra . . . 250

COLOBACHNE . . . 575*
vaginata . . . 573

COLPODIUM . 556. 575. 576
compressum . 572* 575
latifolium . . . 575
monandrum . . . 575
Steveni . . . 575

COMMELINA
angustifolia . . . 409
barbata . . . 408
canescens . . . 408
cayennensis . . . 408
cespitosa . . . 409
deficiens . . . 408
diffusa . . . 408
divaricata . . . 408
elata . . . 409
elegans . . . 408
fasciculata . . . 408
floribunda . . . 409
glabra . . . 408
graminifolia . . . 409
hispida . . . 408
longifolia . . . 408
mollis . . . 408

pag.

COMMELINA
- nudiflora 408
- pallida 408
- paniculata 409
- persicarifolia . . . 408
- pilosula 408
- polygama 409
- prostrata 408
- radicans 409
- scabra 409
- serrulata 409
- spirata 409
- tuberosa 408

COMOCLADIA
- acuminata 414
- dentata . . . 412. 414*
- glabra 414*
- ilicifolia 414
- loxensis 415
- mollissima 415
- propinqua 415
- Tapaculo 414
- tomentosa 414*

CONCHOCARPUS . . 215* 216*
- cuneifolius . . 235. 252
- macrophyllus . . . 235

CONOBEA
- borealis 234*

CORISPERMUM
- canescens 110
- glomeratum . . . 110*
- hyssopifolium . . . 110*
- intermedium . . 110. 110*
- nitidum 110
- Redowski 110
- squarrosum . . 110. 110*

CORNUTIA 217*

CORYNEPHORUS
- aetnensis 641
- canescens 640

COSTUS
- Anachiri 86*
- Ananduri 86*
- arabicus 86
- cylindricus . . . 86*
- lanatus 86
- linearis 86*
- secundus 86*
- spiralis 86
- vaginalis 86*

CROCUS
- acutiflorus . . . 388*

pag.

CROCUS
- autumnalis 389
- minimus 388
- nanus 388*
- nudiflorus . . . 389*
- odorus 389*
- Pallasii 389*
- pusillus 388
- reticulatus 389
- sativus 389*
- serotinus 389
- striatus 389
- variegatus 389
- vernus 388
  - — pusillus . . . 388*
- versicolor 388

CRYPSIS
- aculeata 573
- acuminata 573
- alopecuroides . . 569* 581
- geniculata 573
- phleoides 574
- schönoides 573
- stricta 574
- vaginiflora 573*
- virginica 575

CTENIUM.
- americanum . . . 607*
- digitatum 608*
- indicum 624*

CUCULLARIA 78
- alpestris 93
- citrifolia 89*
- elliptica 90
- excelsa . . . 88. 89*
- ferruginea 97
- floribunda 96
- grandis 94
- Haenkeana 95
- pyramidalis 95
- rotundifolia 89
- rufa 92
- tetraphylla 89
- tomentosa 89
- Tucanorum 91

CUNILA.
- hispida 241*

CURCUMA.
- aromatica 86*
- longiflora 87*
- officinalis 87*
- rubescens 87
- Zedoaria 86

	pag.
CURCUMA.	
Zerumbet	87
CURTOPOGON	580
CUSPARIA	215* 216*
CYMBOPOGON.	
condensatus	668*
melanocarpus	565*
Schönanthus	668
CYMODACEA.	
aequorea	109*
CYNODON.	
Dactylon	581
elongatus	581
linearis	581
maritimus	581
pilosus	582
polystachyus	582
praecox	581
radiatus	581
stellatus	582
tenellus	582
tenuis	550*
CYNOMORIUM	79*
CYNOSURUS.	
floccifolius	607
juncifolius	622*
multibracteatus	607
paniceus	563*
pectinatus	619*
rigidus	619*
CYPERUS.	
alopecuroides	545
amentaceus	543
articulatus	542
aureus	544. 544*
auricomus	545
autumnalis	542. 543*
bidentatus	545*
brachystachys	544*
capitatus	542. 542*
caricinus	545
Cephalotes	543
cinnamomeus	545
compressus	543
conglomeratus	544
coromandelianus	545*
cruentus	543
dives	545
elongatus	544
erubescens	544
erythrorhizos	544

	pag.
CYPERUS	
esculentus	544
expansus	545
fastigiatus	545. 545*
filiformis	542
fuscus	543
glaber	544
globosus	542
glomeratus	545*
gymnos	542
Haspan	543. 543*
involucratus	545
Iria	545
Königii	542
laevigatus	542
laticulmis	546*
laxus	545
ligularis	545
Linkianus	544
Luzulae	535
maritimus	546
melanocephalus	545*
microcephalus	546. 546*
mollis	542
nudus	543
obtusiflorus	542
olivaris	544
Ornithopus	542
pallescens	544
paniculatus	545*
Paramatta	544*
parviflorus	543*
patulus	544
pectiniformis	545
pilosus	545
platyculmis	546*
Poireti	545
procerus	544
protractus	543*
pulcher	545*
Purshii	542
quitensis	544*
racemosus	544
radicosus	544
scorpioides	542
seminudus	542
setifolius	542
Sieberianus	546
speciosus	544
spectabilis	544
striatulus	542
subbulbosus	545
Tenorianus	544
Tenorii	544*
textilis	542

pag.

CYPERUS
trigynus . . . 542
trisulcus 545
uncinatus . . . 542
vaginatus 546
virens . . . 545
viridis . . . 543*
Wallichianus . . 544

CYRTANDRA . . . 216*
carnosa . . . 216*
staminea . . 236*

DACTYLIS.
altaica . . . 626
brevifolia . . . 627
capitata . . . 626
caudata . . . 626
ciliaris . . . 627
cynosuroides . . . 628
glauca 626
glaucescens . . . 626
glomerata . . . 626
hispanica . . . 626
hispida . . . 627
laevis 627
lagopodioides . . . 627
littoralis . . 623. 627. 627*
maritima . . 627. 627*
pungens . . . 623. 627
repens . . 623. 627. 627*
scabra . . . 626*
serrata 627
spicata . . . 626*
stricta . . . 550*
villosa 627

DACTYLOCTENIUM.
aegyptiacum . . 625*
mucronatum . . 625*

DANTHONIA.
alpina 641
antarctica . . . 637*
glumacea . . . 641
hispida . . . 637*
longifolia . . . 641
pallida 641
paradoxa . . . 641
penicillata . . 641*
provincialis . . . 641
racemosa . . . 641
sericea . . . 641

DEBRAEA 77
floribunda . . . 87
violacea 87

pag.

DESCHAMPSIA . . . 526
alpina 639
brevifolia . . . 639
cespitosa . . . 639
grandis 639*
juncea . . . 639
laevigata . . . 639*
media 637

DESFONTAINESIA.
phyllireoides . 250*

DEYEUXIA.
airoides 604*
avenacea . . . 583*
japonica . . . 659*
junciformis . . . 583
megapotamica . . 583. 659
recta 583
rigida 583
spicata 583
stricta 583

DIAPHANE.
edulis . . . 598*
stylosa 398*

DIARRHENA.
americana . . . 262

DICHONE.
crispa 390*

DICHROMENA.
cespitosa . . . 530
compressa . . . 530
longifolia . . 529*
microcephala . . . 530
pilosa 528

DICLIPTERA.
brachiata . . . 238*
repens . . . 238

DIDYMANDRA . . . 217*

DIETES.
iridiflora . . . 396*

DIGITARIA.
aurea . . . 561* 608
barbata 595
ciliaris 562
didactyla . . . 582
distachya . . . 594
elongata . . . 581*
filiformis . . . 594
foliosa 594
glabra . . . 582. 594
hispida . . . 581*

pag.

DIGITARIA
jamaicensis . . 561*
inaequalis . . 560*
linearis . . 581*
paspalodes . . . 594
pilosa 594
polystachya . . 582*
praecox . . . 581*
Roxburghii . . 560*
sanguinalis 582
serotina 594
stolonifera . . 581*
villosa 594

DIGLOTTIS.
obovata 235. 252

DILATRIS.
Heritiera . . . 400
tinctoria . . . 400*

DIMERIA.
acinaciformis . . . 600

DINEBA.
americana . . . 645

DIPLACHNE.
fusca 645
indica . . . 649*
procera . . . 650*
tolucensis . . . 624

DIPLOCEA 634*
barbata . . . 633*

DITMARIA.
floribunda . . . 87*

DONAX.
arundinaceus . . . 621
australis . . . 621*
bifarius . . . 604*
festucaceus . . . 622
mauritanicus . . . 622
sativus . . . 621*

DRYMARIA 671

DUFOUREA 79
alternifolia . . . 114
hypnoides . . . 114
trifaria . . . 114

DUPONTIA 526
Fischeri 640

ECHINOCHLOA.
commutata . . . 595
Crus Corvi 596
Crus Galli . . . 596

pag.

ECHINOCHLOA.
cubensis 596
echinata 596
erythrosperma . . . 595
hirta 596
lanceolata . . . 599
scabra 596
setigera 596
squarrosa . . . 596
stagnina 595

ECHINOLAENA.
scabra 562

ELEGIA 527

ELEOCHARIS.
acicularis . . . 540
Baeothryon . . . 534*
caduca 539
chaetaria 540
congesta 539
costata 540*
elegans 538
geniculata . . . 534* 538
gracilis 539
intermedia 540
media 540
montana 539
nodulosa 538
obtusa 534
ovata 539
palustris . . . 538. 539
plantaginea . . . 538
pusilla 539
riparia . . . 534. 539*
setacea 539
sphacelata 538
tumida 538
uniglumis . . . 539*

ELETTARIA.
Cardamomum . . . 85
Cardamomum medium . 85

ELEUSINE.
digitata . . . 617* 619*
falcata 607*
floccifolia . . . 607
gracilis 624*
indica 619
monostachys . . . 619*
mucronata . . . 619. 625*
penicillata . . . 625*
prostrata 623*
rigida 619
stricta 619

pag.

ELIONURUS.
ciliaris 663
tripsacoides 663

ELODEA.
canadensis . . . 672
granatensis . . . 672
orinocensis . . . 672

ELYMUS.
aegyptiacus . . . 657*
arenarius . . . 657
canadensis . . . 657. 658
caninus . . . 654*
Caput Medusae . . 657
crinitus . . . 657
Delileanus . . . 657
europaeus . . . 657. 658
geniculatus . . . 657
giganteus . . . 657
glaucifolius . . . 658
hordeaceus . . . 657
Hystrix . . . 657
mollis . . . 657. 658*
philadelphicus . . 657. 658
racemosus . . . 658
sabulosus . . . 657
sibiricus . . . 657. 658
striatus . . . 657. 658
villosus . . . 657. 658*
virginicus . . . 657

ELYNA.
caricina . . . 540*
spicata . . . 540

ELYTRARIA.
fasciculata . . . 236*
tridentata . . . 236

ENDIANDRA.
glauca 400
jamaicensis . . 400*

ENNEAPOGON.
phleoides . . . 624

ENODIUM.
caeruleum . . 608. 608*
sylvaticum . . . 608

ERAGROSTIS . . . 524
aegyptiaca . . . 524. 615
chinensis . . . 617*
cynosuroides . . 524. 618
despiciens . . . 618
ferruginea . . . 618
interrupta . . . 618
megapotamica . . . 617

pag.

ERAGROSTIS
mexicana . . . 524
mucronata . . . 618
pilosa . . . 524. 615. 617
plumosa . . . 524
poaeoides . . . 524
polymorpha . . . 524. 617
punctata . . . 524. 617
purpurascens . . . 617
rufescens . . . 524
tenella . 524. 614. 618. 620
verticillata . . . 524. 617

ERANTHEMUM.
acanthodes . . . 238
affine . . . 238*
armatum . . . 238
bicolor . . . 238
hypocrateriforme . . 238
microphyllum . . . 238
nervosum . . . 238
parvifolium . . . 238
repandum . . . 238
sinuatum . . . 238
spinosum . . . 237. 238
strictum . . . 238
verticillatum . . . 237*

ERIACHNE.
brevifolia . . . 641
capillaris . . . 642
glauca . . . 641
mucronata . . . 641
obtusa . . . 618. 642
pallescens . . . 641

ERIANTHUS.
floridulus . . . 563
saccharoides . . . 666
strictus . . . 563

ERIOCAULON . . . 527
caulescens . . . 671
congestum . . . 671
microcephalum . . . 671
minimum . . . 671*
sexangulare . . . 671
triangulare . . . 671

ERIOCHLOA.
brasiliensis . . . 564
Kunthii . . . 564
polystachya . . . 564

ERIOCHRYSIS.
cayennensis . . . 557

ERIOPHORUM.
alpinum . . . 540
angustifolium . 540. 541* bis

pag.

ERIOPHORUM
capitatum . . . 540
gracile . . 540* 541*
latifolium . . 541. 541*
polystachyum 540* 541* bis
pubescens . . . 541
strictum 541
tenellum . . . 541
triquetrum . . . 540
Vaillanti . . . 541*

ERISMA 77*
floribundum . . 87*
violaceum . . 87*

ERYTHROCHITON.
brasiliensis . . . 232

ETHANIUM.
racemosum . . 84*

EUSTACHYS.
petraea 664

EVANSIA.
chinensis . . 397*

FALIMIRIA 525
bromoides . . 525*

FEDIA.
acaulis 388*
Auricula . . 385* 386
campanulata . 387*
carinata . . 385. 386*
Cornucopiae . . 385
coronata . 386. 386* 388*
dasycarpa . . 386* bis
dentata . 386. 386* 387*
discoidea . . . 386
echinata 385
eriocarpa . 386* 587. 388*
exscapa . . . 388
hamata . . . 386*
lasiocarpa . . . 387
laxiflora 386
locusta . . . 385
membranacea . . 387*
microcarpa . . . 387
minuta . . . 387*
mixta . . . 386* 387
Morisoni . 386* 387*
muricata . . . 387*
olitoria . . . 385. 387*
puberula 388
pumila 387
rotata 386
rugulosa . . . 387*
scorpioides . . . 385

pag.

FEDIA.
sicula 388
tridentata . . . 386. 388
truncata 387
uncinata 388
vesicaria 386

FERRARIA.
ixioides 402

FESTUCA.
acuminata . . . 647*
aliena 650
Alopecurus . . . 649
alpestris . . . 646*
alpina . . 646* 647*
amethystina . . 646*
andicola 650
arenaria . . 647* 648*
arundinacea . . . 649
aspera 631*
aurata 646*
baltica 648*
barbata 648*
blepharophora . . . 609
borbonica . . . 650
borealis . . . 622*
brachyphylla . . . 646
brevifolia 262* 646* 647*
bromoides . . 648. 652*
caesia . . . 646* 647*
calamaria . . . 644*
capensis . . . 627*
capillaris . . . 613*
capillata . 646* 651*
capitata . . . 626*
cespitosa . . 650. 650*
ciliata 649
cinerea . . 647* 648*
Commersoni . . . 629*
curvula . . 647. 647*
cynosuroides . . . 646
decidua . . . 644*
decolorans . . . 649*
delicatula . . . 649
divaricata . . . 652*
Drymeja . . . 644*
dumetorum 647* 648* bis
dura . . . 647* 648*
duriuscula 644* 646* 647* ter 648
648* ter
erecta 629*
eskia . . 646. 647* bis
exaltata . . . 644*
Fenas 646
flabellata 650

pag.

FESTUCA
flavescens . 646. 647* 648
flexuosa . 624*
fluitans . 642*
gibraltarica . 649*
gigantea . 631*
glabra . 649
glauca . 647. 648* bis
glomerata . 626*
Halleri 644* 646* 647. 647*
Hemipoa . 649
heterophylla . 648 648*
hirsuta . 647*
indica . 649
intermedia . 646 647
juncea . 653*
laevis . 627*
lanata . 646
latifolia . 609* 644*
laxa . 644* 649
Lemanii . 647*
livida . 646
longifolia . 646*
melangea . 627*
mexicana . 649. 650*
montana . 630* 644*
Myurus . 649. 649*
nemorum . 648*
nutans . 644* 645*
obtusa . 645*
obtusiflora . 650
octoflora . 652*
Onurus . 6 9*
oraria . 647*
orgyalis . 650*
ourtana . 647*
ovina . 640. 646* 647* 648*
pallens . 647* 648* bis
paludosa . 648*
pendulina . 631*
pentastachya . 653
phalaroides . 626*
pilosa . 650*
pratensis . 649
procera . 650
prostrata . 627*
pumila . 627*
pungens . 648*
quadridentata . 650
quitensis . 645*
racemosa . 650*
repens . 648*
rhaetica . 645* 647*
rubens . 652
rubra . 646* 647* 648. 648*

pag.

FESTUCA
serrata . 627*
stipoides . 652
stricta . 646* 647*
strictifolia . 648*
sylvatica . 644* ter 651*
tenella . 652*
tenuiflora . 652*
tenuifolia . 646* bis 647*
tolucensis . 650
trichodes . 650
triflora . 631*
uniglumis . 649
valesiaca . 648 648*
varia 645* 646. 647. 647* 648
versicolor . 644*
villosa . 627* 648*
violacea . 645* 647*
vivipara . 646*
Willdenowiana . 650
xanthina . 646. 647* 648

FICUS.
acuminata . 406
affinis . 406
americana . 404. 404*
Ampelos . 403
aquatica . 406*
arbutifolia . 404. 404*
arboricida . 404
aspera . 403*
benghalensis . 403
biglandulosa . 406
brasiliensis . 404
capensis . 405
Carica . 406
caudata . 406
ciliolosa . 404. 404*
citrifolia . 404*
coccolobifolia . 406
cordata . 404
coronata . 403. 406
crassinervia . 403
cuneata . 404
Daemonum . 406
dendroctona . 404*
difformis . 406
drupacea . 403
dumosa . 406
elastica . 406
exasperata . 406
fulva . 404
glabrata . 403
glandulosa . 406
heterophylla . 406
hispida . 406

pag.

FICUS
insipida . . . 403
lanceolata 406
lasiophylla . . . 403
leucatoma . . . 403
leucosticta . . 403*
Lichtensteini . . 405
longifolia . . . 406
mauritiana . . 405*
mollis 404
muntia 405
mysorensis . . 404*
myrtifolia . . . 403
nepalensis . . . 403
nitida 404
oblongata . . . 404
oblongifolia . . . 406
obtusata . . . 405
oppositifolia . . 406*
ovata . . . 403*
pendula . . . 405
pertusa . . . 404
polita 403
politoria . . . 403
pubescens . . . 403
religiosa . . . 403
rubrinervis . . . 403
salicifolia . . . 405
scabra . . . 406
speciosa . . . 405*
striata 405
superstitiosa . . . 403
symphytifolia . . . 405
tomentosa . . . 404*
truncata . . . 406
viscifolia . . . 406

FIMBRISTYLIS
annua . . . 530
autumnalis . . . 538
benghalensis . . . 530
brachyphylla . . . 530
brevifolia . . . 530*
castanea . . . 531
compressa . . . 531
cylindrica . . . 531
dichotoma . . . 530
elata . . . 531
ferruginea . . . 531
marginata . . . 531*
miliacea . . . 530
mucronata . . . 531
obtusifolia . . . 531*
pilosa . . . 531. 535
propinqua . . . 531

pag.

FIMBRISTYLIS
striata 531
velata 531

FISSILIA
Psittacorum . . . 412*

FONTANESIA
phyllireoides . . . 250

FRAXINUS
acuminata . . . 254
alba . 256. 254* 256* 257* 259*
amarissima . . . 260
americana . 254. 254* 255*
angustifolia . . . 258
atrovirens . . . 259*
calabrica . . . 254*
cappadocica . . . 260
caroliniana 255. 256. 256* 257*
cerasifolia . . . 258*
cinerea . . . 256. 257*
concolor . . . 254*
crispa 259
curvidens . . . 257
elliptica . . . 259
epiptera . . . 257*
excelsior . 259. 259* 260* bis
fusca 258
halepensis . . . 254*
heterophylla . . . 260
juglandifolia . 255. 257* 260*
lancea . . . 257. 257*
longifolia . . . 257
macrophylla . . . 260
microphylla . . . 258*
mixta 255
monspeliensis . . 254*
nana . . . 260. 260*
nigra . . 254* 259. 259*
Ornus 254
ovalis 259*
ovata 259
oxycarpa . . . 258
pallida 259
pannosa . . . 258
parvifolia . . . 258. 258*
platycarpa . . . 255
platyphylla . . . 258
polemonifolia . . . 260
pubescens . 257. 257* 258*
pulverulenta . . . 255
quadrangularis . . . 255
Richardi . . . 256
rotundifolia . . . 254
rubicunda . . . 255
rufa 258

pag.

FRAXINUS
sambucifolia . . . 256
striata . . . 260*
strigata . . . 260
tamariscifolia . . . 258
tetragona . . . 255*
verrucosa . . . 259*
virens . . . 260
viridis . . . 257

FUIRENA
pumila . . . 546
rubiginosa . . . 546

GAHNIA . . . 547
ferruginea . . . 529*

GALANGA
officinalis . . . 84*

GALATHEA
vespertina . . . 396*

GALAXIA
ciliata . . . 403
grandiflora . . . 402* 403
mucronularis . . . 402
multiflora . . . 403
obscura . . . 389
obtusa . . . 402*
ovata . . . 402
versicolor . . . 402

GALIPEA . . . 215. 216*
bracteata . . . 230
Candolliana . . . 230. 252*
cuneifolia . . . 235*
febrifugâ . . . 246* 415*
Fontanesiana . . . 216* 252*
heterophylla . . . 231. 415*
macrophylla . . . 216* 235*
multiflora . . . 230
pentandra . . . 232
pentagyna . . . 231
resinosa . . . 252*
simplicifolia . . . 230
sylvestris . . . 415*
trifoliata . . . 229

GALURUS . . . 527*

GASTRIDIUM . . . 524
australe . . . 524
muticum . . . 524*
scabrum . . . 524
vestitum . . . 524*

GAUDINIA . . . 635*

pag.

GEISSORRHIZA
ciliaris . . . 392*
sublutea . . . 390*

GILLIESIA . . . 383
graminea . . . 401

GLADIOLUS
ambiguus . . . 393
anceps . . . 393
angusto-blandus . . . 395*
blando-cardinalis . . . 395*
blandus . . . 393
bracteatus . . . 393
brevifolius . . . 393
campanulatus . . . 393
cardinali-angusto-blandus . . . 395*
cardinali-blandus . . . 395*
carneus . . . 393
concolor . . . 392*
debilis . . . 392
distichus . . . 394
excisus . . . 392
Fabricii . . . 393
falcatus . . . 393
fissifolius . . . 393
floribundo-blandus . . . 395*
fragrans . . . 394
galeatus . . . 393
gracilis . . . 392
grandis . . . 392
hastatus . . . 392
hirsutus . . . 393
inflatus . . . 393
iridifolius . . . 393
junceus . . . 393
laccatus . . . 393
laevis . . . 392
liliaceus . . . 392
lineatus . . . 394. 394*
longiflorus . . . 394
merianellus . . . 393
merianus . . . 393
mollis . . . 394
nanus . . . 394
Orobanche . . . 393
paleaceus . . . 394
plicatus . . . 394
pyramidatus . . . 394
quadrangularis . . . 392
reflexus . . . 394
refractus . . . 394
ringenti-tristis . . . 395*
roseo-albus . . . 393
roseus . . . 394

pag.

GLADIOLUS
rubro-cyaneus . 393. 394*
securiger . . . 394
setifolius . . . 392
silenoides . . . 393
strictus . . . 394
sulfureus . . . 394*
trimaculatus . . 393
tristi-blandus . . 395*
tristi-hirsutus . 395*
tristis 392
triticeus . . . 392
venosus 392
versicolor . . . 392
versicolori-hirsutus 395*
villosus . . . 394
Watsonius . . . 393
xanthospilus . . 394

GLISSANTHE
spiralis . . . 86*

GLOBBA
bulbifera . . . 87
Careyana . . . 87
erecta 85*
marantina . . . 87
nutans 84*
sessiliflora . . 87*

GROSSARRHEN . . . 77*

GLYCERIA 524
aquatica . . 615* 642*
distans . . . 613*
fluitans . . . 642
maritima . . . 615*
procumbens . . 643*
rigida 620*
spectabilis . . 615*

GOLDBACHIA . . . 527
Mikani 661

GRAPHEPHORUM
melicoides . . . 621

GRATIOLA
acuminata . . . 234*
alata 233
anagalloidea . . 234*
aphylla 233
aspera 233
attenuata . . . 234*
chamaedryfolia . 233*
chamaedryoides . 233*
ciliata 233
cordifolia . . . 233

pag.

GRATIOLA
dilatata . . . 234*
grandiflora . . . 233
hyssopioides . . 233
juncea 233
lobelioides . . . 233
lucida 233
marginata . . . 233
neglecta . . . 233
oppositifolia . . 233
origanifolia . . . 233
portulacacea . . 233
pulegiifolia . . . 233
racemosa . . . 233
remota 239
reptans 233
rotundifolia . . . 233
Roxburghiana . . 233
ruellioides . . . 233
serrata . . . 233. 239
strigosa 233
tenuifolia . . . 233
trifida . . . 232. 233*
verbenaefolia . 233. 233*
veronicaefolia . . 233

GYMNOTHRIX
cenchroides . . 601
crinita 597
latifolia 601

GYNERIUM 527

HAEMODORUM
brasiliense . . . 400*
coccineum . . . 400
corymbosum . . . 400

HAGENBACHIA
brasiliensis . . . 400

HALOCNEMUM
arabicum . . . 108*
foliosum . . . 108*
nodulosum . . . 110
strobilaceum . . 110

HEDYCHIUM
carneum 84
coccineum . . . 83
coronarium . . . 83
ellipticum . . . 83
flavescens . . . 84
flavum 83
Gardnerianum . . 84
heteromallum . . 84
spicatum . . . 83
thyrsiforme . . . 84

pag.

HELIANTHEMUM
- rosmarinifolium . . 671

HELICTOTRICHON . . 526

HELIXYRA
- flava . . . 396*

HELOPUS
- barbatus 558*
- laevis . . . 559*
- pilosus . . 559* 564*
- punctatus . . 564*

HEMIANTHUS . . . 215
- micranthemoides . 229

HENCKELIA
- incana . . . 232*

HERMODACTYLUS
- tuberosus . . 399*

HESPERANTHUS
- tenuifolius . . . 391

HETERANTHERA
- graminea . . . 401

HETEROCHAETA . . . 526

HETEROPOGON
- Allioni . . . 668
- contortus . . . 668
- megapotamicus . . 668

HETEROSTEGA
- juncifolia . . . 645*

HEXAGLOTTIS
- longifolia . . 396*

HIEROCHLOA . . . 524
- alpina 606
- australis 605
- borealis . . . 605
- glabra 606
- parviflora . . . 605
- pauciflora . . . 606
- redolens . . . 606

HIPPOCRATEA
- acapulcensis . . . 410
- acutiflora . . . 410
- arborea . . . 410*
- cassinoides . . . 410
- discolor 410
- disperma . . 410*
- elliptica 410
- indica 410
- laevigata . . . 410
- obcordata . . . 410

pag.

HIPPÓCRATEA
- paniculata . . . 410*
- pauciflora . . . 410
- scandens . . . 410*
- uniflora . . . 410
- verrucosa . . . 410
- volubilis . . . 410

HIPPURIS
- maritima . . . 108
- montana . . . 108

HOLCUS 524
- lanatus . . . 633
- odoratus . . . 605*
- racemosus . . . 600*
- redolens . . . 606*
- striatus . . . 618
- tenuis 605*

HOLIGARNA . . . 107*

HOLOSTEUM
- ciliatum . . . 671*
- cordatum . . . 671
- mucronatum . . . 671
- succulentum . . . 670
- umbellatum . . . 671

HOMERIA
- ochroleuca . . 401*

HOMOGLOSSUM
- praecox . . . 593*

HORDEUM
- bulbosum . . . 662. 662*
- capense 662
- chilense . . . 662
- cöleste 662
- elymoides . . . 658*
- maritimum . . . 662
- nigrum . . . 662
- pratense . . . 662
- secalinum . . . 662*
- Sieberianum . . . 662
- strictum . . . 662*
- vulgare 662

HORTIA 235*

HOSTA 217*

HOTTONIA
- indica 233*
- serrata 672*

HYALIS
- aulica 391*
- gracilis . . . 391*
- latifolia . . . 391*

pag.

HYALIS
longiflora . . . 394*
marginifolia . . 391*

HYDASTYLIS
californicus . . 395*

HYDRANTHELIUM . . 383
callitrichoides . . 415

HYMENOCHARIS
obliqua . . . 82*

HYMENOTHECIUM
quinquesetum . . 663*

HYPOELYTRUM
Berterii . . 528* 546
laevigatum . . 546*
sphacelatum . . 546

HYPOLAENA . . . 525

HYPOLEPIS . . . 79*

IASMINUM
chrysanthum . . 220*
gracile . . . 219
hirsutum . . . 219*
humile . . . 220*
italicum . . . 220*
lanceolatum . . 219*
laurifolium . . 219
Loudonianum . . 220
molle . . . 219
paniculatum . . 220
revolutum . . . 220
Sambac . . . 219
triumphans . . 220*

IMPERATA
arundinacea . . 557
Königii . . . 557
Sieberi . . . 557*
spontanea . . . 557
Thunbergi . . . 557

IRIS
acris 400
acuta 399
aequiloba . . . 397
amöna 397
angusta . . . 399
aphylla . . 397. 398*
arenaria . . . 397
biflora . . 397. 398*
biglumis . . . 399
bohemica . . . 398
Boltoniana . . . 399
brachycarpa . . . 400

pag.

IRIS
canadensis . . . 400
chinensis . . . 397
ciliata 398
curtopetala . . . 399
Fieberi . . . 398*
flavescens . . . 396
fragrans . . . 397*
germanica . . . 396
glauca 396*
gracilis . . 399. 399*
Güldenstaedtii . . 398
haematophylla . . 399
heterophylla . . 398*
juncea . . . 398. 399*
longiflora . . . 397*
longispatha . . . 398
lurida 396
lusitanica . . . 399
martinicensis . . 399
mauritanica . . 398*
mutica 399
neglecta . . . 397
nepalensis . . . 397
nudicaulis . . 397. 398*
pallida 396
palustris . . . 398*
pensylvanica . . . 400
plicata 397
prismatica . . . 399
Pseudacorus . . . 398
sambucina . . . 397
scorpioides . . . 398
sibirica 399
Sisyrinchium . . . 398
sordescens . . . 399
sordida 396
spathacea . . . 399
squalens . . 396. 397
subbiflora . . . 397
Swertii 397
syrtica 399
triflora 399
tristis 399
tuberosa . . . 399
variegata . . . 397
villosa 401*
virescens . . . 397
xiphioides . . . 396
Xiphium 396

ISACHNE 594
australis . . . 595
miliacea . . . 587
pulchella . . . 595

	pag.
Ischaemum	
ciliare	661*
Colladoa	662*
hirsutum	659*
hispidum	659
rugosum	658
Sehima	663*
Isolepis	
acicularis	540*
acugnana	532
antarctica	532*
barbata	532
Bergiana	532
bicolor	532
capillaris	533. 533*
chaetodes	532
complanata	533
densa	533
filamentosa	532*
Holoschönus	532
inundata	531
junciformis	533
pentagona	533
Poireti	532
prolifera	538*
propinqua	531
racemosa	532
setacea	531
squarrosa	532*
sulcata	538*
tenuissima	533*
uninodis	531*
Wallichiana	533
Willdenowii	533
Iusticia	
baphica	237*
benghalensis	237*
bicolor	238*
brachiata	238
brachioides	238
brachionodes	238*
caerulea	238
canescens	236
capensis	237
caracasana	237
carthaginensis	237
coccinea	236
divaricata	237
formosa	237
Gendarussa	237
geniculata	236
lamiifolia	237
leucantha	237
macrophylla	236

	pag.
Iusticia	
maculata	238
nervosa	238*
pectoralis	237
pulcherrima	236
retusa	238
Roxburghiana	237
spicata	236
tenuiflora	236
tenuifolia	236*
tetragona	236
verticillata	237
vestita	237
Ixia	389
abbreviata	391*
amöna	391*
anemonaeflora	390
aquatica	672*
aulica	391*
Bulbocodium	390
candida	392
capillaris	391. 391* bis
capitata	391*
chloroleuca	390
ciliaris	392
coccinea	391
Columnae	390
conica	391
corymbosa	390
crateroides	391*
crispa	390
crocata	392
crocea	390
cruciata	390
deusta	392
dubia	391
elongata	390
excisa	392. 393*
fenestrata	392
filifolia	390
flexuosa	391
fragrans	390
fugax	390
fuscocitrina	391
gracilis	391*
gracillima	391
grandiflora	392
heterophylla	390
humilis	390
incarnata	391*
Larochei	390
laurea	391*
leucantha	392
linearis	391
maculata	391

pag.

IXIA
miniata 392
ornithogaloides . . . 390
patens 392
pendula 391
phlogiflora . . 390. 391*
polystachya . . . 391
pudica 389
pulchra 391*
punicea 392*
purpurea 394
quadrangula 390
radians 389
radiata 391
recurvifolia . . . 390
reflexa 390
retusa 391*
rosea 389
scariosa 391
scillaris 391
speciosa 391
spectabilis . . . 391*
spicata 391*
Sprengeliana . . . 392
squalida 392
striata 391
sublutea 390
tortuosa 390
uniflora 390
viridiflora . . . 391*

KAEMPFERIA
Galanga 86
lanceolata . . . 86
linearis 86
marginata 86
pandurata 86
plantaginea . . . 86*
rotunda 86
secunda 86
versicolor . . . 86*

KARPATON 216
hastatum 243

KERNERA 384

KOBRESIA
caricina 540*
cyperina 547*

KÖLERIA 524
avenacea 621*
brachystachya . . . 626
brevifolia 627*
cristata . . . 625. 625*
dactyloides . . . 633*

pag.

KÖLERIA
glauca 625*
hirsuta 626
lagopodioides . . 627*
lobata 625
mollis 625*
pensylvanica 626
phleoides 626
pulchella 621*
setacea 626
vallesiaca . . . 626. 626*

KÖNIGIA
nepalensis 672

KYLINGA
cyperina 547*
filiformis 546

LACISTEMA 247*
alterum 112*
Berterianum 112
myricoides 111
oblongum 112*
pubescens 112
serrulatum 113

LAMPOCARYA
schönoides 547

LAPEYROUSIA 393*

LASIOSTEMUM . . . 215* 216*
sylvestre 415

LAURUS
triandra 400*

LECANOCARPUS . . . 261*
cauliflorus . . . 261*

LECHEA
juncifolia 671*
major 671. 671*
minor 671. 671*
mucronata 671
racemulosa 671
tenuifolia 671
thymifolia 671
villosa 671*

LEMNA
gibba 261. 261*
minor 261. 261*
minuta 261
palustris 261*
trisulca 261
vulgaris 261*

LENTIBULARIA
gibba 261*

	pag.
Lentibularia	
minor	261*
Lepidotosperma	
Burmanni	528*
exaltatum	529
filiforme	529
gladiatum	529
tetragonum	529*
Leptanthus	401*
gramineus	401*
Leptocarpus	523
Leptochloa	
cynosuroides	618
filiformis	619
monostachya	619
virgata	625
Lepturus	
paniculatus	661
Lepyrodia	527
Libertia	525
arduennensis	628
ixioides	402*
paniculata	402*
pulchella	402*
Ligustrum	
sinense	219
Limnas	
Stelleri	574
Limnophila	
gratioloides	233*
myriophylloides	233*
trifida	233*
Limosella	
diandra	217*
Lindernia	234
dianthera	234
Linociera	
latifolia	251
ligustrina	251
Lolium	
annuum	652*
arvense	652. 653*
asperum	652*
canadense	652
complanatum	652*
maximum	652*
multiflorum	652*
perenne	652

	pag.
Lolium	
remotum	652*
rigidum	652*
speciosum	653
strictum	653
temulentum	652. 653*
tenue	652*
Lopezia	
cordata	87*
mexicana	87
minuta	87*
oppositifolia	87*
Lozania	
grandiflora	109
Mutisiana	109
Ludolfia	523
Lycopus	
angustifolius	244
exaltatus	244
palustris	244*
sinuatus	244
virginicus	244
Lycurus	
muticus	663
Lyginia	523
Macrolobium	
bijugum	409
Macronax	670*
Mangifera	
axillaris	107
Gandaria	107
indica	107
oppositifolia	108
racemosa	107*
Manisuris	
granularis	663
polystachya	663
Maranta	
angustifolia	82
bicolor	82
comosa	82
gibba	82
globifera	82
graminifolia	82*
obliqua	82
secunda	82
sylvatica	82
zebrina	82

	pag.
Marica	
caerulea	395
californica	395
graminea	395
iridifolia	402*
paludosa	395
pantherina	395*
semiaperta	395
Mariscus	
aggregatus	547
confertus	547
conflexus	547
coriaceus	547
cylindricus	547
filiformis	546*
flavus	547
laevigatus	547
mucronatus	528*
parviflorus	546
rigidus	547
Marogna	
paludosa	86*
Maytenus	
Boaria	217
chilensis	218*
octogonus	218*
uliginosus	218*
verticillatus	218*
Megastachya	524
acutiflora	619
amabilis	620
brasiliensis	620
ciliaris	616
ciliata	620
cuspidata	620
Eragrostis	619
hypnoides	620
nigricans	619
obtusa	619
pastoensis	619
polymorpha	617
prostrata	620
pulchella	620
purpurascens	619
reptans	615
rigida	620. 642*
tenax	619
Melaenacranis	
rubiginosa	546*
Melica	
aspera	608*
caricina	608

	pag.
Melica	
cyrenaica	608
digitata	608
Fisheri	640*
magellanica	606
major	608*
minuta	608
Muhlenbergiana	607
nutans	607
pyramidalis	608
ramosa	608*
Melinis	
minutiflora	573. 600
Meliosma	217*
ferruginea	250*
lanceolata	250*
nitida	250*
Meoschium	658
Merostachys	524
speciosa	564
Micranthera	525
Microcarpaea	
americana	234*
montevidensis	234
Milium	
amphicarpon	562
capillare	562
confertum	562*
cuspidatum	565. 566*
gallecicum	618*
mexicanum	564*
natans	562
polystachyum	564*
roseum	562
scabrum	561
setaceum	558*
tomentosum	562
velutinum	562
vernale	562*
villosum	594*
Millingtonia	217
ferruginea	250
lanceolata	250
nitida	250
Molinia	
aquatica	642*
caerulea	608*
serotina	644*
Mollugo	
dichotoma	672

pag.

Mollugo
Linkii 672*
multiflora 672
pentaphylla . . . 672
radiata . . . 672
Schranckii . . 672*
stricta . . . 672
trifolia 672
triphylla . . 672*
verticillata . . . 672

Monachne
racemosa . . . 594
unilateralis . . . 594

Monarda
affinis 244
altissima . . . 244
Clinopodia . . . 244
fistulosa . . . 244. 244*
Kalmiana . . . 244
media 244
Russeliana . . . 244

Moniera 216*

Moraea
angusta . . . 399*
aphylla 395
barbigera . . 398*
Candolleana . . 399*
collina . . . 401*
dichotoma . . . 395
filiformis . . . 395
flexuosa 396
gladiata 395
Herberti . . . 396
iridioides . . . 396
longiflora . . . 396
melaleuca 395
Northiana . . . 395
odora 396
plicata 396
spathacea . . . 396
spicata . . . 401*
tricolor . . . 399*
tristis . . . 399*
umbellata . . . 396

Morella 79*

Morgania
aspera . . . 233*
hyssopioides . . 233*
juncea . . . 233*
lucida . . . 233*
rotundifolia . . 233*
strigosa . . . 233*

pag.

Morina
persica . . . 253

Muricia 384

Mygalurus . . . 525. 632*
geniculatus . . 632*

Myrosma
comosa . . . 82*

Nelsonia
canescens . . . 236
lamiifolia . . . 237*

Neurachne
alopecuroides . . 595
Meneritana . . 595

Nivenia 389*
filamentosa . . 389*
stylosa . . . 389*

Noronhia
Binia 218*

Notelaea
longifolia . . . 218*
rigida 218

Nyctanthes
Goa 219

Obentonia . . 215* 216*

Olax 411
aphylla . . . 412
imbricata . . 411. 412
obtusa 411
Pseudoleia . . . 412
Pseudoleioides . . 412
stricta . . . 412
zeylanica . . . 411

Olea
asiatica 218
capensis . . . 218
cernua 218
emarginata . . 218*
undulata . . . 218*

Olyra 523

Ophiurus
filiformis . . . 662. 663
gracilis . . . 663*

Oplismenus
africanus . . . 597
bromoides . . . 597
Burmanni . 584. 597. 597*
compositus . . 597

pag.

OPLISMENUS
Crus Pavonis . . 595
hirsutus . . . 597
hirtellus . . . 597
holciformis . . 597
loliaceus . . . 597
polystachyus . . . 595
pratensis . . . 597
setarius . . . 597
strictus 597
undulatifolius . . 597
velutinus . . . 597

ORNUS
europaea . . 254*
rotundifolia . . 254*

OROPHEA . . . 527

ORTEGIA
dichotoma . . . 407
hispanica . . . 407*

ORTHOPOGON
abortivus . . . 664*
Burmanni . . 597*
compositus . . 597*
Crus Galli . . 596*
cubensis . . . 596*
hispidus . . . 599*
loliaceus . . . 597*
pratensis . . . 597*
Retzii 585*
stagninus . . 595*

ORYZOPSIS
parviflora . . 566*

OSYRIS 384*

OVIEDA 393*
corymbosa . . 390*
fasciculata . . 390*
falcata . . . 393*

OXYDENIA
attenuata . . . 619

PAEDEROTA
Ageria . . . 239
Buonarota . . . 239
chamaedryfolia . . . 239
Zannichelli . . . 239

PANICUM
abortivum . . 664*
acuminatum . . . 590
acutifolium . . 586
adscendens . . . 592*
agrostoides . . 591

pag.

PANICUM
alopecuroides . . 595*
Alopecurus . . 548*
altissimum . . 586*
anceps 589
angustifolium . . 585. 592
antipodum . . 595*
appressum . . 595*
aquaticum . . . 589
arenarium . . . 585
aristidoides . . 601*
arundinaceum . 589. 591
asiaticum . . 598*
asperrimum . . . 587
atrovirens . . . 588
auriculatum . . . 588
australe . . . 591*
autumnale . . . 586
avenaceum . . . 589
barbatum . . 584. 597
barbulatum . . . 589
beckmanniaeforme . 583
benghalense . . 597*
Boscianum . . 589*
Boscii 589
brachiatum . . . 584
brachystachyum . . 594
brasiliense . . . 592
brevifolium . . . 590
Burmanni . . . 597*
campestre . . . 594
capense 591
capillaceum . . 590
capillare . . . 586
carolinianum . . 584*
caudatum . . . 599
cenchroides . . 549*
cespitosum . . . 585
colonum . . . 583
coloratum . . 585. 587*
commelinaefolium . 586
compactum . . 598*
compressum . . 598
convolutum . . . 585
corrugatum . . 598*
Crus Pici . . . 595*
dasytrichum . . 585
debile 589
decipiens . . . 594
densiflorum . . . 585
densum 589
depauperatum . . 585
deustum 589
dichotomum . . . 585
diöcum 590*

pag.

PANICUM
discolor . . . 591
dispermum . . . 591
distans . . . 599*
distichum . . 596*
divaricatum . . . 590
dubium . . . 590
echinatum . . 586*
Echinolaena . 563*
effusum . . . 586*
elongatum . . . 590
erianthum . . . 590
eriochrysoides . . 594
eriophorum . . . 591
erythrospermum 598*
fasciculatum . . . 584
fimbriatum . . 590*
flavidum . . . 584
flavum . . . 600*
flexuosum . . . 591*
floribundum . 600*
fluitans 584
frondescens . . 587
fusco-rubens . . . 584
fuscum . . . 584
geniculatum . . 548*
georgicum . . 584*
germanicum . . 598*
glutinosum . . . 590
gongylodes . . . 586
gracile . . 585* 594*
gracilentum . . . 587
granulare . . . 584
grossarium . . . 587
haematodes . . 583
Helopus 592
hemitomon . . . 584
heterophyllum . 591. 592*
Heynii . . . 591
hirsutum . . 585* 593*
hirtellum . . 597*
hirticalycinum . 590*
hispidulum . . . 585
holcoides . . . 556
Hostii . . . 595*
hydrophilum . . . 5[illegible]9
imbelle . . . 584
inconspicuum . . 594
indicum . . . 585. 598*
insulare . . . 591*
intermedium . . . 598
interruptum . 584. 591*
italicum . . . 598*
jumentorum . . 587
junceum . . . 594

pag.

PANICUM
Konigii . . . 597*
laeve . . . 587. 590
laevigatum . . 595*
Lagopus . . . 557*
lanatum . . . 590
lanceolatum . . 599*
lanuginosum . . 591* 592
lappaceum . . 597*
latifolium . . . 587
latissimum . . . 587
laxiflorum . . . 591
leucophaeum . . 594*
longisetum . . . 594
luxurians . . . 599*
macrocarpum . . 587
macrospermum . 591*
madagascariense . 587
maritimum . . 598*
mauritianum . 600*
maximum . . 587. 590
megapotamicum . 587
melfrugum . . 598*
melicoides . . 590
Meneritana . . 595*
Michauxianum . . 584
micranthum . . . 585
microstachyum . . 585
Monachne . . . 593
mucronatum . . 584
Mühlenbergianum . . 589
Mühlenbergii . . 590
multiflorum . . 591*
multinode . . . 590
muricatum . . . 586
Myosurus . . 591*
Myurus 591
nepalense . . 584*
nervosum . . 581* 589
neurodes . . . 584
nigricans . . . 584
nodiflorum . 585. 592
numidianum . . 583*
ocreatum . . 599*
oligosanthes . . . 585
olyroides . . . 591
orinocense . . 590*
Ornithopus . . 592
ovale 592
parviflorum . . 585*
parvifolium . . . 589
patens . . . 590
patentissimum . . 589
pauciflorum 585* 589* 591*
Pennisetum . . 596*

pag.

PANICUM
perforatum . . 594
pilosum 586
poaeforme . . . 590
Poiretianum . . . 584
polyanthes . . . 591
polygamum . . . 587
polygonatum . . . 591
polygonoides . . . 589
proliferum . . . 591
prostratum . . . 585
pubescens . . . 589
pulchellum . . 595*
pulchrum . . 561*
pumilum . . . 589*
purpurascens . 598*
pygmaeum . . . 591
racemosum . . 594*
radicans . . . 590
ramulosum . . 585. 589
rectum . . . 585
repens . . . 585
rigidulum . . . 589*
roseum . . . 562*
Rothii . . . 596*
Roxburghii . . 590*
rugosum . . . 589
ruscifolium . . 590
sabulorum . . . 591
scabriusculum . . 592
scoparium . . . 589
semirugosum . . 594
serotinum . . 598*
serratum . . 669*
sibiricum . . . 598*
simplex . . . 586*
sphaerocarpum . . 589
Sprengelianum . 586*
stoloniferum . . . 585
Streptostachys . 594*
striatulum . . . 591
striatum . . 587. 589*
strictum . . 585* 589*
strigosum . . . 586
striolatum . . . 589
subulatum . . . 591
subuniflorum . . 588
sumatrense . . . 586
tectum . . . 585*
tejucense . . 600*
Teneriffae . . 557*
tenue 591
tenuissimum . . . 586
trichodes . . . 590
trypheron . . . 590

PANICUM
umbraculum . . 589
umbrosum . . . 585
uncinulatum . . 586
velutinum . . 590* 592*
verrucosum . . 589
verticillatum . . 598*
villosum . . . 592
violaceum . . 548*
virgatum . . . 590. 592
viscidum . . . 590
Walteri . . . 584* 587
zonale 504

PAPPOPHORUM
elongatum . . . 624
megapotamicum . . 625
phleoides . . 624*

PAPYRUS 543

PASPALUS
africanus . . . 558
angustifolius . . . 561
annulatus . . . 559
barbatus . . . 558
Boscianus . . . 560
canescens . . . 561
ciliatifolius . . 560
ciliatus . . . 558
complanatus . . 561
conjugatus . . . 558
dasyphyllus . . 560
debilis 560
densus . . . 561
erianthus . . . 561
eriophorus . . . 560
eucomus . . . 561
exasperatus . . 561
fastigiatus . . . 561
flaccidus . . . 561
furcatus . . . 559
gracilis . . . 557
granularis . . . 558
hirsutus . . . 560
hyalinus . . . 561
inaequalis . . . 560
infirmus . . . 560
laevis 557
lanatus . . . 560*
lanceolatus . . 560
laticulmus . . 559*
latifolius . . . 557*
laxus 557
lentifer 561
leptostachyus . . 560
longifolius . . . 560

	pag.
Paspalus	
macrospermus	560
melanospermus	561
Meyerianus	564*
miliaceus	560*
milioideus	560
montevidensis	557
mucronatus	557
multicaulis	558
nematodes	560
ovatus	561
parviflorus	558
pectinatus	561
pellitus	561
pilosus	558
platensis	560
platycaulis	559
platyphyllus	557
polyphyllus	561
pubescens	560
purpurascens	560
pyramidalis	561
quadrifarius	560
ramosissimus	561
repens	557
riparius	561
scutatus	561
serpens	561
setaceus	560
spathaceus	560
suffultus	559
superbus	558
tener	561
vaginatus	558. 559
virgatus	560
Patersonia	
glabrata	392
Penicillaria	
cylindrica	600
involucrata	601
spicata	601
Pennisetum	
alopecuroideum	600*
Alopecurus	598*
articulare	549
asperum	549
cenchroides	549
crinitum	597*
dichotomum	548
hordeiforme	601*
japonicum	548. 519
latifolium	601*
macrochaeton	549*
nepalense	548
Pennisetum	
purpurascens	548
setosum	548
typhoideum	601*
uniflorum	597
violaceum	548
Pentarrhaphis	
scabra	582
Peperomia	
incana	262*
maculosa	263*
pereskiaefolia	264*
rubella	264*
Peplidium	217*
Perotis	
rara	564
Petamenes	
quadrangularis	392*
Phalaris	
americana	580. 581
appendiculata	580
aquatica	580
arundinacea	580. 581*
brachystachys	580*
caerulescens	580
canariensis	573
crypsoides	581
hispida	581
intermedia	580
microstachya	580
mollis	563*
nodosa	580
paradoxa	580
tuberosa	580
vaginiflora	573*
variegata	580*
zizanoides	664*
Pharnaceum	672
Philyrea	
obliqua	218
Phippsia	556* 576*
algida	555*
Phleum	524
alpinum	575
commutatum	575
echinatum	575
felinum	575
Gerardi	575
Micheli	575
pratense	574

pag.

Phleum
trigynum . . . 581*
villosum . . . 574*

Pholidandra . . . 216*

Pholiurus
graecus . . . 660*

Phragmites
communis . . . 604*

Phrynium
dichotomum . . . 83

Pimelea
angustifolia . . . 253
cernua . . . 253
drupacea . . . 254
incana . . . 254
lanata . . . 253
linifolia . . . 253
nivea . . . 254
paludosa . . . 253
pauciflora . . . 254
pilosa . . . 254
rosea . . . 253*
virgata . . . 254

Pinguicula
alba . . . 241*
alpina . . . 241. 241*
antarctica . . . 241
brachyloba . . . 241
calyptrata . . . 241
edentula . . . 242
flavescens . . . 241*
grandiflora . . . 240. 240*
involuta . . . 241
leptoceras . . . 241
longifolia . . . 240*
lusitanica . . . 241
lutea . . . 242
macroceras . . . 241
macrophylla . . . 241
purpurea . . . 241*
villosa . . . 241
vulgaris . . . 240

Piper
amplexicaule . . . 263
amplexifolium . . . 263
anisatum . . . 263
auritum . . . 263
Bredemeyeri . . . 262
candidum . . . 264
catalpaefolium . . . 263
colubrinum . . . 262
concinnum . . . 263

pag.

Piper
coriaceum . . . 262
discolor . . . 263
dumosum . . . 263
fallax . . . 263
glyphicum . . . 263*
heterophyllum . . . 262
inaequalifolium . . . 264
incanum . . . 262
lacunosum . . . 262
laevifolium . . . 264
Langsdorffi . . . 264
latifolium . . . 263*
Lonchitis . . . 263
macrophyllum . . . 263
maculosum . . . 263
menthaeodorum . . . 264*
moluccanum . . . 263
obesum . . . 263
obliquum . . . 263
obtusifolium . . . 263
pallens . . . 264
pellucidum . . . 264
pereskiaefolium . . . 264
polybotryum . . . 264
prunifolium . . . 263
Radula . . . 263
reflexum . . . 264
repens . . . 264
rhombeum . . . 264
rubellum . . . 264
rubricaule . . . 264
sarmentosum . . . 263
scandens . . . 264
spurium . . . 263
stellatum . . . 264. 264*
subrotundum . . . 263
transparens . . . 264
tricarinatum . . . 264*
tristachyum . . . 264
umbrosum . . . 264
verticillatum . . . 264*

Piptatherum
mexicanum . . . 564
punctatum . . . 564

Pleuraphis . . . 527
Jamesii . . . 663

Pleuroplitis
Langsdorffiana . . . 659

Pleuropogon . . . 526
Sabinii . . . 642

Poa . . . 524
abbreviata . . . 612

pag.
POA
affinis 617
airoides . . . 613*
alpina . . 524 613. 615*
amabilis . . . 617*
anceps . . . 616*
angustata . . . 612
angustifolia 613* 614* 615*
annua . . . 524. 610
aquatica . 524. 615. 642
arctica . . . 611
arenaria . . . 620*
articulata 616
arundinacea . . . 615
aspera 614
asthenes 617
atrovirens . . 619*
australis . . 616. 617*
autumnalis . 610* 615*
badensis . . . 615*
biflora . . . 615
brasiliensis . . 620*
brevifolia . . 615*
bromoides 616
bulbosa . . 524. 610
caerulea . . . 609*
caesia . 524. 614. 614*
campyle 614
canariensis . . 619*
capillaris . . . 614
cenisia . . 611* 615*
chinensis . . . 615
cinerea . . . 613*
coarctata . . 524. 614
collina . . 524. 613*
compressa . . . 524
contracta . . . 615
convoluta . . . 615*
crispa . . . 610*
crocata 615
dalavarica . . . 524
decipiens . . . 617
debilis . . 524. 614
depressa . . . 609*
diandra . . . 616*
diarrhena . . . 616
digitata . . 617. 619*
distans . 524. 610* 613 642
distichophylla . . 524. 611
divaricata . 616* 617*
duriuscula . . 615*
effusa 614*
elegans . . . 620*
Elliotti . . . 610*
fertilis . 614* 615* 643*

pag.
POA
festucaeformis . . 524
filiformis . . . 615
flexuosa 610* 611* 612* 614*
floribunda . . 615*
frigida . . . 610*
gangetica 616
Gaudini 524
glauca . . 524. 614
glaucanthos . . . 614
Halleridis . . . 524
humilis . . 609* 610*
japonica . . . 618
imbecilla 617
indica 614*
interrupta . . . 618*
Köleri . . . 615*
lanuginosa . . . 616
latifolia . . . 609
laxa 524. 610. 611* bis 615* 614
littoralis . . 627*
malabarica . . . 615
malmundariensis . 609*
maritima . . 524. 615. 642
mexicana 614
micrantha . . 614. 617*
minor . . . 524. 613
Molineri . . . 524. 613*
montana . . . 614*
mulalensis . . . 614
multiflora . . . 616
nemoralis 524. 613. 614. 614*
— caesia . . . 613*
— coarctata . . 614
— glauca . . . 613*
— rigidula . . . 615
— vulgaris . . . 613
Nuttalliana . . . 615
Nuttalli . . . 619*
obtusa . . . 619*
pallens . . . 611*
pallida 615
palustris . . 614* 615*
panicea 615
parviflora . . 614* 617
parvula 616
pectinacea . . . 615
peruviana . . . 524
pilosa . . . 615*
plebeja 616
plumosa . . . 614
polymorpha . . 615*
pratensis 524. 609. 609* 615* 615*
— angustifolia . 609*
— latifolia . 609*

	pag.
POA	
— strigosa	609*
procumbens	642*
prolifera	616*
pubescens	609*
punctata	617*
pungens	610
remota	616
reptans	620*
rhenana	614*
rigida	642*
Roxburghiana	616
rubra	614*
serotina 524. 610. 614. 614* 615.	615*
Sieberiana	617*
speciosa	620*
spicata	615*
squamata	616
sterilis	524
stolonifera	610. 611*
striata	614
stricta	619* 644*
subcaerulea	609*
subsecunda	615
sudetica	524
supina	524. 610. 613* 613
tenella	618*
thalassica	616*
tortuosa	616*
tremula	616
trinervata	644*
trivialis 524. 609. 610. 613* 614*	614
tunetana	627*
uliginosa	616*
unioloides	646. 620*
variegata	524 613. 614
versicolor	524
verticillata	617*
virens	610
viridis	524. 610
PODOSAEMUM	524. 577*
PODOSTEMUM	217*
POGONATHERUM	
polystachyum	600
POLLINIA.	
brevifolia	668
ciliaris	661*
filiformis	618*
fragilis	668*
monandra	668
polystachys	600*

	pag.
POLLINIA	
scoparia	664*
vaginata	668
villosa	667*
POLYCNEMUM.	
arvense	407
crassifolium	407
oppositifolium	407
pumilum	407*
verrucosum	407
POLYODON.	
distichus	645
POLYPOGON.	
intermedius	563
littoralis	569*
maritimus	563. 563*
monspeliensis	563
pauciflorus	572*
pumilus	563*
sericeus	577*
simplex	577*
spicatus	577*
subspathaceus	564
tataricus	563
POMEREULLA	523
PONCELETIA.	
arundinacea	550*
POSIDONIA	384*
POTERIUM.	
australe	252*
PSAMMA.	
arenaria	670
pallida	670*
PSEUDALEIA.	
madagascariensis	412
PSEUDALEIOIDES.	
Thouarsii	412
PSILURUS	79*
PYCREUS.	
polystachyus	542*
PYROTHECA.	
tinctoria	400*
QUALEA	78
caerulea	99
calcarata	87* 99*
cordata	107*
ecalcarata	101
Gestasiana	99

	pag.
QUALEA	
grandiflora	102
multiflora	100. 100*
parviflora	103
Perrini	104*
rosea	99
verticillata	104
violacea	99*
QUERIA	527
RADDISIA.	
arborea	411
RAPHIS.	
trivialis	563*
RAPUTIA	216*
RAVIA	215* 216*
racemosa	252
resinosa	252
REICHENBACHIA	217
hirsuta	260
REMIREA.	
maritima	670
RENEALMIA.	
grandiflora	402
mutica	85*
nutans	84*
paniculata	402
pulchella	402
RESTIO	523
uncinatus	547*
RHABDOCHLOA.	
cruciata	625
domingensis	625
mucronata	625
virgata	623
RHYNCHOSPORA.	
alba	529
aurea	529
Brownii	529
Cephalotes	530
comata	530
cymosa	529
ferruginea	529
fusca	530
polyphylla	530
punctata	529
rigida	529
spicata	530
tenerrima	529

	pag.
ROCHEA.	
venusta	390
ROTTBÖLLIA.	
barbata	661*
Cölorhachis	660
complanata	660
digitata	660
dimidiata	660
exaltata	660
filiformis	663*
incurvata	663*
paniculata	661*
sanguinea	660
villosa	659
Xerochloa	660*
ROTTLERA.	
incana	232
RUELLIA.	
antipoda	239*
SACCHARUM.	
acinaciforme	600*
appressum	660*
arundinaceum	556
Baldwini	563*
conjugatum	666*
cylindricum	557*
exaltatum	556
floridulum	563*
giganteum	666*
procerum	557
strictum	666*
ternatum	556
tridentatum	667*
SALACIA.	
Calypso	411*
chinensis	411*
cochinchinensis	411*
SALICORNIA.	
acetaria	108*
Alpini	108*
arabica	108
europaea	108*
foliosa	108
fruticosa	108
glauca	110*
herbacea	108. 108*
indica	108
macrostachya	108*
mucronata	110*
Neei	108*
nodulosa	110*
perennis	108*

pag.

SALICORNIA
peruviana . . . 108
procumbens . . . 108*
prostrata . . . 108*
pygmaea . . . 108*
radicans 108
strobilacea . . . 110*
virginica . . 108* bis

SALIX 247*

SALVERTIA 78
convallariodora . . . 98

SALVIA.
acuminata 247
agrestis 248*
amarissima 247
amöna 246*
austriaca . . . 248*
barbata 247
benghalensis . . . 250
Betonica 247
betonicaefolia . 249. 249*
Boosiana 246
bracteata 245
brasiliensis . . . 245
caesia 246
ceratophylloides . . 250
chromatica . . . 247*
clandestina . . 250. 250*
Claytoni 249
colorata . . . 247. 248*
cremenecensis . . . 249
cretica 247
dianthera 250
dominica 247
dumetorum 248
elegans 248
eriocalyx 246
fulgens 248*
Habliziana 245
haematodes . . . 249*
hastata 249*
hirtella 247
hispanica 247
Hispanorum . . 247. 248*
Humboldti . . . 248*
incarnata . . . 248*
laciniata 250
lamiifolia 246
latifolia 246*
lavandulaefolia . . . 247
lineatifolia 246
Linkiana 245
lusitanica 248
melissodora . . . 247

pag.

SALVIA
mollis 248
napifolia 248
nemorosa 249
nutans 249
oblongata 250
officinalis 247
papillosa 247
parviflora 249
phoenicea 247
pilantha 245
polymorpha 250
polystachya 246
praecox 250*
pratensis . . . 248. 249*
prismatica 247
Pseudo - coccinea . . 246
pulchella 247
regla 246
rostrata 248*
rufula 247
scabiosaefolia . . . 245
Sclaraea 249
sclaraeoides . . . 248*
serotina 247
simplex 247*
spicata 248
Spielmanni 250
splendens . . . 245. 248*
sylvestris 249
tolimensis 247
tricolor 249*
tubifera 246
varia 249
variegata . . . 248* 249
Verbenaca 249
verbenacoides . . . 250
verticillata 248

SCHEDONORUS 524
arundinaceus . . . 643*
auratus 646
calamarius 644
Caldasii 645
elatior 643
exaltatus 644
inermis 644
lanatus 645
littoralis 645
loliaceus 652
nigrescens. . . . 644
obtusus 645
poaeformis . 524. 644. 647*
pratensis 643
procerus 645
pumilus 647*

pag.

SCHEDONORUS
Scheuchzeri . . . 644
serotinus . . 643. 644
spicatus . . . 645
sylvaticus . . . 644
tenellus . . . 652*
tricholes 645
unioloides . . . 645
violaceus . . 644. 647*

SCHIZANTHUS.
major . . . 234*
pinnatus . . . 234. 234*
porrigens . . . 234
procurrens . . . 235

SCHÖNUS.
barbatus 528
Bonanni . . . 528*
Burmanni 528
compressus . . 528. 528*
effusus . . . 261*
ferrugineus . . . 528
filiformis 528
lateralis 528
longifolius . . . 529
mucronatus . . . 528
nigricans . . 528. 528*
paradoxus . . . 528
pusillus . . . 528. 546
rufus 528
spadiceus 528
triceps 529

SCHWEIGGERIA 77

SCHWENKIA.
browallioides . . . 232

SCIRPUS.
acicularis . . . 540*
affinis 537
americanus . . . 534*
anceps 533*
Andrzejowskii . . . 536
annuus . . . 530*
australis . . . 532*
Baeothryon 534
Baldwinianus . . . 538
Bergianus . . . 532*
biceps 535
bifolius 528*
bisumbellatus . . 530*
bivalvis 538
Brownii 539*
campestris . . . 533. 534*
capillaris . . . 533*

pag.

SCIRPUS
capitatus . . . 539*
caricinus . . . 528*
carinatus 537*
castaneus . . . 531*
Cephalotes 530
cespitosus . . 533. 534
Chaeta 531
chaetarius . . . 540*
chaetodes 532*
ciliatifolius 531
coarctatus . . . 531
congestus . . . 539*
conicus 539*
coniferus 534
cymosus 529*
dichotomus 530*
Donianus 537*
Duvalii . . . 536. 537
Elliotti 538*
elongatus 538
equisetoides . . . 534
fistulosus 540
flavescens 534
geniculatus . . . 534*
glaucus 536*
globiferus . . . 532*
globosus 535
Humboldti . . . 533*
Janii . . . 536. 536
intermedius . 532* 539*
lacustris . 535. 536. 537* bis
lateralis 531
Linkii 539*
lithuanicus . . . 535. 536
Luzulae 535
macrophyllus . . 535. 536
macrostachyus . . 537*
marginatus 533
maritimus 537
mucronatus . . . 534. 535
mucronulatus . . . 537
Mühlenbergii . . . 533
multicaulis . . 534. 539*
muticus 535
nanus 534*
obtusus 534*
palustris . . 538* 539*
parvulus 534
pauciflorus . . . 534*
Pumilio 539*
pungens 534
pusillus 534
quadrangulus . . . 537*
quinquangularis . . . 533

	pag.
Scirpus	
racemosus	533*
retroflexus	534
robustus	537
romanus	532*
Rothii	534* 536*
rufus	528*
setaceus	532*
sphacelatus	538*
stenophyllus	530
sulcatus	538
Tabernaemontani	536
tener	539*
tenuis	539*
tetragonus	537
Thouarsi	535. 538*
Thouarsianus	538
trichodes	534*
triqueter	534
uniglumis	534* 539*
vaginatus	535
Wallichianus	533*
Wolfgangi	536
Sciuris	216
corymbosa	229*
simplicifolia	235*
Sclaraea.	
pinnata	248*
pratensis	248*
Sclerochloa	
divaricata	616. 632
patens	620*
procumbens	642. 643
Scolochloa	622*
arundinacea	622*
Secale	
montanum	657
strictum	657
Sehima	658
ischaemoides	663
Serpicula	
occidentalis	672*
verticillata	672*
Sesleria	
caerulea	622
cylindrica	622
dactyloides	625
disticha	625
elongata	625
mollis	625*
mutica	622

	pag.
Sesleria	
pumilio	625*
pungens	625*
quitensis	650*
tenuifolia	622
Setaria	
corrugata	598
disticha	599
erythrosperma	595*
flava	600
floribunda	600
glauca	598
gracilis	599
italica	598
laevigata	595
luxurians	599
macrochaeta	549* 598
macrostachya	598*
mauritiana	599
muricata	599
ocreata	599
pilifera	595*
purpurea	597
rariflora	598
Rottleri	597
sericea	597
setosa	598bis
tejucensis	600
vaginata	598
viridis	598
vulpiseta	598
Simira	410*
Sisyrinchium	
aphyllum	395* 402*
Bermudiana	401
californicum	395*
collinum	401
convolutum	401
filiforme	395*
flexuosum	396*
gladiatum	395*
iridifolium	402
luteum	401*
plicatum	396*
restioides	402
sertiflorum	402*
spicatum	401
striatum	402
tinctorium	401
vaginatum	402
Sophronia	
cespitosa	400
Sorghum	
Caffrorum	669

	pag.
SORGHUM	
elongatum	670
fulvum	669
nervosum	669
nigrum	669
nitidum	669
parviflorum	669
plumosum	669
rubens	669
saccharatum	669
serratum	669
setifolium	669
vulgare	669
SPARAXIS	
anemonaeflora	390*
fragrans	390*
galeata	393*
grandiflora	392*
pendula	391*
SPARTINA	
arundinacea	550
cynosuroides	550
glabra	550
juncea	550
patens	550
polystachya	550
stricta	550
SPERMAXYRUM	412*
aphyllum	412*
Phyllanthi	412*
strictum	412*
SPINIFEX	523
STACHYTARPHETA	
elatior	243
hirsutissima	243
hirta	243
mutabilis	243
palustris	243*
umbrosa	243
urticaefolia	243
Zuccagni	243
STENOTAPHRUM	
americanum	660*
complanatum	660*
Königii	660*
STIPA	641*
Calamagrostis	603*
canadensis	566
fimbriata	565
hymenoides	565*
juncea	565. 566
Lagascae	565
STIPA	
melanocarpa	565
membranacea	565* 649*
pubescens	566*
Redowskii	565
rudis	566
setacea	566
splendens	565
ucranica	566
verticillata	566
virescens	565
STREPTACHNE	
pilosa	566
tenuis	566
STREPTOSTACHYS	
hirsuta	594
STURMIA	
verna	577*
SYORHYNCHIUM	
Bermudiana	401*
flavum	402*
SYRINGA	
albiflora	219*
villosa	219
vulgaris	218
TETRAPILUS	
brachiatus	250
THALASIUM	523
montevidense	551
THALASSIA	109*
THAMNOCHORTUS	525
THELEPOGON	
sanguineus	660
THELYSIA	
grandiflora	398*
THRASYA	
hirsuta	663
paspaloides	663
TICOREA	216*
bracteata	230*
febrifuga	230*
jasminiflora	230*
simplicifolia	230*
TIGRIDIA	
grandiflora	401*
Herbertiana	396*
TILLAEA	
muscosa	527

pag.

TONSELLA .
brasiliensis . . 411*
Calypso . . . 411*
chinensis . . 411*
cochinchinensis . 411*
Radula . . . 411
trinervia . . . 411*
undulata . . 411*

TORRESIA
redolens . . . 606

TORYMENES
officinalis . . 86*

TRACHYNOTIA
juncea 550*
stricta 550*

TRIADICA 217*

TRIAENA
arcemosa . . . 582

TRIATHERA
americana . . . 583

TRICHAETA . . . 525

TRICHOCHLOA . . . 524
alpestris . . . 577
capillaris . . . 577
ciliata 577
debilis 577
elegans . . . 577
glabrata 577
gracilis . . . 577
implicata . . . 577
microsperma . . 577
mucronata . . . 577
Polypogon . . . 577
quadridentata . . 577
rigida 577
setosa 577
simplex . . . 577
spicata 577
stipoides . . . 577
tenella 577
virescens . . . 577

TRICHODIUM
algidum 555
alpinum . . 554. 572
caninum 553
clavatum . . . 556
diffusum . . . 554
effusum . . . 554
elegans 555
flavescens . . . 554
glaucinum . . . 554

pag.

TRICHODIUM
hybridum . . . 554
noveboracense . . 555
pusillum . . . 554
rubrum 554
rupestre . . . 554
setaceum . . . 554

TRICHOLAENA
micrantha . . . 557
semidecumbens . . 557

TRICHONEMA
collinum . . . 390*
Columnae . . . 390*
cruciatum . . . 390*
hypoxidiflorum . 390*
longifolium . . 390*
recurvum . . . 390*
speciosum . . 391*

TRICHOON
Karka 575

TRIGLOSSUM
bambusinum . . 670

TRIMEZA
lurida 399*

TRIODIA
avenacea . . . 621
Billardieri . . 645*
cynosuroides . . 628*
Greenii . . . 621*
littoralis . . 641*
melicoides . . 621*
pulchella . . . 621
pungens 621

TRIPOGON
bromoides . . . 621

TRIPSACUM 527

TRIRAPHIS
mollis 625
pumilio 625
pungens . . . 625

TRISETARIA
linearis . . . 635*

TRISETUM . . . 525
airoides 635
alpinum . . . 634
arenarium . . . 635
argenteum . . . 635
brevifolium . . 634. 635
carpathicum . . . 635
condensatum . . . 634

pag.

TRISETUM
distichophyllum . . . 635
flavescens . . . 635
Forskâli . . . 634
Löfflingianum . . . 605
macrum . . . 635
micranthum . . . 526
neglectum . . . 634*
paniceum . . . 526
Pourreti . . . 634
praecox . . . 636*
pubescens . . 634. 636
rigidum . . . 634
subspicatum . . 635*
villosum . . . 637*
Wilhelmsii . . . 634

TRISTEGIS
glutinosa . . 575* 600*

TRISTICHA
trifaria . . . 114*

TRITICUM
acutum . . 653* bis
aestivum . . 655. 656*
algeriense . . . 656*
andalusaceum . . 656*
Arias . . . 656*
atratum . . 656. 656*
Bauhini . . 656* bis
biunciale . . 652*
brachystachyum . 656*
caninum . . . 653*
caucasicum . . 655*
Cevallos . . . 656*
Cienfuegos . . 656*
clavatum . . . 656*
cochleare . . 656* bis
compactum . . 656*
compositum . 656. 656* bis
cristatum . 653* 655* bis
cynosuroides . . 646*
dasyanthum . . 653*
densiflorum . . 653*
dicoccum . . 656. 656*
distichum . . . 654*
durum . . . 656. 656*
elongatum . 653* 654*
erinaceum . . 656*
farctum . . . 653*
fastuosum . . 656*
Festuca . . . 652*
festucoides . . 652*
firmum . . . 655*
Forskälianum . 656*

pag.

TRITICUM
fragile . . . 653*
Gaertnerianum . 656* bis
geminatum . . 655*
genuense . . . 653*
giganteum . . 653* 654*
glaucum . . 654* 656*
Halleri . . . 652*
hirsutum . . 654* 655*
hispanicum . . 652*
hordeiforme . 656* bis
Hostianum . . 656*
hybernum . . . 656*
ichiostachyum . . 656
imbricatum . 653* 655* bis
intermedium 653*bis 654*bis 655*
junceum 653*bis 654*bis 655*
Köleri . . . 656*
Lachenalii . . 652*
Linnaeanum . . 656*
littorale . . 653* bis
littoreum . . . 653*
missuricum . . 645*
muricatum . . 653*
Nardus . . . 652* bis
obtusiflorum . 653*bis
orientale . . 653*
patens . . . 652*
pectinatum . 653* 655*
platystachyum . 656*bis
prostratum . . 653*
pruinosum . . 656*
pulverulentum . 656*
pungens . . . 653*
pyramidatum . . 656*
repens . 653* 654*bis 655*
— maritimum . 655*
rigidum . 653*bis 654*bis
sardinicum . . 656*
sibiricum . . . 653*
siculum . . . 656*
Spelta . . . 656
speltaeforme . . 656*
squarrosum . . 653*
strictum . . . 657*
tenellum . . 652* bis
tenuiculum . . 652*
teretiflorum . . 644*
tricoccon . . . 656*
turgidum . . 656. 656*
variegatum . . 653*
velutinum . . 655*
villosum . . . 656*
vulgare . . 654* 656*

pag.

TRITICUM
Zea 656*

TRITONIA
catenularis . . 391*
crocata . . . 392*
longiflora . . . 394*
refracta . . . 391*
xanthospila . . 394*

TUNGA
laevigata . . . 546
triceps . . . 546

UDORA 548*
verticillata . . 672*

UNIOLA
gracilis 620
indica 616*
latifolia 527
nitida 621
sessiliflora . . . 621
stricta 621

URALEPIS 525
purpurea 633

UROCHLOA
panicoides . . . 595

UTRICULARIA
alpina 242
aphylla 243
biflora 242
bisquamata . . . 243
capensis 242
crenata 243*
diantha 242
fibrosa 242
hydrocarpa 242
integra 242
intermedia . . . 242
minor 242
montana 242
oppositiflora . . . 243
oppositifolia . . 243*
Roxburghii . . . 242*
tenuis 243*
vulgaris 242

VALERIANA
affinis 384*
altissima 385*
compacta . . . 384*
dentata 387*
dioica 384
elata 384

pag.

VALERIANA
eriocarpa . . . 386*
exaltata 384*
hortensis . . . 384*
microcarpa . . . 386*
mixta 386*
montana 385
Morisoni . . . 386*
officinalis 384
Phu 384
pyrenaica 385
sambucifolia . . 384* 385
saxatilis . . . 384* 385
sylvatica 384*
trinervis 385*
tripteris 385*

VALERIANELLA.
campanulata . . . 386* bis
Merati 386*
microcarpa . . 386* 388*
mixta 386*
pubescens . . . 386*
VANDELLIA 384*

VERONICA.
acinifolia 223* 227. 227* bis
acuta 221*
agrestis . . . 228. 229*
Allioni . . . 224. 224*
alpina . . . 223. 225* 229
alternifolia . . . 221*
amethystina . . . 220*
Anagallis . . . 224. 229*
angulata 229*
arguta 226*
arvensis . . . 227. 229*
australis . . 220* 224*
austriaca . . 224. 225* bis
Barrelieri . 221* 222* bis
Baumgarteni . . 222. 226*
Beccabunga . . 223. 229*
Bellardi 226*
bellidioides . . . 229*
Brachtii 229*
brevifolia . . . 220*
Brownii 226*
Buxbaumi . . . 228*
byzantiaca . . . 228*
candida 228
carnosula . . . 227*
caroliniana . . . 227*
Chamaedrys . . 226. 229*
Clarkeana . . . 227*
Clusii . . . 221* 222* bis
crassifolia . . . 221*

pag.

VERONICA
crenata 228
crenulata . . 220*
crispa . . . 228
Cymbalaria . . 227
cymbalarifolia . . 227*
decussata 223
dentata . 225* bis, 226*
digitata . . . 227
distans . . . 226
elatior , , 221. 221*
elegans . . . 221. 228*
elliptica . . . 223
exaltata . . . 221*
filiformis . . 228* 229*
foliosa . 220. 220* 221* 229*
fruticulosa . . 229*
glandulifera . . 229*
gracilis . . . 227*
grossa . . 221*
hederaefolia . . 227. 229*
herniarioides . . . 223
hirsuta . . . 223
hospita . . . 228*
humifusa . . 223*
hybrida . . 221* 222. 222*
Jacquini . . . 221*
incana . . . 222*
incarnata . . . 228
incisa 222
indica . . . 223*
Jungbaueri . . 229*
Kosteleckii . . 228*
laciniata . . . 224*
lappacea . . . 227*
latifolia 225. 225* bis 226* bis 229*
longifolia . 220* 221. 221*
macrocarpa . . . 223
maritima . . . 220. 221*
media . . . 221
menthaefolia 221* 222* bis
microphylla . . 223*
montana . . 226. 229*
multifida . . . 224
neglecta . . . 223*
Nenningii . . 229*
nitida . . . 220* bis
nitidula . . . 228*
officinalis . 224. 221* 229*
opaca . . . 228*
orchidea . . . 221*
orientalis . . 224. 221*
oxyphylla . . 220*
paludosa . . . 221*

pag.

VERONICA
paniculata 221* 225* 226*
Parmularia . . 224
parvifolia . . 224
peregrina . . . 227
persica 228
persicifolia . . 221*
petraea . . . 222. 226
Pettersii . . 229*
pilocarpa . . . 224*
pilosa . . . 226*
pinnatifida . . . 224
plebeja 226
plicata . . 225* 226*
polita 228
polymorpha . 221* 225*
praealta . . . 228*
praecox . 227. 227* 229*
prostrata . 225. 225*bis 229*
Pseudochamaedrys 225* 226*
pulchella . . 228*
pumila . . . 221* 227*
romana . . . 227*bis
ruderalis . . . 223*
salicifolia . . . 223
saturejaefolia . 225*bis
saxatilis . . . 222
Schmidtii . 225*bis 226. 229*
Schreberi . . . 221*
scutellata . . 224* 229*
serpyllifolia . 225. 229*
setigera 223*
spicata 221. 221* 222*bis 229*
spuria . . . 220. 220*
squamosa . . . 222*
Sternbergiana . . 222*
stolonifera . . . 226
stricta 228
succulenta . . 226*
tenella 223*
tenerrima . . . 229*
tenuifolia . . . 221*
Teucrium . 225. 225* 226*
triphyllos . . 227. 229*
undulata . . . 223
urticaefolia . . 226. 226*
verna . . . 226. 229*
versicolor . . . 228*
viscosa . . . 227*

VIEUSSEUXIA
aristata . . . 401
Pavonia . . . 401
tripetaloides . . 399
villosa . . . 401

pag.

VILFA 556. 575
aenea 573
brachystachys . 569*
commutata . . . 573
coromandeliana . 569*
domingensis . . 570*
pulchella . . . 638*
spicata . . . 569*

VOCHYSIA 78*
alpestris . . . 93*
citrifolia . . . 88*
elliptica . . . 90*
excelsa . . . 88*
ferruginea . . 97*
floribunda . . . 96*
grandis . . . 94*
Haenkeana . . 95*
pyramidalis . . 95*
rotundifolia . . 89*
rufa 92*
tetraphylla . . 89*
tomentosa . . 89*
Tucanorum . . 91*

VOUAPA 410*

WACHENDORFIA
brevifolia . . . 400
Breyniana . . . 400
hirsuta 400
thyrsiflora . . . 400

WATSONIA
fulgida . . . 393*
humilis . . . 393*
iridifolia . . . 393*
rosea . . . . 39 *
roseo-alba . . 393*
triticea . . . 392*

WHITIA 216
oblongifolia . . 236

WILLDENOWIA . . . 523

WILLICHIA 384*
callitrichoides . 415*

WITSENIA
corymbosa . . . 389
filamentosa . . . 389
Maura 389
partita . . . 400*
pumila 389
tomentosa . . . 389*

pag

WULFENIA
carinthiaca . . . 238

XEROCHLOA
barbata 661
imberbis . . . 660

XIPHIDIUM
albidum . . . 400*
caeruleum . . 400*
floribundum . . . 400
sordidum . . 399*

XIPHIUM
gramineum . . 396*
Güldenstaedtii . 396*
Jacquini . . . 396*
ochroleucum . 396*
orientale . . . 396*
sibiricum . . . 596*
tenuifolium . . 396*
verum 596*

XYRIS
anceps 416
Baldwiniana . . . 416
complanata . . . 416
indica 416
juncea 416
lacera 416
macrocephala . . . 416
platycaulis . . . 416
teretifolia . . . 416
torta 416
vaginata 416

XYSTIDIUM
maritimum . . . 564

ZEA 523

ZEOCRITON . . . 662

ZERNA 525. 644

ZERUMBET
speciosum . . 84*

ZEUGITES 527

ZINGIBER
Cassumunar . . . 85
chrysanthum . . . 85
luridum . . . 85*
purpureum . . 85*

ZIZIPHORA
acinoides . . . 244
dasyantha . . . 244

	pag.		pag.
ZIZIPHORA		ZOSTERA	
hispanica	244	ciliata	109
hispida	244	marina	109
media	244	mediterranea . . .	109
spicata	244	oceanica	109*
taurica	244	stipulacea	109

E r r a t a.

Pag.			
Pag.	2.	lin.	5. longitudinale, involucri *lege:* longitudinale. Involucri
—	—	—	1. *ab infra:* idem *lege:* eadem
—	3.	—	15. — oculis *lege:* loculis.
—	6.	—	13. Catesbia *lege:* Catesbaea
—	—	—	16. n. 437 *lege:* n. 431.
—	—	—	21. *crinita lege: Crinita*
—	—	—	3. *ab infra:* Melanea *lege:* Malanea
—	8.	—	15. 3 *lege:* 6
—	—	—	5. *ab infra:* Punophila *lege:* Bunophila
—	15.	—	8. — — affixum. *lege:* affixum.
—	16.	—	2. receptatulum *lege:* receptaculum
—	17.	—	15. *ab infra:* seqq. *lege:* sqq.
—	19.	—	5. Olandri *lege:* Solandri
—	—	—	9. prengel *lege:* Sprengel
—	20.	—	4. *Brochi lege: Brocch*
—	27.	—	18. *ab infra:* virgae *lege:* virga
—	28.	—	12. Sect. *lege:* Act.
—	30.	—	1. *post* Willichii *scribe:* et
—	32.	—	28. *ab infra:* cret. *lege:* crit.
—	34.	—	5. mediam g *lege:* mediam G.
—	52.	—	6. Chitttagong *lege:* Chittagong
—	60.	—	11. fructescentis *lege:* frutescentis
—	—	—	1. *ab infra:* Affine *lege:* Affinis
—	91.	—	16. ferrigineo *lege:* ferrugineo
—	113.	—	10. *ab infra:* monospermo *lege:* monospermus
—	114.	—	6. — — n. 433 *lege:* n. 453
—	125.	—	14. — — innnumeris *lege:* innumeris
—	127.	—	25. — — acuminatis *lege:* acuminatis
—	131.	—	3. Fefnelia *lege:* FERNELIA
—	184.	—	18. brachycarpon *lege:* trachycarpon
—	191.	—	20. *ab infra:* longifoliae *lege:* longiflorae
—	194.	—	9. teret *lege:* tereti
—	210.	—	17. *ab infra:* Forte *lege:* Fort
—	219.	—	8. arillà *lege:* arillo
—	236.	—	16. *ab infra:* quinqueforia *lege:* quinquefaria
—	242.	—	17. longitudtne *lege:* longitudine
—	244.	—	8. Circear *lege:* Circar
—	256.	—	25. *ab infra:* folomnibus *lege:* fol. omnibus
—	273.	—	3. loculo; *lege:* loculo 1
—	276.	—	17. *ab infra:* Bag. *lege:* Pag.
—	280.	—	1. inerassato *lege:* incrassato
—	323.	—	8. $^1/_2$ poll. latis *lege:* $^1/_2$ lin. latis
—	377.	—	3. *ab infra:* sericcus *lege:* sericeus

Errata.

Addit. Pag.	82.	lin.	18.	mon *lege:* synonymon
—	87.	—	11.	*ab infra: post:* violaceis. *scribe:* ERISMA *violaceum*
—	100.	—	11.	candem *lege:* eandem
—	104.	—	10.	tuberculosa-scabriuscula *lege:* tuberculoso-scabriuscula
—	221.	—	17.	persioifoliam *lege:* persicifoliam
—	229.	—	24.	Beccabuuga *lege:* Beccabunga
—	233.	—	5.	chamaedrioides *lege:* chamaedryoides.
—	255.	—	5.	*ab infra:* ongo *lege:* longo
—	412.	—	29.	*ab infra:* p. 548 *lege:* p. 584
—	524.	—	2.	post altera *dele*, .
—	551.	—	20.	ereeto *lege:* erecto
—	563.	—	7.	fastigatis *lege:* fastigiatis
—	577.	—	14.	mominibus *lege:* nominibus
—	654.	—	12.	*ab infra:* F. *repens lege:* T. *repens.*